



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A P U L E I I .

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUARTUM.


T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

La 44.135 (4)



71219
52-119
83-2
8

NOTÆ VARIORUM

IN

APULEII OPERA.

EX EDITIONE OUDENDORPIANA,
LUED. BAT. 1786-1823. 4to.

NOTÆ VARIORUM

IN

APULEII OPERA.

METAMORPH. LIB. I.

Apuleii] Manu exarati codices satis constanter Auctori nostro tribuunt prænomen *Lucii*, quo etiam varii *Apuleii* in historia occurrunt insigniti. Nisi quod Pithœi Codex modo habeat: *Incipit primus liber Metamorphoseos Apuleii*. At, nostro Madaurensi id prænomen fuisse, nusquam liquet. Nam scriptorum, qui magno satis numero *Apuleium* laudarunt, nemo istud præfigit, sicut abest quoque a nummo contorniato in Morelli Tab. III. et apud Haverkamp. in Numm. Contorn. p. 162. aliosque. (Vide Cuper. in *Homeri Apoth.* p. 19.) Immo abest itidem a *Mss.* operum Philosophicorum; nisi quod semel ante librum de Dogmate Platonis exaretur in codice Florentino divi Marci, *Lucii Apulei*. Hinc Elmenhorstius, uti hoc prænomen ante illos libros omisit, sic etiam hic tacitus delevit. Sed male, ut opinor. Mihi enim nullum est dubium, quin legi debeat *Lucius* vel *Lucius Apuleii*. Opus enim *Lucii Patrensis*, quod est dictum *Λολυκος* vel *Λουλις* ἡ *Ὀρος*, e Græco in Latinum sermonem vertit et auxit *Apuleius*, sicut contra *Lucianus* istud contraxit. Ad *Lucium* autem illum, non ad *Apuleium*

pertinent patria et genus, quorum initio libri pr. et sec. meminit. At sui oblitus vel dedita opera se prodidit Auctor, *Lucium* 'Madaurenses', i. e. se faciens lib. XI. in f. Plura de his vide apud summum *Salmasium* in *Proleg. ad Solinum*, *Puteanum Epist. Cent. I. 38.* et quos laudat *J. Alb. Fabricius* in *Bibl. Latina*, item *Comment. ad Luciani Asinum*. Quod addinet ad Orthographiam *Apul.* vel *Appul.* ea mirifice variat in *Mss.* non solum, sed et ipsis lapidibus. Præ tuli tamen geminationem litteræ *p*. Inspice, si lubet, *Fabric.* item *Dukerum* ad *Flor. lib. III. c. 12.* *Drakenborch.* ad *Epitomen Livii v. Vossium de Art. Gramm. I. 43.* *Zeibichium de Athl. Paradoxo p. 179.* Nugatur vero doctus vir, *Marianus Becichemus Scodrensis*, in *Centur. Epist. LVII.* e suis *Mss.* ut ait, addens *Ap. Hercules*, quasi a gloria et studio Magiæ auctor ita vocatus esset; ac trahit ridicule huc locum ex initio lib. II. p. 21. 'Est *Hercules* hic *Lucius*:' ubi quis non videt poni pro, certe, profecto? Potius hinc patet veritas meæ sententiæ, ex eo loco librariorum credidisse, nostro Auctori fuisse *Lucii* prænomen, sicut

ex eodem Herculis ei adfixerunt. Lucii nomen sine addito alio non infrequens erat Græcis. V. Hagenbuch. Epist. p. 96. *Ondendorpius*.

Madurensis] Sic quidam se inscribere potuit Auctor. Sed, quod vulgo in Mss. et Edd. adnectitur, *Platonici philosophi*, rursus est librariorum additamentum, ab Auctoris studio, quod sæpe de sese jactat, confiatum. *Id.*

Metamorphoseon, sive de Asino Aurco] Tractarunt simile argumentum ante hunc Lucium nostrum Lucius Patrensis et Lucianus: de quibus ita Photius in Bibliotheca Fol. 165. *Ἀντιόχου Λουκίου κ. τ. λ.* Atquin ex Luciano Noster bonam partem transcripserit, enjus Lucium, stilo et verbis Apuleianis translatum, huic nostro Lucio comitem dare initio constitueram; sed me deterruit postea abominanda et despuenda libri obscenitas: ea propter nolui publicarum aurium reverentiam istis turpitudinibus incescare, secutus medici (Galenus de Purgant. Medicam. Facult. cap. 6.) principis (si unum Hippocratem excipias) in hoc sententiam, qui venenorum naturam explicare publice omnino prohibet. Scripserunt et nostra ætate viri eruditi *Asini laudes*, inter quos jure eminet labor præstantissimi Wowerli nostri, qui hactenus apud hominẽm indignum libigne delitescit. Nisi injustus iste dominus abs se eum manu miserit, periculum erit, ne aliquando liberam lucem nactus ex ergastulo isto vocem emittat, possessoremque iniquum pipulo differat. *Geerhartus Elmenhorstius*. Argumentum mutuatus est a Luciano; quamquam ipse alia quædam immiscuerit. Stylus ejus in eo argumento valde decorus et bonus, et mirum in modum æqualis: quæ magna virtus in scriptione. Libellus autem, qui de Herbis inscribitur, non recte illi adscribitur. *Joh. Brantius*. *Metamorphoseon*] Sic lego, quamquam in nonnullis Mss. extet *Metamorphoseos*, ut in Ed. Ven.

1492. *Metamorphoseos seu de asino aureo*, et in Ms. Pithæano: quod testatur, qui eo usus est, doctiss. Hieronymus Grosliotus Lisleus, in marg. exemplaris Aldini 1521. quod est in Bibl. Regia; qui et notavit, exemplar istud Ms. olim fuisse Lucæ Fruterii, delæ Victoris Gisellini, a quo dono accepit Lipsius. Nam in plurali exhibent non tantum Mss. Beclchemi Palat. Oxon. Florent. Regius, seu Fux. Guelferb. Coll. Voss. et alii cum Ed. Colvil, (non Aldi) Wouwerii, &c. sed et diserte Fulgentius lib. III. Myth. cap. 6. citat 'Apuleius in Libris Metamorphoseon,' et Expos. Serm. Ant. v. Choragium, 'sicut Apuleius in Metamorphoseon ait,' s. libro, vel libris. Adde Salmasium d. I. et N. Heinsium ad Ovidii Metamorphoseas. Nec enim memorat solum sui mutationem in Asinum, sed et Asini in se; aliasque jam libro pr. In Ms. optime celeb. J. P. D'Orvillii, nunc meo, ac Pithæi, item Fux. post librorum finem nunc *Metamorphoseos*, nunc *Metamorphoseon*, exaratur. Quod vero vulgo addunt *De Asino Aurco*, vel, ut vult Puteanus, *Asini lusus*, is mere asinus est lusus, ut recte ait Salmasius. A materia quidem et pulchritudine *Asini aurei* titulo hos libros citarunt quoque Fulgentius in Expos. Serm. Ant. v. Edulium, et Augustinus, uti alii *Milesiarum*, quod hinc supponere voluit Rutgersius, vel *Milesia*, ut Capitol. in Albino c. 12. Hoc trahit quoque vir doctus, forsàn Tollius in libri sui margine, locum lib. IV. p. 86. 'propter Milesiam conditorem:' quod non capio. De Milesiis sermonibus jucundis ac lascivis, non veris aut verisimilibus, vide Erasmi Adagia p. 1194. Comm. ad Lucian. in Amor. init. Sed ita librum non inscripsit Auctor, licet *de Asino Aurco* occurrat in Mss. multis, quod male negat Salmasius, qui cetera recte sapit. Spurium esse titulum confirmat Ms. D'orvillii, ubi passim *Metam. liber, qui et de aureo asino*

dicitur. Ita 'aureolus libellus' Cicer. Acad. II. 44. Plin. lib. II. Ep. 30. 'aurea fabula.' *Ἀροφάν χρυσοῦς* Aelian. lib. II. Anim. c. 11. *Πυθαγόρου χρυσὴ ἔρη* sunt nota. V. Comm. ad Tib. I. 6. 60. 'aurea anus:' et similia occurrunt crebro. V. ad lib. V. p. 98. 'infantis aurei nutrimenta.' Verus ergo his libris titulus ab Auctoris manu proditus fuisse videtur: LUCIUS APPULEII MADAURENSIS SIVE METAMORPHOSEON LIBRI. vel, si vis, METAMORPHOSEON ASINI LIBRI. Oud.

Pag. 1. Ed. Pric.* *At ego tibi*] Miror, doctissimos viros, quibus adnumeros quoque Jos. Scaligerum, sibi in animum inducere potuisse, Appuleianam hanc Præfationem versibus senariis fuisse conceptam, et, ut hoc sibi aliisque persuadeant, eam, contra codicum auctoritatem, miris modis mutavisse, interpolasse, ac voces prolebitu transposuisse, summam profecto per vim, sed et ridiculos per conatus. Ita agendo facile totum Appuleium in versus possemus redigere; cuius rei exempla vide apud Pricæum ad libri IV. pag. 81. Et, ut ait Quintil. lib. IX. c. 4. 'nihil est prosa scriptum, quod non redigi possit in quædam versiculorum genera.' Auctor vero Satyrice et Comice numeros innumeros amavit; nisi paucissimis in locis: ubi ipse satis declarat, versus esse, quibus suam exprimat mentem, ut lib. II. in responso cadaveris, et lib. VIII. de sorte Gallorum sacerdotum. Recte igitur jam olim Becichemus Epist. LVIII. Bernardus Philomathes Pisanus in Præfatione Edit. Juntinæ 1522. Salmasius in Prolegom. ad Solinum cum Colvio, Pricæo, aliisque respuerunt. Quid quod Beroaldus exordium in versus non redegerit, adeoque nec errores in his commiserit, quos in illum conferunt temere Groslotius Lislæns et

Rutgersius; sed monuerit tantum, 'exordiri Apuleium ab Epigrammate.' Primus Morianus Tuccius, Clericus Florentinus, in Edit. Juntina 1512. illud in versus redegit, quem secutus est Franciscus Asulanus in Aldina Ed. 1521. Albanus Torinus in Basil. 1533. item Ed. Colinæi 1536. aliique. Sed tantum usque ad verbum 'exordior.' Dein Marcus Hopperus in Edit. Basil. 1560. et Lugdun. 1687. addidit: *Quis ille paucis accipe.* Hinc Scaliger forsitan existimavit, fuisse iambicos trimetros et dimetros alternos, eosque sic reformavit, multo certe elegantius ceteris, sed et liberius:

At ego tibi sermone isto Miletio

Varias fabellas conseram,

Auresque tuas lepidò susurro mulceam;

Modo si papyrus Ægyptiam

Inscriptam calami argutia Nilotici

Non. . . spreveris.

Hominum figuras in alias imagines

In seque rursus mutuo

Refectas, ut mireris hinc exordiar.

Quis ille, paucis accipe.

Ut notarat in ora Editionis Colvianæ Claudius Christianus, Q. Sept. Florentis filius. Verum seqq. Edd. excepta Elmenhorstiana et Pricæana, invito Auctore, prosaicum tenorem bene revocarunt. Verba autem, 'desultoriæ vocis immutationem,' nihil minus significare, quam priora versibus fuisse expressa, quod putat Rutgersius, suo loco docebimus. *Id.* *At ego, &c.*] Alunt Beroaldus aliique particulam *At* ornatus gratia præfigi; et male a quibusdam mutatum esse conqueritur summus vir J. F. Gronovius in Notis ad Præfationem A. Gellii. Pluribus quoque eam vindicare annititur Becichemus Epist. LVIII. Verum, in exemplis per ipsos allatis, non incipit oratio per 'At,' sed præcedunt alia, quibus conneclitur. Nunquam exordiantur Ve-

* Per libros Metamorphoseon paginarum editionis Pricæanæ numeros inter uncias [] inclusimus.

teros sermonem per particulam 'At' cum Indicativo modo temporis seu presentis seu futuri: non vel in Objectione vel Admiratione ac Reprehensione, ut Lib. VI. p. 119. 'Incipit: At tu simplex, &c. speramus?' vel Indignatione, ut pag. 9. 'At hic bonus consilator impone se relictarum contumelias putat.' Ad N. Heinsium ad Ovidii Epist. XII. 1. 'At tibi Colchorum, memini, regina vacavi.' Immo ne hic quidem est Indicativus, sed Subjunctivus 'permalceam.' Is vero cum particula At non jungitur, nisi ut Imprecantis, ut apud Terentium et alios sæpe. Vide ad lib. III. p. 58. 'At multi scelus depellant oculis.' Unde etiam pro Imperativo sensu potendi et jubendi occurrit, ut Livius lib. I. c. 12. 'At tu, pater Deum hominumque, hinc saltem arce hostes.' Horat. lib. I. O. 26. 23. 'At tu nauta vagæ ne parce malignus arena,' &c. ubi male Cuningh. Ac reposuit. Atque ita corrigendi sunt Corn. Nepos in Epamin. c. 4. 'At tu, Micythe, argentum huic redde:' et Frontinus lib. I. c. 12. § 1. 'At audete.' Vulgo utrobique Et editur. Huic vero loco nullus eorum sensuum convenit. Præterea quænam hæc est connexio? 'At ego fabulas tibi conseram, auresque permulceam,' &c. 'et, figuras ut mireris, exordior.' Subjunctivum modum quidem Becichemus sentiens stare non posse, coniecit pro *auresque* non ineleganter *aures qui* vel *quo*, i. e. ut. Sed ea correctione, quam avversantur Mss. non sustulit dictos scrupulos. Alii videntes At *permalceam*, et, ut *mireris*, *exordior* scabra esse, clauserunt periodum verbo 'inspicere,' et *τελεῖν στήματι*, atque conjunctionem et deleverunt: quæ sane non comparat in Edit. Vicent. 1488. Beroald. Juntina, Aldin. Colin. Basil. Colv. Vulcan. Wouwer. Sed contra Mss. O. qui dant et *fig.* At Becichemus cum N. Heinsio acute coniecit *en*, ut istud At teneatur. Certum

igitur sit, corrupte legi At, pro quo Mss. aliquot a Becichemo visi, item Florent. dant Et ego, tunc ab Elmenhorstio expressum. Est enim nihil melius, si non pejor. Scilicet in vetustissimis exemplaribus, ex quibus recentiora sunt præparata, omnia erat prima littera, antro minime deum adpangenda; et incipiebatur per litteram t. Hinc alii librarii fecerunt Et, plerique At: quum deberent scripsisse Ut, quomodo fere Longobardis etiam scribebatur At. Sed tamen et Ut jam ante Becichemum quidam viderunt, et adtexuit margini Ed. Junt. 2. vir doctus quidam, ac servavit Ed. Bas. 1533. revocavitque optime P. Scriverius in minime formæ Ed. Lagd. Bat. 1633. Frequentissima autem est confusio litterarum e et u: ut innumeris locis docuerunt eruditi viri. Immo ab hac particula incepisse Appuleiam, non obscure patet ex imitatione Fulgentiana in Præf. Mythol. 'Ut feriatis tuarum aurium sedes lepido quolibet summo permulceam.' Nempe una est periodus, clare commodoque sensu procedens usque ad verbum cum claudens: *Ut tibi fabulas conseram, auresque permulceam, et ut mireris figuras, &c. exordior.* Deest tibi Ed. Junt. 2. In Cod. Anglicano Parmi, cujus varias lectiones a nescio quo descriptas ad me misit *δ παρὰ πρὸς* Jos. Wasse, est: *At e. f. Milesio sermone isto.* Idem. At particula interdum inceptiva est, ad ornatum pertinens, ut docet Servius in nono Commentario. Ait Donatus, principium esse increpationi aptum: ut Virg. 'At tibi pro scelero exclamat, pro talibus ausis.' Consimile illud Horatianum: 'At o Deorum quisquis in cælo regis.' Beroald.

At ego, &c.] Nolumus hoc initium in versiculos tribui, nam etsi in Codice Florentino tali forma exaretur, in nullo alio (et citantur multi) id servatum apparet; quare cum unius auctoritatem contra plurimos obti-

nere oportere hand æquum putemus, nec efficax ulla ratio adducta sit cur in versus distingui debeat, ad Elmenhorstii editionem, quam ad voluntatem nostram id hic factum, in limine profiteamur. *Pricaus.*

At ego tibi, &c. *varias fabulas conseram*] Infra lib. iv. 'At ego te narrationibus lepidis, anilibusque fabulis protinus avocabo.' Plinius lib. v. Epist. 8. 'Sunt enim homines natura curiosi, et quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam fabellisque ducantur.' 'Fabulas conserere' dixit et Julius Capitolinus: 'Omnes' (inquit) 'qui libere fabulas conseriebant, male Pertinaci loquebantur:' at vulgo, minus recte, *conferabant* editur. Idem in Firmico mendum, apud quem II. 23. *fabulas conferre.* Virgilius: 'Multa inter sese vario sermone serebant,' ubi Servius: 'Proprie sermo qui inter utrumque seritur.' Sic infra hic lib. vi. 'verba serere,' lib. viii. 'Sermonem conserere:' quomodo et Arnobius v. et apud Gellium II. 23. Cæcilius locutus. *Id.*

Sermone Milesia] Fabuloso, lepido, jocosso, delicato, ludicro: hoc enim significat *sermo Milesius*, a Milesiorum Ionie populis dictus, qui deliciis luxuque notabiles fuere, quorum est illud memoratissimum: 'Nemo nostrum frangi esto, alioqui cum aliis ejiciatur.' Hinc *Milesias* prisci appellaverunt poemata et fabulas lascivientes, sive, ut quidam putant, Milesias dicuntur fabulæ aniles et vanidicæ, in quibus nec pes nec caput appareat: nec inстар apologorum epimythion ullum morale continentes. Julius Capitolinus in Clodio Albino sic ait: 'Agri colendi peritissimus, ita ut etiam Georgica conscripserit. Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint.' Extat epistola Severi imperatoris ad Senatam missa, in qua id quod ad

hanc rem maxime pertinet scriptum legimus: sic enim ait: 'Major fuit dolor quod illum pro literato landandum plerique duxistis, cum ille naniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleii sui, et Indicra literaria consenesceret.' Ex his Severi verbis apparet, Milesias Appuleii significari fabellam hujusce Asini aurei, quas ipsemet sermone Milesio contextas et conditas esse significat. Martianus quoque Capella in libro de nuptiis Philologię inquit: 'Diversitatis delicias Milesias Aristides poëta Græcus composuit.' Milesias: hoc est: poëma Milesiaco per quam impudicum: ejus rei Plutarchus et Appianus meminerant: quod et Ovid. lib. Tristium II. aperte docet, sic scribens: 'Junxit Aristides Milesia carmina secum, Pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.' Emaculandus est hoc loco maculosus divi Hieronymi codex, ubi de Milesiis hisce fit mentio, et in sinceram lectionem restituendus: namque in libris contra Rufinum sic passim legitur: 'Quasi non censorum turba Milesiorum in scholis figmenta decantent.' Ubi non *censorum*, sed *Cirratum* legendum est: hoc est, comatulorum puerorum. Juxta illud vulgatissimum: 'Ten' cirratum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas?' Præterea *Milesiarum* lego, non *Milesiorum*: quoniam, ut jam docuimus, fæminino genere *Milesias* dicere maluerunt, quam neutro *Milesia*: nisi quis tutari velit, *Milesia* neutraliter dici posse, ut 'Georgica,' 'Argonautica,' et alia consimiliter. *Beroald.*

Conseram] *Conferam* Ms. Regius, et Ed. Floridi. Sed male. Qui colloquuntur, et alternis agunt, et mutuo respondent, illi 'conferunt ora,' 'sermonem,' et similia: uti sæpe Noster et alii passim; de quo ad lib. v. p. 98. dicam plura. Cic. lib. II. de Inv. c. 4. 'Cum quo in via sermonem contulit.' Nec temere ea loca

in *conserere* sunt mutanda: ut videtur placuisse Cortio ad Plin. lib. ix. Ep. 10. 'Garrulitate, qua sermones in vehiculo seruntur.' At 'serere' et 'conserere verba,' 'sermonem,' 'blanditias' dicitur unus vel plures, qui sermonem jaciunt, de aliorum responso non solliciti: ut lib. ii. p. 41. lib. v. p. 98. 'Sermonem conserentes:' ut legendum videbimus. Lib. vi. p. 114. 'Eique sollicitè serit verba.' Et ubi vis. Vide ad Liv. iii. 17. vii. 39. Sil. viii. 266. et illic Comment. item ad Virgil. Æn. vi. 160. Ac præcipue de re nova. Ad loco adposito Dukerum ad Livii lib. vii. 2. 'Ausus est primus argumento fabulam serere.' Oud.

Aureæque tuas benivolas] *Bibulas* dant etiam Mss. Regius et Palat. ut quidem testatur Vulcanius in ora Ed. Colvianæ, quam possideo, et ipse post Scaligerum & Fuxensem sen Tholosano Codice sic legentem (V. Scaliger. p. 8.) edidit Ed. secunda Leid. 1600. Passim 'aure bibere.' V. Gronov. ad Stat. lib. ii. Achill. 119. 'aure trahentem,' quod tamen illic non mutandum esse alibi docebo. Vulcanium secuti sunt Wouwerius et Floridus, aïens, 'non esse, cur capiet benevolentiam Apuleius, Milesiæ enim satis per se omnibus placent.' Sed cur ergo subdit Auctor, 'modo si non spreveris inspicere?' Quot enim non reperiuntur viri graves, seriæque indole, quibus nugæ istæ displiceant? Quare, cum in ceteris Mss. meis aliorumque retineatur *benivolas* seu *benivolas*, non temere quidquam mutari velim; licet non alienus sim ab altera lectione, quam et præferebant J. Isaacius Pontan. Anal. i. 4. et Jos. Wasse, cum Pricæo, *bibulas*, vel potius, ut aliquando conjeci, *bene bibulas*, sive 'avidas adhibendi,' ut apud alios, et 'sitientes aures,' ut apud Cicer. ii. ad Attic. 14. occurrit. Solec enim hoc adverbium passim adjectivis adjungi, ut intendat significationem, et hic præsertim foret adposi-

tam laudi et benevolentiae captandæ. Vide notata ad Sueton. in Vita Juvenalis p. 998. 'bene din:' et Salmas. Plin. Exerc. p. 26. b. 'ac bene securis congressionibus:' male enim delevit contra Mss. rð ac. Idem.

Aureæque tuas bibulas lepidò susurro permulceam] Ex nostro Fulgentius: 'Ut feriatas affatim tuarum aurium sedes lepidò quolibet susurro permulceam.' Pro *bibulas* Codd. Florent. et Oxon. *benivolas*: at altera (quam substituit Scaliger) præferenda lectio. Persius: 'Nequicquam populo bibulas donaveris aures.' Horatius: 'Densum humeris bibit aure vulgus.' Sidonius: 'Exposita legis bibat auribus ut medicinam.' Propertius: 'Suspensis auribus ista bibam.' Pric.

Lepidò susurro permulceam] Infra: 'Cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo.' De Deo Socratis: 'Oratione permulceat.' *Elmenh.* Ms. Pith. et *lep.* Gothofridus Sopingius, de quo Theologo doctissimo adeantur Prolegomena Celeb. viri et collegæ conjunctissimi J. Alberti ad Hesychium, conjecit *susurru* in ora Ed. Colvianæ, quam etiam penes me est, citatque notas ad Jamblichum et Sidonium Apollinarem, sui scilicet in usum ad eorum exemplaria adlitas: ἀρχαῖος. Et certe ita hanc vocem extulit Auctor in Floridis lib. iii. N. 17. 'Voce hominis fistula susurru jucundior:' uti ibidem præbent Mss. Florentini et Vossii, ipso teste in Anal. lib. ii. c. 20. Oud. *Lepidò susurro*] Eleganti quadam sermocinatione, cuius sonus veluti susurru blandus et suavis aures permulceat. Potest et ob hoc videri usus hac dictione *susurro*, ut ostendat, hæc non esse invulganda, neque prophanis palam nuncianda, sed clam apud aures religiosas promenda, instar mysteriorum, quæ in sanctuariis, et ut Græci dicunt ἀπορρήτοις habentur. *Lepidus* dicitur, qui politus est, auctore Donato, ut *lævis*: id est, lama. Plin. *lepidus* vocari tradit

squamas aëris minitissimas. Unde et *lepidotes* gemma dicta, quæ squamas piscium imitatur. *Beroald.*

Papyrus Ægyptiam tu argutia Nilotici calami] Baptista Pius in Annotat. Posterioribus Fol. 128. 'papyrus Ægyptiam' ineptissime interpretatur genus dicendi molle et lascivum. *Elmenh.* Recte Junt. 2. Wouwer. *Elmenh.* et seqq. ejecerunt ineptum istud tu, quod intruserant contra Mss. omnes et Edd. vetustiores Junt. 1. Ald. aliique. Est vero *papyro Ægyptiam* in Ms. Regio, *papyrarum* Bertin. vitiose non minus, quam *Ægyptia*, ut est in Lips. Guelferb. Palat. Bertin. et Florent. ex quo sic edidit Elmenhorst. quasi respiceret ad sales et festivos lepores Ægyptiis proprios, quò referunt Beroaldus et Pius. Sed ipse hoc repudiatur Elmenhorst. et recte. Intelligit tantum Auctor acumen, et subtilitatem, artemque scribendi per Niloticum calamum in papyro Ægyptia, et elegantius tam papyro, quam calamo suum dat epitheton. V. ad Plin. lib. xvi. c. 36. Munck. ad Fulgent. Mythol. Præf. 'Niliacis exarare papyris.' G. J. Voss. de Art. Gramm. i. 36. Hanc papyrus 'Melonis seu Nili albam filiam seu paginam,' ut est in utroque Voss. Cod. vocat Auson. Epist. iv. vs. 73. De singulari numero 'argutia,' per A. Gellium quoque hoc sensu fere adhibito, adi Voss. lib. i. de Anal. c. 48. Aliter Glossæ: 'Argutia, σφαιρία.' 'Argutia, σφαιρία; singulare non habet.' Ed. Colin. *Nilotici argutia.* Ms. Pith. *arg. inlocutic.* De calamo scriptorio, ut ait Auctor infra lib. ii. vide Rhodium in Lex. Scribonii, et Celsum lib. vii. cap. 11. 'Enodem [ex arundine scilicet enodi] scriptorum calamum.' *Oud. Papyrus Ægyptium*] Chartam papyraceam: est enim Papyrus, sive papyrus (utroque enim modo dicitur), frutex nascent in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, unde

'Niliacae papyrus' appellavit Epigrammarius poeta: brachiali crassitudine, decem cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatur. Ex libro papyri texunt vestem et stragula: hinc illud Satyrographi: 'Succinctus prima quondam Crispine papyro.' Ex hoc sunt chartæ multiplices. Plin. in xiii. quomodo fiant papyraceæ chartæ luculenter, ut omnia solet, enarrat: a quo commendatur Augusta charta, cui principatus fuit in epistolis, ob tenuitatem: quæ antiquitus appellata est *Hieratica*, quasi sacra, religiosi tantum voluminibus dicata. *Emporetica* dicitur charta quasi mercatoria, inutilis in scribendo, sed involucris nsum præbet in mercibus. Inter principales chartas fuere *Fanniana*, *Liviana*, et prælata omnibus *Claudiana*. In chartis spectantur tennitas, densitas, candor, lævor. Sacerdotes Ægyptii calceos papyraceos gestant, nec alia calciamenta eis induere fas est: auctor Herodotus. Chartis legatis, papyrus ad chartas paratum non continetur: ut docet Ulpianus volumine iii. de legatis. *Beroald.*

Argutia] Lepore et festivitate, et salibus Ægyptiis: illi enim nequissimi mollissimique fuerunt: ex quo est illud: 'Niliacis primum puer hic nascatur in oris, Nequities tellus scit dare nulla magia.' Idem alicubi 'sales Niliacos' memorat. Scribit Flavius Vopiscus, Ægyptios esse versificatores epigrammaticos, et ad cantilenas publicas propensos. Quintilianus delicias Alexandrinas, ut omnium mollissimas, nominatim taxat. *Id.*

Nilotici calami] Calamos Ægyptios ad scribendum idoneos maxime probant, qui, ut ait Plin. xvi. inserviunt chartis cognatione quadam papyri: probatiores tamen Gnidii existimantur. Sagittis autem nullus aptior calamus est, quam qui nascitur in Rheno Bononiensi amne, cui plurima est medulla. De calamis Niloticis ait

Epigrammatista: 'Dat chartis habiles calamos Memphis tectus. Textantur reliqua tecta palade tibi.' *Id.*

Inspicere] Deest verbum *inspicere* primum in Ed. Junt. 2. Colin. et Bas. Conjunctio et a quibus Edd. abest, supra monui. Sed ad connexionem esse necessariam simul docui; sicut etiam in Mss. duobus Becichemi, Palat. Pith. Oxon. Guelferbyt. Lips. aliisque conspicitur, et bene ab Elmenh. Scriv. Pricæo, aliisque est revocata. Dein testatur Becichemus quoque, in nonnullis Mss. exarari, quod placuit Mercerò, *figuras formasque*, quæ scilicet clarius possunt dici in alias imagines esse conversæ, quam *fortuna*; respectuque Ovidianæ imitationis initio Metam. 'In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora:' ubi vide P. Burmannum. 'Formas hominum' dixit Livius l. iv. c. 3. et Solin. p. 6. Ed. Salm. Immo has duas voces junxere Cic. l. 1. de Offic. c. 35. 'Formam nostram reliquamque figuram.' Plin. in Paneg. c. 55. § 11. 'Formam principis, figuramque.' *Ἡρώδης Εἰδὼς καὶ μορφὰς* Apollon. iv. 1192. ubi V. Schol. Martian. Capella l. iv. p. 109. 'Formas figurasque intelligimus, ut rotundum pulchrum,' &c. Et ipse Auctor lib. 1. de Dogm. Plat. 'Formas figuratio-nesque.' Crebro etiam hæ voces permutantur, ut l. iv. p. 72. xi. p. 249. Adi Drakenb. ad Liv. l. iii. c. 48. 'Puellæ infelicem formam,' i. e. pulchritudinem, quæ ei infelix fuit: Burm. ad Ovid. 1. ex P. 10. 17. 'Is status est, ea rerum forma mearum:' et ad Quintil. Decl. xiii. c. 8. et 9. ubi *forma* omnino e Mss. restituenda. Nihilominus adsentior Becichemo, e plerisque Mss. *fortunasque*, pessime ejectas ab Edd. Junt. Ald. Bas. Colin. retinenti e Nostri locis, 'Ad extitabiles hominum fortunas,' et l. iii. p. 49. 'Quæ fortunarum mearum tum repentina mutatio.' Non solum enim forma, sed et sors ac conditio

est mutata. *Fortunam* sic corrupe- runt aliqui in *formam* lib. ii. inf. 'Tentare fortunam adgredior.' Ceterum cum Salmasio Lindenbrogius adleverat margini *hominis*, quo respexit Elmenhorst. Quia de se sole præcipue locutus est Auctor. Verum et aliorum Metamorphoses inserit infra hoc ipso libro. *Oud.*

In alias imagines conversas] An homines in alias imagines, ut luporum et asinorum, verti possint, magna inter eruditos et subtilis questio est. Vulgo enim in tantum infixa est fama hæc, ut in maledictis habeant versipelles. Ex quo est illud Plantinon: 'Versipellem sese facit, quando lubet.' Plin. Græcæ vanitatis hæc esse mendacia figmenta-que asserit. Divus quoque August. autumnat hæc esse fabulosa, et demonum ludificationes. Quidam nomine Præstantius olim denarravit patri suo contigisse, ut veneno magico in caso sumpto fieret caballus, annonamque inter alia jumenta militibus bajularet. *Beroald.*

In se rursum... reflectas] Hoc ideo dicit, quia ex homine asinus factus est, mox ex asino in pristinum hominem reformatus, reflectusque. *Idem.*

Mutuo nexu] Sic nempe ediderat Vulcanius in Ed. Sec. 1600. et margini Ed. Colv. adscripserat, ἀλλήλο-τρον/α. Sed *nexu* mere est Appuleia- num. Adi Pricæum et Indices. De Mundo: 'Elementorum mutui nex- us.' Idem Vulcanius conjecit quoque *reflectas*. At frustra. Lib. iv. init. 'De jumento reflectus in hominem:' ut est in Edd. nonnullis, et paullo post ibid. 'Equum currule reflectum.' Plura vide apud Burmann. ad Val. Flacc. l. iv. 391. 'Reflecta Jovi.' *Oud.* *Mutuo nexu*] Per quas- dam quasi vicissitudines: ut scilicet vicissatim ex homine asinus, ex asino homo fieret, mutua quadam conver- sione, eadem subsistente materia. *Beroald.* Et in se rursum *mutuo nexu reflectas*] Infra lib. iii. 'Mibi Domi-

na singula monstravit, quæ possunt rursus in facies hominum tales figuras reformare.' In de Platonis dogm. 'Ad instar syllabarum mutuo nexu reffectas.' Ibidem: 'Globorum inter se nexorum per vices mutuas.' In de mundo: 'Mutuis adhæSIONIBUS nexa.' Eodem libro: 'Elementorum inter se mutui nexns.' Scholiastes vetus Horatii: 'Mutuis nexibus sunt catenæ.' Infra hic libro III. 'Capillos in mutuos nexns obditos atque nodatos.' *Prie.*

Quis ille? paucis] Sic tacite edidit Elmenhorstius, cum antea legeretur: *Quis ille, paucis accipe:* vel *Quis ille? paucis accipe*, ut foret Iamblicus dimeter. Conjeceratque vir doctus non inepte: *Quis ille ego, p. acc.* de quo vide ad III. ix. 128. et alibi. N. Heins. *Qui sim ille*, vel *Qui sim.* Sed unico probo Elmenhorstii lectionem. Ea enim nititur membranis Florentinis, Oxon. Parisi, Guelferb. et Palatinis, elegantemque interrogationem ac responsionem comicam in se continet. *Oud.* *Quis ille]* Extrinsecus subintelligendum sit, qui in alias imagines conversus, et in se rursus reffectus fuerit. Significatur autem ipsemet Apuleius. *Beroald.*

Hymettos Attica] Mons est in Attica celebris melle et marmore. Tætzæ Histor. Chil. II. histor. 370. Galenus de Antidot. I. I. c. 11. Martialis I. III. Epigr. 104. *Elmenh. Hymettos Attica]* Post anteloquium epigrammatis, ingreditur narrationem prosa oratione, docens se magis Græco quam Latino sermone linguam excoluisse. Loca Græcæ famigerata percenset, perinde ac veterem prosapiam: tanquam natus sit in Africa, sed oriundus fuerit in Græcia. Hymettus mons est in Attica inelytus marmore et melle. L. Crassus orator columnas habuit Hymettias sex, duodenum pedum longitudine. Mel Hymettium, quod et Atticum appellatur, primatum obtinet bonitatis: unde Plinius et Ga-

lenus mel Atticum cum primis probant in medicamentis. Strabo quoque libro IX. mel Hymettium reliquias anteponeus, id ait esse probatissimum quod acapnistum vocant, quasi nullo fumo infectum, quo et apes et mella inficiuntur. Ideoque ait Plin. noster, id mel servari, quod acapnon vocant, quasi dicas sine fumo. Solinus de Hymetto scribit hæc: 'Hymetto meritissimo tribuitur principatus, quod apprime florulentus, eximio mellis sapore et externos omnes et suos vincit.' *Beroald.*

Isthmos Ephyræ] Angustæ Peloponnesi, inter duo maria Ægæum et Ionium coërcitæ, Isthmos appellantur. In medio Isthmo Corinthiæ est, quam Cicero 'totius Græciæ lumen' appellat, antea Ephyræ dicta: ex quo Poëta Æra dixit *Ephyræ*, intelligi volens Corinthia. Isthmos ludis quinquennialibus et delubro Neptuni inelytus perhibetur: quos ludos, auctore Solino, ea propter institutos ferunt, quod maria quinque allatrant oram Peloponnensem. Pineæ corona victores apud Isthmum coronabantur, ut refert Plin. in xv. Plutarchus tradit, Isthmia a Theseo primitus instituta fuisse in honorem Neptuni Herculis æmulatione, qui Jovi Olympia primus instituit. Alii Isthmia in honorem Palæmonis instituta fuisse dicunt, ut Archias poëta, cujus extat nobile epigramma Græcum, inelyta Græcorum certamina complexum. Athenienses, ad spectaculum Isthmiorum accedentes, sedendo cæteris spectatoribus præferebantur. De Isthmo quem perfodere tentaverunt dictator Cæsar, C. Caligula, Nero, et Demetrius, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. *Idem.*

Tenaros] Perperam Elmenhorst. *Thenodos* edidit, licet sic plane ostendet Cod. Oxoniensis. Nulla est *Thenodos*, sed *Tenos*, ut in Cod. Fux. Atqui ea non est Laconicæ regio, sed

insula Sporadam. Quare Salmasius ob Florentini codicis auctoritatem conjecit *Tenados Sporadica* in Proleg. ad Solinum. Sed *Tenados* est sterilis et arida. Bene *Tenarus* (Goelferb. *Trenados*. Palat. *Trenarus*) defendit Thom. Gataker. ad M. Antonini lib. vi. § 36. satis confirmatum a ceteris Mas. et loco Auctoris l. vi. p. 130. Ed. Pric. 'Lacedæmon, &c. hujus conterminam quære Tenarum.' Sed, pro *Spartiacæ*, in Oxon. et Fux. est *Spartica*. Neutrum vero videtur esse Latinum, uti nec *Sporadica*. Quare cum Salmasio ibidem et N. Heinsio in Epist. Syll. vol. iv. p. 250. malim *Spartistica*. Memoriz enim vitio citatur a G. J. Vossio in Add. ad Analog. p. 40. et p. 125. *Laconica*: ejus filius Isaacus conjecit *Tenæ Spartistica*, de qua vide ad Steph. Byzant. Non opus vero est cum Vossio patre et Beroaldo hic confugere ad Ellipsin vocis, urbis, regionis, quia Hymettos, Isthmos aliis sunt masculini generis. Nam substantivum ipse addidit Auctor, 'glebæ felices.' Sub singulis igitur gleba est subintelligenda. Unde patet, male a Beroaldo 'glebæ' sumi casu Genitivo, quia 'felix' ita sæpe construitur, et frustra a Rutgersio conjici *gleba felix*. Neutiquam. Hymettos est gleba Attica, Isthmos gleba Ephyræ, &c. ut l. xi. init. 'Eleusinium glebam percollis.' L. ix. p. 202. 'Glebulis vicinam exterminare gestiebat.' Oud. *Tenaræ Spartiacæ*] In Laconia promontorium est Tenarus, et oppidum: est et spiraculum eodem nomine, ex quo descendens ad Inferos patet: est in ipso Tenaro templum Neptuno dicatum: Pomponius Mela et Solinus auctores. Dicitur *Spartiacæ* a Sparta civitate, quæ Laconia metropolis est, condita a Sparte filia Phoronei, ut docet Eusebius chronographus: unde Spartani sive Spartiatæ, qui alio nomine Lacedæmonii celebratissimi. Fuit autem Sparta priscais tempori-

bus, ut Græci dicunt, πόλις ἐργασίας, id est, civitas sine muris, tanquam vera urbis segmenta essent armati viri, non saxa constructa. Unde olim interrogatus Agesilaus, Quamobrem Sparta esset sine muris; ostendens cives armatos dixit: οὐκ ἔστιν Ἀσπίδασι καὶ τοῖς τοῖς. quod Latine dicitur, 'Hi sunt Lacedæmoniorum muri.' Lacones et loquendo et scribendo amatores fuerunt brevitatis prope peraliter. Unde et *Laconismus* breviloquium significat, de quo Cicero in epistolis: 'Laconismo tuo non utar:' et a Symmacho itidem in epistolis dictum est, 'Memini brevitatem Spartanam quendam laudis fuisse.' Annotanda hoc loco est eloquentia Appuleiana, a quo genere feminino *Isthmos Tenarus* et *Hymettos* enunciatur, cum ceteri fere masculino genere usurpaverint: sed videtur Lacinus noster non tam locos quam urbes ibidem conditas signare voluisse. Beroald. *Tenarus Spartiacæ*] Lib. vi. 'Lacedæmon Achaia nobilis civitas non longe sita est: hujus conterminam deviiis additam locis quære Tenarum.' Pric.

Glebæ felices] Gatak. e Glossa citat *fertiles*, et prave vir doctus, qui Modianam codicis Bertiniani collectionem excerpsit, conjicit *feracis*. Eo sensu passim terram et agrum dici felicem et beatum, nemo nescit, et Lexica abunde docent. Adde Pricæum, et Drakenh. ad Liv. l. vii. c. 38. Solin. c. 21. 'Gallim felices præpinguibus glebis, accommodis præventibus fructuariis.' Verum, cum illic in quinque Mas. vetustioribus non comparet vox *felices*, forsan legendum: *Gallia præpinguibus glebis accommoda præfruct.* Non vero hoc sensu Aristophanes in Nub. va. 296. αἰτῶν χόρην Παλλὰδες, ut putat cum Scholiaste Pricæus, sed ob olearum pinguinum proventum: unde et Λαυρὰς 'Aθήναις ait in Equitibus vs. 1236. et alibi. Nam ad frumentum sterilia

erat Attica; ut docet Livius l. XLIII. c. 6. ubi v. sicut et Laconica. Vide Heins. d. l. p. 253. Quare et hic forsitan non tam respexit Auctor ad fertilitatem, quam celebritatem et gloriam; uti certe sumsit seqq. 'libris felicioribus.' Ac forte eo sensu εὐμῆρος χθὲν dicitur apud Æschyl. Eum. vs. 893. Adi Spanhem. ad Callim. H. in Del. vs. 295. Doctiss. Ruhnken. Ep. 11. p. 35. male negat εὐμῆρος dici eos, qui εὐήμεροι sint. In Ms. Regio est felices, æternum felices. Oud. *Gleba felices*] Sensus est, Hæc loca prædicta ubere glebæ et fecunditate segetum felicia creduntur: quoniam ita libris scriptorum proditum est, qui haud dubie feliciores sunt, utpote ipsi æterni, et æternitatem donantes his de quibus sermociantur. *Gleba* autem patris est casus, qui vulgo dicitur genitivus. sic enim loquimur Latine et eleganter, 'Felix ævi.' Silius: 'Felix heu nemorum, et vitæ laudandus opacæ.' Beroald. *Gleba felices*] Georg. iv. 'Manu felices erue sylvas.' Ubi Servius, *Fertiles*. Recte autem inter terras fertiles terram Atticam ponit. De eadem Aristophanes, λιπαρὰν χθόνα. Scholiastes: Εὐδαλῆ, τὴν πᾶσι κομῶσαν. Pric.

Æternum] Coll. Voss. *etiamnum*. Salmasius d. l. memorie forsitan vitio citat in æternum, ut l. 11. p. 39. 'In æternum conditis oculis.' Sed hoc ipso libro e Mss. 'Æternum solitudinem deflebo.' Tibull. 11. 5. 64. 'Æternum sit mihi virginitas.' Ac passim Virgilina, cujus locum fortassis ante oculos habuit Auctor e l. 11. Georg. vs. 400. 'Glebaque versis Æternum frangenda bidentibus.' Et sic alibi utitur τοῖς 'perpetuum,' 'immemum,' 'absolutum,' 'solidum,' &c. adverbialiter. Oud.

Libris felicioribus condita] Becichemus Ep. 65. e Mss. nonnullis legit *felices liberis f. credite*, quod est et in Fux. ut intelligantur cives et alumni

terrarum illarum, quibus sint felices. Pntide profecto; licet *liberis* exstat quoque in Regio. Locum enim habere nequit τὸ *credite*. Nam unum alloquitur Auctor, 'Tibi, auresque tuas, Lector.' N. vero Heinsius d. l. defendit quasi e Mss. omnibus *credita* sive, commissæ: idque retinuit etiam Scriverius. Juvat Horat. l. 1. iv. O. 9. 11. 'Vivantque commissi calores Æolix fidibus puellæ:' et præsertim l. 11. S. l. 30. 'Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris.' Verum, cum istud *credita* non sit nisi in aliquot Mss. Becichemi, Pith. et Bertin. in ceteris vero *condita*, hoc magis videtur genuinum, ut elegantius et remotioris sensus, atque hinc a librariis more suo mutatum. 'Condita libris' sunt, repositæ ac servatæ. Ut in exemplo per Pricæum allato lib. iv. 'Nomen meum cælo conditum.' Inc. Auctor Panegyri. Constant. c. 24. 'Condita literis monumenta.' Arnob. l. 11. p. 45. 'Sapientix condita et intelligentix vi mera.' Vulgo ibi *conditi*, Crus. *consulti*. Veget. l. iv. Prol. 'Cum omnibus profutura condantur:' ubi in aliis *cred*. Aliquoties hoc verbum, ut et *conditor* in *creditor*, est corruptum: ut videbimus infra h. libro, in Floridis, et de Mundo; et sic apud alios. Consule Burmann. ad Eleg. Ped. Albinov. de Drusi morte vs. 343. 'Fœmina digna illis, quos aurea condidit metas:' ubi tamen ex exemplis per illum citatis significat, litteris celebrare: qui sensus hic non videtur admittendus. Ceterum perperam omnino vir doctus margini adlevit *tradita*, ut voluit Barth. ad Claud. Epigr. viii. *Idem*. *Libris felicioribus condita*] Melius ita quam *credita*. lib. iv. 'Et nomen meum cælo conditum,' &c. Pro *libris, liberis* legendum Becichemus contendit. *Liberos* exponit filios vel alumnos terræ illius. Quæ verisimilitudine id faciat, ego nondum perspicio. Pric.

Prosopis] Generis origo, et fami-
liæ, dicta a *proserpendo*. Alio nomine
prosopis nominatur: dictio est ve-
tus, et ut ait Quintilianus, 'ab ulti-
mis, et jam obliteratis repetita tem-
poribus.' *Beroald.*

Inquam in Attide] Adde Codd. Re-
gium, Palat. Oxon. Fuz. Guelf. Pe-
trarchæ, Pith. Par. *Linguam Attidem*
vel *Atidem* vel *Atthidem* vel *Athidem*,
quod merito pro vulgato, ante *inquam*
in *Attide*, receperunt viri docti, præ-
terquam Scriverius, qui e binis lec-
tionibus formavit *linguam in Attidem*.
Sed male. *Merere linguam stipendii*
est, ediacere linguam, ejusque cog-
nitionem accipere, tamquam mercedem
operæ impensam in militia studiorum
ac Minervæ castris, sicuti milites suis
stipendiis 'æra merent,' ut millies
dicitur. Nisi forsan ex Bertiniani
Codicis vestigiis quis malit *lingua sub*
Attide, ut Ovidio lib. II. Am. 9. 23.
'Merui sub Amore, puella:' ubi v.
Burm. Ut lingua quasi dux conside-
retur, cujus disciplinam, tamquam
miles in castris, didicerit. *Attide* est
in Ed. Bas. margine, 1594. *Attidem*
profert etiam Becichemus; ut alibi
'Attias Orithyia.' Pro merui in Pa-
lat. et Guelferb. *inveni*, in Pith. *mer-
bii*: unde conjecit vir doctus *exerui*,
vel potius *imbibi*, quod et Salmasius
margini adlevit. Ceterum Isidori lo-
cum sublegit Elmenhorst. Linden-
brogio ad oram Ed. cui adleverat ille
variantes Lectiones Codicum Florent.
Quod sæpe ab illo tarpiter patratum
est, nulla Lindenbrogii facta men-
tione. *Oud.*

In Athide] Athenas significat. *Athis*
enim est Attica regio, cui Cranaï filia
nomine Athis nomen dedit: quod et
Justinus refert. De qua Strabo libro
Geographiæ IX. sic refert: Ab Ac-
tæone Activam dicunt. Athidem ve-
ro et Athicam ab Athide Cranaï filia,
a qua et inquilini Cranaï vocantur:
ipsa autem civitas Athenarum nomen
sortita est a Dea Minerva, quam

Græci Ἀθήνη: hoc est, Athenam vo-
cant. *Beroald.*

Ibi linguam Attidem, &c.] Firmatur
et hæc lectio ab Oxoniensi Ms. *Pric.*

Primis puer. stipendiis merui] Libro
IX. 'Prima stipendia Veneri milita-
bant.' Vide Indicem. *Elmenh.*

Pueritiæ stipendiis] Signat se prima
Græcarum litterarum elementa Athe-
nis didicisse, quæ civitas domicilium
fuit et veluti officina ingeniarum dis-
ciplinarum. *Beroald.*

Primis pueritiæ stipendiis] Sic 'pri-
ma Veneris stipendia' infra lib. IX.
Et 'prima pueritiæ rudimenta' lib.
VII. Justin. *Pric.*

Merui] Militavi. Militia autem
pnerorum militariaque stipendia sunt
in gymnasio literatorio: *merere* enim
significat militare. Varro: 'Eque pub-
lico merent:' et apud Suetonium in
Julio Cæsare scriptum est: 'Meruit
et sub Servilio Isaurico in Cilicia.'
Merere interdum pro *mereri* usurpa-
tur, ut apud Plautum: 'Etai aliter
meres,' pro mereris: est etiam *me-
rere*, sordidissimum quæstum capere:
hinc *mercenarii* et *meretrices* dicuntur.
Aulus Gellius: 'Lais,' inquit, 'Co-
rinthia ob elegantiam venvstatemque
formæ grandem pecuniam demere-
bat.' *Beroald.*

In urbe Latia] Romam significat,
non solum Latii, sed et cunctarum
terrarum caput, quæ communis patria,
auctore Seneca, dici potest. *Beroald.*

Advena studiorum] Vide Andreæ
Schottum Tullian. Quæst. lib. I. c. 14.
Elmenh. *Studiorum Quiritium*] Stua-
dia Romanæ linguæ sese didicisse in
ipsa urbe Roma significat. Quirites
autem Romanos dici, nemo est qui
nesciat. 'Indigenam sermonem' ap-
pellat vernaculum et peculiarem Ro-
manorum, qui sermo Latinus est.
'Latinitas' enim (ut inquit Diome-
des Grammaticus) 'est incorrupta lo-
quendi observatio, secundam Roma-
nam linguam.' Omnes antiquitas
tam docti quam indocti, tam fœminæ

quam viri, tam pueri quam senes, apud Romanos Latine loquebantur, nec tamen grammaticæ. Aliud enim est Latine, aliud grammaticæ loqui, ut docet Quintilianus in primo; qui libro XII. prodidit, fuisse quosdam qui illam tantum esse naturalem putarent eloquentiam, quæ sit quotidiano sermoni simillima: qua cum amicis, conjugibus, servis loquamur, nihil accersit elaboratique requirentes. Item M. Tullius ait in Bruto, populum eloquentiæ et oratoris iudicem esse: qui in tertio de Oratore tradidit, vulgum in versu videre si peccatum est, et si quid in oratione claudicat sentire. Qued profecto facere non posset inæcius Latinitatis. Item, 'Nemo,' inquit, 'unquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus: si est aliter, irridet, neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant.' Hoc haud dubie non diceret, si Latine loqui fuisset in paucis, sicut in præsentia est. Idem refert, mulieres conservare facilius incorruptam antiquitatem, quod, multorum sermonis expertes, ea tenent per quæ prima didicerunt. Ex quo L. Crassus orator socrum suam Læliam sic audire se solitum testatur, ut Plautum sibi aut Nævium audire videretur: quæ res evidentissime omnem dubitationem eliminat, ne dubitemus priores omnes Latine loqui solitos indiscriminatim. Quod eo copiosius retuli, quia super hac re altercatio non modica fuit temporibus nostris inter viros eruditos. *Indigena* autem, ut ad propositum revertamur, opponitur advenæ, et significat inde genitum, non alienigenam, non adventitium, sed vernaculum, proprium, et quasi peculiarem. *Beroald.*

Indigenum Sermonem] *Indigenum* præter Lips. et Flor. habent quoque Reg. Oxon. Fux. Guelf. Palat. Par. et Edd. Vulc. I. Pric. Utrumque recte dicitur. Sic mox 'equo indigena.' Adl. Duker. ad Flor. lib. II. c. 18.

'Vocant indigenam ex frumento portionem:' uti et quoque in uno Vossiano. Gell. lib. II. c. 24. 'Vino alienigena.' *Oud.*

Ærumnabili l. Æ. excolui] Recte Colvius et seqq. *ærumnabili* exhibuerunt. Sic enim Mas. hoc loco constanter: uti et lib. IX. p. 18. 'ærumnabilis deformitatis.' Sed lib. VIII. p. 159. Palat. Guelferb. et Bertin. dant *ærumnali*: unde ita illic male legebat in Susp. Lection. Scioppius lib. IV. Ep. 4. et in Symb. Critic. Frequens ea confusio hujus terminationis, ut 'æqualis' et 'æquabilis,' de quibus ad Suetonium, 'exitialis' et 'exitibilis,' 'flexilis' et 'flexibilis,' lib. IV. v. et VI. de quibus suo loco. *Excolui* etiam in Regio. *Idem.* *Ærumnali labore]* Difficili, molesto. *Ærumna* enim labores onerosos significant. 'Majores nostri,' ut auctor est M. Tullius II. de Finib. 'labores non fugiendos ærumnas nominaverunt: unde labores Herculis *ærumna* dicuntur. Plaut. in Persa: 'Superavit ærumnis suis ærumnas Herculis.' Ausonius: 'Prima Cleonei tolerata ærumna laboris.' Idem M. Tullius in IV. Tusculana: 'Ærumna,' inquit, 'est ægritudo laboriosa.' *Ærumnulas bronchiorum* furculas appellaverunt, quibus religatas sarcinas viatores gerebant, quarum usum quia C. Marius retulit, 'muli Mariani' postea appellabantur. Operæ pretium est hoc in loco obiter annotare super mulis Marianis quædam digna cognitu nec indigna relatu, quæ apud Frontinum legimus, qui lib. IV. Strategematicon scribit hæc: 'C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: unde et in proverbium tractum est, Muli Mariani.' Aliam hujusce proverbii causam refert Plutarchus in Mario, qui id quoque me-

morat, quod scilicet Marius imperator eadem ferebat, obibatque onera in re militari, quæcunque militibus imperabat: quare post hæc cum labores et jussa imperatoris milites libenter subirent, nulli Mariani vocabantur. Vulgus hodieque hinc, ut opinor, ducta origine, 'caballos Marianos' appellat homines, qui pedibus suis ambulantes se in equo sedere et vehi mentiuntur in ludicro spectaculo. *Beroald.* Nullo magistro præeunte] Sine doctore. Insinuat se didicisse perinde ac si fuerit *αβροδιδασκρος*, sic enim Græco vocabulo dicitur, qui seipsum magistrum habet. Talis fuit antiquitus Manilius Senator Romanus, quem Plinius maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuisse prodidit. Divus quoque Augustinus libro Confessionum iv. gloriatur, per semetipsum solum, citra doctorem, legisse libros artium liberalium, et intellexisse. 'Aristotelica quoque prædicamenta,' inquit, 'quas appellant Categorías, solus legi, et intellexi.' Fuit et Syllanion statuarius nullo doctore nobilis. *Idem.* *Indigenam sermonem arduum labore, &c.*] Ita Hieronymus ait: 'Hebræam linguam se multo labore ac sudore, nec tamen nisi ex parte didicisse:' et ibidem (in Epistolis inquam) 'Quid laboris insumpserim, quid sustinuerim, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, testis est conscientia, tam mea qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam.' *Pric.*

Et ecce] Monere debuerat Elmenhorstius, se vulgarem lectionem, quæ erat *En*, mutasse Ms. Florentini auctoritate. 'Et' autem sæpiissime occurrit cum alibi, tum apud Appuleium: ut pluribus docebo ad lib. iv. p. 78. Ed. *Pric.* 'Et ecce plurimi:' ut ibi est scribendum. Sed tamen *En ecce*, quod servant Mss. Florent. alter, Pith. Fux. Reg. Lips. Oxon. Palat. hic nequaquam erat mutandum. Amat enim Auctor hæc 'En ecce'

præfigere verbis primæ personæ: ut lib. viii. p. 171. 'En ecce merceus perduxí.' Lib. x. p. 216. 'En ecce prolatam coram exhibeo:' et alibi. Quare restitui, sicuti nec Scriverius Elmenhorstio obtemperavit. *Oud.*

Præfatur] Credo conjecturam Grueteri acceptam pro Var. Lect. Cod. Palatini: nam ipse ex eo nihil adnotavit. Frustra vero illi displicet numeri sing. et pluralis variatio. Ea enim nostro auctori est frequens. P. 18. Ed. *Pric.* 'Abnebam, quippe qui prospexeramus,' &c. Lib. ii. p. 40. 'Quid me reductis? Desine jam.' Lib. iii. p. 57. 'Patere me perfrui, et impartire nobis:' p. 63. 'Præsentem casum tolerans, frons rodebamus:' ubi vide tamen. Et sæpius alibi, præsertim apud poëtas. Vide Burm. ad Virg. *Æn.* ii. 32. In Oxon. est *præcatur*. Male. 'Præfari honorem' ita a Nostro in Apologia; et ab ipso Cicero adhabetur. *Idem.*

Exotici ac forensis sermonis rudis locutor] Nihil certius est, quam per *exoticum* et *forensem sermonem* intelligi linguam Latinam, qualem in foro loquebantur Romani, sui sermonis bene gnari, ac causidici, non plebei viles, ut quidam capiunt. Pingit enim se esse Græcum Lucium, qui, a pueritia Atticam linguam edoctus, dein Romæ ærumnabili labore Latinam didicit, nullo magistro præeunte. Hinc merito præfatur veniam, si quid erraverit. Errant igitur vehementer illi, et in his Salmasius, postquam prius recte 'exoticum' explicaverat, intelligentes Græcum, qui erat Lucii indigena sermo. Perperam etiam quidam 'forense' deducunt a 'foris,' seu extraneam, et exoticam. Sed ita his idem dixerit Appuleius: nec 'forensis' unquam, quod sciam, derivatur a 'foris,' sed a 'foro:' atque intelligitur omne illud, quicquid in foro fit, et ad illud pertinet; ut 'forense studium' lib. iv. p. 72. 'Forensis habitus, forensia vestimen-

ta' Suet. Aug. c. 72. Anson. Ephem. Epigr. iv. 'Forensis turba,' 'factio,' æmpius. Plura super his vide apud Beroald. Becichem. Salmas. in Prolog. ad Solin. et Barth. Advers. lib. xxxii. c. 15. Hæc si bene perpendisset N. Heinsius, non audacissime conjecisset ad Ovidii Met. lib. v. vs. 450. *forinsecus*: ubi infeliciter *locutor* quoque tentat in *accitor*. Quis sit *rudis accitor sermonis*, non capio. Sed *rudis locutor* optime dicitur de homine linguæ non bene gnaro, nec satis adhuc exercitato; ut 'rudis militis tiro.' Vellei. lib. ii. c. 9. 'Verbis rudis et rudis poëta:' ubi consule Heinsium. Liv. lib. ii. 56. 'Rudis in militari homine lingua.' Aviano in Prol. 'Rudis Latinitas.' Vide et Pacatum in Pricæi Notis. *Idem*. *Exotici sermonis*] 'Exoticum sermonem' appellat Romanam linguam, veluti alienigenam ac insititiam, sibi merito peregrinam, cum ipse natione Afer atticissare didicisset, et in patria stridulam Barbariam puerilibus labris degustasset. *Exoticus* enim significat peregrinum et externum, vocabulo quidem Græco, sed apud Latinos usitatissimo. hinc apud Plin. et Plantum 'anguenta exotica,' apud Gellium 'vinum exoticum,' pro alienigena et peregrino. *Beroald*. *Forensis*] Vel Romani, quo oratores utuntur in foro: unde et 'forensis eloquentia,' et 'forenses' apud Sidorium 'tabulæ:' et 'forenses' apud Ciceronem 'literæ,' quibus utimur in foro: vel externi: ab hoc adverbio *foris* derivatur: omnino Romanus sermo significatur. Apud Livium 'forensis factio et turba' accipitur pro humili, sordida, insincera, quam Fabius excretam ab integro populo in quatuor tribus convertit, urbanasque eas appellavit. *Idem*.

Offendere] Ex dictis hisce patet simul, errare viros doctos, qui e nonnullis Mss. ut aiunt (nam nostri nihil variant), reponere conantur *offudere*,

jungentes *offudero quid exotici et forensis* s. sive quasi tenebras lectori, voces Græcas nonnunquam et exteras, uti et plebeas ac vulgares objecero. Id enim placuit quoque Barthio lib. xiv. Advers. c. 1. Grut. lib. iii. Susp. 2. Immo sic citavit Voss. de Constr. c. 63. Sed perperam omnino. *Si quid offendere* est, si quid impegro, erravero. Cic. lib. ii. ad Fam. Ep. 18. 'Sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit.' ix. 2. 'Qui in tantis tenebris nihil offendat.' Et sæpe. Crebro vero *offendere* et *offendere* in Mss. confundantur. Ceterum pro ac e Ms. Florent. Elmenh. Pric. Florid. edidere atque. Oud. *Præsumur ven. si quid exotici, &c. offendere*] Solennis alienigenarum Scriptorum deprecatio. Macrobius lib. i. 1. de Lectoribus suis: 'Petitum impetratumque volumus, ut æqui bonique consulant, si in nostro sermone nativa oris Romani elegantia desideretur.' Pacatus Panegyrici initio. 'Huc' (timori meo) 'accedit auditor Senatus, cui cum difficile sit, &c. de Te' (Imperatorem alloquitur) 'satis fieri, tum difficilis pro ingenua ei hereditaria orandi facultate non esse fastidio rudem hunc et incultum Transalpini sermonis horrorem.' Confer quæ facete Cato apud Gellium ii. 8. de Albino, et apud Plutarchum in Apophthegm. Ms. Oxon. hec *præcamur*, non *præsumur* habet. *Pric*.

PAG. 2 *Hæc quidem*] Idem lib. Ms. *Hæc eq*. Colv. Adde Florent. Oxon. Fux. Edd. Junt. 2. Elmenh. et Pricæi. Verissime. Amat hanc voculam cum secunda et tertia persona jungere Auctor, licet aliquoties sit corrupta. Vide Indicem, et lib. ii. p. 29. Ed. Pric. iv. p. 64. v. p. 89. vii. 138. viii. 159. x. Init. Nec secus agunt optimi scriptores. Vide ad Virg. *Æn*. ii. 77. et Sueton. Aug. c. 11. Eaque vox ex Mss. restituenda est Ausonio Epigr. xciii. ubi vulgo sine sensu *quidem*. Vide eundem

in Profess. c. 1. 5. in Technop. de Cibus p. 481. Ed. Toll. Epist. 19. p. 659. et sæpius. Græci ita adhibent *καλῶς*. Hoc est in Pith. *Idem*.

Vocis immutatio] Hoc Rutgersii maximum est argumentum, quo evincere conatur, præcedentia versibus consistere: quasi hic voluerit dicere Appuleius, se jam vocem immutare, et oratorio vel prosaico stilo incipere; quum primo versum cantillaverit. Verum eam sententiam, descriptis ipsis Rutgersii verbis, ineptam esse pronuntiat Salmasius d. l. ac bene interpretatur cum Becichemo, nativum sermonem ab illo in Latinum transmutatum; hisque innuī fabulam e Græca Lucii Latinam esse factam. Nam ideo subjungit: 'Fabulam Græcancam incipimus.' Manuit ergo fabula sub Lucii nomine Græca, sed Latine versa aut expressa. In Palat. *desolutoria*, et respondit, quod et dat Fux. *Idem*. *Ipsa immutatio*] Tanquam nunc primum Latine cœperit scriptitare, cum prius eloquio Græco uteretur. Hinc in Deo Socratis ait: 'Satia oratio nostra atticissaverit.' *Beroald*.

Desultoria scientiæ] Decenti quidam translatione 'desultoriam scientiam' appellat Indicram, voluptariamque, veluti desilientem a studio pristino severiore: sicuti 'desultorii equi' vocantur, ex quibus homines agilitate corporis præditi repente desiliebant. De quibus lege quæ annotavimus in primo Suetonii commentario, illud enarrantes: 'Equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.' Relege illa quoque, quæ scripsimus in quarto Propertii commentario, super eo versu: 'Trajicit alterno qui leve pondus equo:' ubi docuimus, *desultorem* designari, qui equos desultorios alit, et exercet illa transili pernicique saltatione. Martianus quoque eadem pene translatione usus, qua et Appuleius: 'Decenter,' inquit, 'levitate pernix de-

sultoria gestiebat.' Illud adde, quod a Cassiodoro traditur, equos desultorios repertos esse, per quos Circensium ministri missos denunciant exturtos. Erit ergo hic sensus: Ut desultores ex equo in equum, sic ego ex Græca lingua et scientia in Romanam desilio. Potest et dici conducenter 'scientia desultoria,' historia de asino, in qua ex homine in asinum desallit, et vertitur, videlicet in mores bellinos propensior: mox ab asino in hominem reformatur, cum relictis voluptatum pediculis, duce ratione emergit in viam virtutis, et hominem sese verum præstat. Versus autem homo est animus. Apud scriptores qui transfigurantur in bellinas, ad hunc intellectum referri possunt. Proverbium illud ab asino cadere, quod quidam huic loco agglutinare contendunt, mihi haudquam convenire videtur, cuius meminit Aristophanes in Nubibus, et retulit Plato in Gryllo, qui et in tertio de Legibus sic tradit: 'Cur hæc nobis dicta sunt, repetendum videtur, ut oratio quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat, dicendi concita impetu, ab asino (ut proverbio ferunt) excutiatur.' *Idem*.

Stilo, quem accessimus] Ed. Vicent. *accensimus*. Prave Pricæus præfert id, quod nunc nemo nescit e perversa librorum orthographia ubique olim in Editiones irrepsisse, *accersimus*. Mihi non dubium est, quin cum Scalig. Pontano Anal. 1. 4. Wouw. Lipsio, Scrivierio, &c. sit legendum *arcessimus*, frustra que Ill. Heinsium ad Ovidii lib. xv. Metam. v. 625. multis contendere, ut sua probetur conjectura, *quam adsciscimus*. De stylo scientiæ, non de scientia loquitur. Amavit autem Auctor verbum 'arcessere' pro, sibi contrahere, comparare, acquirere, adfectare, ut l. v. p. 105. De quo plura dicemus ad lib. iv. p. 86. 'Tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit.'

et lib. vii. p. 146. 'Me ignem ultro-
perum accessisse.' Nam et illa per-
peram viri docti lacerant. Cic. lib.
iii. de Orat. c. 28. 'Orationi aliquid
splendoris accessere.' Vide quæ no-
tavit Burmannus ad Petronii c. 37.
'Arcessere fabulas cœpi.' Quo mi-
nus ille tentare debuerat ad Suetonii
Calig. c. 22. locum Curtii lib. x. c. 5.
33. 'Dile æquare se et cœlestes ho-
nores accessere.' Idem enim lib. viii.
c. 13. § 25. 'Ut ex periculo gloriam
accesserent.' uti legendum videtur e
Mss. Vulgo et *arcessentes*. Auson.
Profess. c. 5. 25. 'Spem remotam si-
bi accessere.' Sil. vi. 96. 'Parca
vires accessere mensa.' et lib. xiii.
161. Vide Cort. ad Plin. v. Ep. 6.
Oud. Stilo quem accessimus, &c.] Sca-
liger et Is. Pontanus *accessimus*: ego
accessimus prætulim. Infra lib. v.
'Nec ullo in genere mortis accessito
perimas.' *Pric.*

Fabulam Græcanicam] Quod temere
nimis arripuerunt viri docti; cum
natum sit ex contractione, ut liquet
e Palatino, in quo est *Græcam*. Par.
Cod. *Græcanicam*. Nihil erat mu-
tandum. L. x. in f. 'Græcanica
pyrricha.' In Flor. N. 16. 'Græ-
canico cingulo.' et sic alii. Si quid
innovandum, mallet *Græcam*; ut in
l. ix. p. 185. 'Auctor apud Grai-
os.' ubi similis glossa. Flor. N.
18. 'Penes Graios.' In Deo Socra-
tis p. 603. Ed. Flor. 'Sapientiæ
Graiæ.' qua voce potuisset simul
adludere ad aniles fabulas. Sed non
opus est. *Oud.*

Incipimus] Nobil. Heins. ad Val.
Flacc. vii. 114. citat *accipimus*, typo-
thetarum, credo, vitio pro *occipimus*;
de quo plura ad p. 4. 'Qui occiperas
fabulam, remetre.' Ibidem pro *læ-
taberis* mavult *delectaberis*, ut absorp-
ta fuerit iteratio syllabæ *de*; nimia
emendandi prurigne. Certe, ut nunc
exhibetur, jam olim legit Petrarcha
Præf. Operum ad Socratem fratrem,
uti ad sui libri marginem notavit Cl.
Drakenb. A Fux. absunt omnia hæc,

*Fab. Gr. inc. &c. lætaberis. dein. Fun-
damentum Plut. Reg. et Fux. Idem.*

Fabulam Græcanicam] Ideo *Græca-
nicam* appellat, quia ad exemplar Lu-
ciani Græci scriptoris condita est, ex
quo asinum aureum pene transcribit:
vel quia in Thessalia, regione Græ-
ca, hæc res gesta est. Differt autem
Græcanicus a *Græco*: nam ut docet
M. Varro libro vi. de analogia: *Græ-
canica* adventitia sunt, de Græcis vel-
uti notha: ut Hectores, Nestores, et
ita hæc fabula ex Græco Luciano de-
ducta derivataque est. *Beroald. Fa-
bulam Græcam incipimus*] Lib. ix. 'Fa-
bulam bonam, &c. ad aures vestras
afferre decrevi: et en occipio.' *Pric.*

Thessaliam] Fabulam asini aurei au-
spicatur ab eo principio, a quo exor-
sus est Lucianus, cujus initium est
hoc: ἀρξέιν ποτὲ ἐς Θερραλίαν: id est,
Olim in Thessaliam proficiscebam.
Thessalia autem prisco seculo Pyr-
rhea, a Pyrrha Deucalionis uxore de-
nominabatur, mox Hæmonia ab Hæ-
mone, a cujus filio Thessalo Thessalia
vocata est. Homerus Argos Pelas-
gicon appellat. *Beroald.*

Nam et illic] Hoc per interpositio-
nem, quæ Græco vocabulo parenthesis,
dictum est. *Idem.*

Originis materna] Annotavimus in
vita Appuleii, matrem ejus fuisse
Salvian, a Plutarchi familia prognatam.
Fuit autem Plutarchus Chæronensis,
quæ civitas est Bæotiæ: quod et ipse testatur in Sylla, scri-
bens patriam suam Chæroneam, ab
Archelai impetu incolumem evasisse,
providentia Syllæ, qui eo in loco
victoriam ex hostibus victis adeptus
est. Idem in Lucullo ait, Chæronen-
ses municipes suos Luculli testimonio
evasisse periculum: quod Orchome-
nii per calumnias intentabant, ex quo
statuam lapideam in foro Chæroneæ
publica impensa Lucullo dicaverunt:
et ob id beneficium non solum confi-
tetur, sed etiam palam profitetur, se
plurimam gratiam debere Romano
Lucullo. Idem in Demosthene re-

fert, quemadmodum apud Chæronem patriam suam Philippus Macedonum rex prælio magno Athenienses vicit, finisque libertati Græcorum impositus est: ex quo prælio Demosthenes, qui alios ad pugnam animare solebat, salutem fugam sivit. Cumque id ei, quod fugerat, probrose obiceretur, versa illo notissimo elusit: *ἀλλῃ, inquit, ἢ φεύγων καὶ πάλιν μάχεσθαι*: id est, Vir fugiens et denuo pugnabit. Floruit autem Plutarchus sub Trajano et Adriano imperatoribus. Trajano libros Apophthegmaton dedicavit, vir haud dubie primæ notæ inter eruditos, et multijuga eruditione mirabilis, fecundus sane scriptor, et qui jure polygraphotatos nominari possit, a copia voluminum. Unde nunc non immerito gloriatur Appuleius, maternam originem a Plutarcho derivatam sibi gloriam parere. *Idem.*

A Plutarcho illo inclyto, et mox Sexto Philosopho, nepote ejus Non Appuleium, sed Lucium audis, Lector, ejus collectanea Thessala Byrrhæna erat quoque e Plutarchi familia, lib. II. Nec intelligas quæso, Chæronensem Plutarchum. Is enim Bœotus. Hic Thessalus. Neque Chæronensis Plutarchi Sextus, M. Antonini præceptor, in nummis et gemmis quoque conspicuus, ut putant (Vide Middleton. Mon. Antiq. Tab. 215. 5.) Lucio Patrensi et Appuleio senior fuit, adeo ut inde genus ducere non potuerint. Frustra desudant viri docti, qui hic de Plutarcho Chæronensi cogitant, aut de materno Appuleii genere somniant, mireque sese implicant. Vide Salmas. in Prolog. ad Solin. Cassub. ad J. Capitol. in Vita Marci c. 3. Sam. Petit. Obs. I. II. c. 10. Maussac. Diss. Crit. ad Harpocrat. p. 326. Timide pronuncio; sed inducor fere eo, ut credam, illa omnia et mox *Sexto philosopho nepote, ejus* (Palat. *Sexto p. nepote ej.*) a sciolo quodam esse adseuta, qui de Plutarcho Chæronensi, ejusque ne-

pote Sexto quendam sciebat, sed Chronologiam ignarus, et Thessalum Lucium cum Chæronensi confundens, *Sextum* hic fabricavit et intrusit. Byrrhæna I. II. modo ait se et illum e Plutarchi familia prognatos, uniusque nutricis lac bibisse. Similis certe fraudis exemplum illustre occurrit in libro de Mundo p. 64. Ed. Elmenh. 'Ut Liparis, ut Ætna, ut Vesuvius etiam noster solet.' Quid? Aristoteli Stagiritæ aut Madaurensi Appuleio *Vesuvius* vocatur noster? Scilicet marginalis est Glossa, ab Italo quodam attexta, et hinc in contextum stulte recepta. Legendum ibi simpliciter, ut e Mss. vestigiis liquet: *Ut Liparæ cunctæ, ut Ætna. Græce ὄρηες Ἀττάρις τε καὶ Ἀττήν καὶ τὰ ἐν Αἰόλου ὄρεος.* Vide ad Virgil. I. VIII. 417. et me ad Frontin. IV. I. 35. et Geographos. Vere tamen matrem Appuleii *Salviam* dictam esse, ut est I. II. Init. posset quis suspicari, quia in Inscriptionibus occurrunt 'Appuleii Salvii,' sed libertini. Vide Reines. Cl. XVIII. 3. Murat. p. 1572. I. Nec enim puto, cum Reinesio Cl. XVI. 32. pro *Appuleio Salito* legendum, *A. Salvio*. Ceterum *ipse* exaratur etiam in Reg. Fox. (in quo etiam *materia*) Pal. Oxon. Cave, audias: p. 7. 'Ut illa Medea:' p. 17. 'Thesi illius:' I. III. p. 47. 'Illum bonum Milonem;' et sexcenta, tam Nostro, quam aliis, *ὅσα τε κέως*. Vide ad I. IV. p. 72. 78. VIII. p. 162. XI. p. 246. 262. Heins. et Burn. ad Ovid. Ep. XIV. 93. *Oud. Sexto Philosopho*] Ejus liber de Medicina Animalium hodie adhuc exstat, scholiis doctis a Gabriele Humelbergio illustratus. *Elmenhorst.*

Sexto Philosopho] Hic Sextus Philosophus doctor fuit Marci Antonini Imperatoris, de quo Julius Capitolinus: 'Audivit et Sextum Philosophum Chæronensem, Plutarchi nepotem:' et ab Eusebio in Chronicis scriptum est: 'Plutarchus Chæronensis et Sextus Philosophi insignes habent

tur Adriani principatu.' *Beroald.* *A Plutarcho illo inclyto*] 'Antiqui ILLE vel magnitudini vel nobilitati assignabant.' Servius ad *Æneid.* x. Idem ad iii. *Æneid.* 'Hoc pronomine et in venerativa, et in vituperativa significatione Veteras utebantur.' *Pric.*

Proditā] Cel. Burm. ad *Ov. Met.* v. 517. 'Edita partu,' ubi in *Mss.* nonnullis est *proditā*, scribit eandem varietatem hic quoque reperiri. Verum nec scriptum nec editum Codicem offendi, in quo sit *edita*. Adi ad l. iv. p. 74. Ed. *Pric.* 'Genere Thracio proditus.' *Oud.*

Eam Thessaliam ex negotio petebam] *Lucianus*: 'Ἀπὸ τοῦ ἐκ τῆς Θερραλίας ἢ δὲ μοι πατρικὸν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχάρων ἴσως δὲ με κατήγε καὶ τὰ σκεῖνα, καὶ θεράπων ἡκολούθει ἐς. *Elmenhorst.* Vid. ad *Flor.* N. 7. 'Alexandro, &c. Ejus igitur Alexandri.' Cum *Th.* vitiose *Reg. Fux.* item *ex negotiis*. Dein *puero unico sequente*, quod *Becichemus* *Epist.* lxxii. e *Mss.* eruit, non p. u. *mea*. jam addidit auctor Ed. *Junt.* poster. 1592. et *Scrivenerius*, nempe post verbum 'petebam.' Nec de veritate ejus lectionis est dubitandum. Hic enim ejus mentionem facere debuerat, qui demum in fine lib. ii. p. 42. meminit 'famuli sui,' et l. iii. p. 48. 'Qui cum comitabatur, puer:' ac fine lib. iii. docet, 'servulum' se habuisse, 'cui semper equi cura fuerat mandata;' qui ad latronum incursum, jam asino facto *Lucio*, aufugit territus. Sed et lib. i. in f. *Milonis* ancilla ait, 'Hic ibidem ad fores opperimur,' tu sc. et *servus*: ubi male *opperitur* intrinsit *Beroaldus*. Ceteros famulos in patria reliquerat, ut ait l. xi. p. 253. *Oud.* *Ex negotio petebam*] Imitatus est *Lucianum*, qui ait se *Thessaliam* petiisse, ob negotium quoddam paternum, cum homine *Thessalico*. *Beroald.* *Ex negotio petebam*] *Amnianus* lib. xxii. 'Ex negotio proprio forte apud Constanti-

nopolim repertus' et 29. 'Constantinopoli, quam ex negotio familiari petebat.' *Minucius* in *Octavio*: 'Negotii et visendi mei gratia Romam contendebat.' At heic in *Nostro* 'negotium promercale' intelligi. Festus verbo *Vici*: 'Et tamen ibi nondum aguntur negotii gerendi causa.' *Pric.*

Postquam ardua] *Quomodo* *J. Græterus*, cujus scriinia nulli usui ab *Elmenhorstio* sunt compilata, conjiciens *emensi*, ut subintelligatur, sumus; ille, cui supra displicerat mutatio illa numeri, *præsumus veniam, si quid offendero*; ita legere potuerit, nescio. Ejus autem conjecturam rursus, ut lectionem *Ms. Palat.* venditavit *Woverius*: cum in eo *Cod.* et *Guelferb.* sit *Post ardua emisi*, i. e. *emersi*, ut in *Regio* aliisque: sed in *Oxon.* est *emensi*. Sed *Postquam ardua emersi* non videtur Latinum, quamquam vulgo edatur in *Manilio* l. i. 116. 'Tantas emergere moles:' ut sit locutio elliptica, sicut, scandere montem. Audacter nimis *Beutleius* ibi dedit *evinacere*. *Adi Drak.* ad *Sil.* vii. 41. *Emergere per ardua*, vel ex arduis, rectum foret, quorum ultimum sæpissime occurrit. *Adi Freinsheim.* et *Duker.* ad *Florum* l. iii. 10. 22. 'Per intactas vias et nives emersus.' Nihil verius est, quam *Hetrusca* lectio, recepta ab *Elmenhorstio*, *Scrivario*, *Pricæo*, *Flor.* et confirmata a *Ms. Paræi*, *post ardua m. emensa*. Id participium passive sæpissime occurrit, nec tantum apud poetas, sed et alios. Vide *Drakenb.* ad *Sil.* i. 636. iii. 648. *Markland.* ad *Statii Silv.* iii. 6. 7. *Justin.* l. xlii. 1. 'Tantum itineris frustra emensum.' Immo apud *Nostrium* l. ix. in f. 'Emensis scalis.' l. xi. 'Emensis periculis:' et *inprimis* l. vi. init. 'Gnaviter emensis celsioribus jugis:' ubi etiam in *Codd.* aliquot *emensis*. Voces enim hæc confunduntur passim. Vide ad *Flori* d. l. *Beutl.* ad *Manil.* i. 178. me ad

Frontin. 1. 43. III. 1. 2. Participium hoc forsitan etiam reponendum est in Catal. Pithei p. 158. 'Candidus emenso qua redit orbe dies.' Vulgo accenso. It versus revbeat mihi in memoriam Solini emendationem p. 19. 'Emensus omnia, qua Liber et Hercules accesserant.' Sic enim Mas. Vulgo ad *quæ*. Salm. non habet *quæ*. Item c. 54. p. 61. 'Ab insula emensa, ut,' &c. Ineptiunt Camers. Delr. Salm. Pro *roscida* in Cod. Petrar- che *rosida*. Oud. *Postquam ardua montium*] Exornatio Rhetorica est, quæ compar appellatur: et altera similiter cadens: in his autem figuris felicissime audax est noster Appuleius: et quamvis affectatione nihil odiosius sit, tamen talis affectatio in hoc pene peculiariter est amabilis, imitabilisque. *Ardus autem montium* dixit, arduos montes intelligi volens: sicuti per *lubrica vallium* lubricas valles, et *roscida cespitum*, roscidos cespites, et *glebosæ camporum*, glebosos campos. Sic Virg. 'urbem Patavi' circumlocutione usus pro Patavio, 'fontem Timavi' pro ipso Timavo dixit. *Beroald.* *Ardus montium*] Ovid. 'Et in ardua montis Ite simul.' Metamorph. viii. Sic 'clivi ardua' Symmachus vii. 69. et 'ardua Alpium' Tacitus in Historiis dixere. Virgilius: 'ardua terrarum:' ubi Servius: 'Periphrasis montium.' Infra hic lib. iii. 'Montis ardui vertice.' Lib. iv. 'Montis ardui scopulo.' Ibidem: 'Ad constitutum scopulum montis ardui.' Lib. vii. 'Excelsi montis arduum jugum.' Item in de Mundo: 'Olympi acra, et Ossæ ardua.' Ibidem: 'Ardui montis latus.' Varro ii. 10. de re rust. 'Collium difficultatem, ac montium arduitatem.' Theodoretus de Terra loquens ii. *ἐπὶ ἱερῶν*. Els *ἄρη καὶ ὄρους καὶ ῥέθια ὀρέων*. Florid. ii. Noster: 'Alibi montium arduos vertices, alibi camporum supinam planiciem.' Hieronymus xxiii. Epist. 'Concava val-

lum, aspera montium, rupium prærupta.' Justinus: 'Ut non immensa tantum jam ac profunda camporum, verum etiam prærupta collium montiumque ardua occuparint.' Ubi legendum forsitan *porrecta camporum*. Minucius in Octavio. 'Recta montium, collium flexa, porrecta camporum.' Sic 'porrectam planiciem' Ammianus lib. xiv. dixit. et xvi. in fine, 'terræ spatia porrecta.' *Pric.*

Lubrica vallium] Ad hunc locum respexisse Glossatorem putat Sopinger, 'Lubrica vallium sine fossa,' et ascribendum conjicit: *vallium in imo canosa*. At Rutgers. Var. L.L. rv. 13. cum Cerda scribit, *ludicrum, vallium sine fossa*. Oud. *Lubrica vallium*] *Lubricus* locus dicitur, in quo scilicet labimur: lubrica res, quæ labilis est, et e manu elabitur, vixque contineri potest ob lævorem. A Virgilio 'lubricus anguis,' et 'loca lubrica' dicuntur. *Beroald.*

Roscida cespitum] *Roscidus* significat rorulentum, et rore conspersum. A Virg. 'Luna roscida' eleganter scienterque dicta est, veluti roris humorisque parens fecundissima: ex quo sidus Læne fœmineum ac molle nominatur ab eruditis, quæ nocturnam solvit humorem, et (ut ait Plin.) 'cuncta humifico spiritu laxat.' Rores existant neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena nocte: in confesso est, roscidas noctes Aphricæ noctes esse. Scribit Aristot. in primo Meteororum, rorem fieri ex vaporazione modica, cum pluvia ex largo vapore progeneretur. Appuleius in lib. de mundo: 'Ros,' inquit, 'nocturnus humor est, quem serenitatis tenuitas spargit.' Græce *ῥόδρος* dicitur 'ros,' et *ῥοδρεῖος* 'roscidus.' *Cespes* autem terra est, enim herbarum radicibus circumcisa feramentis. ex cespitibus castra circumdantur, et aggeres castræas fiunt, ut docet Vegetius in tertio de Re militari. Hinc illud Plinianum ex lib.

xxxv. 'Cespitum natura castrorum vallis accommodata contra fluminum impetus aggeribus.' Ex cespite sunt aræ, dictæ ob id cespitiæ. Julius Capitolinus: 'Centum aræ uno in loco cespitiæ extruuntur, ad eas centum aues, centum oves mactantur.' *Idem*.

Glebae] Glebis grandibus plena et extantia. Columella id genus glebas appellat *commes*, de quibus Plin. in xviii. 'Scamina inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent.' Græce βάλαι καὶ βάλαι nominantur. Inde ab Homero, Phthia ἐμβαλάς dicta ab ubere glebæ. *Idem*.

Emensa] Difficiliter se superasse aspredines locorum significat. *Idem*.

Indigena] Thessalico, quasi inde genito, nec aliunde ascito. Vel *indigenam* appellat, equum patrium, veluti vernaculum et domesticum. *Idem*.

Me equo i. p. vehens] Illud *me*, quod præter unum Palatinum et Edd. Vulean. sec. Wouw. Elmenh. Pric. Flor. agnoscunt Mss. omnes et Edd. Vett. Giphanius in Observ. Ling. Lat. iungebat præcedentibus hoc modo, *Post ardua m. emersi me, equo vehens*. Et sane 'emergere se' Latini haud rara est locutio. Cicer. de Har. Resp. c. 25. 'Tunc se emergit atque effert.' Manil. l. v. 196. 'Ex undis pars sese emergit in astra.' Plura vide ad Nepot. Vit. Attici c. 11. Sic Edd. primæ Vegetii l. ii. c. 11. 'Improvisi se emergerent.' At hoc loco probari nequit, quia deest copula, per quam tunc his connecterentur sequentia, 'in pedes desilio.' Barthius ad Claud. ii. in Ruf. 122. et l. xxiv. Advers. c. 1. censet, *me* in scholasticis esse ejectum, et Latinitate dici 'me veho' antumat. Nul- lum tamen exemplum producit. Contra Philippus Rubenius in Elect. c. 4. multa adfert testimonia τοῦ 'vehere' absolute positi, in quibus hoc nostrum, ac Berneccer. ad Justin. l. xi. c. 7. 'Plastrum, quo vehenti

Delph. et Var. Clus.

regnum delatam erat.' Gell. l. v. c. 6. 'Equo vehentem.' L. x. c. 15. 'Equo vehi.' Lactant. in Carm. de Phœn. vs. 123. 'Mirandam sese præstat, præbetque. Vehenti Tantis avi decor est.' Sic enim e Mss. est scribendum. Vulgo frigide *Videnti*. Hinc passim 'vector' dicitur is, qui vehitur. Nihilominus, cum Mss. ut dixi, ostendent *me*, nullus dubito, quin Tolosanus Cod. unico veram lectionem servarit in, bene probatam a Roaldo, (si quidem ita vere in Cod. inveniit, de quo dubito) et Brantio; sive *equo iuvchens*, ut alii aiunt. Cœnæle. Gronov. et Drakenb. ad Liv. l. ii. c. 19. Et sic plane Cic. ii. Div. c. 68. 'Equus, in quo ego vehebar.' Sed frequens est 'in curru,' 'equo,' 'navi vehi.' Vide Indic. Bosii ad Nepotem. Infra l. ii. p. 80. 'Navis, in qua vehebamur.' Scriberius qua auctoritate ediderit, *me equo vehente*, nescio. Non sane est Appuleianum. In Oxon. est *eq. perale*. Peslime. 'Candidus' enim appellabatur a domino, ut docet l. xi. in f. *Ond*.

Jam eo quoque admodum fesso] Lib. ix. 'Ad hortulium nostrum jam fesso equo diverterat.' Suidas: Τρεπικ- γαῖς ἱπποὶ υπερπνεύγεις γινόμενοι: οἱ δὲ υπέρπνεοι διὰ τῆς ὁγῶν ἐπιπλησίας. Pric.

Ut etiam fatigationem] Prave τὸ ipse exciderat Edd. Vicent. Beroald. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Colln. &c. quam vocem bene cum Mss. et Edd. pp. servarat Junt. post. et tacite restituit Colv. ac seqq. In ultima vero Juliani Floridi Editione in Delphini usum procurata habetur *lassitudinem* contra O. Mss. et Edd. En istorum hominum accurationem. *Disaciterem* Ed. Bas. pr. *Ond*.

Fatigationem sedentariam] Eleganter 'sedentaria fatigatio' dicitur illa, qua sedentes in equo ex diutina equitatione vexamur. Columella in 13. scribit, operam villici non esse sedentariam: intelligi volens, non esse desidiosam et ignavam, ut sedens

Apul.

5 I

operetur. A Plinio quoque Panegyrista decenter dicitur 'sedentaria senatus assentiendi necessitas,' qui sedens assentiri cogebatur principi truculento. Quinetiam 'sedentarias artes,' et 'cellularias' eruditi appellant, quæ a sedentibus per otiositatem exercentur, quas Numæ lex a peregrinis et servis tantum exerceri sanxit, civibus interdictas, tanquam his animi vigor et corporis pariter elanguescat. Plantus in Aulularia 'sedentarios' nominat, quæ dictione signare illos videtur, qui sedes fabricant, et sellas. *Beroald.*

Sudorem fronte c. exfrico] Bertinus et Ro. s. et *frontem c. exfrico*. Elmenh. Atque ita habet Pithæanna. *Sudorem frontem* erat in Lips. et Coll. Voss. quasi varia esset lectio. Conjecit vir doctus, *sudorem frontem*. N. Heins. *sudore frontem*: sed *fronte* in plerisque Mss. æque vitiosum est ac *frontem*. Equus non solum aestuat in fronte, sed vel maxime sudant ejus cum pedibus armī et pectora, unde illa a poetis passim spumare dicuntur. Adi Achill. Tat. lib. i. p. 48. 49. Sed et nullus timor est periculi de refrigeratione, quod sola frons sudet. Quare unice admittenda erat conjectura Becichemi Ep. LXIV. Bernartii ad Stat. lib. III. Theb. vs. 567. et Fr. Modii ad marg. confirmata dein Oxon. libro. Viridi herba, foliis, gramine sudorem equis detergere etiam nunc solent equisones, equitesque. *Fronde* sic ablit quoque in *fronte* vel *frontem* in Varrone apud Nonium v. 'Toral': 'Quod frontem lecticam struebant:' ubi jam Scaliger emendavit, *fronde lecticas*. Sed in antiquissimo Cod. Voss. inveni struerant. Forsan *lectica structa erant*, vel struebantur. Item in Priapeis c. 36. 'Frontem cruentos Arcadas vides Fannos.' Sic Scal. dum in Mas. est *Fronte erinitos* contra metrum. Al. *Frontem comatos*: al. *At fronte erinita*. Sed in vetusto Cod. Heinsii

fronde: unde legit ille, *Fronde impeditos*. Forsan, *Frondem comatos*. Sed præfero Heinsianam hæctenus conjecturam. Becichemus bene quoque, et Ed. Junt. post. jam ante Calvium dedere *exfrico* vel *effrigo*, uti ipsa ratio legendum docet. Pag. 5. 'Serdium elaviem operose exfrico.' Lib. IV. p. 66. 'Calcibus exfricatis.' Male Gulielm. *exstrigo*. In Palat. *curiosæ*. Dein Auris Ed. Vic. De 'remulceæ' vide ad l. VII. p. 144. Mox et gradum Pith. *Ond*.

Frontem exfrico] Numerosa oratione, et similiter desinente indicat, se omnia illa facitiasse, quæ fieri solent ab equitatis sive equisones erga equos labore exhaustos, et sudore diffidentes, ut scilicet frontem extricaret, aures remulceret, frenos detraheret. Fronte autem maxime sudant animalia, et potissimum homines, propterea quod caput humidum laxumque est, cerebrum autem humectissimo frons prima subdita est, Aristot. auctor in secundo problematum. Frontem a foratu oculorum nominatam Varro existimavit, et credidit Lactantius in lib. de Opificio. A fronte dieti *Frontones*, quod cognomentum est nobilium Romanorum. Hinc ait Cicero in primo de Natura Deorum: 'Siles et Flacceæ, Frontones, Capitones, quæ sunt in nobis.' Sili, ut hoc quoque in trascursum declaremus, dicti sunt, quorum nasus sursum versus est repandus: unde galeæ quoque a similitudine *sile* appellantur. Flacel vero nominati, quorum aures demissæ erant, pendulæ et languidæ ac flaccæcentes. Ab his enim, ut ait Plin. sunt Flaccorum cognomina. *Beroald.* *Equi sudorem curiosæ fronte effrigo*] Achilles Tatius lib. I. Τὸν ἵππον ὑποστῆρα κατέφα. et post de Domino ejusdem: 'Ὁ πῶς κατέφα σου τοὺς ἰπῶνας. Apud Arrianum ille I. 19. in Epictetum: Τὸ ἵππον οὐ διακτεῖς; οὐ δύνῃς; οὐ τελευτᾷς; Oxoniensis hic *fronde* legit. *Pric*.

Aures remulcoe] *Ὅρα δὲ τῆς χυτρῆς ἀερώσθαι*, boni equitis esse ait 2. 5. Philostratus. *Idem*.

Sensim proveho] Mendose ita legi arbitratur Ill. N. Heinsius ad Ovidii lib. v. Met. vs. 450. scribitque *promoveo*; quia non jam equo, sed pedibus incedebat. Quod si in Mss. exstaret, amplecterer. Sæpe ita Terentio. Infra lib. III. p. 56. VII. p. 150. 'Nihil promovebat.' Flor. N. 3. 'Paullo largius in arte promovisse.' Et sic emendandus Boëthius de Cons. Phil. pr. 1. lib. II. 'Quo status impelleret, promoveres;' ut est in vetustissimo Cod. Leid. Vnlgo *promovereris*. Ibid. pros. 4. 'Promovimus aliquantum.' Septim. de B. Troj. lib. I. c. 11. 'Aliquid ex oratione promoturus;' quomodo dat a manu prima Perizonii Cod.: quod noudum scivit, cum in Diss. § 39. malebat *profecturus* cum aliis, quia in Ed. Merc. et Obr. est *profuturus*. Ad Wopkens. Misc. Obs. Nov. VI. t. II. p. 8. Sed etiam neutraliter 'prævehere' et 'præterveh.' occurrit aliquoties. Ad viros doctos ad Suetonii Cæs. c. 37. 'Velabrum prævehens.' Nep. Timoth. c. 2. 'Circum vehens Peloponnesum.' Quidsi *provecho* dixit, intelligens equum, quem freno detracto laxè ducebat? *Oud*. *Sensim proveho*] Non potuit significantius exprimere, id quod quotidie usurpari videmus in equis ex cursura dissudantibus, et lassitudine defectis, qui scilicet gradu lentissimo, dorsalibus operiti sensim provehantur, ne ex refrigeratione periclitentur. *Beroald*.

Alvi s. c. naturale presidium] Gruterus margini adlevit *profluvium*. Vide Elmenh. ad Arnobii I. II. p. 70. Sed frustra *presidium* tentant eruditi. Recte Lacio spes erat lassitudinis equo minnendæ in *presidio alvi*, eam cum sordibus eliquantis; ut bene Beroaldus cepit. *Eligari* in Fux. *Oud*. *Alvi presidium*] Excrementa

signat, et urinam, quo naturæ præsidio maxime equi fatigati recreantur. *Beroald*.

Eligaret] Emitteret, redderet, et veluti liquidiora stercora fistulatim excuteret, quæ ab Antiquis *foria* dicebantur. Unde *foriolus* dictus, qui foria facile emittat, solutioris scilicet ventris. *Idem*. *Quoad, &c. presidium eligaret*] Artemidorus II. 26. *Τὸ σῶμα μὲν τῶν ἀνθρώπων κοινότερον ἔβρωα. Eligaret est exstillaret*. Augustinus Confess. 9. 6. 'Voces illæ infuebant auribus meis, et eligabatur veritas tua in cor meum.' Infra hic lib. x. 'Fluviales aquas eliguans.' *Prie*.

Jentaculum ambulatorium prataque præterit, ore in latius detorto, pronus allectat] Miror tam licentiose grassatos esse viros doctos in hoc loco, duarum litterarum correctione per Becichemum egregie, ut videbimus, restituto. Mastorum constans est lectio: *quæ is jentaculum* (seu *jantaculum*, ut et infra, ubi vide) *ambulatorium* (Ed. Junt. pr. *ambulatorum*) *prataque præterit*. Quam eleganter dixerit Auctor *j. ambulatorium*, satis jam docuerunt docti: unde nescio, qui in mentem elegantissimo P. Scriverii potuerit venire *adulterior*: quod ei adscribitur ab ineptissimo Anecdotorum ejus philologorum editore, Westerhovia: cum illa Anecdota sint tumultuarie Scriverii schedæ vel adversaria, quibus adnotavit etiam aliorum virorum notas et emendationes, quales pleræque sunt, dudum suis ab auctoribus editæ, at nunc ab ignorantissimo homine sub Scriverii nomine collectæ. Sed torsit plurimum viros doctos *prataque præterit*, sequente verbo *adfectat* vel *allectat*. Ac Barthius lib. XXIV. Advers. c. I. hæc verba censet glossemata et interpretationem 'jentaculi ambulatorii.' Ferrar. in Elect. lib. I. c. 19. legit, in *jentaculum a. prata, quæ præterit, affectat*. Marklandus Epist. Crit. p. 16. 18. mirifice

immutat: *sent. amb. parat, quod per
ter ore, h. affectat.* Hoc utro et
secare, non corrigere est. Et quo-
modo quæ equus *jentaculum parat,*
quod affectat? nisi unum idemque sit.
H. Putachinus aliisque margini adie-
vere, *prætaque præterita.* At illa am-
plius adfortare nequit. Vulcanius in
Ed. soc. item Elmenhorst, et Pricus
tacite addidere *prætaque præteritus.*
Beriverius vero et Floridus, ad *prata,*
qua præterit. Omnes nimium recess-
sere a Mas. in quibus, ut dixi, *præta-*
que præterit vel præteritæ, ut dant
Valat. Lips. Par. Quelferb. Veris-
simus igitur Beichomus Ep. LXIV.
legit *prata qua præterit,* sive ubi; nec
enim ubique, dum hoc iter pergebant,
occurrerant pratis. Ubi vero equus
præter *prata* ibat ad vim latus, pro-
prie us detorquebat et adfectabat pa-
bulum ambulatorium. Sæpe autem
Noster illud 'qua' sic adhibet. Com-
ante Pricum ad lib. viii. p. 167.
'In foveam, qua fruticibus subpatet.'
Sæpe hoc vox in Nostro est corrup-
ta. Vide ad lib. vi. p. 110. x. p. 236.
'Quia minime par erat.' Alloquin
posset quia refingere per *prata, qua*
præterit; quo facit Palat. paria. In
Quelf. dein *pratinus.* Post alios *af-*
fectat, ut Beichomus a Mas. pro *af-*
fectat correxit, exemplis a Nostro
aliquo probatis, Markland. et du-
dum edidit auctor Kd. Junt. post.
Contra *adfectare* abili in *adfectare* lib.
vi. p. 181. ubi vido. Mirum est ta-
men in Mas. plerisque legi *adfectat,*
vel *adfecto;* ut est quoque in Anglic.
Cod. vel in Reg. P.ux. atque *delecto.*
Æneïdæ vox *vita,* vel *anima,* sequen-
tibus jungenda? Cud. *Jentaculum*
ambulatorium? *Jentaculum,* auctore
Pulgentio Macriade, dicitur gustatio,
et est quasi prægustativa comestio.
Sæpi enim etibus matutinis, quasi so-
luta anima sumptis; et *intare* velus
verbum est, quod significat *jentacu-*
lum capere. Atianus: 'Hæc *jesu-*
na jentavit.' Vitellius Imperator

epulas quantifariam dispartiebat,
auctore Tranquillo, in *jentacula,*
prandia, cænas, et comensationes.
Græci *jentaculum* *ἀμφοτέρως* vocant,
vel *ἀμφοτέρως.* Hinc Aristot. lib. de
animalibus IX. scribit, aquilam non
operari, sed quiescere, *μὴν ἀμφο-*
τέρως; hoc est, naque ad horam *jen-*
taculi. In quibusdam codicibus Aristot.
legitur, *μὴν ἀνθρώπων,* quod Plin.
Aristotelis interpretes emanctas ita
transtulit: 'Donec impleantur ho-
minum convecta fœra, ignavia se-
dent.' Antiqui prandium sive pran-
diolum vocare *jentaculum,* quæ
parvum prandium, quod M. Tul. ele-
ganti vocabulo *prandaculum* dixit, et
ita legas in sacerioribus codicibus
Epistolæ ad Atticam. Nunc op-
pido quam eleganter ab Appuleio di-
citur 'jentaculum ambulatorium,'
quod sensim ambulando carpit equus
in *prato.* 'Ambulatoria' hominis
'voluntas' usque ad mortem est, ut
tradunt jurisconsulti: hoc est, mobi-
lis, varia, mutabilis. 'Portiones' quo-
que 'ambulatoria' dicitur, quæ am-
bulationis causa extracta est. Be-
roald. *Præta affectat?* Solent equi os
in latus detorquebant delectare, et
quæ demulcere. *Affectat* enim sig-
nificat illicit, et delectat. Idem. *Jen-*
taculum ambulatorium præta affectat?
Ambulatorium, quia ambulans græ-
men capiebat. De Arabum camelis
Pædag. 2. 2. Clemens Alexandri-
nus: *Νέμερον ἴσα ἀνὶ ὀρέων. Αἰσθη-*
ται vera lectio. Infra hic, 'Appre-
hatus, dæ. avidus affectans poculum'
et III. 'Labia undantibus affecta,'
Solinus cap. 35. de Trochilo: 'Dum
reduvias cæcarum affectat.' Servius
ad Æneïd. III. 'Affectare quidam
dicunt, prænam animam habere ad
faciendum quid, occupandumve.'
(Massartum: Affectantes, *ἀφάρδων.*
Idem.)

Idemque comitibus, qui s. p. processerant] Comitum est in Pithæano et O.
edd. ante Coltræm. Sed 'duo comi-

tum' sunt duo ex pluribus comitibus, ut lib. iv. p. 78. 'Tribas comitum desideratis.' Virg. *Æn.* x. 48. 'Viginti lecti equitum.' At summum pro 'duo comites' verso, ut Latinum sit, licet sciam 'cunctos hominum' et similia dici pro cunctis hominibus, &c. Vide ad Sil. i. 564. 'Clarisque senum.' Probavit etiam N. Heins. Nam, quod p. 14. in nonnullis est 'de duobus comitum alterum,' potest ibi construi cum 'alterum,' ut hic posset legi *duorum comitum tertium*, vel, ut alii dedere, *comitem*. Tutius hic cum Mss. longe plurimis retinere *nunc comitibus*. A Regio et Fux. abest *qui*. Edd. Junt. pr. Ald. *paulum*. Tum *præcænerant*, quomodo se primum corrigere putat Markland. Ep. Crit. p. 18. firmant Palat. Paræan. et Ed. Scriverii, ut recepi. *Oud.*

Tertium me facio] Id est, copulo, adjungo me tertium comitem, duobus comitibus progredientibus. *Beroald.* *Duobus comitibus, tertium me facio*] Vide Luc. xxiv. 15. Infra lib. x. 'Adsciscor itaque in duos illos fratres tertius contubernalia.' *Prie.*

Alter exerto cachinno, &c.] 'Terroris magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala ridens.' 'Exerto cachinno,' ut solent fidem non adhibentes. Vide ad Matth. ix. 24. notata. *Idem.* *Alter*] Ex duobus scilicet comitibus. *Beroald.* *Cachinno*] Risu soluto, qui reprehensibilis est. Hinc ait Seneca: 'Sit risus sine cachinno.' Præterea *cachinnus* non risum tantum, sed sonum quoque vehementiorem significat, sicut apud Catullum ita scribentem: 'Præcedunt leviterque sonant plangore cachinni.' *Cachinnare* etiam non de risu tantum, sed de sonitu strepituque majore vastas dici voluit. Hinc illud Aclanum: 'Sæva sonando crepitu clagentes cachinnant.' Est autem *cachinnus* verbum secundum *δρῶντο* fictum, a sonu risu. *Idem.* *Et*]

Ms. At. Colv. Item Oxon. *Ac dum*, ut supra, Palat. Ed. Junt. post. Sed Reg. Fux. *jam dum*. Celeritatem aviditatemque audiendi indicat illud *jam*. *Oud.*

Parce, inquit, in verba, &c.] Reg. Paræan. Guelferb. inquit, *Parce*. Pro in in Regio, Fux. est *in*. Sed 'Parce in verba' dictum videtur pro, *Parce verbis*. Sic pag. 6. 'Parce, inquit, in feminam divisam, ne quam ibi lingua intemperante noxam contrahas:' subintellecta voce, linguam, ut 'Parcito linguam' apud Festum: ut ex tribus Mss. Leid. legendum cum Salmasio ad Plin. p. 78. non *Pascito*. Neque enim, ut vulgo fit, jungenda: *Parce in verba et mentiendo*. Sed ante 'tam abs.' ponenda est distinctio. *Oud.*

Ista hæc] *Tò hæc* non est in Flor. et Palat. *Elmenh.* Nec etiam Guelf. Lips. Reg. Fux. Oxon. nec opus est. Primus Scriverius pro *ista hæc* edidit *isthæc*: quomodo cum Cômiceis aliiæque sæpe loquitur Appuleius. Sed hic illic corruptum est. P. 15. 'Nihil hæc fabula fabulosius, nihil isthoc mendacio absurdius:' in Flor. N. 28. 'Isthoc saktum:' lib. II. p. 28. forsas, 'Isthunc igniculum:' ubi vide. *Oud.* *In verba ista*] Subintelligendum est, alterum ex duobus comitibus denarravisse inter eundem multa de divina potentia magicis incredibilia, ita ut alter surdis auribus diceret, superse- dendum esse talibus verbis, quæ mora mendacia et immania portenta resonarent. *Beroald.* *Parce in verba tam, &c. immania mentiendo*] His verbis unico illustrantur Hesychiana ista: *Θερράδα, δαμπαρόν, φώδεον ἵππου*. Unde et obiter patet errare eos qui *imania* scribunt: quamquam et nam lectionem Oxoniensis præferat. Infra lib. x. 'Nec tam immanibus contenta mendaciis.' Tacitus Annal. II. 'Feruntque militem, quia vallam (gladio) non accinctus, atque aliam, quia pugione tantum accinctus foderet,

morte punitos: quæ nimis, et incertum an falso aucta, originem e severitate Ducis traxere.' Illud nimis a Rhenano est. in Ms. enim *munia* erat: quæ etal non vera, tamen vero proxima scriptura: legendum, *quæ immania*, &c. Sic idem iv. Annali, 'fabulosa et immania' dixit. *Pric.*

Tam absurda, tamque immania] 'Immane' sæpe pro admirando, *θαυμαστόν*, etiam in bonam partem sumitur. Adl. Burm. ad Ovid. Trist. ii. 339. Ac pro nimio in malam partem et inepto poni certum est. Hinc Ovidio lib. v. Met. in f. 'Studiumque immane loquendi:' et 'Immania barbarorum ansa' Plinio in Paneg. c. 17. quod non mutandum in *inania*. Sed hic 'absurda' dicit Auctor, quæ lib. x. p. 312. 'immania mendacia.' At *inania* sunt fabulosa et nihili, quæque tanti non sunt, ut tam immane vel absurde mentiaris, ut patet ex loco nota precedente citato. Vide Serv. ad Virg. *Æn.* x. 758. Quare, cum etiam Reg. Oxon. Par. Fux. dent *inania*, ego malim accedere tot codicibus, et Scioppio ac Scriverio, qui sic exhibuit. Sic lib. ix. p. 303. 'Finiumque inani commota questione:' quod etiam male mutant; estque frequens huius vocis corruptela. Adl. Burm. ad Virg. *Æn.* iv. 310. *Oud.*

Isto accepto] Cum hoc audivissem. *Beroald.*

Sititor alioquin novitatis] In Cod. Par. sive Wassel, ut et Oxon. ac Fux. Gneiff. etiam est *sciscitor*, sive *sciscitator*: quo facit Ammian. Marcell. lib. xxii. 16. 'Artium minutissimus sciscitator.' Anson. in Grat. Act. p. 708. Ed. Toll. 'Quid me oneras, sciscitator?' Nihilominus præfero aliorum *sititor*. Sic Juvenali dicitur 'sitis famæ' Sat. x. 140. et Sil. lib. iii. 578. 'famæ sitiens.' Immo Martiano Capellæ, cui 'sititor sanguinis' ex correctione Colvii, confirmata a quinque membranis antiquissimis, est Plut. to lib. i. p. 21. dicitur lib. ix. p. 304.

'ardens sitis aurium,' quæ hinc passim 'bibulum' vocantur, ut supra visum est. *Alioquin* etiam scripsi pro *alioqui* cum Mss. et Edd. Vett. ut sæpius infra. Vide ad Suet. Tib. c. 71. Pro *immo* in Fux. primo. *Oud.* *Sititor novitatis*] Capitor rerum novarum. Nam, ut inquit Ovidius: 'Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.' Et, ut auctor est Seneca in Declamationibus: 'Ad nova homines concurrant, ad nova conveniunt.' Idem scribit libro Quæstionum naturalium novissimo: 'Quod naturale est, magis nova quam magna mirari. Qui sidere Capræ oriente nascentur, erunt curiosi omnium rerum, ut semper nova quæque curiosa desiderii cupiditate sectentur:' auctor Julius Firmicus in 7. matheseos. *Beroald.* *Sititor alioqui novitatis*] Codd. Palat. et Oxon. *sciscitor*: fortasse *sciscitator* legendum. De more illo, ejusmodique ingenii, vide ad Act. 17. 21. notata. *Pric.*

Impartite Sermone non quidem curiosum] Pro *impartite* vel *impertite* edidit Scriverius *impartite*. Vidit scilicet recte vir acutus, sermonem petitionemque Lucii non fuisse ad ambas directam, sed ad unum eorum, qui mira narrabat, cuique alter dicebat, 'Parce in verba isthæc:' ac Lucius noster: 'Immo vero impartire.' Sic enim lego cum Mss. Regio et Oxoniensi. Auctor utraque verbi terminatione 'impertilo' et 'impartior' promiscue est usus, et hac ipsa imperativi persona lib. iii. p. 57. 'Impartire nobis unctulum.' In Florid. N. 17. 'Veniam impartire rarerer adeunt.' Ad reliqua autem verba vehementer impingunt viri docti, et inprimis illi, qui cum Becichemo Ep. LXVIII. *curiosum* dividunt in *curio sum*: quia in Nonio 'curio' exponitur, *curiosus*; vel quia se expedire eo nequiverunt, quod in Mss. omnibus videntur Accusativum esse *sermonem* vel *sermone*s; ut est in Mediceis, Palat.

Pith. Guelf. Lips. et Oxon. *Sermonem* habet quoque Regius, Fux. et Wassa. cum Edd. Vett. Observandum autem est, Appuleium numquam verbum 'impertio' vel 'impartior' construere cum Accusativo personæ, et Ablativo rei; sed semper cum Accusativo rei et Dativo personæ, si eam addat; licet hoc verbo frequentissime ntatur. Utamque autem constructionem apud optimos quosque inveniri nemo nescit. Notandum insuper, non *curiosum*, sed *curiosus* in plurimis codicibus scribi, uti et in Petr. Fux. Oxon. ac Regio, *curiosos* in Palatino, Guelferb. Quare legendum arbitror vel: *Immo vero impartire sermonem* aut *sermones*. *Non quidem curiosus sum*; sed qui v. vel: *Immo vero impartire*, sc. 'verba:' quæ præcedunt. *Sermonis non quidem curiosus sum*, &c. Et sic dein vidi N. Heiniam quoque coniecisse: nisi quod *impertito* retineat, addens explanationis gratia, 'non quidem curiosum sermonis vestri aut eorum quæ inter vos loquimini, sed qui discendi sim cupidus.' Nec *curiosus* hic sumi debet pro *πολυμαθεῖ* ac *πολυλότῳ*, ut apud Gellium lib. xix. c. 13. 'Sermones eorum curiosius captabam.' Vopisc. in Vit. Prob. c. 3. 'Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non possum:' ubi vide Casaub. et Salmas. Potius capias in malam partem de eo qui scire aliena, et quæ ad se non pertinent, conatur, alienique negotii est perscrutator, ut p. 24. 'Iste curiosus dum importune irrum-pit.' Lib. v. p. 98. 'Scrupulose curioseque percontari.' Cic. i. de Off. 34. 'Minime in aliena Rep. esse curiosum.' Terent. Eun. A. iii. S. 5. 5. 'Neminemne curiosum intervenire nunc mihi.' Phædr. lib. iv. F. 21. 'Quidam curiosior,' &c. ubi vide præter alios Schefferum. Inprimis tamen malum intelligi hic hominem, qui speculatur et excipit verba, actaque alterius inquiri, ut ea criminose

deferat Imperatori vel magistratibus, sitque *δρακονοτής* et index. Atque ideo excusat se Auctor, quod cuncta quidem scire velit, sed tamen non sit *curiosus*. Adi omnino Torrent. et Casaub. ad Suetonii Aug. c. 27. 'Curiosum ac speculatorem ratus coram confodi imperavit.' Adde Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 11. Infra lib. v. p. 107. 'Verbosa et satis curiosa avis.' Oud. *Non quidem curiosum*] In libro Annotationum nostrarum hic locus copiose satis opinor explicatus est: ex quo poteris, si quid amplius desideraveris, mutuari: ubi docuimus, *curionem* pro ministro atque præcone usurpari, in quo significato Plinius, Julius Capitolinus, Martialis, Ensebins, itidemque Appuleius usurpant. Apud Plautum, 'agnus curio' significatur macilentus, quasi nimia cura gracilis et emaceratus, sicut e contrario 'incuriosum agnum' dixit Appuleius in Floridis, intelligi volens opimum et succulentum. Videtur autem *curio* hoc in loco a cura festiviter deduci, quasi *curiosus*, qui enrat et satagit nosse curiose res novas. Est itaque sensus: Non sum ego quidem curiosus, cum curiositas sit signum loquacitatis: et nemo curiosus sit, qui non sit malevolus. *Be-roald. Non quidem curiosum, sed qui velim*, &c.] Augustinus Confess. xxvi. 'Curiositas affectare videtur studium scientiæ.' Firmicus Mathes. iii. 11. 'Absconsarum artium doctrina pol-lentes, et qui omnia, quæ in rebus humanis sunt, velint scire.' Herodianus de Marco Antouino, *Περιεργότερος ὅν, πάντα εἰδέναι ἥθελεν*. Horatius: 'Scribetur tibi forma loquaciter,' &c. Scholiastes: 'Loquaciter, quasi curiose audituro, ac scire cupienti.' Pric.

Veruntamen cupio nosse plurima] Atqui ipse tamen toto opere testatur, se genuina curiositate præditum fuisse: et 'natura,' ut inquit Seneca, 'nobis curiosum dedit ingenium.'

Curiositatem ut noxiam taxat Fulgentius Mythologus his verbis: 'Curiositas semper periculorum germana, detrimenta suis amatoribus novit paritare potius quam gaudia.' *Beroald.*

Jugi quod insurgimus] Pro, in quod insurgimus. Libro tertio: 'Forum ejusque tribunal adstituit.' Libro quinto: 'Conferta vox aures ejus adfertur.' Et: 'Clemens quidam sonus aures ejus accidit.' *Elmenh.* *Jugi*] Colla, et loci editoris. *Insurgimus*, i. e. ascendimus. *Beroald.*

Asperitudinem] Elmenhorstius sic recte edidit. Florentinis enim et Lipsianis ac Brantii membranis accedunt Oxon. Guelf. Palat. per syncope, et ita 'aspri' et 'aspreta.' Consule Rhedii Lexicon Scribonianum, et Burm. ad Gratii Cynege. vs. 341. Apoll. Sidon. Carm. ii. 419. 'Hic domus Auroram, &c. Baccarum profert leves asprata lapillos.' In Oxon. *jucunditatis* to l. Wase. *jucunditate* l. Oud.

Levigabit] Hæc duo opponuntur veluti per antitheton, *asperitudo* et *levigatio*. Est enim *levigare*, lavore quodam expellere quod asperum est. In itinere autem comes facundus, ut dicere solebat Publius mirmographus, pro vehiculo est. Unde fit, ut asperitas vise sermocinatione comitis jucunda lavigetur. *Beroald.* *Levigabit*] Libro quarto: 'Omni sarcina levigatos.' Rufinus apud Josephum Antiquit. Judaic. libro secundo cap. 3. Cum in nullo eos mitiores videret, suadebat, ut malum sceleris aliquantulum levigarent.' *Elmenhorstius.* Bene opposit 'asperitudinem' et 'levigationem,' ab adjectivo 'levi,' priore longa, quidquid tactu non est asperum. Latius dicam ad lib. iv. locum initio. *Oud.*

Fabularum lepida jucunditas levigabit] Apollonius 8. 5. apud Philostratum: 'Ἡδύς οἱ καὶ ὁδὸν λέγει παρασέμφει βαδίζοντας. ἵμεν οὐδ' διαλαλοῦντες. Virgilius: 'Varioque viam ser-

mone leabant.' Minucius in Octavio: 'Oram curvi molliter litorea, iter fabulis fallentibus legabamus.' Heliodorus 3. Τὸν πόντον τῆς ὁδοῦ πλεῖς ἐπικουφίζον, καὶ τῷ διαγῆματι παρατίμων. *Prie.*

PAO. 3 Na] Corte. Græcum est adverbium, Latinis quoque usitatissimum, quo Plautus, Terent. M. T. cæteri frequenter utuntur. *Beroald.*

Istud mendacium] Quod scilicet dissiase videbatur ille assertor magicæ factionis, qui quedam incredenda ad comitem narraverat. Inter *mentiri* autem, et *mendacium dicere*, distat. Qui enim mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur: auctor Pub. Nigidius, qui hoc quoque addit: 'Vir bonus,' inquit, 'præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat.' Divus Augustus in libro de mendacio, colligit octo genera esse mendaciorum, quibus abstinendum esse in totum præcipit: ubi indiscriminatim *mentiri* et *mendacium dicere* usurpantur. Quod et in decretis Canoniciis 22. questione 2. repetitum est. Nati sub sidere ingenicali, erant mendaces, frugones, callidi. *Beroald.*

Si qui velis] Sic restitui ex Mss. et Edd. Vett. usque ad Elmenhorst. qui cum seqq. male e Flor. edidit *quid*: quod et habent Fnx. Guelf. Infra: 'Si qui agitarit:' et ibi Colv. l. ii. p. 35. 'Si qui mortuum servare velit.' L. viii. p. 255. 'Si qui tamen non gravatur.' Phil. Mor. e Mss. 'Si qui corporis sanitatem spernat.' Et sic passim apud optimos. Vide Drakeb. ad Liv. l. iii. c. 17. et Comm. ad Suet. Cæs. c. 56. 'Si qui investigare vellet.' Restituendum quoque Solino p. 12. 'Si qui Germanus est, propius accedunt:' ubi in aliis Qui, in aliis Si solum legas. Sed ita sequitur: 'Si quis erit gentis alterius, involant.' Mox *agiles* perperam excidit Ed. Floridi. *Oud.*

Susurremine] Incantamento: quod etiam, et voce summissa, ne prophani percipiant, fieri solet. 'Magia' enim, ut idem Appuleius asserit in Apologia, 'occulta res est, plerumque noctibus vigilata,' et tenebris abstracta, et arbitris solitaria, et carminibus marmurata: cui paucissimi adhibeantur.' Libro quarto Institutionum, 'susurros magicos' dici legimus incantamenta magicorum, et quae a Lucio nostro *susurremine* nominantur. *Beroald.*

Amnes reverti] Persuasum est, vi magici cantaminis cuncta, quae naturaliter impossibilia sunt, fieri posse: flumina ad fontes revocari, mare glaciari, ventos tranquillari, denique omnia quae hic memorat Appuleius posse confici. Cui sententiae astipulatur polypharmaca, hoc est, triplex illa Medea, quae sic ait apud Ovidium: 'cum volui, ripis mirantibus, amnes In fontes rediere suos, concussaque sisto, Stantia concutio cauta freta, nubile pello, Nubilaque induco, ventos abigoque vocoque, Te quoque Iuna traho.' Illud quoque Maronianum ex *Æneidos* quarto huc pertinet: 'Statere aquam fluvile, etvertere flumina retro.' *Idem.* *Amnes agiles reverti*] Lucanus, ubi de venetica: 'De rupe pendit Abscissa fixus torrens, amnisque cecurrit Non qua pronus erat.' Ovidius simili argumento: 'Inque caput liquidas arte recurvat aquas.' *Pric.*

Mare pigrum colligari] Oxon. *congelari*, ut passim *aggelare* et *alligare* solent confundi: de quo ad Lucan. citata l. i. 246. 'Gelidos pavor alligat artus.' Nihil vero muta. *Idem* l. v. 424. 'Æquora lenta jacent: alto torpore ligatæ Pigrius immotis hæsere paludibus undæ.' At Ger. Vossius margini adiecit *constari*: ut, quando pigrum jaceat mare, per magicam susurram concitetur. Verum ea mens non est Appuleio. Adjectiva hic 'agiles,' 'pigrum,' 'in-

animes' pro adverbis, ut millies, ponuntur, et cum verbis sunt construenda. *Oud. Mare colligari*] Id est, congelascere, contra naturam suam. Mare enim omne incongelabile est, sicut Philosophi autumant: et memorat Gellius in xvi. Noctium Atticarum. Tametsi Herodotus, Græcæ historiæ scriptor, scribit in iv. historiarum, mare Scythicum congelascere. Unde a Juvenale dictus 'Oceanus glacialis.' Auctor est Plinius, septentrionalem Oceanum 'Marimarum' a Cymbris vocari: hoc est, mortuum mare. Hecateus 'Amalchium' appellat, quod nomen lingua Scythica significat congelatum. *Beroald. Mare pigrum, &c.*] Tacitus in Agricolæ vita: 'Mare pigrum et grave navigantibus.' *Idem* in de Germania: 'Mare pigrum, et prope immotum.' Avienus Periegesi: 'Hic devincta sali stant marmora, pigraque Ponti Se natura tenet.' Et in Ora maritima: 'Sic segnis humor æquoris pigri stupet.' Apud Isidorum Orig. xiv. 6. 'Pigrum et concretum mare.' Infra hic lib. vii. 'Fluentum pigrum.' 'Pigroalatica' dixit et Lucretius. *Pric.*

Ventos inanimes] Vide Notata ad Arnobii lib. i. *Elementh.* ac Barth. ad Stat. l. vii. Theb. 88. 'Exanimis hiems.' *Inanimos* placet Wasseo. Sic certe 'inanimi cibi,' 'inanima castimonia' l. xi. sub finem. Infra h. libro 'inanimia, nudus,' in Bertin. quoque *inanimus*. Alibi variatur apud Nostrum 'hilaris' et 'hilarus,' 'illulus' et 'illulus,' 'sublimis' et 'sublimus,' et plura. Videtur tamen prætulisse Auctor terminationem rotas, corruptam pro librariorum captu in ita. Sic mox pro 'enervam et excessam saltationem' in recentioribus Edd. est *e*. Nisi hic suavior audita esset variatio *es* et *ea*. Consule omnino Heins. ad En. iv. 8. 'Unanimam sororem,' non *Unanimem*. *Oud. Ventos inanimes aspirare*] Id est, van-

tas esse sine spiritu: quod impossibile est. Ventus enim nomen venti perderet, cum esset inanimis: id est, sine anima, et spiritus agitatione. A Græcis dicitur *ἀνεμος*, unde animas et anima deducuntur, ex quo animas interdum pro ventis usurpantur. Horatius: 'Impellunt animas linthea Thraciæ.' Virgilius: 'Quantum ignes animæque valent.' Est autem ventus, fluctus aër et agilitas: ut Hippocrates in libro de flatibus, Aristoteles, Seneca, et cæteri Quæstionum physicarum conditores prodiderunt. Nihil autem est in rerum natura potentius spiritu. Ignem spiritus concitat. Aqua ventum detrahit, inertes sunt. Potest spiritus dissipare spatia terrarum, et novos montes extollere, qui est causa tremoris terræ. Unde Epicuro nullus motus placeat, præter spiritum, qui possit tanta conari. *Beroald.* *Exspirare*] Spiritum exhalare et mori: sicut animantia expirant, spiritu emissio deficientia, sine quo nihil vitale est. *Idem.* *Ventos inanimos expirare*] Servius ad vi. Eclog. 'Anima, i. e. aëris, unde etiam venti sunt.' *Pric.*

Solem inhiberi] Sol, qui est 'mundi oculus,' et 'cor cæli,' et 'jucunditas diel,' et 'cæli pulchritudo, naturæ gratia,' ut inquit Ambrosius in iv. Hexæmeri: qui, ut asserit Plinius, 'naturæ regimen ac numen est, syderum ipsorum cœlique rector,' creditur potentia magici carminis posse inhiberi, quo minus cursum suum statum et nunquam erraticum circumagat. Hinc Lucanus cecinit in vi. Pharsaliæ: 'Cessare vices rerum, dilataque mundi Hænit nocte dies.' Prisca illa rudis et inducta mortalitas, in deliquio Solis ac Lunæ, stellarumque defectibus, scelera aut mortem aliquam siderum pavebant. *Beroald.*

Lunam despumari] Credebant antiqui, Magorum præstigiis lunam cælo deduci posse. Vide Beroaldum ad hunc locum, Valerium Flaccum lib.

vi. vs. 467. Notata ad Arnobii libr. i. *Elumb.* Ill. N. Heinio forte rectius videbatur *despumare*, quia Lucanus l. vi. 505. ipsa Luna dicitur 'despumare,' seu spumas evomere magico carmine. Adhuc ad Ovidii Metam. l. vii. 268. Sic Claudian. in Prob. et Olybr. Cons. vs. 54. 'Despumat rutilis dives Pactolus arenas.' At contra Mss. nihil moto. *Despumare* undam, mel, &c. dicitur is, qui spumam mellis, unde, &c. detrahit: unde et 'mel despumatum' medicis. Vide Virgil. l. i. Georg. 296. Celsus, et Beroald. Ita et hic despumatur Luna per magam, sive spuma ei detrahitur. Atque simul hinc liquet, vitiosum esse dñ in Ms. Brantii et nota Beroaldi, et in Variis LL. Virgili. Qualis frequens confusio est in *distillare* et *distillare*, de quo ad Lucanum, aliosque. *Oud.* *Lunam despumari*] Carminibus præstigiisque magorum Lunam cælo deduci posse creditum est: ex qua credulitate est illud notissimum: 'Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.' Credebant quoque Lunam cantu magico depressam cogi, ut despumaret in herbas suppositas, et lunare virus infunderet, quibus mox ad magicen utebantur. Quod et idem Lucanus insinuat, cum sic ait in vi. de Luna loquens: 'Et patitur tantos cantu depressa labores Donec suppositas propior despumet in herbas.' Item alibi: 'et virus large lunare ministrat.' Mortalitas, ignara causarum naturalium, in Lunæ defectu veneficia arguebat: et ob id crepita dissona auxiliabatur. Auctor Plinius in ii. et Livius in xxvi. 'Disposita,' inquit, 'in maris Campanorum imbellis multitudo, tantum cum aëris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem.' Hinc illud Satyrici poetæ: 'Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Igitur Luna despumat, quando spuma depargatur, quam co-

gitur infundere in herbas subjectas magis. Itidem mel despumatum dicitur, quando spuma detracta purum, liquidum, defecatum relinquitur: et ut ait Plin. in XXII. 'usus despumati mellis semper aptior est.' *Beroald.*

Stellas evelli] Marcius Capella in libro de Astrologia, stellas a stando, sidera a considendo dicta fuisse commemorat. Cum itaque stellæ cælo affixæ sint, cantamine magico revelli posse putantur. Interdum stellas ex cælo labi, et volitare conspiciunt: ex quo illud Maroniamum: 'stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi.' Plin. in XVIII. 'Discurrere,' inquit, 'stellæ videntur interdum, ventique protinus sequuntur, in quarum parte ita præsignare.' Inibi ex intervallo, 'si volitare,' inquit, 'plures stellæ videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex his partibus nunciant.' Vulgus existimat aliquem extinguere, cum stella decidua: verum, ut inquit verissime idem Plinius, 'non tanta cælo societas nobiscum est, ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor.' Verum cum decidere videntur, id fit nimio alimento tracti humoris: sicuti luminibus accensis, id ex liquoze olei notamus accidere. Græci ἀποβολας vocant defluxus quosdam ærios, qui ad terram labentes stellarum casus imitantur. *Idem.*

Diem tolli] Tanquam arte magica possit dies mutato canonico cursu interpellari, et nox congemini, juxta illud Lucani: 'Cessavere vices rerum, dilataque longa hæsit nocte dies, legi non paruit æther.' *Idem.*

Sermonem jecerat] Palat. Guelf. iteras. Vir doctus severus. Sed 'jacere sermonem,' verba, ut Græcis βάλλειν et καταβάλλειν, obviam esse locutionem, vel thrones sciunt. *Te* abest Cod. Oxon. *Oud.*

Ne te pigeat vel tædet] Sallust. Jugurth. 'Dum me civitatis moram piget tædetque.' Seneca cap. 2. de

Tranquill. 'Et pœnæ incumbens suæ, dum piget sui tædetque.' *Pric.*

Et ad alium] Conversus scilicet ad illum qui exorto cacinno dixerat, suaserendum esse talibus verbis, tanquam absurdis et incredibilibus. *Ber.*

Crassis auribus respuis] Oxoniensis heic non male a *crassis*, &c. *Pric.* 'Respuere ab se' Lucretio l. VI. 1052. Vitruv. l. VII. c. 4. Sed reliqui omnes præpositione carent. *Oud.* *Crassis auribus respuit*, &c.] Simillima Matth. XIII. 15. ubi dicta vide. 'Crassis auribus,' ut apud Scriptorem ad Hebræos ὀφθαλμοὶ τοῖς ἀκούουσιν. Vide Suidam in λαοὶκόμορος. Calpurnius 4. Ecloga 'aures obesas' dixit. 'Respuis,' est γελῶσα ποιεῖς ἀπιστῶν, ut apud Lucianum in Philopseude. Oxoniensis heic non male, a *crassis*, &c. *Pric.*

Minus hercule calles] Sensus est: Profecto nescis, multa, quæ verasunt, ideo existimari mendacia, ob depravatam hominum opinionem, quia sunt nova, et supra vires nostras sublimata. In hanc sententiam ait Sallustius in Catilina: 'Quæ sibi quisque facilia facta putat, æquo animo accipit: supra ea, veluti ficta pro falsis ducit.' *Beroald.*

Pravissimis opinionibus ea putari mendacia] Sallust. Bell. Catilin. 'Quæ sibi quisque facilia facta putat, æquo animo accipit, supra veluti ficta pro falsis.' Oppianus de Piscibus lib. I. vs. 219. Θαῦμα ὃ, &c. Plinius Naturalis Histor. l. VII. cap. 1. 'Quis enim Æthiops, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo est, cum primum in notitiam venit? quam multa fieri non posse, priusquam sint facta, judicantur?' Vide Plutarchum de Facie in Ore Lunæ Fol. 938. *Elmenh.* *Parvissimis* Ms. Pith. *Oud.*

Ea putari mendacia quæ vel auditu nova, &c.] Lucretius: 'Sed neque tam facilis res ulla est quin ea primum Difficilis magis ad credendum constet, itemque Nil adeo magnum,

nec tam mirabile quiddam Principio, quod non minus fiat mirabile cunctis Paulatim.' Socrates apud Lucianum in Alcyone: *Ἐλπίσαντο ἡμεῖς τὴν θυσίαν τε καὶ ἀποθήκην ἀμύβλητοι τυτὲς εἶναι πρὸς τὰς παλαιὰς θεομύθεον γὰρ δὲ κατὰ δίσκον ἀφροσύνην, ἔγνωσαν οὖσαν καὶ ἐπιστῶν, καὶ ἀόρατον. πᾶλλὰ οὖν φαίνεται ἡμῶν καὶ τῶν εἰσέροντων ἡμεῖς, καὶ τῶν ἀφροσύνην ἀντὶ φικτῶν, συγχρᾶ μὲν καὶ δι' ἀσφαλείαν, συγχρᾶ δὲ καὶ διὰ γυμνάσιον φρονέον.* Infra hoc lib. 'Hominibus multa non venire mira et pene infecta, quam tamen iguaro relata fidem perdant.' Ubi vide Arriani locum. Confer et quæ de Plinio ix. 4. Aulus Gellius. Pric.

Supra caput cogitationis] Cum in Ms. Pithonæo scribatur, *capitū supra cogitationis*, conjecit Salmasius, *capitū supra cogitationis*. Sed tum rectius *supra cog.* exsularent; ut *capitū ardens* dixerit, sicut 'auditu nova,' 'visu radia.' Ego nihil muto. Sensus est: *Supra* quam humana cogitatio capere potest. *Oud.* *Supra caput cogitationis*] Florid. ii. 'Supra caput hominis.' Pric.

Vespera] Ante omnes commentatores jam olim Boetichemus Ep. lxi. contendit, *vesperna* non esse Latinum, et *vespera* esse in Ms. O. licet Pius t. i. Th. Crit. p. 440. testetur sic esse in praeclis exemplaribus; uti ad Ed. Colv. hic varietatis nihil adnotavit excerptor lectionum Ms. Regii. Sed in ceteris, ut debet, *vespera*: ut sæpiissime pro, heri vespere, apud Appuleium occurrere docet Pricæus. De multis en l. v. p. 99. 'Enn vespere redeuntem.' L. x. p. 219. 'Vespera post opiparas cœnas.' Plura vide ad l. ii. p. 28. 'Cum ecce jam vespere.' et ad Suetonii Aug. c. 53. 'Nisi vespere, aut noctu.' *Oud.* *Vespera*] Hora vespertina, et (ut ait Sidonius) crepusculascente. Dies civilis, qui a media nocte incipit, ita dividitur. Primum tempus dicitur 'mediæ noctis inclinatio:' deinde

'gallicinium:' inde 'conticinium,' cum et galli conticescunt, et homines etiam tunc quiescunt: cuius meminit Plautus in Asinaria, cum ait: 'Videbitur, factum volo, redito conticinio.' Deinde est 'diluculum,' id autem est, cum incipit dignosci dies. Inde 'mane,' dum dies clarus. Legibus duodecim tabularum ortus tantum et occasus nominabatur, post aliquot annos adjectus est et meridies. Novissimum diei tempus 'suprema tempestas' nominatur. Hinc illud 12. Tab. 'Solis occasus suprema tempestas esto.' Quamvis plurimi ex his verbis supremam tempestatem post occasum Solis esse existimaverint. Post supremam dicitur vespere, a stella quam Græci 'hesperam,' Plautus 'vesperuginem,' Ennius 'vesperum,' Martianus 'phosphorum,' Virgil. 'hesperon' appellant. Inde 'crepusculum,' a crepero, quod dubium significat, dictam: tanquam lux dubia id horæ sit, incertumque existat id temporis nocturne sit an diei. Inde 'crepusci' nominati a Sabinis, qui eo tempore erant nati: et a Laetio dictum est 'creperum bellum;' cuius anceps et dubius est eventus. 'Oracula' quoque 'crepera' vocitarunt, quasi ancipitia, ambigua, dubiosa. Hinc senes 'decrepitos' dici quidam autumant, quasi dubie sint vitæ. Post crepusculum id sequitur tempus, quod a luminibus accensis 'prima fax' dicitur. Deinde 'concubia,' sive 'concubium,' quod fere omnes tunc cubarent. Alii, ab eo quod sileretur, id tempus 'silentium noctis' appellaverunt: sicut Livius. Novissimo loco 'intempesta nox,' dicta ex eo, quod non habet idoneum tempus rebus gerendis, et eo tempore nil agi tempestivum est. Cassius: 'Nocte intempesta nostram devenit domum.' Hæc est diei civilis a Romanis observata divisio, quam pluribus verbis explicavi, propterea quod hæc enarratio est futura conducibilis

studiosis antiquarum lectionum. Auctores, Marcus Varro, Macrobius, Plin. Censorius, cæteri. *Beroald: Ego denique vespera dum potentia caseata, &c.*] Falluntur docti Viri (Pius et Colvius) qui *vesperna* legebant: vera est quam posuimus lectio, cum ab illis, tum et Oxoniensi Cod. firmata. Sic infra lib. II. 'Vespera quoque cum somno concederes.' lib. III. 'Et abigor procul ab eo hordeo, quod apposueram vespera, &c. illi gratissimo famulo.' Eodem libro: 'Atque utinam de more vespera corollas parassam mihi.' Infra hic: 'Quod vespera poculis minus temperavi mihi.' Ita Græci, quos fortasse Apuleius imitatur. Xenophon, Ἑλλήν. 4. Ἑσπέρης συνεδείκνυν ἀνθρώποις, id est, 'heri vesperi.' Sequentia miris modis agitant, nec tamen sensum commodum efficiunt. Legendum puto, in *convivas amulus*, id est, avidus, timens ne quis celeritate edendi præteriret me. Et recte hinc additum, *minimo minus interii*. Petronius: 'Cibus avidum strangulavit.' De filio Clodii Pulchri Valer. Maximus: 'Abdomine avide devorato, fæda ac sordidæ intemperantiæ spiritum reddidit.' Plinius VII. 55. ubi de repentinis mortibus, 'Jam L. Manlius Torquatus Consularis, cum in cæna placentam appetere,' supplendum, *mortuus est*. De 'placentia caseata' Epigrammatista vetus apud Suidam: Καὶ τὸν πλακόντα Πίον τυροφόρον. Et Aristophanes Acharnens. Κάμολι πλακόντος τυροφόνου ὁδὸς κέκλον. Hesychius: Τυρόντα, πλακόντα. *Pric.*

[*Potentia caseata*] Photius ex Procli Chrestomathia Fol. 526. Ἐπειρο δὲ τοῖς πτωχοῖς ὁ χόρος, καὶ ἴδε τὰ μέλη. Ἐξ ἐκείνης δὲ φυλῆς ἐφηβοὶ. διημιλλήσαντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ. καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγενέτο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης ἢ συνεκρινάτο ἐλαίῳ, καὶ αἶνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀφροίσι. Vide Casauboni Animadversiones ad Athenæum lib. XIV. cap. 16. *Elmenh.*

Colvio adsentitur Vulcanias in conjectura *placentia*, nec ab ea abhorreere videtur Priceus, quia Græci vocant *τυρόντα πλακόντα*. At non opus est contra Mss. quid innovari. Alloquimur malim credere N. Heinsio ad Ovidii l. v. Met. 450. dubitanti, an non rectius esset *pulmenti caseati*. Sed per *potentam caseatam* sen hordeum, aqua et lacte mixtum, et caseo imbutum intelligit *placentam*; quod illustratione non videtur egere: et nocte sequentes *potentam* satis defendant: *Oud. Potentia caseata*] *Potentia*, cuius meminit Plautus in Asinaria, cibum fuit antiquitus Græciæ peculiaris, et ut ait Plin. in XVIII. videtur *potentia* tam ignota Italiæ fuisse, quam puls Græciæ. Pluribus sit hæc modis: Græci perfusum aqua hordeum sic cant nocte una, ac postero die fringunt: deinde mollia frangunt, nec aliunde laudatior quam ex hordeo conficitur. Vicenis autem libris ternas seminis lini, et coriandri selibras miscent. Ovidius nentro genere *potentia* dixit, illo verum: 'Dulce dedit testa quod coxerat ante *potentia*.' *Placentam* Appuleius *caseatam* vocat, veluti caseo indito subactam: sicut libum et *placentam* fieri docet Cato in libro de Re rustica. Ad eundem modum et scribita sit adhibito caseo, coquiturque: de qua Epigrammatista: 'Circumlata diu mensis scribita secundis.' Plantus quoque in Pœnulo: 'Nunc dum scribitis æstuant occurrere.' Videtur autem Appuleius nomine *caseata* *potentia* significare obsœnium consimile epityro. Est autem *epityrum* vocabulum cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa est, ut auctor est M. Varro. De quo Plautus in Miltite: 'Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane.' In Plautinis codicibus conjunctim et intermiscim implicata est lectio. Sic enim impressi codices habent, *Epityredam*, pro epityrum edam. Dictum autem est *epityrum*,

ut ego opinor, a caseo, ex quo fit id cibi genus, periinde ac caseatum ait, *τυρός* enim Græce, caseus Latine significatur: et *τυρόκασις* dicitur id instrumentum coquinatorium, quo foraminato caseus minutatim disteritur. Hinc illud Callippi salse simul et dolenter dictum celebratur apud Græcos, qui dum Catinam Siciliæ civitatem capere adortus, Syracusas amisisset, dixisse fertur: 'Tyrocneatin habeo pro civitate.' Non me præterit, apud Columellam libro Rei rusticæ XII. epityrum vocari genus conditum ex olivis fractis concinnatum, quod in civitatibus Græcis plerumque usurpabatur, quod quidam pityrum dicere malunt. Cato quoque docet, epityrum album, nigrum fieri ex olivis, addito coriandro, fœniculo, ruta, menta, citra casei mentionem. Non invitus in huc interdum veluti diverticula transilio, ut ita varietate rerum fastidium abstergetur, quod nulla res magis quam uniformis narratio parit. Apud Jurisconsultos 'taberna casearia' decenter est dicta, ubi fit caseus. Sed antequam digrediamur ab epityro et caseo, conducibile videtur explicare, quid sit apud M. Tullium *Tyrotarichus*: de quo multi multa, perpauci bene. In epistolis ad Papyrium Pætum, in epistolis ad Atticum, 'tyrotarichus,' et 'patina tyrotarichi' persæpe memoratur: qua dictione significari puto genus obsonii ex caseo salsamentisque confecti: unde ex utroque compositum nomen. *Τυρός* enim, ut jam diximus, Græce dicitur caseus: *τύριχος*, salsamentum. Proinde *tyrotarichus* legendum, ut sit nomen pentasyllabon. Qui *tyrotarichum* accipiunt pro nomine coqui, sive villæ, a vero devii hallucinantur. *Beroald.*

Mordico] *Mordicare* est, morsu capere. Quidam legunt *Modico securus*, tanquam adverbium sit, significetque paulo licentius frustum, sive buccellam ex illa caseata polenta

contruncasse. Ego legere malim *mordicus*, vel (si ita placeat) *mordico*, ut adverbium sit, quod significat cum morsu et dentibus, et ut Veteres dixerunt *morsicatum*. Sensus autem sic ordinatur: Cum morsa contruncare veluisssem buccellam ex polenta caseata grandiore, propterea quod convivæ voratores raptim tubercinantest vorant, paulum abfuit quin interirem, dum faucibus inhæret, ac spiritum strangulat cibus ille glutinosus, ex casei mollietie et lentore. *Idem.*

Offula] *Offula* hic accipitur pro buccæ, sive buccella, et frustulo polentæ. *Offa* enim, cujus diminutivum est *offula*, et tertio gradu *offella*, significat frusta esculenta, in quæ potissimum caro conciditur. Columella, de salsa sœnillæ carnis scribens, ait: 'Caro in libralia frusta conciditur, deinde offalæ carnis spissæ componuntur, et alternis sal ingeritur.' Claudius Imperator, cum de laniis ageretur, exclamavit in curia: 'Rogate vos, quis potest sine offula vivere?' Ubi *offula* accipi videtur pro esca scitissimi saporis, quæ sit ex jecinore porcino in frustula conciso: vulgo jecuscula dicuntur. Per translationem dixit decenter Satyroglyphus: '... et patruo similes effunderet offas:' intelligi volens imperfectos fœtus, et frusta carnis, qualia sunt in abortivis. Dicitur *offa* quoque de iis quæ non manduntur, ut apud Plinium: 'Offæ bubuli fimi.' Vulgatissimum est vetus proverbium, 'Inter os et offam:' quod pro buccella et frustulo cibi capitur. Cujus meminit Cato, idem ferme significans quod Græcus ille *παροικμάτης* versus: *πολλὰ μεταξὺ πέντε κώκυος καὶ χελύδος ἔσθω*. Et quoniam incidimus in hoc proverbium, non ab re est notasse causam, unde proverbialis versus factus est, quem nostri in transcurso attingunt, nec satis enarrant. Apud Græcos talis narratur historia: Amcæus, Neptuni filius, cum vineam

Plantasset, famulorumque vestigiis interdixisset, unus ex illis dixit, non esse fas domino fructum vineæ carpere neque vinum novum gustare. Mox maturis uvis, Ancæus gaudibundus cum poculum esset labris admodum, jussit servum meminisse verbi quod dixerat. Interea venit nuncius, domino referens, vineam ab apro immenso vastari: tunc Ancæus abjecto poculo, dum concitatus currit ad aprum perimendum, ab eo percussus occubuit: et ita, ut servus prædixerat, gustare non potuit vinum, quod jam habebat paratum, labrisque propinquum. Alii tradunt hanc paræmiā ab Antinoi casu ortam esse, unus ex prociis Penelopes: qui cum poculum labris admovent ibiturus, corruit moribundus, ab Ulysse sagitta confixus. Quidam referant ad Calchantem, quem, vites secentem, quidam angur vicinus præteriens dixit errare: non enim ei fas esse novum vinum gustare. Consimile est illud apud nostros minus notum, 'Inter manum et mentum.' *Idem.* *Offulam grandiozem*] *Mordico securius off.* dant Edd. Rom. Ven. Vicent. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Colin. &c. unde illud Pontani *immordico* ad Macrob. Saturn. l. vii. c. 15. frequentative ab, immordeo, de quo vide N. Heins. ad Vellei. l. ii. c. 87. Broukh. ad Prop. iii. 6. 21. ac juvat non nihil Palat. mox habens et. In Coll. Wass. et Edd. Beroaldi ac Junt. postr. est *medico securius*, quod placuit Becicbemo Ep. LXIX. et Oct. Ferrario Elect. i. c. 12. pro, paulo securius ac licentius. Ac favet Pithæanus, qui dat *medico securus*. Nec ego refragor, quia hæ voces in Mas. omnibus ponuntur ante γδ 'offulam,' non vero post, ubi *medico* simpliciter Wover. Elmenh. Pricæus, &c. collocaverunt, construentes cum 'grandiozem;' sicut et fecerunt Scrivierius, et N. Heinsius ad Ovid. l. v. Met. 450. cum aliis præferentes *medico secus* ex altero Nostri loco.

Et sane ita exaratur quoque in Codd. Zabarellæ, Palat. Fux. Guelf. ac Regio, sed, ut dixi, ante 'offulam.' In Oxon. *medico secus emollam*. Sed *medico securius* plus innuit. Hoc enim jungendum cum 'contruncare gestio' paullo securius offulam grandiozem. Sic enim p. 6. Ed. Pricæi, et alibi l. ii. 'medico prius.' Martian. Cap. viii. p. 299. 'medico minus.' *Mordicus* vel *mordico* adverbialiter, ut conjecit Beroaldus, vel *mordicitus* hic locum non habet, ut aliquando visum est Scioppio in Suspect. Lect. i. 4. Tum præferenda foret ipsa scriptura Berti. Cod. *mordicibus securus*, sive dentibus, a Nomin. 'mordices,' de quo videbimus ad l. iii. p. 59. 'Mordicibus appetens.' Male vero idem construit *grandiozem polenta*, pro, quam est polenta. Placentæ istæ non ejusdem semper fuere magnitudinis. Fecerunt eas sine dubio, ut hodie, variorum formæ et quantitates. 'Offula polentæ' est frustum placentæ: nam, quamvis proprie de carne dicatur, transfertur et ad alia. Colum. 'Offa panis,' &c. Immo clare Noster ait l. vi. p. 121. Ed. Pric. 'Offas polentæ mulso concretas:' ubi vide Comment. *Und.*

In conviciis æmulos] Insolens locutio 'æmulus in aliquem' at usitata tamen Lucio nostro etiam alias hoc libro: 'Haud ita longe radices platani lenis finivus in speciem placidæ paludis ignavus ibat argento vel vitro æmulus in colorem.' Iterum lib. v. 'et in sororis sceleratas nuptias æmula.' Hoc idem sic extulit libr. x. 'insequitur puella vultu honesta, in Dem Junonis speciem similia.' Quare frustra sunt, qui *similis* ibidem, tanquam sit a mala manu, exturbant. *Contruncare* autem sumi pro dentibus terere, vel verius vorare, similia loca probant. Infra: 'verum ille, ut satis detruncaverat cibum, sitire impatienter cœperat.' *Gruter.* *Suspic.* l. i. c. 11. Regius et Fux. *in convictos æmulos*. Si sana esset

utique totis, exploranda sunt loca. Deinde videtur esse certum cunctis ceteris, quod nulli esset in edendo: ut fere solet Boetius. Sed non patet, cum cunctis et hanc veritas esset, nisi Latinitate, patet: multo minus capi potest per, inter cunctos, et explicat Boetius, dum alii inter legi non voluerunt. Boet. l. xlv. Adrom. c. l. 'cunctos minus' capient cunctos, quibus propinquant officio istos, quos dum penetrare delectos minus fructuiter vellet, cibum glotiosius facilius adhaerent. Arguit enim, sed et indicat. Et vult Boetius emendat: in propinquo cunctis, pro gustato, arguit: quoniam tunc hoc fere modo istos propinquantibus adhaerit Appellat. Vetus nec hoc emendatum, credo, nisi quid placet. Tunc probo in cunctis cunctis cum Priore, quod jam istos ver dicitur magis adhaerit; i. e. tamen, ne aliquis emendatum placet. Aliqua cunctis jam est in Ed. Junt. post, nec non Wotani, etiam Boetius. Sic l. v. p. 188. 'In cunctis cunctis magis cunctis.' Vult. Plac. l. i. 688. 'Contrage cunctis Boetius.' uti tamen vide Boetius. Nam, quod Gasterus hanc caret ex lib. i. 'Arguit vel vult cunctis in cunctis,' sic hoc non facit. Tunc enim ibi debuit dici: In arguit vel vult cunctis. Nec hinc hinc obstat argumentum Boetius arguit, non libenter et ingenui esse hominis, tam vultu edere, et provertit cibum vultu, et fuerit palenta. Nam emendandum est, rursus gratia hanc nutari, et ob vultu, in delectis cibum quoniamque cum ignis sibi hominibus edenti ac cunctis. Hinc hinc vultu vultu libenter excepti sunt palenta. Hinc Boetius apud Ovidium l. v. Met. 430. excipiens Ceterum, 'Dulce dedit, tanta quod carerat ante palenta.' Senec. Ep. xli. 'Inscriptum hinc: Hospes, hic bene monachis;

hic vultu hanc vultu est. Puncta est hanc dedit cunctis hanc, hanc, et in palenta excipit, et aqua quippe hanc minuit.' Philosophia enim Ovidii quippe hanc hanc. Puncta quoniamque palenta non est vultu, et quoniam aliquando vultu et alia delectis palenta fuit cunctis. Puncta hoc ex Ceterum ad Adromem nota per Boetius, cunctis, et emendandum Boetius d. Ovidii hanc, ac Schenck ad Salm. p. 281. Ovid. In cunctis cunctis. Schenck in cunctis hanc magis facit, ut vultu cibum transvenerit in hanc cunctis cunctis, vultu cunctis, dum tamen nec cunctis palenta cunctis vultu in hanc cunctis. Et ob hoc, in cunctis cunctis dicit Appellat et cunctis cunctis cunctis cunctis. Alii cunctis, dum cibum vellet hanc cunctis, et vultu cunctis non patet delectis. Boetius.

Contrage patet. Boet. adromem. hanc: 'Et tamen delectis cunctis.' Placit. Stich. Art. Sen. l. 'Hanc ac cunctis cunctis.' Boetius. Adromem ad Ovid. Sic l. vi. p. 188. 'Ac tamen vultu cunctis cunctis.' In Placit. et tamen. Ovid. Cunctis? Cunctis. Alia cunctis arguit, hanc cunctis, et quippe corporis hanc cunctis, et Natus Serviusque cunctis, cunctis hanc. Boetius Virgilianum: 'Et studio incunctis vultu cunctis hanc.' 'Cunctis Jr., qu' et sit Puncta Punctis) 'vultu cunctis cunctis, cunctis corporis hanc prout cunctis cunctis.' Boetius.

Boetius cunctis gl. fuit. incunctis et delectis. Minus accurate Priores edidit contra hanc, et Ed. O. incunctis et delectis. Non incunctis hanc sed cibum, Ar. Pag. 14. Ed. Pri. 'Fructum patis adhaerit hanc modum hanc facit hanc.' Ovid. Gistius] Vultu talis ci-

bus viscosus appellatur. *Beroald.* *Mollicie cibi glutinosi*, &c.] Ammianus (frequens Appulei imitator) lib. xx. 'Glutinosa luti mollicies.' Et xxii. 'Arenarum glutinosa mollicies.' Solinus de bitumine: 'Adeo lentum mollicie glutinosa, ut a se nequeat separari.' Isidorus Orig. xx. 2. de pulpa: 'Hanc viscum plerique putant quod glutinosa sit.' *Pric.*

Ima gula ap. detinentis] In Notis Beroaldi, *ima gula*. Oxon. et Pith. *mes gula*. Fux. in *mes g.* Quapropter egregie ab Ill. N. Heinsio ibidem correctum iudico, *meatu gula*, per quam spiritus, i. e. respirationes meant: ut dicto loco post 'inhieret' sequitur: 'Neque deorsum demerare, neque sursum remerare possent.' Sic 'meatus faucium,' 'animæ' Hegeippo et Plinio, quos laudat Heinsius. Adde Lucan. l. v. 191. 'Anhele clara mesta Murmura.' Prudent. *Perf. Trop.* x. 18. 'Vox veritatis testis exstingui nequit, Nec si recisus palpitet meatibus.' Gell. l. xvii. c. 11. 'Perque eandem viam vocis quoque fieri meatus: ac, ne potus cibusque aridior, quem oporteret in stomachum ire, prociideret ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eoque offensione intercluderetur animæ via,' &c. 'Vitæ vocisque viæ' Sil. xvii. 441. In Coll. Voss. seu Cod. Lips. et Wass. atque Ed. Pricæ est *spiritum*, sed amat hoc sensu pluralem Appul. l. viii. p. 162. 'Hæc ille longes trahens spiritus.' De Mundo p. 735. Ed. Flor. 'Auriantia vitales spiritus ducunt.' Dein in Palet. et Fux. est *detinentis*, Pith. *distinentis*. In Regio et Fux. Cum A. *pr.* Pith. Et in A. *pr.* Ond. *Ima gula*] Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. *Beroald.* *Spiritus detinentis*] Significat interclusum fuisse a cibo deerrante spiritum, meantem per fistulam spiritalem. Dæ enim sunt fistulæ, et quasi canaliculæ a faucibus deorsum proficis-

Delph. et Var. Clas.

centes, per quarum alteram delabuntur in stomachum esculenta omnia, et poculenta, ex quo cibalis dicta: per alteram spiritus a summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os et in nares comest, perque eandem viam vocis quoque fit meatus: a spiritu *spiritalis* hæc *fistula* nominatur, quam Græci vocant *πνευματικὴ ἀρτηρία*: hoc est, asperam arteriam. M. Varro capite de capris et hœdis. Lactantius in lib. de Opificio, *gurgulionem* appellat. Aliquando cibus potusque labitur in hanc fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluditur animæ meatus. Quod sibi accidisse significat Appuleius, dum ait cibum glutinosum retentasse spiritum meantem, et deerrasse in alienum tramitem. Ob hoc arte quædam et ope naturæ duabus fistulis, cibali scilicet et spiritali, interposita est lingua, quæ dicitur epiglottis, quæ inter edendum bibendumque operit canaliculam spiritalem, ne, si cibus potusve in alienum deerraverit tramitem, hominem torqueat. Auctores Aristoteles, Plinius, Gellius, et Erasistratus. *Idem.* *Ima gula spiritum detinente*] Scriptor de Excidio Hierosolymit. qui vulgo Hegesippus: 'Si quid sorbuissent mollioris alimentæ, interclusis jam faucium meatibus strangulabantur.' In fragmentis Petronianis: 'Faucibus obsessis vitalis semita cessit.' In Cod. Oxon. est *mea gula*: quomodo et in aliis Mas. legi Elmenhorstius monet. *Pric.*

Minimo minus] Vix minimum abfuit quin interirem. *Beroald.* *Minimo minus*] Florid. ii. 'Instar illi minimo minus quam columbarum.' In Glossis Isidori: 'Semivectors, minimus a vecorde.' Scripserim: *minimo minus a vecorde*. *Pric.*

Proxime ante Pæcilen] Excepto Fulviano Mæsti, quod sciam, omnes, et Edd. Vett. ante Wowerium, habent *proximo*. Quod, perperam verbaliter pro, adpropinquo, sumtum a Beroal-

Apul.

b K

de, mutari non oportuit. Idem est enim, quod, *proxime*, seu *super*. Cicero ad Attic. l. iv. Ep. 7. 'Proxime a. d. vi. Kal. Octobr.' ubi vide Manut. Liv. l. iv. c. 13. 'Quam proximo:' ubi tamen Grenovius, sed contra Mss. malebat *Proxime*, ob adjectos ablativos, ut opinor. Oxon. *imprima*. Ex istis *Et ante* [Vid. VV. L.L.] Piccartus quoque in Peric. Crit. c. 16. probante Sepingio, conjecit *Ex ante*: uti 'exhine' l. xi. Verum de hisce barbariem olentibus 'exante' et 'inante,' &c. vide Cl. Drakenb. ad Silium l. vi. vs. 580. Omnino potest cum Wowerio et Vulcanii Ed. Sec. delendum hic *Et*. Sane Fulviano Codici accedunt Ragius et Fux. Utramque *Et ante* delet N. Heinsius. In Edd. Wow. Elmenh. Priemi, Flor. porticum includitur parentheses signis, ut vox supervacua et glossa. Certe videtur abesse Fulviano. *Oud.* *Proximo*] Appropinquo. Verbum est. *Beroald.* *Ante Pœcilen porticum*] Pœcile porticus fuit Athenis, in qua Stolci philosophabantur. Latine dici potest varia, sive variegata, a pictura scilicet multiplici, quæ illic visabatur. Polygnotus pinxit gratuito porticum hanc Pœcilen, cum partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major fuit Polygnoto auctoritas. Siquidem Amphictyones, quod est publicum Græcæ concilium, hospitium ei gratuita statuere. De hac portem intellexit Persius, cum ait: 'Brachatis illita Medis Porticus.' De eadem sic scribit Æmylius Probus: In hac portem Pœcile eam pugna depingeretur Marathonis, tributus est hic honos Miltiadi, ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur. In vi. Suetonii commentario scripsimus copiosissime de Pœcile portem, emaculantes maculosum Spartiani locum: illinc poteris mutuari, si quid ex cariositate uberius suavisque desideraveris: *ποικίλον* Græci varium vocant, *ποικι-*

λίον varietatem: unde Pœcile porticus dicta, a varietate picturarum. Hinc et *pyropæcilon* vocarunt lapidem punctis ignei coloris variegatum. Et gemmam *sideropæcilon*, quæ, ferro similis, est guttis variantibus. Fuit et in Helide porticus Pœcile, ut Pansamias tradit, quæ a Pinio *Heptaphones* appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur. *Idem.* *Athenis proxime ante Pæcilon porticum*] Cornel. Nepos in Miltiade: 'In porticem quæ Pœcile vocatur.' Facets hic Beroaldus: *Athenas proxime*, id est, *appropinquo*. Legendum *proxime*, ut edidimus: hoc est, *pauca diebus*. Glossarium: *Proximo. ὅγγονα, ὅγγονα δὲ ὅγγονα. Pri.*

Circulatorum aspecti equestrum Spatham] In Edd. Vicent. Beroald. Junt. Ald. &c. distinguitur circ. a. *equestrum, spatham*. Videntur editores non anni fuisse jungere *equestrum spatham præsentem* ob duo adjectiva uni substantivo juncta. Sed 'equestris spatha,' brevior latiorque pedestri, ut putant, hic est subjectum, ejusque prædicatum 'præsentem.' Vide ad Sueton. Ner. c. 37. Mox *eandem* deest Fux. Regio. *Infima in via*. Oxon. a. m. pr. et quæ Ed. Bas. pr. quam Palat. *Circulatorum* Guelforb. *Oud.* *Gemino obtutu aspecti*] Ambobus oculis. Figura est, quam grammatici pleonasmon vocant: quæ sit, ut auctor est Quint. in viii. cum supervacuis verbis oratio oneratur: ut, 'Ego oculis meis vidi:' sat enim est, *vidi*. Et, 'Sic ore loquuta est:' enuntique sufficeret, *sic loquuta est*. *Obtutus* alias significat aspectum: et illud: 'Dum stupet, obtutus hæret defixus in uno.' Dicitur autem *obtutus*, quasi obtutus, a verbo *tuor*, quod significat video. 'Hoc gemino obtutu,' asseverantis est: sic Tacitus: 'Hisce oculis.' *Beroald.* *Circulatorum*] *Circulatores* sunt circumforanei, qui præstigiis quibusdam magicis videntur devorare gladios

acutos, irritare serpentes venenatos, et alia id genus incredunda efficere, maxima spectantium admiratione, pecuniarum maximi æruscatores. Ex hoc genere sunt pharmacopolæ, et Marsi, qui anguium virulentorum domitores sunt: quos Julius Firmicus, in 7. Matheseos, nasci ait oriente sidere Ophiucho. Qui sint circulatores, docet Paulus Jurisconsultus, titulo De extraordinariis criminibus, sic scribens: 'In circulatores, qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.' A circulo et circumferendo nomen circulatoris deductum est, cujus femininum est *circulatrix*. Ovid. in Priapeis: 'Hic quando Teletusa circulatrix.' Videturque femina circulatrix ea dici, quæ lucri gratia urbem circens, et saltando, alioque ludici genere mercedulam aucupatur. *Circitores* vero in re militari dicuntur, qui vigilias circumeunt, ut renuncient si quæ emergerit culpa: quos olim *circitores* appellabant, ut auctor est Vegetius. De circitore in Priapeis: 'Quid mecum tibi circitor moleste?' Ulpianus Jurisconsultus, titulo de institutoria actione, circitores quoque eos dici vulgo ostendit, quibus vestiarii dant vestem circumferendam, et distrahendam. Plin. in epistolis, circulatorum eum intelligit, qui in foro, in corona popularium, legendo, canendoque oblectat: quales hodieque non parum multi in foro nostro audiuntur. *Idem*. *Spatham*] Multa sunt Græca vel Græcanica vocabula Latinis notiora, usitatioraque quam nostra: quod oppido quam mirum videri debet. Et ut, exempli causa, pauca quædam breviloqua oratione annectam, nonne multa inter morborum nomina Græcanica sunt notissima, usitatissimaque, perinde atque vernacula Medicis nostri temporis, quorum aures Latinas eorundem morborum dictiones penitus as-

pernantur? Quid sit *dysenteria*, qui sint *dysenterici*, norunt omnes, quæ Græca sunt. At si *tormina* et *torminosos* dixeris (sic enim Latine dicuntur) verbi novitate percussi obstupescant. Item, quid sit apud Hippocratem et Galenum *synanche*, norunt, quam tamen perperam *squinantiam* dicere consueverunt: quid vero sit *angina* nesciunt, quæ Latina dictio est, *synanchenque* significat. *Lienteriam*, quæ intestinorum lævitas est et solutio, probe callent, *alunos* nesciunt: ita enim Latine *lienterici* vocantur. *Hepaticos* sciunt dici, qui morbo laborant hepatico, quæ Græca dictio est: *jecorosos* dici nesciunt, quæ Latina vox est. Consimiliter, ut ad propositum revertar, *Spatham* tam viri quam feminae vulgo nominant, cum dictio Græca sit, quæ Latino sermone dicitur gladius, ensis, mucro: sed illud Græcum, quam hæc Latina, cognobilis, vulgatinaque. Vegetius gladios majores *spathas* vocari docet, minores vero *semispathas*. Præterea *spatha* significat ramusculum palmæ cum balanis: hoc est, ipsis dactylis: ut tradit Julius Pollux. Hinc apud Martial. Lemma est, 'Spathalion cariotarum.' Qua dictione significatur ramulus cum cariotis, id est, dactylis palmarum dependentibus. Item in Levitico scriptum legimus: 'Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum.' Pro eo est, ramusculos palmarum cum fructibus. Sed, quod cum pace bonaque venia eruditissimorum virorum dictum sit, *spathalion* apud Plin. et Plantum, ut ego opinor, non a *spatha*, id est, palma deducitur, sed a verbo Græco *σπαθίζω*, sive *σπαθαλίζω*, quod significat delicias ago, et lascivio, inclinatur. Quo verbo usus est Aristophanes, cum ait *ἐν νεφέλαις, δὲ γυναικῶν σπαθαίς*. Est enim *spathalion* ornamentum muliebre, inter delicias femineas annumeratum. Ne forte quæ-

ras ubi Plin. meminerit spathalli, sic ait in XIII. 'Spathalia eo facere, et monilia fœminas.' Et Plautus in Menæchmis: 'Amabo Menæchme, in aureis da mihi faciendas, pondo duum nummum spathalia, ut te libenter videam cum ad nos veneris.' Præterea Plinio spatha est instrumentum et rudicula, qua utimur in versandis rebus quæ coquuntur. *Idem.* *Istogemino obitu, &c. aspezi, &c.* Οὐκ ἄλλων παρά Κλέονος' ἔκλυσσα, τοῖσδε δ' εἶδον ἡμᾶσιν. Inquit Hecuba apud Euripidem. Vide I Joh. Epist. 1.1. *Pric.*

Infesto mucrone] Plutarchus in Apophthegm. Τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ συμκρότητα καταπίουσιν· οἱ θανάτο-ποιοί. Chrysostomus contra Gentiles: Οἱ μὲν ἤλους ἔφεῖς καὶ ἡκονημένους ἐφαγον, οἱ δὲ ἐποδῆματα διεμασθήσαντο, καὶ κατέκτανον. Vide quæ in hoc genere mirifica apud Nicephorum Gregoram libro VIII. leguntur. 'Infesto mucrone,' ut lib. VIII. 'infestis prædonum mucronibus:' et Quintilian. IX. Declam. 'Quoties ad infestum mucronem, &c. me summi!' Seneca Epist. LXXXII. 'Quis post hanc vocem dubitet se infestis mucronibus ingerere?' Petronius: 'Gyton ad virilia admovit novaculam infestam.' Virgilius: 'Infesta subit obvinis hasta.' Ubi Servius: 'In vulnus parata, vel protenta.' *Idem.* *Mucrone*] Glosariam: *Mucro.* ἄκρον σιδήρου. Ibidem: *Mucrone.* ἄκρον ξιφιδίου. *Idem.* *Mucrone infesto*] Cuspide noxia, ac letifera. *Mucronatus* dicitur a mucrone, mucronis effigiem gerens. Plin. lib. XXIII. Xiphiam piscem, id est, gladium, rostro mucronato esse ait. Interdum *mucro* significat ipsum gladium, et, ut docet Quint. 'Prosa oratio mucronem pro gladio recipiet.' Priscianus, 'Synonyma sunt,' inquit, 'quæ diversis nominibus idem significant, ut ensis, mucro, gladius.' *Beroald.*

Devorasse] Casaubonus in Animadvers. Athenæi Libro Sexto Fol. 249.

Elmenh. Adi Pricæum. *Oud.*

Exigua stipis] Minimi pretii incitamento. *Stipem* pecuniam dicebant, a stipando, ut interpretatur M. Varro: quia qui asses, hoc est, trutmos librales habebant majori numero, non in arca ponebant, sed in aliqua cella *stipabant*, id est, componebant. A *stipe* *stipendium* dictum: et *stipendiarii*, qui stipem pendebant. Hinc *dispensator*, ab *stipe* pendenda nominatus. Hinc pecunia *stipulari* dicitur, et *restipulari*, in obligationibus. *Beroald.* *Invitamento exigua stipis*] Simplicius in cap. 13. Epicteti: Τὴν πρὸς τὰ φοβερότατα ἡγροῦναι πατήριον ὁ συνεθεσμὸς ποιεῖ, ὥς ὀλίγον κερματίου χάριν αἰρεῖσθαι τινὰς αὐτῆν. Minsonius: Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν κάλων μετέωροι βαδίζοντες, οἱ δὲ ὥσπερ ὄρνεα πετόμενοι διὰ τοῦ ἀέρος, &c. καὶ πάντα ταῦτα μικροῦ χάριν μισθοῦ. Origenes contra Celsum: Καὶ πρὸς τὰ ὅσα τῶν μαθητῶν ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπιτελούμενα ἐν μέσσις ἀγοραῖς, ὀλίγων ὅβολων ἀποδομένων. Clemens Stromat. 7. Εἰς τὰς μαχαίρας κοβιστῶντας ἐξ ἐμπειρίας, &c. ἐπὶ λυγρῷ μισθῷ. *Pric.* *Exigua stipis*] Ovidius: 'Exigua quis stipis æra neget?' *Idem.*

Lanceam] Hispanicum vocabulum est, ut ait Varro, et repetit Gellius. A lancea *lanceatus*, id est, lancea percussus. Qui habuerit horoscopum in 17. parte Aquarii, auctore Firmico Materno, lanceatus morietur. *Lancearios* nostri vocant, quos Græci λογχοῦς καὶ λογχοφόρους appellant, a λογχῇ, id est, lancea, sive lanceam gestando. *Beroald.*

Qua parte] Id est, cuspide. *Idem.*

Pone ferram] Post ferram. Virg. 'Pone subit conjunx.' Et alibi: 'Pone sequens.' Et ut ait Priscian. in 17. adverbium est, quod soli accusativo adjungitur: ut, 'pone tribunal,' vel 'pone domum.' *Idem.*

Bacillum] Diminutivum a baculo. Juven. 'nullo dextram anbeunte bacillo.' Livius: 'Lectores cum bacillis.' *Idem.*

. *Inversi teli*] Sensus est, circulatorem illum, præstigiis præpotentem, per partes inguinum infernas, perque viscera immisisse ferrum lanceam, quæ adacta usque ad occipitium emerit, ostentans in mucrone puerum saltatorium, quæ res inter mira miracula referri potest, qualia ex portentosa vanitatis magicæ officina depromuntur. *Idem.*

Per inguen] Mangani Cod. lectio *immissi* posset videri esse glossa participii *immersi*; quod exprimitur in Vulcanii Ed. Sec. ut etiam coniecit Heins. legitque Florid. ac frequens est de ferro in viscera condito. Veget. I. 12. 'Necesse est, ut vitalia penetret, quidquid immergitur.' Plura vide ad Lucan. I. III. 426. 'Hanc jubet immisso silvam procumbere ferro: ubi alii *immerso*. Quæ lectio adprime stabiliri possit loco Sedulii I. IV. C. Pasch. 125. 'Quum jam demersa securis arboris infandæ radicibus.' Ad illic Cellarium. Sic et 'manum in os immergere' Justin. I. XV. c. ult. 'ungues' Sil. XI. 247. Vero hoc loco *inversi* retinendum esse patebit mox. Fateor autem, me non intelligere hunc locum, ut vulgo exhibent. Ait Appuleius, a circulatore in viscera conditam lanceam a parte cuspidis. Ferrum ergo in viscera est conditum, et quidem, ut vulgo legunt, *per inguen*. Mirifica sane res, ut circulator per inguina foramine facto telum immiserit, ita ut ferrum altero foramine ad occipitium emissum tantopere eminoret, ut pone illud ferrum puer insurgeret et saltaret. In prodigiis narratur quidem ignem per virginis locos inferiores insertum ad os emicuisse, ita ut linguam ore exeret, de quo vide ad J. Obseq. c. 97. At hoc multo majus foret miraculum, nec sane concipiendum; unde etiam tota hæc periodus abest ab Oxon. et Wass. Quare videbimus, an alia lectione locus explicari queat. Et primo bacillum illud non lanceam ipsius

est, sed post lanceam ferrum ei transverse adnexum, quod ad occipitium, ut videbatur, subibat non *per inguen*, ut primus legit Beroaldus, et dein Junt. ac seqq. pro *inguinem*, ut est in Mss. et Edd. multis, vel *inguimen*, sed *per ingluviem* seu gulam, qua etiam lancea in viscera erat condita. Ac sic inverso huic telo, lanceam adnexo, insurrexit, et inerravit saltans puer. Atque sic dudum edidit Serivierus, et conjecerunt quoque legendum Salmasius, N. Heinsius (qui scribit se *per ingluviem* ex Florent. legendum dixisse ad Ovid. Fast. I. 591. sed ibi in editis nihil) et Floridus e Cod. Florentino. Nostro 'ingluvies,' quæ avibus propria, sæpe usurpatur pro ipsa hominis gula: ut infra hoc libro p. 12. 'Vestis ad *INGLUVIEM* adstricta.' E glossa enim ibi irrepsit *gula*. L. v. p. 99. 'Hiantem ingluvie profunda:' ubi omnino consulendus Prææus, et Gell. I. VII. c. 16. Panko post 'ingluvie voraci.' Glossa. 'Inglobies, *ῥοδχρηλος*.' L. *Ingluvies*. Adde Phylarg. ad Virg. G. III. 431. Ruhnken. Ep. Crit. II. p. 7. Circulator lanceam condidit in ima viscera per gulam usque ad eam lanceam partem, qua pone ferrum subit bacillum teli, per gulam ad occipitium inversi. Non autem de nihilo videtur duorum Mss. lectio *coli*, sive instrumenti mulieris lanam trahentis. 'Colus' enim sec. declinationis in masculino genere videtur quoque positus. Ad Passer. et Broukhuis. ad Propert. I. IV. 9. 48. 'Lyda pensa diurna colu.' Ibi enim *colo*, non *colu* habent Mss. O. et multi, in quibus et duo vetustissimi Leid. *Lyda*. In quarta declinatione, quæ e Mss. restituenda est Plinio I. VIII. c. 48. et Ausonio in Parent. c. 12. prætulerunt femininum. Pithæan. *ingluviem*. Abest *subit* a Fux. et Coll. Voss. *Ovid.* *Per inguinem*] Lego *per inguen*. *Inguina* autem tam viri quam feminae verenda significantur. Mar-

tial. 'Accedo quoties ad opus, mixtisque moveamur Inguinalibus.' Inguina sunt sub scorpione. Manilius: 'at scorpini inguine gaudet.' Hinc *ingumaria* dicta herba, quæ sedat inguinis dolores, quam quidam *argemonem* vocant, cujus meminit Plin. in xxvi. *Beroald.*

Ad occipitium] *Occiput* et *occipitum* vocamus partem capitis posteriorem. Occipitum, ut docent philosophi, et tradit Macrob. in ultimo Saturnalium, nunquam calvum visitur, ob siccitatem. Sub arietis dominio caput collocatur. Manil. in secundo Astro-nomicon: 'Aries caput est ante omnia princeps Sortitus.' *Idem.*

In mollitiem decorus] *Pricæus* ex Oxon. Codice præfert, *in mollitie decorus*, cui succinit Fuxensis. Sæpe Appuleius sic præpositionem 'in' jungit Ablativo; ita ut vel plane vel fere abundet. Sed quando notat rei causam vel instrumentum, et explicari potest alia præpositione, per, aut simili, ut statim, 'In flexibus saltationem explicat.' Vide ad p. 27. hujus libri: 'Vini in ætate pretiosi.' L. ii. p. 20. 'Gravis in annis,' et 'Temulento similis in laxa nepotali.' L. xi. p. 239. 'In udis ignibus nutriens semina.' Solin. p. 28. 'Quæ opinio in eo fidem concepit.' Sic enim habent Mss. O. numero novem. Vulgo eo pro, ideo. Sed, quando significat modum vel quantitatem rei, addit Auctor ei accusativum; ut hic, 'puer in mollitiem decorus' est, molli-ter, seu ad mollitiem usque femineam decorus; ut alibi 'vitro æmulus in colorem,' 'jacens in mortuum,' 'in sarcinam prægnans,' 'in speciem simili,' 'in faciem asini mordebam frenâ,' 'in morem Sirenum,' 'in amentiam adtonitus,' et similia, de quibus suo loco, et ad lib. ii. init. Item Sciepp. Susp. Lect. l. v. Ep. 12. Heins. ad Ovid. Met. l. v. 450. Salmas. ad Solin. p. 65. 'Surculis in verum superpositis.' *Oud.* *In mol-*

liciem decorus] In quibus decor est corporis, junctus fortitudini; et talis pulchritudo ornat, ut ait Donatus, vi-rum fortem. In quibusdam forma est cum mollicie copulata: et tales magis inter fœminas, quam inter vi-ros sunt numerandi. Qui nascentur orientibus Pleiadibus, corpus in fœ-minuam transferent, effeminati, molli-ter ambulantes, vestigia suspendent: pœnitebit nos, quod viri nati sint: auctor Maternus in 8. Mathe-seos. *Beroald.* *Puer in molliciem de-corus*] *Idem*: 'Artifices lateris, scenæ spectacula amanter, Tantum mobili-tas illa decoris habet.' Oxoniensis: *in mollicie decorus*, commodius quam vulgati. Sic 2. 'gravis in an-nis, in ætate pretiosus:' et, 'in ra-bore suffusus.' *Prie.*

Enervam et exosam saltationem] *Oratione de Magia*: 'Mox in juven-tute saltandis fabulis exosis plane et enervis.' Firmicus Astronomic. libro vi. capit. 81. 'Cum effeminati corporis mollietie claudos efficiet, et qui veterum fabularum exitus in scen-is sæpe saltantes imitentur.' Lu-cretius: 'Atque exosato ciet omni pectore fluctus.' *Elmenh.* *Enervem*, quod est quoque in Waas. uti et *ex-ossem*, tacite edidere Pricæus et Flo-ridus. Sic in loco Apolog. p. 90. Ed. Cas. per Elmenhorst. citato. Item in Philos. Morali p. 614. 'Enervem et fluxam cutem.' Sed tamen Mss. reliqui habent *enervam*, et omnes omni-no *exosam*. Vide supra ad 'ven-tos inanimos.' In Mss. Festi, ac Vet. Ed. est 'Elumbum.' In Petro-nii versu de Bello civili malit quoque Ill. Bouhier. p. 107. 'Præquæ enerv-o corpore gressus.' *Oud.* *Enervam saltationem*] Decentibus vocabulis saltationem molliciam infractamque depinxit. *Nervæ* enim et *exosis* quasi sine nervis et ossibus signifi-cantur: quales non parum jam mul-tos vidimus, qui sinuosis flexibus et corpore plicatili oblectant specta-

tores cum admiratione. Nati sub
sidere leporis, levitate corporis aves
superare videbuntur. *Beroald. Es-
easem et enervem saltationem explicat*
Claudianus: 'Quis Medicus vibrata
puer vertigine molli Membra rotet,
verrat quis marmora crine supino,
Quis magis enodes laterum detor-
queat artus.' *Laberius apud Macro-
bium: 'Car cum vigebam membris
præ viridantibus, Satisfacere populo
et tali cum poteram viro, Non flexi-
bilem me concurvasti ut carperes?'*
Præ. Flexibus tortuosus] *Isidorus XII.*
*7. de hirundine: 'Per tortuosos or-
bes et flexuosos circuitus pervolans.'*
*Idem XII. 4. de colubro: 'In lubri-
cos tractus flexibus sinuosis labitur.'*
*Ammianus lib. XXIV. 'Per flumen,
&c. assiduis flexibus tortuosum.'*
Idem.

Cum omnium, &c. admiratione] Hinc
compurrores et baculata. Idem.

Baculo, quod] *Ms. Oxon. b. quem,*
ut *L. VII. p. 139. 'baculo, quem ge-
rebat.'* In *Apolog. 'pora et bacu-
lus: ac Glossa. Sed supra in neutro
gen. 'bacillum: et consule N. Heins.
ad Ovidii Metam. l. II. 681. 'Onas-
que fuit baculum silvestre sinistra:'*
et hic *Beroald. In vetustissimo Cod.
Isidori l. XVIII. c. 2. 'Scipionem'*
(sic *Ms. non Scorpionem*) 'cum scep-
tro in manu gerebant, &c. licet et
scipio BACULUM sit, quo homines in-
nituntur.' *Oud. Dei medici baculo*]
*Æsculapius significatur, cujus gesta-
men est baculus serpente involutus,
Apollinis filius, vetustissimas mediol-
næ repertor: cum tantum medicina
cæteris præstaret, ut non satis ei vi-
deretur hominum dolores levare, nisi
etiam mortuos ad vitam revocaret,
fertur Hippolytam discerptum ad vi-
tam revocasse. Nonnulli Glaucum
Minois filium ejus opera revivisse dix-
erant, pro qua re fulmine Javiali
incensus perit: qui deinde inter si-
dera constitutus fuisse proditur, an-
guem tenens. Hac de causa anguem*

tenere dictus, quod cum Glaucum
sanaret, manuque bacillum, cum quid
ageret, agigaret, dicitur anguis ad
bacillum ejus arrepsisse: quem *Æs-
culapius* mente commotus interfecit,
bacillo sæpius feriens fugientem.
Postea fertur alter anguis eodem
venisse, ore ferens herbam, et in ca-
put ejus serpentis imposuisse: quo
facto, utrosque illinc fugisse. Quare
Æsculapius eadem herba usus, *Glauc-*
cum revocavit ad vitam. Itaque in
astris dicitur collocatus esse, anguem
tenens, qui Græce *ophiuchus*: Latine
anguiteneus nominatur. In tutela quo-
que *Æsculapii* dracones constituti
sunt: et ex hac consuetudine poste-
ritas instituit, ut Medici anguibus
uterentur: auctor Hyginus, in lib. de
signis. *Plin. vero lib. XXIX. ideo an-
guem Æsculapio dicatum esse refert,*
quia ei inesse remedia multa credan-
tur. *Macrob. in 1. Saturnalium auctor*
est, simulacris *Æsculapii* ideo
subjungi draconem, quia sit acie ac-
tissima, et pervigili, unde *ἀνδρὶ τοῦ
δράκοντος*, id est, videre nuncupetur.
Medicum autem talem esse debere
præscribit, qui acie mentis vel com-
moda vel incommoda in corpore
mortalium prænoscat. Ut enim ait
verissime Hippocrates in prognosti-
cis: Oportet Medicum dicere de ma-
groto præterita, præsentia, et futura.
Cornel. Celsus scribit, *Æsculapium*
in Deorum numerum receptum esse,
cum medicinam adhuc rudem paulo
subtilius excoluisset, illustrassetque.
Fabulantur Græci *Æsculapium* col-
legisse sanguinem fluentem ex venis
cæcæ Gorgonis, ita ut qui fluxerat
ex sinistris venis, eo sanguine ad
hominum perniciem, qui vero ex
dextris, *ἀπὸς αὐτοῦ*, id est, ad sa-
lutem, uteretur. Chirurgiæ quoque
inventam *Æsculapio* assignat *Diodor.*
in VI. Sensus *Appulei* est, puerum
repentinum ex magicis præstigiis in-
surrexisse in lanceæ cuspidem, tam
flexuosum, tam lubricum, ut credere

posset serpentem esse illum, qui in baculo Dei *Æsculapii* sinuosus figuratur. Sidonius mentionem facit baculi, tanquam id peculiare insigne sit *Æsculapii*: sic enim ait in II. *Epistolarum*: 'Tenere non abnuat cum Orpheo plectrum, cum *Æsculapio* baculum, cum Archimede radium, cum Vitruvio perpendiculum.' Augustinus in tertio *Æsculapium* appellat *Archiatrum*, quasi principem præsidemque Medicorum. Græce enim *ἱερός* Medicus, et *ἀρχιἱερός* primus Medicorum. Græci *Asclepium* vocant *Æsculapium*. Unde ait Martianus: 'Ascribit Asclepio Græcia medicinam.' De hoc *Æsculapii* gestamine sic scribit Ovidius: 'Hic modo serpentem, baculum qui nexibus ambit, Perspice.' *Beroald.* *Quod gerit*] Nentro genere *baculum* usurpat, sicut et Veteres facitaverant. Silius: 'Pastorale Deo baculum.' Ovidius: 'baculumque tenens agreste sinistra.' *Idem.* *Dei medici baculo quod nodosum gerit, &c.*] Infra lib. VII. 'Nec baculi nodosi sævis ictibus temperat.' Festus in verbo: 'In insula,' &c. de *Æsculapio* isto: 'Bacillum nodosum habet, quod artis difficultatem significat.' 'Bacillum ramulis semi amputatis nodosum,' ut apud Theocritum: *σκέταλον κεχαρμένον ῥόϊς*. *Eldyll.* 17. *Pric.*

Serpentem generosum] Ill. N. Heinsius ad Ovidii *Fastos* l. I. vs. 591. conjecit *gyrosus*: ut pro eo fuerit scriptum *gerosus* vel *garosus*. Quomodo plus semel in veterrimo Ms. Ausonii Vossiano exaratum offendit. Vide Scalig. et Toll. ad *Eclogar. garis* p. m. 560. Salm. ad *Solln.* p. 790. ubi et corrigit in *Charisio gyrosa margarita*. Gyri æque ac spiræ proprie serpentibus adtribuuntur. *Virg.* l. v. *Æn.* 84. 'Aduis cum Inbricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit.' *Martian.* *Cap. lib. iv. init.* 'Serpens gyris immanibus involutus.' *Val. Flacc.* IV.

308. 'Cum facibus spirisque et Tartareo ululata *Tisiphonen* videt.' *Sic Pius* e *Mato*, sed reliqui dant *pyrius*. Quare lego *gyriusque*. *Cl. Burmannus* male conjecit *piusique*. Inde enim non externata fuisset *Io*. Cancta ideas exaggerat visu horrida: quod et clarius patet e versu 413. 'Abruptis excussi crinibus hydri.' Hoc tamen loco non temere *generosum* ac divinum serpentem damnare aueim. Ad me omnino ad l. IV. p. 72. 'Generosa illa capitum damnatorum funera.' Ceterum 'lubricus draco' est quoque apud *Arnobium* ex emendatione *Heinsiana* in *Epist.* ad *Grav.* t. IV. *Syll.* p. 329. *Oud.*

Diceret dei medici baculo] Vide notata ad *Arnobium. Elmenh.* *Adi G.* *Cuperum* de *Harpocr.* p. 57. *Regius* et *Fux.* carent *Diceret*, et habent vitiose *De*. Tum *Fux.* *semiamputat nodosus*. *Oud.* *Baculo serpentem l. amplexibus inhærere*] *Reg.* *Fux.* *inhærentem*. *Oxon.* *inhibere*. Elegantissima vero est lectio *inerrare*, quæ simplicissime corrupta est in *inhærere*. Ut apud *Tibull.* l. IV. l. 208. 'Summo versus vel ineret in ore.' *Mss.* multi *inhæreat ore*. Infra l. x. 'Ambitus inerrabant.' *Ms.* *inhærebant*. *Manil.* l. II. 71. 'Hæreretque vagus mandas, standoque rigeret:' ubi, nisi versus sit spurius, legendum: *Erraretque, standoe*. Id enim postulat *seneca*. Vide *Cortium* ad *Plin.* l. VII. *Ep.* 27. 'Memoria imaginis oculis inerrabat.' De serpentibus furialibus *Ovid.* l. IV. *Met.* 406. 'Incosque sinus Athamanteosque pererrant.' Infra l. v. p. 102. 'Genas pererrant crinium globi.' De serpentibus haud dissimiliter dixit *Lucanus* circumfluere l. III. vs. 421. 'Roboraque amplexos circumfluxisse dracones:' al. *circumfulsisse*. *Idem.*

PAG. 4 Cedo] *Idem* significat *cedo*, ac dic mihi, ut ait *Donatus*, et da. Verbum est comicum. *Plaut.* 'Cedo manum.' *M. T.* in *Oratore*: 'Libera-

ter,' inquit, 'etiam copulando verba jungebant: ut *sodes*, pro si audes: *sia*, pro si vis: et *capis*, in quo tria verba sunt, quod significat, cape si vis.' Est autem *Sodes* vox exhortantis, ut ait Donatus in Andria. Diomedes dixit esse adverbium precativis. Beroald.

Qui *caperas*] Colvium secutus est Vulcanius Ed. sec. legendo *occeperas* ab, occipio: nam prave Edd. Elm. et Pric. *occaperas*. Uti ab 'incipio' est 'incepti,' non 'incepti' vel 'incepti,' sic ab 'occepio,' quod cum Plauto, Terentio, aliis frequentissime adhibuit Auctor (adi Ind. Floridi) est 'occepi.' Adi Comment. Gebh. et Drakenb. ad Liv. l. 1. c. 7. 'Agere armatum occepit.' L. III. 65. 'Magistratum occeperunt.' Solin. p. 19. 'Occepit principatum,' ut in aliquot Balsasii et duobus Vossii optimis Mss. Verum in reliquis Mss. omnibus est *caperas*, ut pag. præced. 'At ille, qui cæperat;' et innumeris locis. Oud. Tu *sodes* qui *occaperas*, *fabulam remittere*] In Varronis Menippæis: 'Quod cæperas modo in via narrare, ut ad exodium perducas.' Pric.

Solus hic credam] Flor. et Bert. hæc. Elmenh. Accedunt Regius, Plith. et Ed. Junt. posterior. *Hoc* in Fux. Nihil tamen mutari placet. Eadem confusio est l. v. p. 99. x. p. 212. (ubi male de hac locutione 'hic' pro 'hac' in re, 'quod ad hæc pertinet,' dubitat Pricæus) 'Hic quidem non adeo mentiebatur:' ubi vide, Præcessit autem hic 'fabulam;' quæ vox tamen me non retineret a lectione hæc; nisi alteram judicarem elegantius. Creberrima autem harum vocularum est confusio in Mss. Appuleii, adeo ut Beroaldus putet, familiare esse ei, 'hic' pro, hæc, uti. *Pro illo* Fux. Oud.

Ingressu] Passive *ingressum*, ut habent quoque Reg. Fux. Guelf. Oxon. et Zabarellæ Codices, prætulit Ferrarius l. 1. Elect. c. 14. Quod tamen

sic librarii aliam lectionem non capientes potius corripisse videntur: sicut et aliter Bembinus depravavit: 'Ingressui fuerit scilicet aptum, et conveniens nobis.' Quis nescit illa 'quæ restringendo igni forent,' et similia? Ac sic sæpe Appuleius: dum prave locis nonnullis *opus* vel *necessaria* intrudere conantur viri docti, ut l. h. p. 5. 'Quod unctui, quod tersui:' p. 17. 'Oleum unctui, lintea tersui:' p. 18. 'Aliquid nobis cibati prospiceret.' Immo præfero Florent. Cod. lectionem, quam jam expressere Colv. et Vulcan. utraque Ed. *ingressu*. Amat enim antiquæ hanc terminationem in dativo casu, licet sæpe hic illic corruerint librarii et editores. Infra p. 15. 'Quod primum ingressu stabulum.' L. IV. p. 71. *manu abiit in manu*. L. v. p. 75. 'Lacu conterminum.' P. 201. 'Æstu pelagi simile.' P. 129. 'Cætu celestium defuisset.' L. VIII. p. 154. 'Prospectu obseptis campis.' P. 156. 'Similia prosectu.' Vide Beroaldum ibi. P. 159. 'Luctu necessarium,' ut l. IV. p. 86. 'Luctu congrueas.' Rarus libro VIII. 'Ubi placuit ductoribus, refectione conquiescere.' Ita enim Florent. L. XI. 'Habitu congruentem vultum.' Et sæpius. De hac orthographia egi quoque ad Cæsar. l. 1. B. G. c. 16. Et sic passim in Mss. apud alios, ut in Cod. Voss. Hygini l. II. Myth. c. 14. 'A litore longius veniunt classe' (ita lege o Ms. non *classes*): prius sacrificant Phorbantis adventu, ut talis eventus.' Ceterum de 'stabulo' seu deversorio, unde p. 13. 'stabularius' pro caupone, adi Comm. ad Petron. c. 6. 'Nec quo loco stabulum esset, sciebam.' Plin. l. VI. Ep. 19. 'Italiam non pro patria, sed pro hospitio, aut stabulo habere quasi peregrinantes.' Oud.

Stabulum] Hospitium significat; et *stabularium* vocant ipsum caupenem, qui vulgo hospes appellatur. Ulpianus Jurisconsultus: 'Caupones,' ait,

'et stabularios eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent.' Et Cains ait, 'stabularium accipere mercedem, ut permittat iumenta apud eum stabulari: custodisque nomine tenetur.' Augustinus lib. de civitate Dei, viii. *Stabularius* vocat mulieres, quæ exercent stabulum, et viatores mercede pascunt. *Stabularii* sunt Catoni, famuli villatici, qui stabulario præsent. 'Sic enim,' inquit, 'oportet habeat villicus stabularius 4.' Obiter annotandum, Græce vocabule stabularium dici *συνδουλόν*, ut intelligas illud Josephi ex libro iii. Antiquitatum: 'Neque ancillam, neque captivam eis nubere voluit, et eas quæ de cauponibus et pandectibus vitam agant.' *Boreald.*

Participabo] Participo etiam male Palat. Guelferb. *preparato* Oxon. Sed et in Palat. 'prandium, al. palatium.' In Regio quoque et Fux. *prandium*. Sed male. 'Participare prandium' non est, participem facere, sed particeps fieri, ut lib. ix. p. 202. Ed. Flor. 'Mensam secura nobiscum participat:' quod prave in Fabri Lexico exponitur, participem facit. Corrigit ita Th. Bentleius Cæsarem l. i. B. Civ. c. 4. 'Quos se participatarum cum Pompelo arbitrat:' pro partituum. Dabito an vero. Contrarium enim sensum habet. Sed ut hic cum dativo ibid. p. 301. 'Meum dominum comis hospes opipari prandio participat:' et sic 'particeps' nonnumquam cum dativo construitur. Adi Burm. ad Ovid. l. ii. ex P. 5. 42. Dein *Hæc* est in Mss. omnibus; ut bene Scriverius et seqq. reponerunt loco *eoû* *Hic*. Sed et *merces exposita* dant Reg. Guelf. Oxon. Wass. Sed male. *Exposita merces* est, oculis proposita ad contemplandum. Vide ad Suet. Cæs. c. 10. 'Pars adparatus exponeretur.' *Hic* significat promissam sub conditione mercedem. Quomodo passim 'poni' et 'proponi' dicitur præmi-

um. Vide ad Phædr. F. 14. 'Hæc bibere jussit ipsam, posito præmio.' Si fingere liceret, potuisset hic e longinquo videri diversorium seu stabulum, in promptu esset conjectura: *Hæc tibi merces, en vel ecce posita est.* Sed *ἐνέχῃ*. Ecce margini aditum a Burmanno, dein comperi. Pith. solum habet: *Hæc tibi merces est.* At ille. Mox Fux. *Illud*. Oud. *Prandio participabo]* Id est, merum prandebis asymbelos, et immensis. Ego enim pro te resolvam, et stabulario satisfaciam. M. Varro tradit, locarium dici pretium, quod datur in stabulo et taberna, pro loco ubi consistant. *Boreald.* *Prandio participabo]* Infra lib. ix. 'Opipari prandio participat.' Gloss. *Μεραιδὸν μέρος*, 'participo.' Plantus: 'Communicabo te semper mensa mea.' Achilles Tatius ii. *Τὸ ἕκαστον ἀπονομοῦμαι ἐξῆ καὶ λόγῳ.* *Prid.*

Hæc tibi merces posita est] Virgil. 'Nec partem ponere suia.' Idem v. 'Et præmia ponit.' Idem. *Hic]* Pro *hæc*. Loquitis est frequens, et prope peculiaris Appuleii: interdum significat tunc, ut docet Priscianus. *Boreald.*

Æqui bonique facio] Proverbialiter locutus, quod significat, in bonam partem accipio. Ita enim loqui consuevimus, quando boniguitate verborum prosequimur pollicitatores invitatoresque. Potest accipi et eo intellecto, at exponas non magni pendendo. Cui consimile est illud, 'Sasque deque facio.' Terentius: 'Cæterum equidem istuc, Chreme, æqui bonique facio.' Titus Livius: 'Ne serps latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus.' M. Tul. in Epistola ad Atticum, sine particula conjunctiva, quod decentius est, dicit, 'Æqui boni facit.' Idem. *Æqui bonique facio]* Lib. iii. 'Tibi, &c. honorum talium parem gratiam memini, verum statuas et imagines dignioribus, &c. reservare suædco.' Scholt.

astes ad Ranas Aristophanis : Παρ' αὐτοῖσιν οἱ παλαιὸι ἄλγος, κάλλισ' ἔπειναι. Daniel v. 17. ad Baldassarum Regem : Τὰ δέματά σου σοὶ ἔσται, &c. ἐν δὲ τῇ γραφῇ τῷ βασιλεῖ ἀναγνώσκουσι. 'Æqui boni facere,' tantum est ac si dicat quis, 'Tam teneor dono quam si dimittar onustus,' id est, gratias agat, at oblatum respuat. Sic infra xi. 'Quorum' (amicorum) 'oblationes honestas æqui bonique facio: quippe cum mihi familiares, quod ad victam cultumque succederet, deferre prospicue curassent.' Onomast. vetus : 'Æqui boni facio: ἐὺ γινώσκω τινι.' *Pric.*

Solem istum dejerabo videntem Deum] Solem cuncta videre, cuncta audire, cuncta mortalium negotia cognoscere, arbitrati sunt antiqui. Unde et in fœderibus et rebus magnis semper illum testem invocabant. Hom. Il. γ. Æschylus in Prometheus, Plinius Naturalis Hist. lib. ii. cap. 6. Heliodorus Æthiop. lib. viii. pag. 385. lib. x. p. 472. Ovidius Metam. lib. i. vs. 768. lib. iv. vs. 227. *Elmuhl.* Mss. plerique et Edd. ante Scrivenerium 'dejerabo' præponunt τοῦ 'Solem istum.' Palat. Guelph. et Wess. postponunt τῷ 'Deum.' Rectius. Nihil enim causam est, eut Scrivener. et seqq. 'Solem istum videntem Deum' separarint. *Oud. Porro]* In futurum, deinceps: futuri temporis adverbium est: alias conjunctio est expletiva, ut docet Donatus, qui alibi ait adverbium esse modo temporis, modo ordinis. *Bersold. Dejerabo]* Valde juro. *De* enim interdum significat intentionem, ut *deinver.* Apud Terent. 'Deamo te Syre,' pro, valde amo. Tertul. in Apologético: 'Sacra faciebant pro salute Imperatoris, et genium ejus dejerabant.' Hinc *dejurium* dictum iururandum. A. Gel. 'Dejurio vincti forent.' *Dejurare* autem, sive jurare Deum, ornatior eloquio est, ut ait Ser. in 12. commentario, quam si ve-

lis addere præpositionem. Sic Virg. 'terram, mare, sidera juro.' Hoc enim elegantius est, quam si dicas, per terram juro, per mare, per sidera. Plaut. tamen elegantissimus scriptor dixit, 'Per omneis Deos et Deas dejeravit, occisurum eum hac nocte, quicum cubaret.' *Idem. Videntem Deum]* Plin. de Sole scribens ait: 'Præclarus, eximius, omnia inuens, omnia etiam exaudiens.' Ab Ovid. dictum est: 'videt hic Deus omnia prima.' Græce dicitur πάντ' ὁρᾶν, καὶ πάντ' ἀκούειν: hoc est, cuncta videns, cuncta audiens. Est enim Sol oculus mundi. Tolle Solem de mundo, cuncta noctescent. Hinc illud Heracliti: εἰ μὴ ἥλιος (φῶς) ἦν, εὐφρόνη δὲ ἦν: id est, si Sol non esset, nox esset. *Idem. Dejerabo Solem istum videntem Deum]* Apud Lucianum Toxari: Πρώτερον ὁμοῦμαι σοὶ τὸν ἡμέτερον δρῶν, &c. οὐδὲν πρὸς σε ψεύδους ἔργον. De Sole teste advocato Ovidius iii. Metam. 'Per tibi nunc ipsum (neque enim præsentior illo Est Deus) adjuro tam me tibi vera referre, Quam veri majora fide.' Æschylus: Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἥλιον καλῶ. et Julianus Misopog. Καὶ τοῦτου μάρτυρα καλῶ τὸν μέγαν ἥλιον πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας. Philostratus vi. 4. Καὶ εἰς τὸν ἥλιον παραβλήσας, δυνάμειν αὐτοῦ. Oxon. hic *compertus*: at probum alterum illud. Gellius v. 18. 'Ut veræ rationes post compertum monebant.' Noster lib. ix. 'Fabelam, &c. suavem compertam,' &c. Errabat ergo qui vero repenebat. *Pric.*

Vera comperta] Barthius l. xxiv. Advers. c. i. e. Msto, ut ait, legit etiam vero. *Pricus* ad Apolog. p. 306. veri. Rectius sane, quam *vera comperta*; quod male prebat idem ex l. ix. p. 281. 'Fabulam, &c. suavem compertam.' Alia enim ibi est ratio. Unice præfero Oxon. libri lectionem, quam Scrivenerius jam e conjectura, quæ et Sopingio incidit, repeaerat, *compertu*; sive quæ indagatione re-

perta sunt esse vera. Pag. præc. 'Comperit evidentia.' L. xi. p. 246. ait 'solerti repertu.' Sæpiissime in talibus inepti librarii credidere, genere et casu convenire debere, cum differrent. Ut *optimum factum crebro pro factu, &c.* Adi Drakenb. ad Liv. l. vi. 3. 8. xxxviii. 22. *Oud. Me vera comperita memorare*] Seneca Nat. Quæst. lib. iv. Præfat. 'Incredibile est quod dicturus sum, sed tamen verum.' Chrysostomus Homil. 13. in Epist. ad Ephes. *ἴσως μὲν ἁριστερά διδω ἔργον, πλὴν ἀλλ' ἀληθὲς.* Senec. Epist. 60. 'Incredibilem tibi narro rem, sed veram.' *Pric.*

Nec vos ulterius dubitatis] Manuscriptam lectionem, si Bertinianum Cod. excipias, expressit jam ante Colvium Ed. Junt. post. In ceteris, *Ne et v. u. dubitatis.* Nisi quod Pithæanus det: *Ne tua ulterius dubitatis*, et mox *pervenieris*: unde facilis oritur lectio: *Nec tu ult. dubitabis*; quam margini adlevit Salmasius. *Oud.*

Thessaliam pr. civitatem perveneritis] Nequaquam est hic intelligenda Thessaliæ urbs proprie sic dicta, et in Macedoniæ finibus sita, quam non petebant, sed Hypaton, ut patet c. 15. Fuxensi accedit Regius *Thessalia*: quæ lectio ex explicatione nata est, non minus, quam *Thessalicam*, quod cum Aldo ediderunt Juntas in Ed. utraque. Nihil est mutandum. Poëtice *Thessalia* adjective sumitur pro, Thessala, seu Thessalica. Vide N. Heins. ad Prudentii Symm. 1. 40: 'Thessalia magna.' Burm. ad Ovid. l. 1. ex P. 3. 74. 'Thessaliamque adiit hospes Achillis humum.' Item ad Lucan. l. vi. 402. 'Thessaliæ telluris.' Ibid. vs. 409. 'Thessaliæ laurus' in Ed. pr. Immo hoc ipsum in fine hujus libri, ubi frustra nonnulli quoque tentant: *Æorem Thessaliæ regionis*: ubi vide Colvium, et Voss. ad Cæs. 1. B. G. 12. 'Civitas Helvetia.' Innumera occurrunt similia, de quibus egere mul-

ta N. Heinsius ad Ovidium, Claudianum, aliosque, A. Cuninghamus ad Horat. Animadv. c. 15. qui tamen nimis generaliter cum nonnullis viris doctis ubique præfert *ius pro icus.* Adi etiam l. ii. p. 34. 'Spectaculum Olympium.' L. v. p. 99. 'Sortis Pythiæ.' Dein 'pervenire civitatem,' pro, ad civitatem, Appuleio non infrequens est. L. viii. p. 169. 'Civitatem quamdam populosam pervenimus.' L. vi. p. 130. 'Domus loriceam perveneramus.' Vide Salmas. ad Sælin. p. 183. Ut l. ix. p. 207. 'Civitatem adventat' o Mss. Alibi 'pervenire civitatem,' 'pervenire aures,' 'scopulum pervolare,' et similia, quæ suis locis illustrabimus. Virg. l. iv. Æn. 125. 'Speluncam devenient': et vs. 166. Sicut passim Virgilius 'venire' cum compositis usurpat sine præpositione. Vide Burm. ad iuit. Æn. 'Lavinia venit Litora.' Heins. ad Æn. ii. 743. 781. Solin. p. 23. 'Italiam advectus est.' Nec secus o Mss. et Edd. Vett. restituendum Vitruvio l. vi. in Præf. 'Speluncam deveniunt.' Sic et l. i. in f. 'Cubiculum reversus:' ubi vide. Apud Septimium quoque de B. Troj. l. 1. c. 10. Mss. habent: 'Neque se invitam navigasse, neque se patriam regredi velle.' Vulgo omittuntur priora, et in patr. editur. *Idem. Thessaliam*] Hic Thessalia non pro regione accipitur, sed pro oppido. Quod si legas *Thessalicam* nomine adjectivo, significatur Hypata civitas Thessaliæ. *Beroald.* Si *Thessaliam proximam civitatem, &c.*] Sic Vicentina anni 1488. editio, et Ms. Oxoniensis. Quidam *Thessalicam* ediderunt, alii *Thessoliam* maluerunt: et locum bene se habentem infirmum effecerunt. Solinus, cap. 14. de Thessaliæ oppidis: 'Egreigia sunt Phthia, Larissa, Thessalia et Thebæ.' *Pric.*

Sermo jactetur, quæ p. gesta s.] Scilicet eorum, cum Beroaldo: creberrima Ellipsi pronomini demonstrativi.

Barthius tamen e Melo probat, *jactet*, ut *que p. h.c.* in Advers. l. xxiv. c. 1. Non ego credulus illi. *Oud. Q. ibidem passim per ora populi sermo jactetur quæ palam gesta sunt*] Lib. vi. 'Per omnium ora populorum discurrens,' &c. Minutius Octavio: 'Et de convivio notum est: passim omnes loquuntur.' *Palam gesta sunt*, est quod Act. xxvi. 26. *ὅτε ἐν γυναικί*. quo loco notata vide. *Ibidem*, i. e. in civitate Thessalim: et hinc erudite *populi*, non *populorum* dixit. Servius ad Æn. i. 'Cum populos numero plurali dicimus, urbes significamus: cum vero populum, unius multitudinem civitatis intelligimus.' *Prie. Quæ palam gesta sunt*] Subintelligendum est, de his, vel horum, vel aliquid consimile: ut sit sensus: Sermonem jactari per ora populi Thessalici super his rebus quæ illic palam gestæ fuerant. *Beccaldi.*

Qui sim et cujatis] Turbant hic Mas. O. Florent. Guelferb. *cujatis sim, qui sim, Eginensis, audite quo, &c.* Pith. *cuj. sim quod sim Argiensis, audite, et quo, &c.* Reg. Fux. *curiatis sim, quod sim Argiensis (Eginensis Fux.) audite, et quo, &c.* Wass. *cujatis sim, quidem sim Eginensis, audite, et quo, &c.* Unde forsitan quis suspicetur ab Appuleii manu hic non esse *qui*, eumque scripsisse modo: *Sed ut prius noritis, cujatis sim*: præsertim cum non subjungatur nisi patria et quæstus genus, omisso nomine. Verum tamen in interrogatione et descriptione hominis passim solent jungi 'qui' et 'unde.' Vide Pricæum, et Comm. ad Flor. l. ii. c. 18. 'Qui enim aut unde Romanus?' Liv. l. i. c. 1. 'Qui mortales essent; unde, aut quo c.' &c. Sine copula igitur lege: *cujatis sim, qui sim, et q. q.* e Plauto Pœn. v. 2. 33. 'Qui sit, cujatis, unde sit.' Adde Prol. vs. 109. Men. ii. 2. 66. 'Rogant cujatis sit, quid ei nomen siet.' Non opus vero est cum Florido 'cujatis' sumere nominativo casu, qua-

lia dicit exempla exstare sexcenta: vellem produxisset aliqua præter illud Accii apud Nonium p. 426. Ed. Merceri, unde tamen non liquet, an sit Nominat. an Genitivus, subaudito, gentis: 'Qui neque cujatis esset, unquam potuimus Multa erogitantes sciscere.' H. h. inf. 'Dic oro, cujatis sit, et quibus diversetur ædibus.' L. v. p. 100. 'Nec omnino cujatis sit, novi.' L. viii. p. 170. 'Præconem rogat, cujatis essem. At ille Cappadocem me et satis forticalum denunciat.' *Oud. Sed ut prius noritis qui sim, et cujatis*] Lib. x. 'Sed prius est ut vobis referam quis iste, &c. vel unde fuerit.' Ennius: 'Quisquis erit, cujatis erit.' Accius Telepho: 'Qui neque cujatis esset unquam potuimus Multa rogantes sciscere.' Horatius: 'Abi, quære, et refer, unde domo, quis, Cujus fortunæ, quo sit patre, quove patrono.' Virgilius: 'Qui sit fari, quo sanguine cretus, Hortamur.' Ubi Servius: 'Qui sit: h. e. quis. Græcorum sit: id est, cujus filius.' Nautæ ad Jonam i. 8. *Τὸς σου ἡ ὀργασία ἐστὶν*, &c. *ἐκ ποίας χάρας καὶ ἐκ ποίου λαοῦ σὺ*; Plautus: 'Qui sit, cujatis, unde sit, ne parseris.' Apud Valer. Maximum Servilius Isauricus: 'Hunc ego Judices, &c. cujas sit, aut quam vitam egerit, &c. ignoro.' Arnobius ii. 'Det responsum interrogatus, quisnam sit ipse, aut a quo patre: quibus sit in regionibus editus, quo pacto, et quam ratione nutritus: quid operis aut negotii celebrans.' Symeon Metaphrastes de Joanne Evangelista: *Ἐρεῖ κατ' ὅραν τῶ κρηττόντι* (Domitiano) *ἐγένετο, καὶ ὅτις ποτὲ, καὶ πόθεν εἴη, καὶ τὴν θρησκείαν ὁποῖος*, &c. *ἐρωτᾶτο*. Apud Lucianum in Cataplo ille: *Ὅλος εἰμὶ, καὶ ὅλον τινα ἐβίωσα τρέπον*. Chrysostomus in de Luciano Martyre: *Καὶ τίς εἴη, καὶ πόθεν, καὶ τί πράττων διατελοῖς, μὴ ἀκριβέως διδάσκειν*. Illa qui *sim* illustrant quæ Asconius ad verba qui sis (Divin. in Verr.) adnotavit. 'Non'

(inquit) 'in nomine tantum, et in genere est, sed et in omnibus personis attributis. Ergo, qui sis, et quod Sæculus continet, et quod indoctus, et quod non intelligeret,' &c. 'Vitam tenera' et infra Noster lib. ix. dixit: quare non puto rejiciendam lectionem illam. *Præc. Cujatis*] Nomen est gentile, et significat cuius gentis. Antiqui enim, ut ait Prisc. nominativum proferebant *cujus* et *cujatis* communi genere. Plant. 'Rogitant *cujatis* ait.' Beroald.

Quo quantu teneam] Primum copula et male desideratur in Edd. Junt. pr. et Ald. Dein, ut in Lips. et Palat. est, *quo quantu teneam, melle*, sic etiam legitur in Florentino, ac Wass. et, ut in Fuxensi *quantum teneam, melle*, ita quoque in Regio. Quare, cum non latius sint satis *quo quantum teneam*, ut edidit Vulcan. Ed. sec. aut *quantu*, ut in Vulcan. Ed. pr. sine Accusandi casu, ut vel patet exemplis per viros doctos allatis, lego: *quo quantum teneam me*: vel, *quo quantum me teneam*; uti dudum ediderunt Seriverius (sed vide aliter in Anecd. Spuriis p. 39.) ac Floridus. Satis patet ratio, qua excidit vocula *me*, ac faret Coll. Modiana Bertin. Cod. *quo quantum inita eam*. Immo clare sic præbet Cod. Pith. *quo quantum me teneam*. Val. Max. l. ii. c. 6. § 4. 'Quonam quantum sustentaretur.' Sed et ad Salm. ad Sall. p. 111. Oud. *Quantum*] Ad quærendum lucrum ritu mercatorio. Beroald. Eam] Vadum: verbum est. Id.

Æginensis quidem eam] Sic vulgo vel *Æginensis* editur. Sed ex vestigiis Meteorum, qui hic admodum sunt perturbati, olim fuisse scriptum colligo: *Quid eam Æg.* unde verissime a Worwio emendatum puto: *quidam*. Elegantissime. Mox *Æginensis* cum Mss. Lips. Pal. Bert. Flor. Wass. jam ediderunt Vicent. Beroald. Junt. Ald. Sed, cum Beroaldus et Becichemus Epist. LXVII. testentur in aliis Mss. et Edd. Vett. esse *Ægiensis*, *Ægeensis*,

Ægeensis, Priscus in Ozoniensi, *Ærgensis*, omnino censeo verum hic esse *Ægiensis*, quod expressere Basii. Lugd. Colv. ab *Ægie*, Achaie ad Sinum Corinthiacum celebri oppide: cuius frequens mentio in Nummis, Inscriptionibus, Geographis, et Historicis. Talla vir hic melius convenit, quam civis quidam ex sterili et metallifera insula *Ægina*. Alibi quoque *Æginenses* male intrusos legas. Vido ad Front. l. iv. § 22. In Vulo. Ed. sec. prave est *Rhegiensis*. Oud. *Æginensis quidem eam*] *Ægina*, cuius hic se municipem esse ait, insula est, ab *Ægina* *Æaci* matre dicta, cum prima *Cenopia* nominaretur. Ovid. 'Cenopiam veteres appellavero: sed ipse *Æacus* *Æginam* genitricis nomine dixit.' *Æs* *Ægineticam*, teste Plin. fuit in laude: ex quo candellaborum superficiem elaborabant. Quidam codices habent *Ægiensis*, tanquam ab *Ægio* deducto nomine. Est enim *Æginum* oppidum Peloponnesi, quo in loco Jovem a capra caprino lacte nutritum fabulantur, sicut *Avatus* prodidit. Unde et loco nomen: *Æga* enim capram vocant. Sunt et *Æge* *Eubeicæ*, a quibus *Ægeum* mare dici autumat Strabo. Sunt et *Æge* *Achaicæ*, penes quas *Crathis* amnis labitur. Beroald.

Hypathæ melle] *Æthæo* capit Cluverius simpliciter pro *Siculo*, in Sicilia Ant. p. 113. Pessime Vulcan. Ed. sec. sen Scaliger exhibuit *Hypathæ* contra Mss. O. et Edd. Vett. in quibus est *Æthæo*, testantibus Beroaldo et Becichemo, esse in nonnullis *Enæo*; quod e Bertin. producit, et in Ms. Petrarchæ atque Ed. Junt. poster. excusum legitur. *Hymetto* coniecere alii, et in his Vulcanius. At Mss. reliqui carent et hac et alia voce, jungentes, ut dixi supra, *quantu teneam, melle vel caseo*. Quæ scriptura, si quidem necessarium sit addi loci nomen τῆς melli, magis quam τῆς caseo, quod non putem, unico conj-

ceres excidisse *Ennao* seu *Hemnao*; sive *Hyblaeo*: proximæ enim sunt Henna et Hybla florum feraces, et idcirco apibus frequentes. Vid. Pervig. Veneris vs. 61. cum Comment. M. Ronhierii, et Helmsium ad Lactant. Phœn. vs. 120. eundemque ad Claudian. R. Pros. l. i. vs. 72. item Comm. ad Sil. xiv. 26. Leg. igitur foret: *q. q. me teneam. Audite. Quidam cum Egienis, Ennao melle vel caseo.* At facile gentili voce carebimus, nisi ex ea cum Pricæo fingere vellet aliud edulii nomen. Lepide Floridus conjiciebat, *Athenæo* (pro, Attico) *melle vel Hypatæo caseo.* Sic vara vibiam sequitur. *Gypatæo* typothetarum, ut puto, error est in Ed. Elmenh. In Palat. *vel huj.* In Fnx. *hujusmodi.* Oud. *Eithæo melle*] Id est, Siculo, quod bonitatis nota censetur. Prima nobilitas est Attico, quod Hymettium vocant: proxima Siculo, quod Hyblæum ab oppido nuncupatur: mox Calymnæ insulæ. Hinc ait Ovid. 'fœcundaque melle Calymne.' Appuleius *Ethnaeum mel* appellat, intelligi volens Hyblæum, sive Siculum, ab *Ethna* monte, quæ ardet noctibus semper. Quidam legunt *Ænnao*, ab *Enna* civitate Siciliæ in colle sita, in qua sacra Cereris ædes est, ut docet Strab. in vi. Hinc illud in Carmine obsceno: '*Ennae Cererem nurus frequentant.*' Beroald. *Hypatæo melle, vel caseo, &c.*] Magna in primæ vocis scriptura varietas: fortasse tamen edulii nomen, non loci vel regionis latet. *Pric.*

Cauponarum mercibus] Sive, cauponariis, quales in cauponis et tabernis venduntur. In Palat. est *cauponorum*, in Voss. coll. seu Lips. Cod. et Zabarella Cod. teste Ferrario l. i. Elect. 19. *cauponorum.* Mallet, si per membranas liceret, *cauponum.* Oud. *Cauponarum mercibus*] Esculentas merces significat, quæ pertinent ad edulia cauponarum. Est autem *caupona* et mulier, et taberna. Potest referri et

ad cauponationem, quam ut illiberalem improbat Plato, L. II. de Legibus: de quo suo loco mox plura. Beroald.

Per Thessaliam, Ætoliam, Boetiam ultra citro discurrere] Tacitus Annal. iv. de C. Graccho: 'Per Africam et Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur.' Exprimitur heic Græcorum *περίρχεσθαι* et *δολιχέειν*. Infra l. x. de duobus fratribus qui panes, mellita edulia, et id genus scitamenta concinnabant. 'Meque ad vasa illa compluria gestanda præstinarant, quæ Dominis regiones placentias pererrantibus, &c. necessaria erant.' Hesychius: *ἔμπολῶ, περίρχεσθαι, πραγματούεσθαι.* *Æthnaus* apud Suidam: *Ἐμπορος τὸ ἐπιτρίβειν, πολλὰς πολλὰς πλοῦς δολιχέοντας.* Firmicus viii. 22. 'Negotiatores negotiosos, nunquam in uno loco consistentes.' Fulgentius Mytholog. II. de Mercurio: 'Pennata vero' (habet) 'talaria, quod negotiantium pedes ubique pergendo, quasi pennati sint.' 'Ultra citro discurrere' (ex Nostro) lib. xxv. Ammianus. *Pric.* *Ætoliam*] *Ætolia* regio est proxima Epiro, quæ ab Acarnania dirimit amnis Achelous. Hinc Ovidius Acheloom appellat Acarnanum fluvium, illo versæ: 'Amnis Acarnanus lætissimus hospite tanto.' In *Ætolia* oppidum est nomine Naupactum, a quo idem Achelous Naupactens ab eodem poëta est dictus. *Ætolia* oppidum est Calydon: unde Calydonius ille aper famigeratus. Beroald. *Boetiam*] Cum Latini Græcos in omnibus penè sequantur, ut ait Priscianus, Barbarismos sit Boëtiam Boëtiosque scriptitando pronuntiandoque: sicut obtinuit inveteravitque falsa et pertinax consuetudo neotericorum, Boëtiam enim et Boëtios scribere ac proferre debemus, ex Græcorum ratione, apud quos *Βοιωτία, Βοιωτοί*, nec unquam aliter scribuntur. Et ita illud Flacci legendum est: *Boetum in crasso jures aëre natum.* Homer. in Catalogo:

Βασίλειος μὲν ἱπποδάμοι καὶ Ἀθήνης ἀρχαί. Auctoritatem tamen, et rationem, et regulam consuetudo superavit, quæ (ut ait Gellius) domina rerum est, maximeque verborum. In ore enim omnium est Boëtia, cum Boëotia in-solens, inauditum, aspersabile verbum esse videatur. Cæterum ego ipse sequar Fabium Quint. qui vocat consuetudinem sermonis, consensum eruditorum, non usum trivialium Grammatistarum. *Idem.* *Ultrō citro discurrem*] Oxon. quoque Fux. Guelserb. et Palat. cum Coll. Wass. sive Paræi Etowensi Cod. et Ed. Scriveriana addunt copulam *que*. Eaque varietas fere perpetua est. Vide me ad Sueton. Callg. c. 19. 'Ultrō citro com-mearvit.' Nec aliter dant Mss. optimi Pliniani l. ii. c. 38. 'Sic ultrō citro commearante natura.' Infra l. viii. p. 168. Ed. Pric. 'Ultrō citroque com-mearabant.' Adde Glossas. *Oud.*

Comperito hypatæ esse casum recen-tem] Sic cum Aldo et Juut. post. edi-dere Colvius et seqq. cum in aliis ederetur: *C. i. quod H. esset casus recens*: quod perperam defendit Roaldus. Mss. omnes carent quod cum Ed. Beroaldi, in qua *Hypatæ*. Sed et verbum *esse* deest Mss. Lips. Pa-lat. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelph. Oxon. Wass. et Edd. Pric. Flor. In ille-dem *casum recentem*, sed in Bertin. et Pithæano *casus recens*. Ms. Barth. *casum recente*, quod ridicule ἀρχαῖος pro recens positum suspicatur Flori-dus. Mihi vix dubium est, quin legi debeat: *C. i. Hypatæ (q. c. c. Th. a.) casum recens et aciti saporis, &c. dis-trahi*. De participio 'comperito' et similibus adi Drak. ad Sil. xiv. 97. et quos laudat. Neutro genere adhi-buit vocem 'caseum,' quod jam vidit Barthius lib. xxiv. Advers. c. 1. Se-quitur enim 'id omne.' Eodem ge-nere uti sunt Plautus et Novius apud Nonium de Indiscretis Gener. hac voce p. 200. Ed. Merc. Sic supra 'ba-eulum qued.' Lib. xi. p. 245. 'Ca-

daceum Mercuriale.' Aliibi variant 'lorus' et 'lorum,' 'gladius' et 'gladi-um,' 'clypeus,' 'clypeum,' &c. Monendum tamen est in Mss. Lips. Guelph. Palat. Reg. Fux. Oxon. scribi: *Hypatæ civitatis cunctæ* (Palat. *cunctam*) Th. *antepollere caseum*. Ita ut forsan illa omnia q. c. c. Th. *antep.* e glossa marginali sint nata. Certe illa hujus urbis lans parum facit ad casei commendationem. At recte lib. iii. p. 50. 'Tibi quidem splendidi-ssima et unica Thessaliæ civitas.' Ejus tamen Metropolis deinceps non fuit. Adi P. Wesseling. ad Hieroclii Synecdemon p. 642. *Oud. Comperito*] Cum comperissem. Absoluta elocutio est apud Veteres usitatissima. Cor. Tacitus: 'Igitur Zosines diu pensato, Mithridatisne rebus externis, an patrio regno consuleret.' Silius: 'Auditoque furens socios non defore vires.' Beroald. *Hypatæ*] Itidem Lucianus se Hypatam accessisse commemorat, Thessaliæ civitatem, quam Appuleius signat fuisse metropolim, et quasi principalem totius regionis. Livius meminit Hypatæ in xxxvi. scribitque Consulem Romanum esse depopulatnm agrum Hypatensem. *Idem. Comperito itaque, &c.*] Glossarium: 'Comperito, γινωσκέντος.' Pric. *Hypatæ, quæ civitas cuncta Thessaliæ antepollet*] Lib. iii. de eadem: 'Splendi-dissima et unica Thessaliæ civitas.' *Idem.*

Caseus aciti saporis] Caseo Neman-sensi, quæ civitas Galliarum est, laus fuit apud Antiquos præcipua, et mus-tatio tantum, hoc est, recenti commen-datio. Caseus Lunensis magnitudine conspicuus celebratur, quippe qui ad singula millia pondo premebatur, ut docet Plin. in xi. Hinc illud Epi-grammataril poetæ: 'Caseus Ethrus-cæ signatus imagine Lunæ Præsta-bit pueris prandia mille tuis.' Caseus a coacto lacte dictus, ut interpreta-tur M. Varro: sive a coëundo, ut ait Festus. Casei recentes et molles sunt

alibiles magis, quam veteres et aridi. Inter cibos castrenses, caseus quoque numeratur. Spartianus: 'Ne Adriano hæc, cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens: hoc est, lardo, caseo, et posca, exemplo Scipionis Æmiliani et Metelli, et auctoris sui Trajani.' Galenus lib. de Alimentis III. recentem caseum, veluti omnium probatissimum saluberrimumque, quem vocari ait a Pergamenis municipibus anis oxygalacticum, miro præconio extollit. Ut autem intelligas quid sit caseus oxygalacticus apud Galenum, scito *oxygalam* dici quasi acetosum lac: nam Græci ἔξος acetum vocant, γάλα lac. Unde Galactopota dicti populi, quibus lac victum commodat, quorum meminit et Columella in VIII. *Oxygala* autem, ut docet Plin. libro XXVIII. cap. 9. fit e lacte quod in summo fuit, addito sale. *Oxygala* alio modo fit, acido lacte addito in recens: quod, dum accedit, utilissimum est stomacho. *Hippocrem* vocat antiquitas caseum equinum, cui eodem affectus quos bubulo caseo Sestius assignat. Genus est casei quod *saprum* vocant, quasi dicas marcidum: qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus, potusque medetur coeliacis. In universum hæc de caseis traduntur: stomacho utiles sunt, qui non sunt salsi, id est, recentes: veteres alvum sistunt, corpusque minuunt. *Beroald.*

Sciti saporis] Probi jucundique gustatus. *Scitus* interdum dicitur elegans. Terent. 'scitum puerum' appellat pulchrum et elegantem. *Fis-cellus* dicebatur a prisci, casei molliis appetitor. *Idem.*

Pretio distrahi] Vendibilem fuisse caseum significat, qui levi pretio cœmi posset. *Distrahere* enim est vendere, Oratoribus et Jurisconsultis. Inde 'merces distractæ:' et 'distractio,' venditio. Ulpian. titulo de transactionibus: 'Si uni pluribusque fundos ad alimenta fuerit relic-

Delph. et Var. Clas.

tus, velitque eam distrahere, necesse est emptorem de ejus distractione et transactione arbitrari.' Alias significat dissepurare atque divellere. *Idem.*

Id omne præstia.] Miror Scriverium quoque recepissee librarii Lipsiani codicis errorem ad. Quæ Brantius profert, huc non pertinent, et Auctor simplicissime 'præstinare' cum Accasandi casu pro, emere, cum Plauto offert; ut in f. lib. I. item lib. VIII. x. &c. Adi Indicem. Neque opus est, ut conjiciamus cum Viro docto *prædestinaturus*, sive, ante emturns. *Præstinatur* Pith. *Oud.* *Præstinaturus*] Empturus. *Præstinare* verbum vetus est, quod significat emere. Plant. in Epidico: 'Ut præstines argento priusquam venit filius,' et apud eundem sæpissime. A quo *destinare* quoque, quod usitatus est, usurpatur in eodem significato, cum ait in Persa: 'Dii Demque te agitent irati, scelus, qui hanc non properes destinare.' *Beroald.*

Sinistro pede] Improspere omine et inauspicato. Si enim (ut Donatus, Virgilianus interpres, scite inquit) dexter pes bonus est, procul dubio sinister malus accipiendus est. A contrario dixit Virg. in VIII. 'Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo:' hoc est, ut Ser. interpretatur, propitius, et prospero omine. Divus Aug. quod mehercule scitu memoratunque est dignum refert in epistolis, Phanionem dici boni pedis hominem, cujus adventus afferat aliquid felicitatis. 'Sic,' inquit, 'solemus dicere secundo pede introisse, cujus introitum prosperitas aliqua consecuta sit.' Illud obiter annotandum, in auguriis sinistrum accipi pro prospero et salutari, et sinistras aves, quæ portendunt felicitatem. Autumat Festus Pomp. et Servius, 'auspiciu sinistrum a sinendo' dici, quod nos agere aliquid sinat. M. Varro in lib. Epistolicarum Quæstionum ait, ad sinistram partem

Apul.

5 L

esse mundi exorientes, ad dextram occidentes. Unde factam arbitrantur, ut sinistra meliora auspiciis, quam dextra esse existimantur. Idem fore sentiant Capito et Cincius, vetustissimi scriptores. Plin. quoque fulmina læva, hoc est, sinistra refert prospera existimari, quoniam læva parte mundi ortus est. Idem Don. refert, in sacris signis idcirco prospera accipi, quæ sunt læva, quia sacrificantis vel precantis laetus lævum, dextrum est ejus qui postulata largitur. Ex hac augurii consuetudine dixit Ennius: 'Contonuit lævum bene tempestate serena.' Et Ennium æmulatus Virg. cecinit in serio opere: 'subitoque fragore Intonuit lævum;' significare volens sinistram: hoc est, prosperum factum esse augurium. E contrario Græcis et barbaris dextra meliora videntur, quam sinistra. Unde Homericus Ajax: 'Nescio quid hoc modo nunciet: prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit.' 'Quanquam haud ignoramus,' ut inquit M. Tul. in II. de Divin. 'quæ bona sint sinistra dici, etiamsi dextra sint.' *Idem.*

Profectum] De cætero, 'sinistra' Apuleio, ut Græco, pro infaustis sunt itidem de Metamorphosi sua lib. XI. 'Curiositatis, inquit, improspere sinistrum præmium retulisti.' *Stewech.* *Stewechii* conjecturam [sc. *profectum*] firmat Bertinian. Sed frustra. Significat enim domo egressum. Liv. lib. I. c. 1. 'Quo casu profecti domo.' Pejor multo est conjectura J. Gruteri *profecto* in *Suspici.* lib. III. c. 12. *Oud.*

Spes comp. frustrata est] Herodotus lib. I. *ἡ σπέρθηται τῆς ἐλπίδος.* Lib. II. *σπέρθηται* 'Ἐλλας ἐλπίδος μεγίστης. *Elmenh.* *Spes compendii*] Lucri: contra *dispendium* significat detrimentum. *Beroald.*

Negotiator magnarius] *Negotiatores magnarios* putem esse, quos nos *Grosiers* vocamus. Inscriptio vetus Romæ (Grut. p. CCLXXXIII. 1.)

MAGNO. ET. INVICTO

IMP. CAES. C. VAL. AVREL.
CONSTANTINO. PIO. FEL.
INVICTO. AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTES. COS. III. P. P. PROC.
D. N. CORPVS. CORIARIORVM
MAGNARIORVM. SALIARIORVM
DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQ. EIVS.

Colo. Magnus Fux. Recte *magnarius* defenditur a viris doctis, cui in Inscript. quoque opponitur *tenuarius*. In Glossis, 'Μεγαλήτωπος, Magnarius.' Sic enim leg. non *Μεγαλήτωπος*; ut marginal bene adiecit Cl. Wasse. Adi et Turneb. lib. XVII. Advers. c. 21. Vir doctus in marg. Ed. Vicentinæ: Hoc vocabulum legitur in marmoreo monumento apud S. Chrysogonum in Transtiberina urbis regione. *Oud.* *Ome enim pridie Lupus negotiator magnarius coimerat*] Infra lib. V. 'Magnis pecuniis negotiantem.' In vet. Onomast. 'Præmercor, προμερῶμα.' *Pric.* *Lupus*] Nomen proprium negotiatoris. Alias dicitur instrumentum uncinatum, quod vulgus lingua vernacula *graphium* vocat. Palladius *lupos* serrulas manebriatas interpretatur, numeratque inter rustica ferramenta. Alii *lupos* dicimus frenos, et *lupata*, juxta illud: 'Accipit ore lupos.' De lupo piece, et animali quadrupede, nemo est qui nesciat. *Beroald.* *Magnarius*] Non a regione, quæ Magnesia dicitur, inclinatum est hoc nomen, sed a magno, magnitudineque negotiationis: veluti famigeratus, clarus in obsequiis magnis mercaturis. *Idem.*

Ergo igitur] Bas. 1. et Col. Ego igitur. Colvinus. Item Edd. Vicent. Junt. post. Perperam. Vid. Indicem *Elmenh.* et lib. IV. p. 68. Jungit has particulas Auctor innumeris locis, ut alii 'itaque ergo.' Vid. Barth. lib. XXXI. Advers. c. 15. *Drakenb.* ad Liv. lib. I. c. 25. 'Ergo idcirco' *Cicero* pro Rosc. Amer. c. 39. De duabus unius sensus adverbis vel conjunctionibus simul positis egi sapius. Vid. et Cort. ac Longol. ad

Plin. lib. v. Ep. 16. x. Ep. 97. § 7. lib. ii. p. 30. et iv. p. 79. 'Tandem denique: ubi consule Pric. Plura vide ad p. 56. 'Curiose sedulo.' Oud.

Inefflaci celeritate fatigatus] Apud Quintilianum ix. Declam. 'Et tamen ille qui tanto opere festinabat sero pervenit.' Pacuvius (restituente Viro summo Jo. Gerardo Vossio): 'Dolet pigetque magis magisque me Conatum hoc nequicquam itiner.' Ita fieri amat. 'Quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non poeniteat?' ut recte Juvenalis. Pric.

Commodum vespera oriente] Scrivenerius junxit in sua Editione *fatigatus admodum*; rectius, si quid foret mutandum. At reliqui Mss. omnes dant *commodum*: quod significat, *tunc jam*. Vid. Beroaldum et Elmenh. Indic. Innumeris enim locis Noster præter Terentium, Ciceronem, aliosque, ita usurpat. Plane ut hic lib. ii. p. 24. Ed. Colv. 'Commodum vespera oriente:' p. 27. 'Commodum meridiem accesserat:' p. 37. 'Commodum noctis induciis,' &c. De ῥῆ 'admodum' pro, circiter, ad ad Justin. lib. xvii. c. 3. summum Grævium. Oud. *Commodum*] Non parum multæ particulae sunt in Latina lingua usitatissimæ quidem, sed paucis bene cognitæ intellectæque; sicut est adverbium hoc, *Commodum*: quod significat tunc, id temporis, eo momento. Qua dictione non solum Appuleius noster sæpicule, sed et Plaut. et M. Tul. Gel. et omnis classicorum scriptorum ordo usus est. Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione: 'Id cum hoc agebam commodum:' dixit adverbium esse temporis, et tantum significare. Idem alibi apertius et planius exponit, 'Commodum huc adverterat, ipso eodemque tempore.' Beroald.

Ad balneas] Proprie et significanter fœminino genere *balneas* publicas appellamus, cum privata neutro genere *balnea* appellentur. Quod do-

cet M. Varro. Et ita fere semper apud idoneos auctores invenies dici pro publicis thermis. Attamen M. Tul. *balneas* vocat, balnea Marci Bruti privata. Sic enim ait in ii. de Oratore: 'Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat.' Idem in oratione pro Cluentio: 'Eas,' inquit, 'balneas non ex libris patris, sed ex tabulis, et ex censu querere.' Græci *βλῆαυ* appellant, ab eo quod anxietatem pellat ex animo: quod et divus Ang. testatur lib. ix. Confessionum, et nos fusius scripsimus in commentariis Suet. unde nostri *balneum* dicunt, et per synecopam *balneum*. Idem.

Ecce] Proprium Ciceroni et Virg. hoc est, in rebus improvisis et repentinis: ut, 'Ecce autem gemini a Tenedo:' et 'Ecce trahebatur passis Priamela virgo.' Idem.

Humi sedebat] Inserunt qui Mss. Palat. Reg. Wass. sed perperam, et obvio librariis vel interpolatoribus errore, de quo late agam ad f. h. libri: 'D. seniculum. In angulo sedebat:' et ad lib. xi. p. 244. Ed. Pric. 'Vidi ursam mansuem. Cultu matronali sella vehebatur.' Oud. *Pæne alius, lurore ac misera macie deformatus*] Lipsii conjecturam, quam temere expressit Vulcan. Ed. sec. probatam quoque a Sopingio, aut Heinshianam *lemurali vel larvali os lurore*, recte cum Pricæo Ferrarius lib. i. Elect. cap. 19. refellit sequentibus: 'Hunc talem, quamquam necessarium et summe cognitum, tamen dubia mente accessi.' 'Pæne alius' bene explicuit Pricæus. Belg. *het geleeck dezels was niet*. Non vero jungenda *alius lurore* (Edd. Bas. pr. Elmenh. prave lat.) sed *lurore quod miseram maciem d.* Sic enim præter aliorum codices dant quoque Palat. Guelf. Reg. Zabar. Wass. et Edd. Junt. post. Scriv. &c. Luror oritur præ defectu cibi et inedia, ut lib. viii. p. 169. Ovid. lib. iv. Met. vs. 260, 264. Vul-

gata videtur ficta ad lib. ix. p. 197. 'Lurore buxoe ac macie fœdata.' 'Ad maciem:' Græca locutione, *πρός*. Vid. Salm. ad Solin. p. 62. 'Lapidi ad succinum color est:' p. 97. 'Reddit succum album ad lactis saporem:' i. e. sapore similem lacti. Male tentat Salmasius, quem vide etiam, p. 165. 'Ad prope casura:' p. 68. 'Dulcis ad melleam suavitatem.' Neque inepte miram conjectit hic et lib. viii. p. 469. Pricæus. Crebro enim *miserum* et *mirum* confundi solent; de quo latius infra. Sed tamen, a Mss. cur hic recedamus, causæ nihil video. Mox *miserum ærumna spectaculum*; cum quo confer Sall. Jug. c. 14. Septim. de B. Troj. iii. 21. Dein *distematus* Pith. Voluit sine dubio libraria *distennatus*. Idem. *Sedebat humi scissili palliastro semiamictus: pœnali lurore ac misera macie deformatus*] Engraphius ad ii. 2. Eun. 'Miserorum expressio his modis impletur: vultu, habitu corporis, atque vestitu.' Humi sedere solent qui miserias fœvent, et ærumnis incubant suis. Statius: 'Tu modo fusus humi lucem aversaris iniquam.' Vide 2 Samuel. xii. 17. Ezræ ix. 3. Esaiæ iii. 26. Scriptor Historiæ Jobi ii. 7. 'Testa sanie radens sedebat in sterquilinio.' De Hecuba Euripides: 'Ἐπὶ χθονὶ κείται Κόνη φύρονσα δυστηνὴν κάρη. Pric. Scissili palliastro semiamictus] 'Squalidus, illota facie, barbaque, comaque Horridus impexa, scisso pannosus amictu.' Infra lib. ix. 'Scissili centunculo, &c. inumbrati.' Lucianus in de Merc. cond. *πολυσχιδὲς ῥάκος* vocat: et in Dial. Mort. *τριβάριον πολίδυρον*. Petronius 'sordidam ac scissam tunicam.' Plutarchus in *περὶ Δεισιδαιμ.* 'Ἐξω κἀθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιζωμένος ῥάκος δινυραῖς. *Semiamictus* heic, ut infra vii. 'centunculis disparibus et male consarcinatis semiamictum.' et ix. 'Flebili centunculo semiamicta.' Marcianus Capella: 'Sordenti pallio, &c. semitectos.'

Donatus in de Tragœd. et Comœd. 'Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus.' Nicetas Choniates: 'Παλῖος ἐσπυρασμένον, ἀπαστὶ ἐκτετηγμένον, τὸν χροῖα τραπέρες, παρὰ τὰς βῆεις. Pric. *Pœnali lurore ac misera macie deformatus*] Infra lib. ix. 'Lurore buxoe, macieque fœdata.' Sic 'hominem macie torridum' apud Ciceronem in pro lege Agrar. contra Rull. ubi malim *retorridum* scribi. Onomasticon vetus: 'Retorrescere, ἀναξηραίνεσθαι.' Apud Quintilianum v. Declam. 'Riget squalidi capitis concreta canices, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, et per obstantium crinium illuviem tenuis arentium jactus oculorum.' In veteri Tragœdia apud Ciceronem Tuscul. iii. 'Corpus macie extabuit, Lacrymæ peredere humore exangues genas, Situ nitoris barba et pedore horrida Atque intonsa infuscat pectus illuvie scabrum.' Illud *Pœnali lurore* a Lipsio est, et quadantenus probari potest. Sic infra lib. vii. 'pœnale exitium.' et viii. 'caligo pœnalis.' At Oxon. Cod. et editiones principes habent, *pene alius lurore*. Et hanc præ altera lectionem sequendam putem: *Pene alius*, est in *alium pene virum mutatus*. Ammonius: *περὶ ὁμοί. &c. Ἐτεροποίησης, ὅταν ἀπ' ἑτέρου σώματος εἰς ἕτερον μεταβάλῃ, ὡς Νιδβὴ εἰς λίθον*. Hezychius: 'Ἀλλοίωσις, ἕλλος ἐξ ἄλλου γεγόμενος μετασχηματίζεται. Philostratus in Epistolis: 'Ἐχθὲς σε ὀργίζομένην κατέλαβον, καὶ ἰδοὺ ἄλλην βλέπω. Terentius u. 1. Eunuchi: 'Adeo homines immutari Ex amore, ut non cognoscas eundem esse.' Samuel ad Saulum i. 10. 6. 'Et mutaberis in alium virum.' Salvianus 2. de Davide: 'Judicio Dei a se alter effectus.' Et (quod propius ad rem præsentem) in Historia Jobi: 'Cumque elevasent' (amici ejus) 'oculos suos, non cognoverunt eum.' Gregorius Nyssenus Homil. 2. de paup. amand. 'Eo calamitate redactus, ut quidnam sit

ambigatur: nam neque hominis plane, neque aliorum animantium cunjuspiam indicia præ se fert. Si cum homine conferas, effigies humana respuit deformitatem eam: si cum rationis expertibus animalibus, ea quoque similitudinem ejusmodi non admittunt.' Et post: 'Juxta vias celebres, et a prætereuntibus frequentatas jacent homines mortui, imo ne homines quidem, sed infælices hominum reliquæ, signis et indicis aliquibus indigentes, ut se homines esse fidem faciant: neque enim ex naturæ notis quidquam est reliquum quo possint agnoscī.' Oxon. et Florent. Cod. *Ad miseram maciem d.* Pro *miseram* tamen *miram* scriberem. Vide infra lib. viii. notata, ad ea, 'mira præsumptione munitus.' Et bene heic *deformatus*. Enstathius ad Odys. Ἀδχινοὺ πινυρόρης, &c. τὸ λαμπρὸν εἶδος ἀπαρτίζει. Bene et *macie deformatus*. Quintilianus Declam. xiv. 'Deformis macies inde veniebat.' Idem xii. Declam. famem 'malorum deformissimam' vocat, quod nempe cæteris malis deformiores reddat. *Idem. Macie deformatus* 'Cava lumina, pallor in ore, Labra incana situ, scabri rubigine dentes. Dura cutis, per quam spectari viscera possent. Ossa sub incurvis extabant arida lumbis: Ventris erat pro ventre locus, pendere putares Pectus, et a spinæ tantummodo crate teneri.' Deformatus hic κατασχευθὲς, ut bene in Glossario redditur. *Idem. Palliastro* A pallio, quæ Græcorum vestis est, ut toga Romanorum, inclinatur *palliastrium*: cujuscemodi nomina autumant Grammatici significare diminutionem. et profecto quædam sunt in *aster*, vel in *astrum* desinentia, quæ diminutionis regulam servant: ut *surdaster*, quasi absurdus: et *recalvaster*, modice calvus. Cic. in v. Tuscul. 'Erat,' inquit, 'surdaster M. Crassus.' In Levitico ait Moses: 'Et si a fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est.' Unde et 'recalvatio

dicta,' non plenum calvicium, sed pusilla capillorum deglabratio. Itidem *palliastrium* accipi videtur, pro pallio mutilo et breviculo. Compluscula tamen sunt ex hoc inclinatu derivata, quæ imitationem potius significant quam diminutionem. ut *Pinaster*: quo non parva pinus significatur, sed ut ait Plin. in xvi. nihil aliud est quam pinus sylvestris mira altitudine. Ita *apiastrium*, quod herbæ genus melissophyllon Hyginus vocat. Ita *mentastrium*, quæ menta sylvestris est. Consimiliter a Cic. dicitur *Fulviaster* et *Antoniaster*, contra Priscian. sententiam, quasi Fulviæ Antoniiqque imitator. Et a Terent. in Adelphis, 'parasitaster' dictus non tam parvus parasitus, quam æmulus imitatorque parasitorum. De palliastro in Floridis: 'Nicens prociuncto palliastri magistratum in secreto defendisset.' *Beeroald. Scissili*] Lacero et divulso. Alias *scissile* dicitur, ne *assile*, quod facile scindi potest. *Idem. Semiamictus*] Ex hoc aperte liquet, palliastrium pusillum et breve pallium significare, quo Socrates non totus vestiebatur, sed semivestitus conspiciebatur. *Id. Lurore*] Squallore, et pallore buxanth. Est enim *luridus*, supra modum pallidus. unde 'rana lurida' Varroni, et 'venena lurida' poetis dicuntur. *Id. Deformatus*] Sentus, incultus, et dishonestamento formæ demutatus. Alias *deformare*, est figurare, fabricare, et nova forma insignire. Vitruvius in v. 'Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, et regalibus rebus.' *Idem.*

Fortunæ deterrima] Lipsii conjecturam approbarunt Barth. lib. xxiv. Advers. c. 1. edideruntque Vulcan. Ed. sec. Elmenh. Florid. ac Pricæus. Mss. Barth. et Bert. lectionem *determina* exhibuit Scriverius. At Ferrario lib. i. El. c. 19. placebat: *quales solent fortuna deterrima*, &c. in Ablativo. Certe nolebat mutari vocem *determina*, Nostro sæpissime adhibi-

tam, exponens: homines villasimi, ac naturæ ludibria sive negotia. Quid si a nominativo sing. 'detrimen' scribamus *detriminus* seu *περικυβερηται καὶ περὶ ἑρμῆα*, ut ait Divus Paulus ad Corinth. 1. 4. 13. ubi vide Wolfium. Ut enim 'flamen' et 'flamentum,' 'fundamen' 'fundamentum,' 'hortamen' 'hortamentum,' 'munimen' 'munimentum,' 'tentamen' 'tentamentum,' et plura alia occurrunt, quidni sic 'detrimen' et 'detrimentum?' In Palat. a m. pr. est *detrime*. Prave vero Ed. Flor. in *vis*. 'Erogare' dictum, ut lib. v. p. 97. 'Erogatus germani amplexus.' Oud.

Stipes erogare] Significat, contubernalem ad lictitas, hoc est, egestatem fortunæ fulminantis ævitia redactum esse, adeo ut mendicare cogeretur. Quod genus homines Plant. eleganter appellat *mendicabula*: et Laborius mendicitatem dixit *mendicinium*. In trivis autem potissimum mendici stabulantur, utpote locis frequentioribus, per quæ ultro citroque comeant homines negotia obeuntes. *Beroald.* *Stipes in trivitis erogare*] Horatius: 'In trivis fixum cum se demittit ob assem.' Lucianus Necyomantia: *Παλλοὺς τε καὶ ἄλλους ἢν ἰδῶν ἐν ταῖς τριβόλοις μετατοῦντας*. Marc. x. 46. *Ἐκδόθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσκαυτῶν*. *Erogare* mutandum non est. Infra lib. vii. 'Nec manum validam erogandæ stipi porrigeret.' Glossarium: 'Stipem: *ἐλεημοσύνην*.' Pric.

Hunc talem, quanquam necessarium, &c.] Gellius XIII. 3. 'Qui ob jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, necessarii dicuntur.' Glossæ: 'Necessarius, *οὐκείος*.' Glossæ aliæ: 'Οὐκείος, ὁ συγγενής, necessarius.' Infra lib. vii. 'Per cæteros familiares ac necessarios.' Vide ad Act. xxx. 24. nota 7a. *Hunc talem* heic, ut bis in de Philosophia libro, et Miles. ix. Locutio Sallustiana est. Micipsa de Jugurtha: 'Colite, observate talem hunc virum.' *Idem.* *Quanquam necessarium*]

Quamvis mihi necessitudine contubernalitatisque conjunctum, et consequenter cognitissimum. Necessarii enim dicuntur, qui jure affinitatis familiaritatisque conjuncti sunt, ut docet Gel. lib. xii. Noctium Atticarum. *Beroald.*

Agnitum] Accedit Guelferb. Palatinus et Oxon. Omnino melius, ut in Florid. *hominem bene cognitum*. Summe tum cognoscebat, ut necessarium, sed, quia jam pene alius erat factus, nondum eum agnovit, et dubia mente propius accessit. Frequentissima vero in his compositis ob adfinitatem ductum in litteris eo et a est confusio. Vid. Drakenb. ad Liv. lib. xxxiv. 56. Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 16. Eadem confusio lib. vi. p. 315. 'Indicia quibus possit agnoscere' quod ibi malim, et lib. ix. p. 203. 'Ululatum agnovere fratres.' Ceterum cuncta *Hunc talem* usque ad accessi desunt Ms. Fax. Oud. Et *summe agnitum*] Melius Oxon. *cognitum*. In Floridis: 'Hominem bene consultum, &c. bene cognitum.' Pric.

Dubia mente propius accessi] 'Dubius quidnam insolita facies ostenderet,' ut Sallustius apud Donatum loquitur. Florid. iv. 'Propius accessit, &c. ut etiam incognosceret quisnam esset.' Vide Luc. x. 33. *Idem.*

Quid istud? quæ facies? quod flagitium? 'Quis tam crudeles optavit sumere pœnas? Cui tantum de te licuit? Seneca Œdipo: 'Quæ dira novi facies lethi Gravior letho?' Apud Aristophanem ille in Thesmophor. *Τίς ἡ σκολή, τίς ἡ τάρaxis τοῦ θύου*; In Eunucho Terentii: 'Video sentum, squallidum, ægrum, pannis annisque obsutum: Quid istuc, inquam, ornat est?' Ex quibus hæc sua Apuleius adumbravit. *Idem.* *Domi tuæ*] Oxon. *domus tuæ*. *Idem.* *Quæ facies*] Admiratur in Socrate contubernali tantam deformitatem, tantamque vultus ac totius corporis illuviem. Est enim *facies*, forma omnis, et modus et fac-

tura quædam corporis totius, a *faciende* dicta: auctor Gel. in XII. Plaut. quoque, in Pœnulo, *faciem* pro totius corporis colorisque habitu dixit, his versibus: 'Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo est.' Aquilum corpus a colore aquilo dictum, qui fuscus est et subniger, ab aqua nominatus. Cæterum quotidianæ locutionis consuetudo *faciem* usurpat pro oris specie, quod Græci *πρόσωπον* dicunt, in quo significatu est illud Plin. ex XII. 'Facies homini tantum, cæteris os, aut rostra.' *Beroald.*

PAG. 5 *Defectus*] Deploratus, de lamentatus. Participium ab eo quod est *floer*, ut ait Ser. Virg. 'tum membra thoro defleta reponunt.' *Idem.*

Conclamatus es] Tanquam de vita tua transactum finitumque sit. Domatus enarrans illud Teren. ex Eunuchio: 'Jam conclamatum est:' modo interpretatur transactum ac finitum, ut corpora nihil reliqui habent ad vitæ officia: modo manifestum, ut in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris ac luctus, *Conclamatum* pro satis deploratum satisque vociferatum esse exponit. Ser. vero in expositione illius hemistichii VI. *Æneid.* 'Pars calidos latices,' ait morem fuisse apud Veteres, ut mortui calida aqua abluerentur, et per intervalla conclamarentur, propterea quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere: ideoque servabantur cadavera septem diebus, et calida aqua abluebantur, et post ultimam conclamationem comburebantur. Et hinc tractum esse refert illud Terentii: 'Desine, jam conclamatum est.' Consimile est illud Lucani ex II. *Pharsaliæ*: 'corpora nondum Conclamata jacent.' *Idem.*

Juridici provincialis decreto] Perperam Oxon. et Par. *Judicis*. Consule Beroaldum, et ad Titulum Dig. de officio juridici provincialis, nec non

Glossas, et Inscriptiones 'Juridicus Egypti,' 'Asturiæ,' &c. Dein eor pro *uxor* Ed. Bas. pr. *ridicule*. *Uxorque* Fux. Coll. Voss. *Oud. Juridici provia.*] Juridicus provincialis significatur is magistratus, qui jus dicit in provincia, sive is prætor sit, sive præconsul, sive præses, sive alius qui provinciam regat. Titulus est apud Jurisconsultos de officio juridici Alexandriæ, ubi sic ait Ulp. 'Juridico, qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione divi Marci concessa est.' Sensus est, datos esse tutores filiis Socratis, qui demortuus credebatur, ex auctoritate decretoque juridici, qui provinciam illius patriam regebat. Nam, ut refert Ulp. titulo de jurisdictione judicum, 'Jus dicentis latissimum est. Nam et pupillis non habentibus tutores constituere potest.' Tutores autem sunt, ut docet Paulus lib. XXVI. digestorum, qui vim ac potestatem habent tuendi eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit: dicti quasi tutores atque defensores. Mutus et surdus tutor dari non potest. Tutorum alii legitimi, alii fiduciarii, alii honorarii nuncupati. Analogistæ, sive analogos appellat tutores Julianus Juris. eos qui non tenentur reddere rationem administratæ tutelæ. Jus dandi tutores datum est, ut ait Ulp. omnibus magistratibus municipalibus. Prætor ipse se tutorem dare non potest. Illud semper constitit, præsidem posse tutorem dare tam absentem quam præsentem; et tam præsentem quam absentem: nec non ignorantem et invito. *Beroald.* *Tutores juridici provincialis decreto dati*] Glossarium: 'Juridicus, δικαιοδότης.' In eodem Ms. Cod. est, *Judicis provincialis*. *Pric.*

Perseolatus feralibus off.] *Perseolatus* jam ediderat Vulcan. Ed. sec. et post Wowerium omnes, cum Mss. Florent. Fux. Oxon. Petr. Nihilominus *perseolatus*, quod dant Edd. Vett. et Mss. Reg. Pith. Palat. Bert. Lips. &c. de-

fendit Barthius lib. xxiv. Advers. cap. 1. pro, ante solutis, et priusquam ad secundas ire nuptias compellebatur. Non persuadet. De his vid. ad lib. viii. p. 151. In Wass. *persolata*. E glossa hoc opinor natum. *Feralis* Fox. *feralibus* Palat. Guelf. Wass. Aliibi Auctor, et alii sæpius dicunt 'feralia amicula,' 'ferales nuptias,' 'feralem pompam' pro funebribus. Vide Indicem Elmenh. et meum Lucani. Ed. Pric. *off. feralib.* Ond. *Liberis*] Liberum appellatione non solum filii, sed et nepotes continentur, ut tradit Ulp. titulo de testamentaria tutela. Liberos, secundum Cassium, et ultra trinepotem accipimus. Antiqui oratores historicique etiam nnum filium filiamve liberos multitudinis numero appellaverunt. Sempronius Asellio, libro rerum gestarum quinto, de Tiberio Graccho ita scripsit: 'Orare coepit ut se defenderet liberosque suos, eum, quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoque commendavit prope flens.' *Beroald.* *Feralibus officiis*] 'Feralia officia' appellamus, quæ inferis defunctisque exhibentur. Scribit Ovid. in ii. Pastorum, feralia dici diem mense Februario, qua feruntur iuxta manibus parentum, et celebratis parentalibus placant animas defunctorum. Festus quoque Pomp. ait, feralia esse festa sacra Diis manibus, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. Hinc 'fœdera feralia,' et 'tedas ferales,' et 'arma feralia' dixit Lucan. pro mortiferis et pernicialibus. Et 'ferales' cultus Ovid. pro funebres et lugubres. Uxor, apud Veteres, decem menses a funere maritali legebat maritum, quia annus id temporis erat decemestris, ut docet Ovid. Scribit Seneca libro vii. Epistolarum, annum tempus fœminis ad lugendum constitutum fuisse a majoribus, non ut tandiu lagerent, sed ne diutius. Viris nullum lugendi legitimum tempus est,

quia nullum est honestum. *Lugentes* diebus luctus erant in pellibus. *Idem.*

Deformata] Deturpata, sordidataque. *Idem.*

Diffletis p. oculis] *Mang. defletis.* Sic postea: 'Ubi defletum pro tempore comitem miscellum.' *Putean.* Iste locus huc non pertinet. Dicitur enim, ut supra, 'defletus et conclamatus.' Nihilominus cum viris doctis, accedente Cod. Zabarelli. et Ed. Scriv. præfero *defletis*. Recte adtulit Pricæus lib. v. p. 92. 'Deflebant oculos:' nisi hic malis præfletis ex lib. ii. p. 26. 'Visu præflecto:' vel cum N. Heinio in Advers. p. 771. *dis effletis*; ex Quintiliani Decl. vi. 'efflere oculos.' Ond. *Diffletis pene ad extremam cecitatem oculis suis*] Catullus: 'In assiduos absumentis lumina fletus.' Agricola apud Aristophanem in Acharnens. 'Ἀνάλα τὸ φθαλμὸν διακρίων τὸ βδελύσσειν.' In vet. Epigrammate: 'Hanc sic assidue deflet Petronius, ut jam Deficiant oculos lumina chara suos.' Aldhelmus in de laudibus virginitatis: 'Tantisque lamentorum singultibus, et tam rancidis' (lege, *tam rancidis*) 'questibus lacrymabundas lugubriter flevit, ut gemellis pupillarum luminibus funditus fraudaretur.' Apud Quintilianum vi. Declam. 'Et cum assiduos planctus, et irrequietas diceret lacrymas, adiciebat, Jam pene cæca est.' Cæterum pro *diffletis* puto *defletis* legendum. Infra lib. v. 'Deflebant oculos, et plangebant ubera:' et hoc ipso libro: 'Defletum pro tempore miscellum comitem,' &c. *Pric.* *Diffletis oculis*] Tamdiu, tamque continenter deflevisse feminam significat, ut pene luminum sive oculorum captivitatem orbitatemque pateretur. In hac sententiam Quintil. in declamatione quæ inscribitur Insepultus, sic inquit: 'Cognita clade rarissimi uxor exempli totos efflevit oculos, fontemque illum perennium lachrymarum tantum cæcitas clausit.' *Beroald.*

A suis parentibus] Patre et matre. Interdum *parentes* vulgari more, ut ait divus Hieronymus, dicuntur affines et cognati, et ita nos vulgo vernacula lingua sermocinantes usurpamus. In hoc significato *parentes* appellat Spartianus, cum ait, 'omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus, exhibuit.' Præterea appellatione *parentum* omnes superioris gradus usque ad tritavum quidam appellari aiunt: sed Caius Cassius, cui Ulpianus astipulatur, omnes in infinitum dici parentes asseverat. *Idem.*

Novarum nuptiarum gaudis] Luctus finiebatur nuptiarum causa. *Idem.*

Hilarare infortunium] Exhilarare et discusso pectoris nubilo disserenare, ac nova immissa hilaritate discutere, et in lætitiæ gaudiumque demutare. *Hilaria* Veteres diem appehaverunt 8. Kalendas Aprileis, quo fit æquinoctium vernum. quo primum tempore Sol diem longiorem nocte proutendebat, perinde ac tunc primum exordium lætitiæ et hilaritudoinis celebraretur. auctor Macrobius. Hæc hilaria significavit Vopiscus, sic scribens in Aureliano: 'Hilaribus, quibus omnia festa et fieri debere sciunt, et dici impietis solennibus.' *Id.*

Suo sibi] Vetus locutio est. ita Terentius: 'Suo sibi hunc gladio jugule.' ubi exponit Donatus, Veteres sic solitos loqui. *Idem.* *Novarum nuptiarum gaudis hilarare compellitur*] Festus Pompeius: 'Miauitur, &c. luctus cum liberi nati sunt, cum honos in familiam venit, &c. cum desponsa est,' &c. *Prie.*

At tu heic larvale simulacrum, &c.] Sic hominem macie pallidum et exsuccum eleganter vocat. In Apologia: 'Macilentam vel omnino evisceratam formam, prorsus horribilem et larvalem.' Sidonius III. 13. 'Tota denique est misera facies ita pallida, ut per horas umbris mæstificata larvalibus.' Guntherus lib. VIII. 'Squa-

lencia tegmine fædo Corpora velatus miserandos possidet artus. Fæda sita macies, deformis turpis et æger Possidet ora color, pressis cutis arida membris Insidet, humana tantum vestigia forma Servat, et antiquam retinet natura figuram. Et, si vera velis impovere nomina rebus, Non homo, sed vivens hominis videatur imago.'

Livius lib. XXI. 'Effigies, imo umbra hominum, fame, frigore, illuvie, æquale enecti.' Curtius de Græcis quibusdam a Persis auribus, manibus, &c. mutilatis. 'Invisitata' (mel. *invisitata*) 'simulachra, non homines videbantur.' Cicero III. ad Q. Fr. 'Nō vestigium quidem ejus, nec simulacrum, sed quandam spirantis mortui effigiem.' *Idem.* *Larvale simulacrum*] Augustinus in IX. de civitate Dei, Martianus Capella in nuptiis Philologiae, et noster Appuleius dæmonio Socratis, *larvas* dici tradunt animas hominum depravatas, et mælis vitæ meritis maculosas, quæ a corpore sejunctæ terrorelementum sunt mortalibus, et occursacula nocturna. Hinc 'larvale simulacrum' dicitur deformatum, pallens, luridum, evisceratatum, emaciatum, ac prorsus horridum sicuti larva est. In Priapeis scriptum est, 'Ad me nocte solet venire, et affert Pallorem maciemque larvalem.' Ubi annotandum, in carmine phalæcio *larvalem* pronuciari debere per diæresim. A larva, *larvati* dicuntur furiosi, et mente moti, quasi larvis exiiti. Appuleius in Apologia: 'Hunc denique, qui larvam putat, ipse est larvatus.' *Idem.* 'Terminum,' inquit, 'mendacium fult macilentam, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam, prorsus horribilem et larvalem.' In hanc sententiam est illud Sidonii Apollinaris: 'Facies veluti umbris mæstificata larvalibus.' Apud Horatium, quod nescio an alibi facile reperias, *larva* accipitur pro persona, sicut vulgo usurpatur eo versu: 'Nil illi lar-

va, aut tragicis opus esse cothurnis.' *Beroald.*

Nostra] Solæ Editiones Colv. et Vulcanii sec. exhibent minus bene *vestro*, confirmatum tamen a Ms. Regio. Reliqui Mss. et Edd. habent *nostræ* vel *nostræ* vel *nostræ*, ut est in Palatino, non vero *vestro*; quod aliunt quidam, non recte associati manum Gruteri. Dein in Mss. Zabarellæ videris: quod probat Ferrarius lib. 1. Elect. cap. 19. At majus erat dedecus, quod ibi talis palam videretur, quam quod ibi ignotus et dome ejusdam abscanditus videretur. Oud. *Dedecore vestro*] In Palat. *vestro*, quod verum lectioni proximat. est ea mi fallor, *nostræ*: ut et in Oxon. Ms. et edit. Vicentina legitur. *Pric.*

Aristomene] Vocativus casus est, qui apud Veteres salutarioris quoque vocabatur. Verba sunt Socratis, respondentis amico Aristomeni. Ita enim nominabatur sermocinator hic, introductus a Lucio nostro. *Beroald.*

Fortunarum lubricas ambages] Euripides: *Μία ημέρα μεταβολὰς πολλὰς ἔχου.* Heliod. *Æthiop.* lib. v. p. 211. *Ἀποδόμῳ τὴν τὸ ἀνθρώπου καὶ ἄλλου πρὸς ἄλλα φερόμενον.* Seneca *Natural. Quæst.* lib. III. fol. 366. 'A fortuna nihil stabile datum esse; ejus omnia fluere aura mobilis. Nescit enim quiescere; gaudet lætis tristia substituere, et utraque miscere. Itaque in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat. Alternæ sunt vires rerum.' Vide Ansonii *Epigramm.* 135. *Antholog.* lib. 1. cap. 80. Tzetzen *Chiliad. Hist.* 341. *Εἰμενὰ. Fortunarum lubricas ambages*] Sæpe diximus, sæpe annotavimus, fortunam volubilem, vagam, inconstantem, lubricam, brutam appellari, quam Antiqui sine pedibus esse dixerant, eamque in pila stantem figurantes, manutam pennatamque fecerunt: quæ eam manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. *Fortunarum* autem pluraliter dixit, quia mul-

tiplix est multinominis quoque fortuna, sicuti a nobis scriptum est in libro *De felicitate*. Refert Macrobii, simulachra Fortunarum apud Antium conveniri solita ad danda responsa. Papinius quoque Sylva quadam 'Prænestinas sorores' appellavit fortunas, quæ apud Præneste sub effigie sororum colebantur. Romæ fuit ara malæ Fortunæ in Exquilis, et nos olim ludentes scripsimus in libello elegiaco: 'Est fortuna malæ, est convertens, est bene sperans: Fortis habet nomen, mascula culta Dea est. Ut tas multijuga est varia et numerosa potestas, Sic sunt multa tibi nomina facta Deæ.' In cælo est ἀγαθὴ τύχη καὶ κακὴ τύχη: id est, bona fortuna et mala fortuna. auctor Julius Firmicus. Alias *fortuna* pro divitiis opulentis quoque accipiuntur. *Beroald.* *Fortunarum, &c. reciprocas vicissitudines*] Philemon apud Stobæum: *Τύχης μεταβολὰς οὐκ ἄγνοεῖς.* Arnobius *μυμητικῶς* lib. II. 'Cur non immunes agitis tot discriminibus et procellis, quibus quotidie vos agunt exitiales multiplices quoque fortunæ?' *Ælianus Τύχης ἐξυφρόνας καὶ ταχέως μεταβολὰς Variar.* IV. 8. dixit. Diodorus lib. XVIII. *τῆς Τύχης πολυπόδας. Reciprocas* autem, metaphora a marino æstu desumpta. Philo lib. 31. *τὰς ἐσπεύδ. ἐλεῖθ. Τὰ θνητὰ πάντα σάλευ καὶ κλύδωνι πραγμάτων διαφερόμενα πρὸς ἀντίοντες ἰσὺς ταλαντεύει.* Seneca cap. 28. ad Polybium: 'In hoc profundum inquietumque projecti mare, alternis æstibus reciprocam, et modo allevans nos subitis incrementis, modo majoribus damnis inserens, assidue quoque jactans, nunquam stabili consistimus loco.' Arnobius lib. 1. 'Statim temporibus rerum vicissitudines fiunt: atque ut in maritimis æstibus modo secundæ res affluunt, malis reciprocantibus prospera.' Maximus Tyr. *Dissert.* 30. *Ἡ Τύχη ἄλογον, &c. Εὐρίπου δίκην μεταφρόν περιφερόμενον, &c. Pric.*

Sutilli centunculo] *Futilli*, quod alii protulerunt, et dat Gnelferbyt. et quo facit Fux. scriptura *futilli*, significare potest, multis rimis patente, in quo multa sunt foramina, scissis centonibus: unde supra et lib. ix. ait 'scissille palliastrum.' Est enim futile, quod continere nequit. Lib. vi. de manu excidente offula: 'Nec putes istud futile pollentarium damnum leve.' Adi Comment. ad Phædr. F. LXXIV. 'Canes fatiles.' Nihilominus præfero *sutilli* (*sutilli* Pith.) sive, multis variisque pannis consuto consartoque, et hinc vilissimo, ut infra 'cymba sutilla,' 'flores sutiles.' Val. Place. lib. vi. vs. 81. 'domus sutiles' ex pellibus. Utrumque eleganter junxit Lucianus Dial. Mort. XVII. *Τριβάνιον πολέσιον καὶ ταῖς ἐπιστοχαῖς τῶν βασιλέων ποικίλον*. Ceterum in Mss. Palat. Fux. Pith. et Oxon. ac Junt. pr. Ald. Edd. est *centuculo*; uti et lib. ix. p. 379. et p. 398. 'Scissilli ac fiebili centuculo:' ubi vide Pric. &c. In Ald. *pubentius*. Oud. Cum dicto] Frequens et pene peculiaris Appuleii locutio, quæ significat statim post verba, et vixdum finito sermone. *Bersald.* *Sutilli centuculo*] Quod supra 'palliastrum scissile' dixit, modo 'sutilem centunculum' appellat, a centone *τροκιστήριον*, id est, per diminutionem deducto vocabulo. Est autem cento vestis crassior viliorque, ex pannis diversorum in unum consutis coagmentatisque, cujus usus in re militari apud Veteres fuit frequentissimus, ad incendium arcendam. Hinc præcipit Vegetius lib. iv. turres et vineas, quæ machinæ sunt militares, centonibus esse aut crudis corlis extrinsecus operiendas communiendasque, ne immisso concrementar incendio. Cæsar quoque commentario belli civilis Pompeiani secundo refert, in oppugnatione Massiliæ turrin latericiam a suis structam fuisse, cui centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulatione perfringerent, aut

saxa ex catapultis latericium discuterent. Idem in structura unsculi, quæ et ipsa machina oppugnatoria est, ait coria inducta fuisse, super coria centones injectos, ne igni ac lapidibus corrumperetur. Docet Portius Cato, centones fieri ex vestimentis familiæ veteribus, cum ait: 'Quotienscunque tunicam aut saga familiæ dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant.' Macrobius in i. Saturnalium, centones accipit pro veste stragula, lectique operimento, cum ait: 'Scrophæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat.' Laus sarcinatoris est, si bene centonem suere noverit, quia ex dissimilibus minutisque consarcinatur. Hinc illud, Lucianum sarcinatore esse summum, suere centonem optime. Consimiliter *cento* apud Juvonalem accipitur pro vestitu familiari, crasso et sordido, sic scribentem: 'Intravit calidum veteri centone Iapanar.' Centonibus enim involuta vestitaque Messalina ibat in lustra, ne agnosceretur. Seneca quoque in ii. Epistolarum ait, 'Diurnum accipit, in centuculo dormit.' Ubi 'centoculus' pro vili et plebeia veste stragula usurpatur. Frontinus et Lavinus 'centuculos' accipere videntur pro dorsualibus et instratis jumentorum: similitudine vestis centunculi, herba 'centunculus' dicta, de qua scribens Plinius noster, innuit centunculum esse penulam. Cujus verba subscripsi ex libro XXIV. quæ sunt hæc: 'Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum jacentem in arvis.' Propterea cento, ut scienter docet Ausonius, est opusculum structum ex variis diversisque carminibus, cujus structura ita solidatur, ut coeant aut casu duo versus, aut unus et sequens cum medio. Nam duos junctim locare ineptum est. Ita ipse centonem formavit nuptialem, ex illis poematis Maroniani consutum. Hinc Homero centonas et Virgilio

centonas legisse sese, divus Hieronymus refert in prologo veteris instrumenti, significare volens opuscula contexta ex Homeri Virgilique carminibus, transducta accommodataque ad sensum conditoris. *Sutilis* autem dicitur centuculus, consutus, contextusque: a suendo. Cymbam Charonis sutilem vocat Poëta, hoc est (ut exponit Servius), intextam sutamque. *Beroald.* *Sutili centunculo faciem suam, &c. obtexit*] Ovidius: 'Fortunam vultus fassa tegendo suos.' Oxoniensis et alii Mss. habent *futuli*. *Pric.* *Punicentem præ pudore*] Rabentem ob verecundiam. Punicus enim color rufus est, et exuberantiam splendoremque significat roboris. Græce dicitur *φοινικῆς*, auctor Gellius in II. Facies autem pudibundi verecundique hominis erubescere consuevit, quoniam (ut inquit Arist. in Problematis) sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur pudentibus ita ut superficiem occupet. Est autem verecundia bonum, ut dicit Seneca, in adolescente signum, et (ut dicere solebat Cynicus Diogenes) rubor virtutis est color. Nihil fuisse mollius ore Pompeii, annotaverunt eruditi, qui nunquam non coram pluribus erubuit, utique et in concionibus Plautus in *Asinaria*: 'Verecundum esse decet adolescentem Argyrippe.' Quintilianus verecundiam vitium esse dicit, sed amabile, et quod virtutes generet. *Beroald.*

Pube tenus] Usque ad pubem. Hæc particula jungitur cum ablativo singulari numero: ut, 'Capulo tenus addidit ense.' Plurali vero, cum genuino: ut 'Crurum tenus a mento palæaria pendent:' quo in loco, ut Priscian. ostendit, usus est poëta hellenismo. Plin. quoque dixit: 'Corporum tenus curiosus.' *Idem.*

Cetera enudaret] Prave vocem corporis, solum Lipsiani codicis auctoritate, ejicere Colv. Vulcan. et Wower. licet ea careat quoque Regius, et Fux.

dantes itidem *enudaret*. Sed alterum magis Appuleianum videtur, ut bene monuit Brantius. Sic enim et lib. VIII. 'Humeris brachio tenus renudatis:' ibid. 'Stramentis me renudatum:' lib. IX. 'Costas perpetua castigatione ossium teanus renudati:' unde non male et hic e Palatino *renudarentur* legas. *Redundaret* Pith. Guelf. *audarentur*. Oud. *Pube tenus cetera renudaret*] Quod solent animo turbati. Achilles Tatius lib. IV. 'Ἐκτεράμεθα κρατὲν αὐτῆς, (Leucippen,) ἡ δὲ προσπαλαίον ἡμῶν, οὐδὲ φροντίζουσα κρήναι δακρυὰ μὴ ῥεῖσθαι θέλει. Seneca II. 35. de irato: 'Si amictus illius compositus sit, attrahet vestem, omnemque curam sui effundet.' Theophrastus de Inverecundo: 'Ἀναβεβλημένος ὡν τοῦ γένους καθ' ἑαυτὸν, ὥστε τὰ γυναικῶν αὐτοῦ φαίνεσθαι. Et hoc καθύλου faciebant cuius nimis rei attentis. Manuel Palæologus de puero in aulæo mæscas venante: Μόλις τινὲς λαβόμενος τῶν ἁ καλοῦσιν ἐνίοι πτελοτὰ, βακχεύοντι τοικεῖν ὑπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ τὰ κρήνωδα ἀνελόμενος τοῦ τελευταίου χιτῶνος, ὡς δίδωσας τοῖσιν τὸ θηρασθῆναι, πορεύεσθαι ζητῶν ἕτερον, οὐκ αἰσθάνεται γυμνοῦν ἃ δέον κρήναι τοῦ σώματος. Palat. et Oxon. Codd. cum edit. vet. Vicent. *cetera corporis* r. *Pric.*

Nec denique] Lib. IV. 'Nec denique nos latuit Chryseros quidam,' &c. et forsam libro VIII. eo modo legendum: *Nec denique tale facinus oculis meis tolerantibus*, &c. ubi vulgo, *Nec diu*. *Idem.*

Injecta manu] Vide quæ ad Act. III. 7. notata. *Idem.*

Sine, sine, inquit] Perperam a Ms. Oxon. item Edd. Beroaldi, Colin. et Basil. abest alterum *sine*. Confer præter Colvium viros doctos ad Liv. lib. II. cap. 40. 'Sine, sine, priusquam,' &c. et ad Cæs. lib. V. B. G. cap. 44. 'Hic, hic dies.' Infra h. libro: 'Oro, oro te, inquam;' item p. 78. ubi vide: 'Jam, jam inquit;' item p. 39. 40. Ed. *Pric.* lib. VI. p.

116. in Flor. N. 9. 'Velim, velim, paulisper oculos s. circumferat.' Sic enim e Mss. et Edd. Vett. legendum. In Pith. *sine fine*. Oud. *Fruatur diutius tropæo suo Fortuna*] Rutil. Numatian. 'Infelix putat illuvie cœlestia pasci, Seque premit, læsis sævior ipse Deis.' Sic autem loqui solent qui non pati tantum, sed et frui miseriis volunt. Hecuba apud Euripidem humi cubans, nec se erigi passa: 'Ἐγὲ μ' (ὀφ-
τοι φίλα τὰ μοι φίλ' ὃ κόραι) Κεῖσθαι πεσούσας, πταισμάτων γὰρ ἔξια Πάριον τε, καὶ πέπονθα, καὶ πείσομαι. Hercules apud eundem humi fusus præ mœrore, post liberos et uxorem occisos: Κορευέτω δὲ Ζηρὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ, Ἐπράξε γὰρ βοῦλῃσιν ἦν ἐβούλετο, Ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αἰνέοισι βάβροισι Ἄνω κάρω στέψασα. De Niobe Ovidius: 'Pascere crudelis nostro Latona dolore, Pascere, ait, satiaque meo tua pectora luctu, Corque ferum satia, victrixque inimica triumphæ.' Virgil. iv. 'Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.' Ubi Servius: 'Al, videat omnia tempestatis futuræ, aut, certe satisfaciatur crudelitati suæ.' Perdit et efficitur amans Plautinus adolescens: 'O Pseudole, sine sim nihili.' alius apud Æschylum: Ἔα με τήνδε τὴν νόσον ποσειδῶν. tertius apud Achillem Tatium: Παύζετω ἡ Τύχη. Pric. *Fruatur tropæo Fortuna*] Verba sunt Socratis ærumnosi, Aristomeni respondentis, sinendum esse Fortunam de seipso triumphare, et ipso tropæo diutissime frui. Tanquam ipse ait tropæum fixum a victrice Fortuna: sicut tropæa figi solebant a victoribus, ut essent monumenta victoriarum sempiterna, quæ vetustate consumpta nefas erat refici ac resarciri, ut docet Plutarchus in quæstionibus. De tropæis affatim scripsimus in I. Tranquilli commentario: illinc poteris siquid desideras mutari. Beroald. *Fruatur d. tropæo Fortuna, quod fixit ipsa. Effeci, sequatur*] Varro apud Nonium: 'Fuga hostium

Græce vocatur τροπή. Hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropæa.' *Elmenh.* Prave *fruat* Palat. et *Fortuna tropæo, quod fixit.* Deeat τὸ ipsa quoque Bert. Oxon. et Wass. unde Scriverius uncia inclusit. At rectius addi videtur in aliis Codd. *illa*, propter τὸ 'effeci.' Vulcan. Ed. sec. &c. edidit *sequeretur*, et Floridus una voce auctius ut *sequeretur*. Lib. II. p. 29. 'Ut adideret effeci.' sed ibi Mss. plerique *adsideat* vel *adsidat*. P. 34. Ed. Pric. 'Effecit, ut vellet.' Lib. III. 'Effecit, ut pignerarer.' Elegantius tamen abeat *ut*, et *sequatur* est in Mss. Flor. Reg. Lips. aliisque, ut puto, atque Edd. Vett. Hinc Becichemi Epist. LXVI. nata est conjectura, ab Appuleii tamen mente, si quid video, aliena: nec *effata* dici potest Fortuna, quæ plus mali infligere nequit. In Coll. Voss. Pith. Edd. Rom. Beroald. Colin. *effici*, in aliis *affice*. Quare malim in præsentī: *efficio, sequatur*: licet non damnarem *sequeretur*. Lib. X. p. 231. 'Efficit statim, sibi simul et ædea et aures præsidis patefierent.' De imperfecto tempore sequente præsens, dixi alibi latius. Abest *seq.* a Par. sive Coll. Wass. Mox *unam ex duabus* Oxon. Pith. Edd. Vicent. Ber. Junt. Ald. Colin. &c. At Par. *de duabus*. Adi ad lib. VIII. non longe ab initio, 'unam de famulis.' Tum *prope* Fux. Oud. *Quod fixit ipsa*] Apud Arrianum ille II. 19. in Epictetum: τί ἐμολ καὶ σοὶ ἔνθρῳπε; ἀρκεῖ ἐμολ τὰ ἐμὰ κακὰ. Ovidius III. 7. de Ponto: 'Parcaque ad extremum quo mea cæpit eat.' τὸ ipsa non est in Palat. nec Oxon. Ms. Pric. *Effeci sequeretur*] Quam varie hic locus in Mss. concipiatur nil moror ego: veram hanc esse lectionem probant ista e. II. Miles. 'Juxta se ut assideret effecit.' et hæc e. III. libro: 'Effecit, ut ejus hodiernæ cœnæ pignerarer.' *Idem.* *Ex duabus lacinis*] Vestibus. Est autem proprie lacinia, ut inquit Sextus Pompeius, pars vestimenti flexuosa sinuosaque.

Unde 'laciniosum' derivatur, quod tortuosum implicatumque significat. Hinc 'laciniosa oratio,' Hieronymo: et 'Laciniosus fibris splendes in ostris.' Plin. 'Laciniosa convallis' Appuleio dicta: et adverbium inde fit 'Laciniatim,' quod significat in lacinias. Columella præcipit gregem pecoris ovilli in lacinias distribuendum: hoc est, in particulas, et, ut adverbialiter dicam, particulatim, videlicet a lacinis, quæ partes sunt vestimentorum, ut interdum pro tota veste accipiuntur. *Beroald.*

An contego] *An* simpliciter quidem Mss. plerique et Edd. Junt. sec. omnesque Colvio posteriores. At vero priores cum Ms. Plith. Oxon. e Coll. Gron. (nam in aliis *an tego*) *anne c.* Quod non temere spernere ausim. Sæpe 'ne' in interrogationibus abundat, etiam apud ipsum Ciceronem, ut vel docent Lexica. Suet. Aug. c. 69. 'Anne refert?' ubi vide, et notata ad Lucan. l. vii. 302. 'Quone poli motu?' Immo Cic. pro Arch. c. ult. 'An nonne?' *Oud.* *Eumque propere vestio dicam an contego*] Cornel. Nepos de Cimone: 'Cum aliquem offensum a Fortuna videret, minusque bene vestitum, suum amiculum dedit.' Tacitus Annal. iv. de exercitu Syllæ vestitum indigo: 'Cum id Smyrnæ in concionem nuntiatur foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus misisse.' Vide et 1 Samuel. xviii. 4. Infra hic lib. xi. 'Sacerdos, impigre superiorem exutus tunicam, supertexit me.' Curtius lib. v. 'Demptaque sibi chlamyde, corpus illius contextit.' *Pric.*

Quod tersui ipse præministro] *Uncui, tersui* ut in Fux. sic etiam est in Bertin. *Cursui* inepte Ed. Vicent. quod jam vidit Beroaldus. *Opus*, quod Colvius e Lipsiano et alii ex aliis addidere, agnoscunt quoque Reg. Oxon. Palat. Wass. Sed recte Scriverius et Elmenhorstius unci includere, ut superfluum, sicut et delevit

Salmasius. Vide supra p. 23. In Fux. deest *ipse*. Dein vitiose in Edd. pp. et Bas. pr. *sorium* pro *sordium*. *Oud.* *Quod cursui*] *Emenda, quod tersui.* Significat enim, se ministrasse amico balnei utensilia: videlicet ampullam oleariam, et strigilem, et linteam teritoriam, quibus ad tergendum utebantur. *Beroald.*

Eluvium effrico] *Primo eluvium* servant Mss. et Edd. O. *Pricæus* tamen in Notis sic agit, quasi hic legeretur *illuvium*. Alibi in Appuleio sic l. v. p. 107. 'enormis illuvies:' ubi itidem in Edd. Beroaldi aliisque *eluvies*. Lib. viii. 'Larore et illuvie collapsa membra.' Et passim apud alios. Terent. Heaut. ii. 3. 54. 'Inmunda illuvie.' Varro apud Nonium de Indisc. Gen. voce, Squalor: 'Agri scabra illuvie.' Sil. l. iii. vs. 541. 'Illuvie rigidaque comæ squalore...Horrida...ora.' Plin. l. xiii. c. 1. 'Illuvie natum virus extingunt.' Sic enim leg. e Mss. O. cum Salm. ad Solin. p. 665. Perperam *ingluvie* exponere tentat Harduinus. Gell. l. ii. c. 6. 'Squaloris illuvies.' Mart. Capell. l. viii. p. 274. 'Mortalium curaram illuvium.' Hinc idem in Glossis 'Kaxoxula, eluvies,' emendat *illuvies*: quæ certe proprie dicitur de sordibus extrinsecus adpersis, uti 'adluvis' de aquis, 'eluvies' de exundatione vel ejectione sordium, et quasi sentina. Vid. Gron. ad Liv. l. i. c. 4. Unde defendi potest Cicero pro Domo c. 20. 'Labem rectius videri posset legi *illuvies*: ut contra in Ausonii Profess. i. 18. 'Luteam volveret illuvium.' Sed et, ut hic, 'eluvies' occurrat apud Firmicum. Vide omnino Wowerium ad Florida N. 3. 'illutibarbus.' Ceterum *operose* male etiam desideratur in Regio; quam vocem temere cum Colvio eiecerat quoque Vulcanius Ed. utraque. Corrupte in Ed. Beroaldi, *oper. officio*. *Oud.* *Sordium enormem illuvem, &c.*] Infra lib. v. 'Enormis illu-

vies.' Virgil. 'Dira illuvies.' ubi Servius: 'Sordes tetra.' Curtius lib. iv. 'Corpus illuvie æternisque sordibus obsitum.' Gloss. 'Κάκοςμία, Eluvies.' malim *illuvies*. Ibidem: 'Κάκοςμος, spurcus, elluatus.' nbi *illotus* vel *illuviatus* scripserim. Onomast. vet. 'Illuvies, ἀλουσία.' Lucilius apud Nonium: 'Illuvie, imbalnitie.' Ad sensum loci Appuleiani Plutarchus: 'Ἀμύλαι σήματος ἔχονται τῇ κακῇ τοῦ-τη (luctui) καὶ διαβολαὶ πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρίον' Consolat. ad Uxorem. *Pric. Operose effricio*] Gregorius Cyprinus in Encomio maris: 'Ρέπους καθ-αίρει τὸ ὕδωρ, καὶ κηλίδας ἐκπλύνει, καὶ μολυσμῶν ἀπαλλάττει, καὶ δυσωδίας. Clemens Prædag. 3. 9. Λούειν δεῖ μά-λιστα μὲν ψυχὴν καθαροσίῃ λόγῳ, καὶ τὸ σῶμα ἐσθ' ὅτε διὰ τὴν ἔσσην τὴν αὐτῇ ἐπι-φωμένῃ. Τὸ *operose* (quod Oxon. Ms. agnoscit, et veteres editiones) novitii quidam correctores injuria eje-cerunt. *Idem. Enormem eluviem*] Im- modicam spurciciem et illuviem. Plin. et Juvenalis *eluvium* dixere seculen- tiam cloacalem. *Beroald.*

Probe curatum] Curato habent Edd. omnes ante Colvium cum Pithæano et Guelferb. i. e. postquam curatus erat. Vid. supra p. 36. 'comperto.' *Infra*, 'cognito,' 'transacto,' 'addi- to.' Adi et ad Cæs. l. vii. B. G. c. 52. Nihilominus malim quoque *cu- ratum* cum Mss. reliquis. Nam regi- tur a 'perduco,' ut 'fatigatum' a 'sustinens.' *Oud. Probe curato*] Cum diligenter lotus curatusque esset. *Beroald.* Terentius Andr. 'Curasti probe.' *Pric. Lussus ipse fatigatum ægerrime sustinens*] Statius: 'Huc laceros artus socio conamine portant Invalidi, jungitque comes non fortior ulnas?' Ammianus lib. xxv. 'Infr- matus ipse humero telo pallescen- tem Machanæum extrahere pugna viribus valuit magnis.' *Sustinens* pro *sustentans*, ὑποβαρδίζων, ut in Glossa- rio. *Idem.*

Lectulo refectio] Lib. v. 'Et lectulo

lassitudinem refove.' lib. ix. 'Molli- cie cubiculi refota lassitudine.' Ser- vius ad iv. *Æneid.* 'Fovemus, auxi- liamur, quasi rem per se infirmam.' *Idem. Lectulo refectio*] Cibo satio. Homæoteleuton, et homæoptoton, quæ Latine dicantur, Similiter desi- nens, similiter cadens. Exornationes sunt, quæ rarerent intersparsæ, concinniores faciunt festivioremque elo- cutionem, in quibus nitidus est et præpollens Appuleius: si immodice hæc fiant, transennt in vitium, ut in quarto Rhetoricorum proditum est. Ideoque dixit A. Gellius, insipida et inertia et puerilia esse id genus in collocandis verbis scitamenta, si im- modice fiant, et rancide, sicut facitissime ludit Lucilius. Sed ad pro- positum: Omnis animi impetus, om- nisque tristitia cibo mollitur, potu- que discentitur. 'Vinum dissipat cu- ras edaces,' ut ait Horatius: et Plin- io teste, somno est accommodatum, ac securitatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes, quod Helena il- la Homerica Telemacho ministravit, quod oblivionem tristitiæ, veniamque afferebat, quod utique foret cunctis mortalibus ab Helena propinandum. Sed de hoc Nepenthe, quod sine lac- tu significat, plura in libro Annotati- onum. *Beroald.*

Cibo satio, poculo mitigo] Seneca iv. 37. Benef. 'Accurrit, spiritum ejus recollegit, in villam illam suam transtulit, affectum semianimemque recreavit.' Theodorus Prodrorus: Καὶ συντετηκὸς πόσις τὸ σαρκίον Στραμ- ναῖς προσανάσσει, ὥς δὲ καὶ πόσις. De poculo quod heic ait, receptissi- mum. Nonnus Dionysiakis: Ἀνὴρ πένθος ἔχων, ὅτε γεύσεται ἡδῶς οἶνον, Στυγρὸν ἀεζομένης ἀποσείσεται ὄγκον ἀνίης. Scholiastes ad Horatii Carm. i. 7. 'Vino in oblivionem veniunt cu- ræ, et tristitiam fagantur.' Apud Sui- dam, ex Oneirocriticorum ut videtur aliquo, οἶνος κενωθεὶς ἀγγεῖον παθεῖ λύπας. Philo in de Temulentia: 'Ο

τὴν ἀνθρώπων ἀνθρώπων τοῦτο ἀνθρώπων
 χαλὰς τὴν ἀνθρώπων ἀνθρώπων τὴν ἀνθρώπων. V. de
 A. Gellium line xv. 2. Seneca in de
 Tranquill. 'Alquando vectore ster-
 que vigorem dabit, conviciisque, et
 liberalior potio: utrumquam et as-
 que ad ebrietatem venientem, non
 ut mergat nos, sed ut deprimat cu-
 ras, eluit enim curas, et ab uno an-
 imum movet: et ut morbis quibusdam,
 ita tristitiis medetur.' *Præ.*

Fabius perulorum] Septa: 'Titi,
 &c. varias fabulas conerant, anre-
 que tuas, &c. perulocum.' *Idem.*

Jam adlabentis proclivis est sermonis] Unica voce adlabentis vel adlabentis sermonis est in Mss. tantum non omnibus, substantive; ut in Isidori Gloriosis: 'Adpetulantia, procacitate:' et 'adlabescere' utitur cum Plauto Auctor infra. Sed proclivis adlabentis sermonis quid sit non capio, et explicare debebat G. Gaalminus ad Eustathium p. 29. cum locum ab hominum retrimento depravari scribens. Nec jurgi posse videntur absolute proclivis sermo, ut l. iii. p. 52. 'prona libido.' Nec proclivis adlabentis sermonis, vel, præ adlabentia proclivis sermonis, ut 'prona spei,' de quo vide Pricum ad l. iii. p. 61. potest referri ad solum Socratem, qui tristior mansit; magisque de se Aristomenes loquitur. Quapropter, cum in Beroald. nota, Edd. Colin. et Bas. acc. sit adlabentis, et proclivis legatur in Gelf. Bert. et Lips. cum Edd. Colv. et Vale. pr. providus in Oxon. item verbo est careant Regius alii-que, inque aliis sit erat; patem ab Appuleio relictum: Jam ad labentis proclivis sunt sermones et joci. Gell. l. xv. c. 2. 'Labentia gratiusque omnes conviviorum:' ubi vide. Mart. Cap. l. viii. p. 271. 'Effusique cachinni libentiam provocari.' Sic enim Mss. 4. Leidd. alii-que, non libentiam, quam præcessit. Ac labentia ita saepe est apud Plautum. De Adjectivo 'proclivis' dicam alias. In-

terpolare nimis Edd. Scriv. et Flor. et. multum proclivis erat sermonis. In Paat. et Gelf. loci. Oud. Ad inierant.] A labendo, sive liberando, labentia, et labentia dicta est: et docet M. Varro lib. ii. Lat. Lingua. Plant. in Asinaria: 'Labentiorum te faciam, quam labentia est.' Labentia appellat libenter, lictitia, et voluptatis sermonum et jocorum, ad quas jam proclivis factum esse Socratem, seipsum proclivis tristitiae, significat. A. Gellius in xiv. 'Nam cui labentia gratiusque omnes conviviorum incognita sint, quique illarum omnino impens sit.' Beroald. Sermonis et joci] Infra lib. iv. 'Jam, &c. epularis sermo parceret, jam risus effluens, et joci liberales.' *Præ.*

Dicacitas tinnula] Sic etiam Gelf. Oxon. cum Par. cruciabit jam aspirium. Pith. cruciabit aspirium. In Regio et Fuz. simpliciter aspirium d. Cum 'aspiritus' et 'aspirium' ac 'aspiria' quoque dixerint Veteres, amplectendum est id, quod optimi præbent codices, qui hic plerique vj aspiratum favent. Ad Grouv. et Drak. ad Liv. l. xxx. c. 15. 'Crebro aspiritu et gemitu' et infra l. v. p. 165. vi. p. 129. viii. p. 162. 'Hec ille longes trahens aspiritus.' l. x. p. 216. Apol. p. 94. Ed. Pric. quibus omnibus locis variant Mss. et Edd. in optimis aspiritus. In Cicerone tamen nullum aspirio; ut l. iv. Tusc. Disp. c. 24. 'Sine sollicitudine, sine cura, sine aspirio.' Oud. Scitum cavillam] Elegans et faceta cavillatio, jocatioque. Cavillum enim pro cavillatione et irrisione accipitur. auctor Festus: et cavillari est jocari. Quam Græci sophismata vocant, Cicero et Seneca cavillationes interpretantur. Beroald. Dicacitas tinnula] Dicacitas, sicut docet Quintil. in vii. proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicant, dicacem negant. A dicendo ducta est. Hac potissi-

mum utuntur scurræ. unde dicacitas scurrilis appellata, quæ oratori magnopere fugienda est. Duo sunt generâ facietiarum, ut inquit Cæsar et Cicero in II. de Oratore: alterum fustum, alterum peracutum. Illa a Veteribus superior cavillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Apud Veteres Gaius præcone nemo dicacior fuit, de quo multa Lucilius, et non pauci M. Tullius in oratione pro Cn. Planco. Hic Nasica non pepercit. Idem M. Drusum, hominem potentissimum, dicacitate pulsavit. Idem L. Crassi et M. Antonii oratorum voluntatis asperioribus faciliis sæpe perstrinxit impune. *Tinnula*, sonora et obstrepera, subliori sermone. *Tinnire* est sonare, verbum fictum ex onomatopœia. Unde tinnitus aurium. Plin. in XXIX. 'Quin et absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est.' *Idem*.

Imo de pectore suspirium ducens] Virgilius: 'Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.' Idem: 'Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.' Apud Quintilianum XIX. Declam. 'Protractis ab ima pectoris parte suspiriis.' Gellius XII. 5. 'Gemitusque ex eo compressos erumpere, spiritusque et anhelitus e pectore ejus evadere:' scribe, *e pectore ejus imo evadere*. Plautus Trucul. 'Traxit ex intimo ventre suspirium.' Auctor ad Herennium: 'Anhelans ex imis pulmonibus præ cara spiritus ducebatur.' Homerus Iliad. K. 'Ἐν στήθεσσι δ' ἀνσπύραρχ' Ἀγαμέμνων Νέεϊον ἐκ κρατῆος. et Iliad. VII. 'Ἀδυνάει δ' ἀνσπύρατο. ubi Scholia, Ὁλὼν, ἀνσπύρατος, καὶ πολλὸν πνεῦμα ἔχων. Heliodorus lib. VII. βέβαιον ἐνσπύρατον dixit. In Oxoniensi est, *cruciabile jam suspirium ducens*. Pric.

Dextra sæviens] Colvii emendationem, quam Grosliotius quoque adlevit margini, confirmant Mss. O. (nisi quod in Pith. sit a m. pr. *sæviens*, corr. *sæviens*), quam recte prætulerunt

Delph. et Var. Clas.

Apul.

viri docti conjecturæ *seriente*. Eo enim participio nihil plus dixisset Auctor, quam altero 'replaudens.' Adde Pric. ad I. IV. p. 80. 'Pectus palmulis infestis tundere:' et N. Heins. ad Ovidii Metam. I. II. 887. IV. 336. Infr. I. IX. 'Sæviore plaga.' Juven. 8. XV. 53. 'Et vice telli Sævit nuda manus.' Lucan. I. II. 24. 'Exigit ad sævos famularum brachia planetæ.' Sil. I. II. vs. 668. 'Ac liventia planctu Pectora nudatis ostendens sæva lacertis.' In Ed. Scriv. *dextera sæv.* Palat. *fronte. Oud. Dextra sæviens*] Andreas Schottus, doctissimus Vir, *seriente* reponerat. at rectum illud *sæviens*. Sic VIII. 'palmulas sæviens' dixit: et III. 'Percussit faciem suam manibus infestis:' ubi 'manus infesta' est quæ hic 'sæviens dextra.' Seneca cap. 6. ad Marc. 'In ipsam faciem impetus fiat, et sese omni genere sævitie profectionis moror exerceat.' Pric.

Frontem replaudens] Manu reperiens, retegensque, capillis reiectis. Quod in lactu tristitiaque usitatum est. *Plaudo* enim, quod et *plodo* dicitur, manibus pulso et strepitum facio: unde *Plautus* dictus, quo boni excipiebantur, cum mali exsibilarentur. Hinc 'comploedere,' 'supplodere,' 'explodere,' 'replodere' derivantur, quæ inter se finitima, utpote ab eodem fonte derivata, aliquo tamen interstitio discriminantur. quod antiquarum lectionem curioso facile liquet, et a nobis perinde ut in legendo fuerint obvia annotabuntur. *Beroald.*

Infis] Inquit, alias *incipit*. In carmine Næviano legimus, 'Fieri impendio infis:' pro fieri impense incipit. *Idem*.

Famigerabilis] Inclutus, clarus, opulentus. *Famigerabilis* enim, et *famigeratus*, in eodem significato, pro cognobilis et fama notus usurpatur. 'Famigeratores' autem dicuntur rumigeruli, quasi famæ rumorumque

5 M

gestores seminatoresve, de quibus Plant. in Trinummio: 'Ego de verbis eorum famigeratorum inscins prosilui, Amicum castigatum isnoxium, quod si exquiratur usque ad stirpem auctoritas, Unde quicquid auditum, nisi id appareat, famigerator ne sit cum detrimento et damno.' *Idem.* Voluptatem gladiatorii spectaculi satis famigerabilis] Postponens illi stolite mea seria ludo.' Seneca in de Vita Beata cap. 32. 'Hæc res' (ignota cognoscendi cupido) 'ad spectacula populos contrahit,' &c. Et nota beic quam proprie voluptatem dixerit. Julius Firmicus: 'In 17. parte Virgini nascetur gladiator, publicis voluptatibus deputatus.' Vopiscus in Aureliano: 'Data sunt populo voluptates ludorum scenicorum, venationum, gladiatorum,' &c. Ibidem de Eodem: 'Erat rarus in voluptatibus: ubi summus et optimus vir Casaubonus: 'Spectaculis ludorum raro intererat.' Cyprianus: 'Homo occiditur in hominis voluptatem.' Isidorus Orig. xviii. 16. 'Spectacula nominantur voluptates.' Ita apud Scriptorem de Excid. Hierosolymit. 'theatrales voluptates.' Noster infra de Demochare munus gladiatorium edituro l. iv. 'Digno fortunæ suæ splendore publicas voluptates instruebat.' Ibidem: 'Ille tam clarus tamque splendidus publicæ voluptatis apparatus,' &c. *Famigerabilis* hic, ut ix. et x. Onomast. vetus, 'Famigerabilis, διαβόλος.' Augustinus Confess. vi. 8. de Alypio suo: 'Gladiatorii spectaculi inhiatu incredibili, &c. abreptus est.' *Pric.*

Ærummas] Calamitates laboresque. 'Animus æquus optimum est ærummæ condimentum,' ut inquit Plautinus servus. *Beroald.*

Secundum quantum Macedoniam profectus] *Secundo quantum* legas quoque in Zabarellæ uno cod. quod placuit Ferrario lib. i. Elect. c. 19. et Florido, sive, lucro prospere facto. At ceteri

Mss. omnes cum Edd. Vett. dant *secundum quantum* pro, post, ut bene jam explicuit Beroaldus, et sexcenties occurrit. Audax non solum, sed et otiosa est conjectura Cel. Barmanni ad Phædr. lib. iii. F. 20. *ponentis faciendo quantum* (cur non potius *faciendo quantum*, ἀρχαῖος?). Acutissime coniecit N. Heinsius: *ut acis, opimum sectando quantum*. Dein *Macedoniam* est in Palat. Reg. Zabar. et Wass. libris, per ellipsein præpositionis, de qua vide me ad Cœs. lib. iii. B. G. c. 7. 'Illyricum profectus:' et ad Sueton. Tiber. c. 72. 'Rediens Campaniam.' Verum huic lectioni repugnant sequentia, quibus docemur, eum non quantum facto profectum esse Macedoniam, sed ut quantum faceret *ibidem adtentus*. N. Heins. *indidem, ad rem adtentus*: ut Terent. 'Ad rem adtentus.' Infra p. 180. 'Forensi negotio adtentus:' et sæpe. Hinc alii et Edd. O. Vett. cum Mss. Florent. Pith. dant *Macedonia*. At tunc bis idem dicit Appuleius. Nihil enim aliud significabant seqq. 'nummator revertor.' Quare unice arridet mihi æque ac Pricæ Oxon. lectio, *s. q. Macedonici profectus*, i. e. post Iterum peregrinationis Macedonicæ. Rarior substantivi 'profectus' in quarta declinatione usus de protectione ansam loco corrumendo dedit. Vid. Pricæum. Pro dum in Fux. est *de*. Oud. *Secundum quantum*] Post factum Iterum. *Secundum* enim aliquando significat juxta, et post. Livius: 'Secundum orationem prætoris marmor ortum.' Idem, in epistolis solitam scribi 'secundum salutem,' testis est hisce verbis: 'Prætores Syracusani Marcello secundum salutem, ut assolet:' pro eo quod est, post salutem. M. Tul. in epistolis ad Quintum fratrem: 'Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit pene par.' Idem in secundo Officiorum: 'Proxime et secundum Deos,

homines hominibus maxime utiles esse possunt: id est, post Deos. 'Secundum flumina,' dixit Virg. pro juxta. 'Secundum aurem' pugione percussus fuisse M. Marcellum, scribit Servius Sulpitius. quod significat, juxta aurem, sive post aurem. Accipitur aliquando *Secundum*, pro eo quod est, pro: ut, 'Secundum te litando,' pro te. Notissima est illa significatio, 'secundum Plaut.' 'secundum Aristot.' Lucanus: 'Secundum Emathiam lis tanta datur.' Græci in hac significatione dicunt, ut ait Priscianus, κατὰ καὶ μετὰ. *Beroald.* *Macedonia*] Casus est ablativus, olim Emathia dicta, duobus inclyta regionibus, Philippo et Alexandro: quondamque terrarum imperio famigerata, cui Macedo Deucalionis nepos nomen indidit: auctor Solinus in polyhistore. *Idem.* *Secundum questum Macedoniam profectus*] Al. *Secundo questu Macedoniam* p. Oxon. *Secundum questum Macedonici profectus.* τῆς Μακεδονικῆς ἀποδησίας. Glossæ: 'Αποδησία ἐστὶ ζήτησις. Peregrinatio, profectus: ita sensus erit, post lucrum itineris Macedonici. Mercator Plantinus: 'Quas merces vexeram, Omnes ut volui vendidi ex sententia: Lucrum ingens facio,' &c. *Pric.*

Nummator] Pecuniosior, et nummis suffarctatus. Qui bene nummatus est, is more Romano dicitur dives: ut festiviter jocatur M. Tul. in epistolis ad Trebatium. Stoici vero dicunt, omnes esse divites, qui cælo et terra frui possunt. *Beroald.*

PAG. 6 *Revertor*] Oxon. Cod. Edd. Vicent. Junt. pr. bene *revertor*. Si Mas. addicerent, non displiceret *revorto* sen *reerto*, ut edidit Scrivierius. Sic statim, et sæpe cum aliis 'devorto.' Licet classicis scriptoribus in præsentia hæc forma sit insolens. Vid. Drakenb. ad Liv. lib. XLV. c. 28. Vopisc. in Floriano c. 6. 'Ut revertat in antiquum statum resp.' Adi-

notata ad Cæs. l. VII. B. G. c. 5. Heusinger. Dissert. ad Nepot. Them. c. 5. Infra l. IX. p. 197. 'Ad armillum revertit.' *Ond.* *Nummator revertor*] Quod 'tense felle reverti' Juvenalis dixit. In eodem locupletissimo Oronastico, 'Nummatus, πολυπληγὴς.' *Pric.*

Larissala] Civitatem Thessaliæ significat, quæam Pensilem et Pelasgiam cognominant, a qua 'Larissæus Achilles' dictus. Multas autem fuisse Larissas, ex multiplici lectione discimus. Fuit enim Larissa in Creta, et in Asia: altera juxta Cymam. In agro quoque Attico Larissa est. Trallianus quoque vicus nomine Larissala, a qua Larissius Jupiter cognomen sumpsit. Est et Larissa pagus monti Hæmo finitimus. Quin etiam in Peloponneso Argivorum arx Larissa memoratur, quam Cyclopes condiderunt, quos Gastrochiras, id est, ventrimanus vocant, quoniam suo artificio alebantur: ob hoc 'Larissæus apex' appellatur a Statio arx Argivorum: qui alibi dixit, Cyclopum fabricatam manu. *Beroald.*

Obiturus] Aditurus, spectaturus. *Idem.*

Lacunosa convalli] Male viri quidam docti, et in iis *Pricæus*, hic præferunt Veterum Editionum et Mas. Bert. scripturam *laciniosa* pro flexuosa, plicatili, et amfractibus plena. Tali forma non solent esse convalles, sed saltus callesque, non tam facile a latronibus undique obsidendi. Recte vero dicitur *convallis lacunosa*; quia in vallem confluent aquæ, et instat lacus stagnant. Hæ enim sunt *lacunæ*, sive cava receptacula aquæ. Neque aliter exhibent Mas. Lips. Palat. Flor. Reg. Fux. Oxon. Wass. Item Zabarell. *lacunosa*: *lacunosa* Becicemi, unde idem recte *lacunosa* legendum contendit, et edidere etiam Vulcan. ad sec. Elmenh. ac *Pricæus*. Nam prave lib. IV. p. 87. 'Convallæ lacunosæ cavæque nimium,' Vul-

can. Ed. sec. præfert *laciniosa*, et lib. vi. p. 118. omnino legendum: *Fentes: q. prœni foraminis lacunis editi.* Lib. ix. 'Viam lacunosam incilibus voraginosam:' ubi Itidem male variant Codd. Ubique *lacunosa* legendum. Vitruv. lib. viii. c. 6. 'Si erunt intervalla lacunosa.' Exempli, quæ lacunas describunt, clarius docebunt. Ovid. lib. viii. Met. 334. 'Concava vallis erat, qua se demittere rivi Adsuerant phivalis aque: tenet ima lacunæ Lenta salix,' &c. Adde Virgil. lib. i. G. 117. et Serv. Varr. lib. iv. de L. L. p. 12. Vitruv. l. viii. c. 1. 'In lacunis, quæ sidentos (Mss. *sedentes*) præter reliquum agrum accipiunt aquam ex imbris in agris per blemem, propterque capacitatem dintins conservant humorem.' Suet. Ner. cap. 48. 'Aquam ex subjecta lacuna potaturus mann hausit.' Curt. l. viii. cap. 14. § 8. 'In voragine lacunæque præcipitare curricula.' Auson. Mos. 121. 'Obscuras alva cœnoque lacunas Obsidet.' Vid. et Epn. iii. 11. Oros. lib. iv. Præf. 'Nocturno gelu lacunarum dorsa obriguisset:' ubi vide Cl. Haverkampum. Martian. Cap. lib. vi. p. 202. 'Hercules, &c. montium effossis radicibus, devexis lacunisque terrarum improvisum pelagus in usum impigræ mortalitatis admisit:' uti fide antiquissimorum codicum quam plurimum est corrigendum. Vulgo sine sensu *immortalitatis*. Edd. etiam prius dant *convallē*. Oud. *In quadam avia et laciniosa convalli, &c.*] Cyprianus de latronibus loquens, ad Demetrianum: 'Avias fauces, et desertas solitudines deligunt.' Theodoretus vii. *περὶ Προνοίας*: Οἱ τῆς νοητίας καταπολμῶντες, τῶν ὁδῶν τὰς ἐρημωτέρας καταλογῶσιν. Philo ii. de Monarchia: Ἀδσία χωρία καὶ ὄρησι βαθεῖς κακοῦργων εἰς ἐνδιατήματα. τὴν ἐκ τοῦ συσπιδέσθαι πορίζμενων ἀσφάλειαν, καὶ τοῦ ἐξ ἐνέδρας καθ' ὃν ἂν ἐθέλωσιν αἰφνιδίως ἐπιτεθεῖσθαι. Basi-

lius Homil. xxiij. Ταῖς ὁδοῖς ἐφ' ὁρεῖν εἰσέσθαι, καὶ εἰ ἴδωσι τι χερσὶν περὶ αὐτὰς ἢ φάρμαξι βαρεῖαν διαβήσθαι, ἢ φυτῶν πυκνότητι σέσκιον, εἰς τοῦτο καταδύμενοι, καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ πρόσφα τῶν ὁδοπορευόντων τοιούτοις ἐποικυσιμένοι καλόμεσιν, ἀθρόον ἐπιτεθεῖσιν αὐτοῖς, ὥστε μὴ πρότερον διγνηθῆναι τὰ πρὸς κινδύνου βρόχους ἰδεῖν πρὶν εἰς τοῦτους πεσεῖν. Virgilius: 'Est curvo anfractu vallis accommoda frandi, Armorumque dolis, quam densis frondibus atram Urget ubique nemus.' Ammianus lib. xxvii. 'Per angustum quandam transiens devexitatis anfractum, ad inevitabiles insidias venit.' Idem. lib. xxviii. 'Insidias in abdita valle struxerunt, unde prætereuntes aggredi negotio levi poterant.' Vide Festum in verbo 'Convallis,' et Hesychium in *ἀνία*. Optatus Milevitanus: 'Quis tibi detrahit spolia? quas fraudulentas adisti fauces? quos latrones incurristi?' Præ *laciniosa convalli* quidam *lacunosa* malunt: quos uti frui jubeo conjectura sua. Virgilius jam laudatus: 'vallem curvo anfractu' dixit: perpende et Ammiani loca. *Pric. Avia convallis*] Inaccessa et difficili. *Avia* enim loca dicuntur, sine via, et ob hoc impervia, minimeque commediabilia. Lucretius: 'Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.' Et 'homo avius,' longe a via remotus. Item, 'avias, a vera longe ratione vagatus.' Hinc illud per annotatorem sive trajectionem celebratum: 'Avium dulcedo ad avium ducit.' *Beroald. Laciniosa*] Flexuosa et pliacatili, sicut jam docuimus. *Idem.*

A latronibus obsessus] Symmacho lib. iii. Epistola 48. est 'insector viarum,' qui 'itineria obsidet, ut viatores occidat aut spoliēt.' Talem impune occidere licitum. L. penultim. Digestorum de Vi publica. *Elmenh. A vastissimis latronibus obsessus*] Cyprianus Epist. 68. 'Ant si in via stabulum aliquod obsideri, &c.

a latronibus comperit.' Cicero Famil. x. 6. 'Cum collega tuus, &c. a fœdissimis latronibus obsideretur.' Infra hic lib. viii. 'Ipsas vias obsidere, et in modum latronum prætereuntes aggredi.' Valentinianus Edict. i. 'Ut quicunque, &c. itinera frequentata insidiis aggressionis obsiderit.' Lactantius v. 9. 'Qui vias obsideant armati, maria prædentur.' Hinc 'via obsessa' (a latronibus nempe) apud Senecam 14. Epist. Virg. iii. 'Lævum implacata Charybdis Obsidet.' Servius: 'Obsidet, ad transeuntium insidias.' Festus Pompeius: 'Insessores, latrones, qui circa vias insidiantur sedentes.' *Pric.*

Tandem evado] Pricæus probabiliter, ut ait, coniecit originitus scriptum fuisse *vix tandem* e lib. ii. 'Vix enatavimus.' Certe sic alibi sæpe, et lib. ix. 'Vix tandem ad campes- tres semitas fessis evadere potui.' Sed non adeo inhumani videntur hi fuisse latrones; utpote qui contegen- do ei lacinias quasdam concesserant; quod sequitur. Certe 'ultime affectus' non videtur, ut idem censet, hic dici de lacerato verberibus, sed præ- egestate et lassitudine admodum la- borante et calamitoso. *Oud.* *Atque omnibus privatus tandem evado*] Pro- babile est originitus scriptum fuisse, *vix tandem evado*. Non levibus (si quis attenderit) suspicionem nostram testimoniis firmabimus. Heliodorus vii. Πάντων τῶν ὄντων ἀποσυληθέντες, μόλις αὐτοὶ περισσώθεντες. Chrysosto- mus Homil. i. ad Antiochenos: Ἀπο- ταῖς περιέτρυχε, καὶ μόλις τὴν ἑαυτοῦ ψυ- χὴν δίδωσι, γυμνὸς ἀναχωρήσας. In- fra hic lib. ii. 'Et omnibus amissis, vix enatavimus.' ad quem locum plura notamus. *Pric.*

Utpote ultime affectus] Id est for- tasse, verberibus multatus: nam non spoliare tantum, sed et pulsare la- trones consueverunt. Luc. x. 30. Οἱ δὲ (Ἀσσοὶ) ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πλοῦντες ἐπὶ θάλασσαν, sic infra

lib. x. 'flagris ultime afficere: et lib. iii. post 'infestis calcibus inse- quuntur,' additur, 'sic affectus,' &c. In vet. Onomastico, 'Affectus, τρυ- χόμυες.' *Idem.* *Ultime affectus*] Ad extremam redactus calamitatem, vel nimia lassitudinis defectus exhaus- tusve. *Beroald.*

Cauponam] Non hic tantum, sed et infra 'regina caupona,' et in f. libri hujus, 'de quadam anu caupona,' contra Mss. *caupa* ostentatur in Vul- canii Ed. sec. cum tamen Priscianus lib. vi. p. 684. Ed. Putsch. docet, ut a, leo, 'leānam,' sic a, caupo, 'cauponam' venire, tam de muliere hospita, quam taberna, et citat Luci- lii verba: 'Caupona hæc tamen una Syra.' Gloss. 'Caupona, κατήλη.' *Oud.*

Meroë] Nomen est cauponæ ex re fictum, tanquam esset *merobida*. Sic- ut apud Anonium locus est de fœ- mina bibacissima, cui ideo Meroë nomen inditum facitissime ludit, quia vinum dilutum non bibebat, po- tare immixtum sueta, merumque me- rum. Alias Meroë insula est claris- sima Niliacarum insularum, in qua et civitas cognominis a matre Cambysæ regis nuncupata. *Beroald.*

Scitulam] Elegantem et argntulam. Nec enim ad corporis formam referri potest, cum esset anna, et interdum hæc diminutiva urbanitatis et blandi- menti causa usurpantur. *Idem.* *Sci- tulam*] Equidem diu dictionem *scitu- lam* falso habui suspectam, et medi- tabar ei substituere aliud, quod cali- dæ libidinis ancilum argueret. Nunc desino: nam id ipsum *scitula* significare videtur. Docuit me Pla- tus, cujus hoc Trucul. Sc. ultima, ut propemodum in VV. CC. concipitur: 'Quamquam hic horridus, quamquam hic aqualidu' st. At scitus bellum init.' *Gruter. Suspici.*

Devorto] Divorto, accedo veluti ad diversorium. Frequentissima apud Appuleium locutio. Inde 'taberna

diversoria' Plauto, in quam viatores divertant. M. Tullius 'diversores' decenter appellat, eos qui in tabernam couponamque divertuntur: et est proprie verbum viatorum. *Beroald.*

Domutionis] Component dictiones ex duabus integris, ut 'tribunus plebis': aut integro et corrupto, ut 'malevolus,' 'extorris': aut ex corrupto et integro, ut 'noctivagus': aut ex duobus corruptis, ut 'pedisequus,' 'pinirapus': auctores Quint. et Prisc. 'Domutio' copulatur ex corrupto et integro, quasi 'domumitio.' Significat autem reditum ad penates. 'Itiones' autem dici, sicut 'reditiones' et 'abitiones,' testis est Terentius, qui ait in Phormione: 'Hæc cines erant itiones crebræ, et mansiones diutinae?' Hac dictione deinde ut elegantissima utitur et M. Tullius, qui sic scribit in primo de Divinatione: 'Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domutionem dari.' 'Domiconium' novo vocabulo finxit, non magis licenter quam decenter, Epigrammatista Martialis, pro cœna domestica. *Idem.*

Spoliationis divinae] *Lego diurna.* Diurnam enim appellat spoliationem, quam de die passus erat: cum rarent homines de die spoliari soleant, nocturnæ vero spoliationes et grassaturæ sint creberrimæ. *Idem.*

Dum misere refero] *Aperio: et dum miser refero, quæ memini, illa.* Cum Elmenhorst. et Præcio ita legit Isacius Pontanns, et exhibent Edd. primæ, item Beroald. Junt. pr. Aldi, aliæque; nisi quod illæ pro *miser* dant *misere* cum Junt. post. Colvio et Vulcanio: sed hi e Ms. Lipsiano ejecere verba, *aperio et, quæ memini, illa.* Ac sane absunt illa a Mss. Mang. Pal. Pith. Fux. Reg. Florent. Wass. et *misere* præbent Pal. Reg. Fux. Florent. Sed vestigia vocum *quæ memini* posses effingere in Florent. Illic enim *refero quæ animis, quam h.*

In Wass. *refero quæ me satis quam.* In Pithæano non invenias quoque *et anxie et spoliationis diurna dum.* Et post *refero* legit: *q̄ ei is quam.* Ed. Junt. post. e Codd. ut videtur, expressa, caret *rois aperio et, quæ memini.* Certe *quæ memini* sunt otiosæ. Non potuit enim oblitus esse eorum, quæ sibi eodem die et statim fore acciderant. At vox *illa, et satis, quæ* absunt etiam a Cod. Bert. et Edd. prioribus, redolent plausu stylum Apuleii, passim 'ille' et 'illa' adjicientis, et 'satis' pro, valde, creberrime usurpantis. Quare legendum puto: *diurna dum misere refero, illa me satis, &c.* nisi quis malit: *spoliationes diurnas dum m. r. vel potius cum Salmasio: et domutionis seræ refero, quæ me nimis quam.* Nolim tamen *spoliationis diurna* delere, sed præfigere *rois domutionis seræ.* Oud.

Me tractare adorta] Dubito vehementer, an hoc sit Latinum. *Adorior* aliquem est, adgredior, invado. Sed *adorior facere* non capio. At *adorior facere*, i. e. aggredior, incipio: quod in participio habet *adorus.* Adsentior itaque Cel. Drakenborchio, censenti in omnibus illis locis, ubi additur infinitivus, *adorior et adorvus* esse legendum, ad Liv. Epit. xxxvi. 'Obpugnare est adortus.' Ex. gr. in f. hujus lib. 'Me trahere adorditur,' non *adoritur.* Lib. v. in f. 'Palpare iram Veneris adoræ,' vulgo *adorta.* Sed in Floridis Mss. et Edd. quædam bene: N. 9. *Id quod fucere adorvus sum.* N. 23. *Laudare astu adoræ est:* at ibid. in f. *Crocire adortus pro su.* De Deo Socratis p. 49. Ed. Elm. *Commemorare adortus, leg. adorvus* cum Drak. Heinsio tamen ubivis placet, *adortus nefas, crimen, &c. pro adorvus.* Vid. ad Ovid. Tr. II. 92. II. ex P. 2. 16. variantib. Mss. Barmann. ad Elm. vi. 397. vii. 386. 'Majus adorta nefas.' *Idem.* *Me satis quam humane tractare adorta*] Lib. x. 'Qui me sa-

tis humano, &c. nutriebat.' *Pric.*

Cane gratæ] Sensus sic ordinatur: Applicat me canæ gratuitæ, pro qua nulla mercedula exigebatur. *Beroald.*

Ac mox virgine perita] *Pruriginæ*, quod etiam coniecerat Vulcan. et *ure-dine* sunt Glossæ vocis, *uriginæ*, quæ hæc sensu occurrit quoque apud Plineum et Arnob. l. v. p. 187. ubi vid. Stew. et Herald. Salm. ad Solin. p. 627. In Glossario Arabico-Lat. 'U-rigo i. vertigo.' *Oud.* *Urigine per-cita*] Ardore libidinis extimulata, et tentiginæ veluti quadam concita. Est enim urigo, uredo quædam, et pruritus libidinis, ab urendo dicta. *Beroald.* *Et mox, &c. cubili suo applicat*] 'Nec satis hospitium est, lecti quoque fœdere jungit.' *Pric.*

Unica congressu] *Fux. connexu.* *Rolald.* Sic et alii. Favet et lib. x. p. 296. 'Applicitiore nexa inhærebat:' ut legendum. *Martian.* Cap. lib. ix. p. 305. de concubitu: 'Nexus valebunt rumpere.' *Ovid.* lib. iv. Metam. 184. 'In mediis ambo deprepsi nexibus hærent:' in *Ms.* vulgo *amplexibus*. De spintrii *Sueton.* ait in *Tib.* c. 43. 'triplici serie connexi:' et 'symplegma' *Martial.* l. xii. Epigr. 9. 43. *κυνὸς συμπλεκόμενοι* *Æliano* lib. iii. V. H. cap. 30. et *Ovid.* Art. ii. vs. 484. 'Hæret adulterio cum cane nexa canis.' Videtur nihilominus ex interpretatione natum. Castius vocem 'nexus' de ipsa conjugali copula adhibuit *Auctor* lib. vi. p. 125. 'Nec umquam digredietur a tuo nexa Cupido.' *Oud.* *Ab unico congressu*] Prudenter concubitus significat. *Beroald.* *Annosam ac pestilentem contraho*] Neminis dubium esse potest, quin vulgata lectio sit vitiosa, nec Latina. Hinc plurimis modis viri docti eam emendare sunt conati. Non enim anum sibi contraxit ut pestilentem, nec anum morbum, sed istam faciem, quam paullo ante viderat *Aristomenes*. Quare, si *damnosam* cum *Vulc.* *Ed. sec.* seu *Scaligero* et *Wowerio*

legas, quia hæc voces aliquoties confunduntur, ut apud *Ovid.* lib. xiii. Met. 517. 'damnosa senectus,' necessario tamen addendum erit substantivum nomen. Hinc jam olim vir doctus *margini Ed. Junt.* allevit: *noxam annosam ac p.* et *Lindenbrog.* ad *Ed. Vulc. congr. anus noxam pestilentem.* Cujus conjecturæ favet *Apuleius* ipse sæpius dicens 'noxam contrahere' infra et l. xi. p. 384. 387. *Ed. Flor. Cod. Barthii*, qui testatur l. xxxiii. *Advers.* cap. 22. ab eo abesse copulam *ac*, et ipse coniecit *annosam pestilentiam* sive diuturnam. Nam ex eo tempore plus anno jam elapsam fuisse, patet e præcedentibus. Verrum vox *pestilentia* huic negotio non est conveniens. Magis placeret cum *Scaligero* ad Festum, vel potius *Ferrario* lib. i. *Elect.* c. 19. *annosam* seu *anosam pestilentem* scribere e *Glossis*: *Anosæ*, seu *Anosæ*, *θεοχολωσία* ἢ *Θείων μῆνις*: si modo ea vox hoc sensu aliunde confirmaretur. Longius abit conjectura *N. Heinsii*, in *Adversariis* p. 189. et ad *Vellei.* lib. ii. c. 87. *legentis: saniosam ac pestilentem luem*; ut et ad *Valer. Flacc.* lib. iii. vs. 246. 'Quod si tanta lues seros durasset in ortus.' Quo facit *Martialis* lib. i. Epigr. 79. 'Indignas premeret pestis quum tabida fances, Inque suos vultus serperet atra lues.' *Ac luem* juvat scriptura *Guelferb.* et *Oxon. pestilentem con contraho*. Quod via enim serpens latius malum luem dici notam est. Hinc nunc apud *Lucan.* lib. i. 565. lego: 'Tum, quos æetis *Bellona* lacertis *Sæva* monet, cecinere luem.' Nam in aliquot *Mss.* est *Deum*. Vulgo *Deos*, durissimo sensu. Lib. i. 645. 'Urbi generique paratur *Humano* matura lues.' Vide et lib. iii. 680. vii. 101. et sæpe, *Comm.* ad *Sil.* lib. xii. 385. 'Morbive lues' *Claud. B. Gild.* vs. 40. Nequaquam vero *saniosam* recipiendum videtur. Intelligit enim: Pestiferum et damnosum, vel annosum et diuturnum ex unico con-

grossa statum sibi contraxit, tamquam laem, et quasi incantatus vel philtro dementatus. 'Annosi morbi' Ser. Samm. vs. 210. 246. 'Annosus et panticosus venter' Serv. ad Æn. III. 217. Cogitavi aliquando, quia sæpe Græcas voces adhibet Auctor, num hic scripsisset: *En / nason pestilentem*; sed et hæc conjectura mihi ipsi nunc displicet, patoque recipiendam Muti Barthiani lib. xxiv. Advers. c. 1. lectionem, *vim annosam vel damnosam*. Quam facile ea vocula hic excidere potuerit, quisvis videt. Ipse tamen Barthianus ortum censet ex expositione. *Ond. Annosam ac pestilentem* Cauponam intelligit, ex cujus vetulæ concubitu se contagione quadam pestilenti infectum esse significat. *Anatem* Veteres appellaverunt morbum annum, id est, vetularum: sicut ænium, morbum senum. *Anus* autem dicta est ab annorum multitudine: vel quod jam sit sine sensu, qui Græce dicitur *vois*. Anicularum enim propria est deliratio. *Beroald.*

Lacinias quas boni latrones, &c. Philo in de Somniis: *Λατροδύταις ἔδωκε ἀναιδέως τὰς μὲν ἐσθῆτας ἀπαυδαῖν, γυμνὰς δὲ τοὺς ἔχοντας ἀποφάινειν*. id est, adeo male vestitos ut quasi nudi sint. Apud Quintilianum ille vi. Declam. 'Quam vestem relictam captivo putas nisi quæ præda non erat?' *Pric.*

In eam contuli] Significat se pro pretio concubitus, quicquid vestium sibi reliquerant latrones, dono dedisse cauponæ. *Beroald.*

Operulas etiam] *Beroaldus* et alii exponunt, reculas operose fabrefactas; alii, reculas pannosas, ut l. iv. ab operiendo dictas; *Sopingius* coniecit *interulas*. Frustra. *Operulas* sive *opella* sunt merces parvæ, quas meruerat opera et labore sive portando onera et saccos. In Ed. *Stew. operulas*. *Ond. Operulas etiam*] Scilicet contuli in cauponam. Qua dictione significat reculas quasdam operose

fabrefactas, quas acquisiverat dum exercet sagariam negotiationem. Ab opera hypocoristicos fit *opella* et *operula*. Quid autem sit 'facere sagariam,' copiose explicavimus in libro Annotationum: ubi hic quoque locus enarratur. Verum, quia (ut ait Plato) non nocet his idem dicere, et Græcum proverbium est, *ὅς καὶ τῆς τῷ καλῶς*: id est, his terque pulchra dicenda: scito *sagariam* nuncupari negotiationem, vocabulo a sagis inclinato, quando scilicet saga et alia id genus vestimenta emimus et distrahimus lucri faciundi causa. Quod jurisconsulti evidenter docent, apud quos, tit. pro socio, talis casus explicatur: Quidam sagariam negotiationem inierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit: servi quoque ejus vulnerati sunt, resque proprias perdidit. Dicit *Julianus*, damnum esse commune. Tit. quoque de tributoria actione sic scribitur: Duae negotiationes exercebat, puta, sagariam et linteariam. Dicitur autem *sagaria* simpliciter, et significatur hujusmodi negotiatio, sicuti nomine *lintearia* intelligitur negotiatio linteorum. Itidem absolute dixerunt 'argentariam,' 'sequestrariam,' aliaque consimilia. *Sagariam* autem, quam *saccariam*, legere malim. Quod si nihil placet immutare, *saccaria* in eodem significato accipietur, quasi a *saccis* derivata, quæ sunt viliora vestimenta. Aliquando *sacci*, et per diminutionem *sacculi* et *sacelli*, sunt numerorum receptacula, ut docet *Pedius Asconius*. *Saccarium* *Ulpianus*, titulo de contrahenda emptione, accipit non pro negotiatione saccorum, sed pro bajulo, scribens: 'Si quid ex sacco saccarii cecidisset.' *Beroald.* *Saccarium faciens*] Notissimi sunt homines, qui fabricam, negotiationem, seu mercaturam sagariam sive sagorum exercebant, eorumque *Roma* erat collegium. Vid. *Fabretti*

Inscr. p. 34. 495. et alibi. Verum quomodo Socrates per se exercere potuit sagariam, omnibus spoliatus, et homo peregrinus? Unde enim novam pecuniam et instrumenta isti arti necessaria sibi acquisivisset? Neque is, qui tali alicui sagario operam præbet villi mercede, ut fuerit *cen snyders knegt*, potest dici *sagariam facere*. Ad hæc Mss. omnes retinent *saccariam*, vel similiter corrupte. In Reg. Fux. *scētariam* vel *scētariam merebam sine faciens*. Male itaque Beroaldus reposuit *sagariam*, et intelligit *negotiationem* cum Colvio, et Pricæo, aliisque. Immo, si *saccariam* retineamus, exponit Beroald. mercaturam sacco- rum hic et tom. i. Thes. Crit. p. 288. Perperam omnino. Vere Becicemus Ep. 68. Gothofr. ad L. unic. Cod. Theod. de Saccariis, et P. Burmann. de Vectig. cap. 12. p. 208. propugnant antiquam scripturam. Ea enim adprime huc quadrat. Ait se gerulam egisse, postquam a latronibus spoliatus erat, et saccos portando parvas merces meruisse, quamdiu 'vegetus' erat: quæ vox *saccario* homini optime convenit, qui expedite et celeriter merces portare debet. In nonnullis Becicemi Codd. est *saccariam in rebus faciens*. Forte *oneribus* corrigendum. Oud. *Sagariam faciens*] Juvenal. 'Saga vendenti.' Scholiastes: 'Negotiatori sagario.' In veteri doctiss. Onomast. *Sagaria*, *χλωρυγική*. *Facere* hic satis Latine dictum, ut et iv. 'scrutariam facere.' Sic in lib. xx. ff. de action. et oblig. 'piraticam facere:' in lib. xii. ff. de servitut. urb. præd. 'balneariam facere:' et apud Ciceronem ipsum in de Officiis 'argentariam facere.' Pric.

Merebam] Parabam, acquirebam. Beroald.

Quo me] Pro vulgari *quod* in Lips. a. m. pr. et Oxon. et Edd. Bas. sec. Colv. et Valc. est *quo*. Male. Sed nec bene se habet *quod*, defensum licet etiam a Ferrario l. i. Elect. c. 19.

Quod potest significare, in quantum. Liv. lib. viii. cap. 39. 'Quod manu, quod voce poterat, monstravit,' &c. Vide Perizon. Misc. Obs. v. 8. pag. 117. Solla. pag. 58. 'Hæc quod ad formam:' ut est in Mss. optimis et Ed. Salm. At non significat, donec, cui respondet 'quoad,' sæpissime in *quod* et *quo* corruptum: ut statim pag. 8. 'Quoad mutua hortatione clamitarent:' pag. 10. 'Quoad me perluerent:' pag. 42. 'Quoad spiritum efflaverint:' l. vii. 142. in Flor. N. 14. Adde Duker. Misc. Observ. vol. vii. pag. 435. et notata ad Cæsar. lib. v. B. G. cap. 17. 'Quoad subsidio confisi equites:' ubi eadem in Mss. varietas. Recte igitur *quoad* hic jam expressit cum Basil. pr. Scriverius: uti Vulcanius, Salmas. et G. Vossius margini adleverant. *Illam fac*. Fux. Oud.

Bona uxor] Oxon. et Par. carent voce *uxor*. Sed male. Meroë concubina arns per ironiam, Appuleio frequentissimam, de qua alibi plura, bona uxor dicitur, ut lib. x. matrona cum Lucio jam asino coiens audit, illa egregia uxor mea: quod optime advertit Floridus. Sic et conjux vocatur aliquando amica et concubina. Adi Bronkhuis. ad Tibull. lib. iii. 2. 4. Non cepit hoc Pricæus. *Idem*. *Bona uxor et mala fortuna*] Adumbrata ex his Virgilii videntur: 'Sed me fata mea, et scelus exitiale Lacænx His mersere malis, illa hæc monumenta reliquit.' *Bonam* amare dixit. Terentius iii. 4. Adelp. 'Ille bonus vir:' ubi Donatus: 'Elpovela est ab eo posita, qui indignatur virum bonum esse debuisse qui non sit.' Ibidem iv. 7. 'Flagitia boni illius adolescentuli.' Donatus: 'Elpovela, quæ semper amarius ponitur quam manifesta criminatio.' Supra hic paulo ante: 'Latrones boni:' et infra, 'bona Meroë.' Non hic silendum quod *uxor* ab Oxoniensi abesse; ita 'bonam fortunam' vocaverit profectus Ma-

cedonici lucrum, *malam* autem, infamlicem gladiatorii spectaculi cupidinem, et spoliacionem suam. De suæ uxoris malitia necdum questus est. annum vero Meroën uxorem satis dure vocaverit. *Pric. Bona uxor*] Eironicos caupona significatur, quæ illi fuit detrimentosa, cuius concubitu perinde ac uxoris potitus est. *Beroald. Mala fortuna*] Propter latrocinalem spoliacionem. Romæ fanum malæ Fortunæ fuit in Esquilis: Græce dicitur *κακή τύχη*. *Idem.*

Dignus es extrema sustinere] In Plauti Trucul. 'Animo hercle homo suo est iniser, Quisquis est. *PN.* Dignus est mecastor ille.' Cicero Offic. II. 'Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.' 'Extrema sustinere' hic, ut IX. 'extremas pœnas sustinere.' Suidas: *ἑσχάτα κατὰ μέγεθος*, &c. *Pric. Extrema*] Suprema exitia. *Beroald. Novissimo extremus*] Tanquam nihil pejns deteriusque inveniri possit ea labe cladeque quam perceperat ex complexu cauponæ: quod facinus illi extremum et pessimo pejns fuit, quod et ultimo loco perpetratum contigit. *Novissimum* enim extremum significat; quod verbum (auctore M. Varrone) Lælius et senes aliquot, quod nimis novum esset, vitaverunt: et sicut a 'veteri,' 'vetustus,' ac 'veterrimus,' sic a 'novo' declinatur 'novissimum,' quod est extremum; sic ab eadem origine 'novitas' et 'novitius.' Autumat Gellius, libro IX. Noctium Attic. M. Ciceronem noluisse uti isto verbo, tanquam non Latino et improbo. Sed (quod pace veniaque tanti viri dictum sit) M. Tullium usum esse hoc verbo observavimus, sic acribentem in Oratore: 'Nec in hac modo re, quæ ad vulgi sensum spectet, et ad anrium voluptatem, quæ duo sunt ad judicandum novissima.' Verum sicut ille qui semel risit, nunquam risisse traditur, ita qui semel hac dictione

usus est, haud immerito dici poterit ea nunquam usus fuisse. Nam, ut inquit Asconius, 'semel vicinum est ad pene nunquam.' *Idem.*

Scortum scortum] *Scorta* dici meretrices, et *scortari*, meretriculas ducere, nemo est qui nesciat: a pelle, quam Antiqui dicebant *scortum*, ducto verbo: quia sicut pelliculæ subligantur. *Scortea* quoque dicimus ea, quæ ex corio ac pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis nefas erat aliquod *scortum* adhiberi. Proinde Ovidius in Fastis ait: 'Scortea non ulli fas est inferre sacello.' In Attellanis fabulis licebat antiquitus animadvertere, rusticos joculariter dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Donatus enarrans illud ex Eunucho, 'Forte habui scortum,' ait, abdomen quod in corpore femininarum patiens est coitus, scortum dici. Vel *ἀνὰ τὸ σκαλπεύειν*, quod Græce est palpitare, quod faciunt meretrices crissando, ut ita concinniores viderem exhiberent viris, aut sibi abigant conceptum semen, quod in vulva feminæ in ipso coitu non se moventis inherescit. In commentariis Tranquilli docuimus, *scorta* dici diobolaria quæ duobus obolis, hoc est, vilissima mercedula conducuntur. Ubi emendavimus locum M. Var. mendosissimum. Festiviter appellat Appuleius 'scortum scortum,' meretricem annosam, vietam, deformem, inamabilem, perinde atque esset instar pelliculæ et corii; rugosa, flaccida, languida; minimeque succulenta. Meretrices autem id genus sordidæ duobus apud Veteres vocabulis elegantibus appellantur, *Scractia* et *Scrupæ*. Dicuntur aut *scractia* ab excreando, quod vitium est in vetula: *scrupæ* vero, sive *scrupida* a duritia molestiaque lapillo-rum, qui *scrupit*, et per diminutionem *scrupuli* dicuntur. Hoc ideo transeunter apposui, ut emendares intelligeresque illud Plantinum, quod refertur a Gellio in III. Noctium Att.

'Stratæ scrupulæ destrato vulvæ sordidæ' in corrige. *Seractia serapeæ*. Idem. *Digitum a pollice proximum*] De hoc more docte Scaliger ad Tibullum, et Ansonian. Lect. libro primo, capite 20. *Elmenh. Digitum a pollice proximum*] Indicem significat, quo ori admotum silentium indicimus, commone-musve quod maxime salutare est. Unde et salutare dictum esse a vetustis scriptoribus existimo, sicuti a Tranquillo, qui ait Augustum habuisse digitum salutarem sinistræ manns imbecillum: ubi non parum multa digna scitu annotavimus. Marcianus Capella et ipse sic scribit: 'Verum quidam reditus puer ad os compresso digito salutari silentia commonebat.' Is digitus exprobrando et indicando, unde ei indicis nomen est, plurimum valet. Quo nunc esse optime Crassum oratorem, Cicero Quintilianusque notificant. *Beroald.*

Ille digitum a pollice proximum ori suo admovent, &c. *Tace inquit, &c.*] *Judic. xviii. 19.* 'Tace, et pone digitum super os tuum.' Vide et *Joh. xix. 19.* Marcianus Capella: 'Ad os digito compresso salutari silentium annuebat.' Inde, *ἡ κατασφάγων δάκτυλος* Suidæ in *διαγράμμων*, et *ἡρδίαςκος*. *Pric.*

Et in stuporem attonitus] *Lib. II.* 'Attonitus repentins visionis stupore.' *Idem.*

Et circumspectiens tutamenta sermonis] *Apud Senecam Octavia:* 'Circumspecte agendum ne quis arcana ancupet, Partemque in omnem vultus inquirens eat.' *Apud Plantum in Mostellaria:* 'Circumspecte dum, numquis est Sermonem nostrum qui ancupet?' *Idem Milite:* 'Circumspecte dum ne quis nostro hic anceps sermoni siet.' *Ibidem:* 'Sinite me prius prospectare ne uspiam insidias sient, Consilio quod habere volumus nam opus est nunc toto loco.' Iterum: 'Sed speculaber ne quis hinc a læva aut a dextra

Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis.' *Philostratus iv. 12.* *Διηγείτο τὰ ἐκεῖ* (Romæ) *πασσάντα, θαυὰ ἐπιστρεφόμενος, μὴ ἐπακροῦτό τις αὐτοῦ κἀκούειν.* *Tacitus Annal. iv.* 'Notæ ignotæque aures vitari: etiam muta atque inanimata, tectum et parietes circumspectiebantur.' *Idem. Tutamenta sermonis*] Ut tuto loqui posset, ne quispiam arbitrer clanculum arbitraretur. Sic et captivus Plantinus: 'Secede huc,' inquit, 'ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' Sæpe enim dicuntur voces, quæ postea mortiferæ fiunt ipsis sermocinatoribus; redeuntque per jugulum, excipientibus delatoribus. Unde illud in usu vulgi frequens, Plures necat lingua quam gladius. Sententiæ vulgari subscribit versus ille sententialiter prolatus, *ἡ γλῶσσα πολλοὺς ἐκ δολέων ἤγαγε* id est, lingua multos egit in perniciem. *Beroald.*

Parce, inquit] Et alibi: 'Parce in verba ista hæc.' *Elmenh.* 'Parce' potest adverbium esse. *Virg. Ecl. III.* 'Parcius ista viris tamen objicienda.' *Oud. Parce in feminam*] Abstine a maledictis femine, quæ, arte magica pollens, merito veluti divina metuenda est. *Beroald.*

Ne quam noxam] Aliquod periculum et detrimentum. Alias noxa accipitur pro culpa et delicto, ut alibi latius explicavimus. *Ain*] *Aisne. Id. Parce* (inquit) *in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas*] In *Bacchid. Plant.* 'Cave malum, et compece in illum dicere,' &c. In *Nubibus Aristoph.* 'H, ἦ, σιάπα, μὴδὲν εἶπες ἡθιον.' *Apud Lucianum in Deorum dialogis:* *Σιάπα, μὴ τι κακὸν τῶν λόγων ἀπολάβωσις.* Alibi in iisdem dialogis: *Εὐφήμεῖ δ' Ἀρης, οὐκ ἀσφαλὲς λόγων τὰ τοιαῦτα, μὴ καὶ τι κακὸν τῆς φλυαρίας ἀπολάβωμαι.* *Euripides Herc. Fur.* 'Ἰσχε τὸ στόμα, ὥς μὴ μέγα λόγων μείζον πτόης.' *Pric. Ain*'] *tandem*] *Terent. Andr. v. 3.* 'Ain' tandem] ubi *Donatus:* 'Per-

contativum verbum, quasi, aistue?' Idem ad II. 3. Phorm. 'Ain, dicimus de his qui vana loquuntur.' Infra hic lib. III. 'Ain', vulpinaris amasio?' Idem.

Regina] Tanquam regia potestate præstans. *Beroald.*

Quid mulieris est] Scire te convenit, cum interrogatio per obliquum casum maximeque genitivum proferret, contemptum significari: ut, 'Quid hoc est hominis? Quid mulieris? Quid ornatus?' auctor Donatus. Idem.

Saga, inquit, et divini potens] Jam ante Wouwer. Vulcanius, et sequentes dein taciti receperunt *divina, potens dep.* eamque lectionem firmant Mss. Florent. Oxon. Wass. At tamen Ferrar. l. I. Elect. cap. 19. et N. Heins. Advers. l. II. c. 2. pag. 220. defendunt ante vulgatum *divini potens* ex similibus, (de quibus vide quoque Torrent. ad Hor. lib. I. O. 3. ac sic in Apolog. 'divini sciens:') ac præcipue e l. IX. p. 197. 'Tunc saga illa et divini potens primis adhuc armis velatur.' Verum bene observandum est, illic sequi indicativum, non infinitivum, qui hic regitur a participio 'potens.' Quæ constructio et alibi obvia, sed sæpius corrupta est. Ad ipsum Heins. in Advers. pag. 193. ad Lucan. l. IX. 1040. 'Non aliter manifesta potens abscondere mentis Gaudia:' uti et illic emendaveram cum Burmanno, qui citat *et divina et potens*. Oud. *Saga*] Sagas dici mulieres, docet Porphyrius, magicarum barbarum scientes, tanquam satis agas, et multum agentes. Tibullus: 'Pollicita est magico saga ministerio.' Lactantius, sive is Lactatius est, Papinii Statii commentator, 'sagos clangores,' in VIII. Thebaidos interpretatur divinos. Unde *præsgia*, prædivinationes mentis dicta. M. T. libro primo de Divinatione: 'Sagire,' inquit, 'est acute sentire, ex quo sagæ, et sagarii dicti, qui scire multa

velant: et sagaces canes.' *Beroald.*

Colum deponere] Quæ impossibilia naturaliter sunt, ait effici posse possibilia, potestate et vi sagæ mulieris. Et hoc totum decenter positum est per antitheta sive contrapositione, quæ in ornamentis elocutionis, ut inquit Augustinus in VIII. de Civitate Dei, sunt decentissima. Est et in hoc loca exornatio illa, quæ dicitur Similiter desinens, Græcè 'homoteleuton.' Est et figura Grammaticalis dissolutum sive diajunctio, quod Græcè dicimus 'dialyton' et 'asynteton.' Idem.

Montes dihuere] Quod est aquarum et liquoris. Idem.

Infirmare] Mss. Pith. Gneff. Fax. Ed. Vic. quoque *infirmare*: sed vide Beroaldum dicto libro p. 44. Ed. Elm. Eadem est confusio in Mss. et Edd. ut passim et l. IV. in f. *Tanques infirmi*. Drak. ad Liv. l. IV. cap. 59. Contra *infirmare* abiit in *infirma* in Flor. N. 22. Oud. *Deos infirmare*] Mundior et purior lectio est, *infirmare*, quod est infirmos facere. Idem ait in dæmonio Socratis: 'Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sunt, hæc ad miseras infirmata.' *Sublimare* autem et *infirmare* inter se opposita decenter attende, sicuti manes et Deos. Manes enim inferni significantur; Dei vero superni. De manibus satis multa in commentariis Propertianis. *Beroald.* *Deos infirmare, sidera extingueri*] Scholiastes vetus Horatii ad Epod. V. 'Hujusmodi ars maxime Thessalorum est, ut Lunam cantibus deponant, et astra commoveant.' *Pric.*

Tartarum] Plato in Phædono tartarum esse scribit barathrum in profundo terræ et inferorum, ex quo origo sit omnium aquarum et fons, et quo confluant flumina. Quod impossibile ait esse Aristot. aperte dissidens a præceptore lib. II. Meteororum. Poëtæ tartarum appellant carcerem inferorum. De quo Tertullianus in Apologetico sic: 'In imum tartarum

demerserit, quem carcerem poenarum infernarum cum multis affirmatis.' A 'tartaro,' 'tartareus,' et 'tartarius' deducitur. Hinc illud: 'Corpore tartarino prognata palude virago.' Tartari origo, ut ait M. Varro, Græca est: namque ἀνδρὶς τάρταρος, id est, perturbatione dicitur, quia illic omnia perturbata. Vel ἀνδρὶς τάρταρος, quod significat tremere et frigere. Ex tartaro, ut ait Plato, nunquam egrediuntur nocentes. *Beroald.*

PAG. 7 Oro te] Addit copulam etiam Pithæanns. Edd. Vicent. Ber. Junt. pr. Ald. habent sine copula, Oro te, inquam, oro te, inquam. At Rom. Ven. Colin. Et oro te, inquam, oro te, inquam vel inquit. Lego: Oro, oro te, inquam: ut supra: 'Sine, sine, inquit:' et statim dixit: 'Tace, tace, inquit.' In Flor. N. 9. 'Velim, velim.' Sic enim illic quoque e Max. legendum. N. 16. 'Nemo me, nemo.' *Oud.*

Aulæum dimovoeto] *Aulicum* etiam Oxon. *Amovoeto* Par. sive Eton. cum Fux. Nescio quid præferam. L. IV. p. 69. 'Fores nec sublevare, neque dimovere, ac ne perfringere quidem.' Tollebatur aulæum actu vel fabula finita; demittebatur in planum, ut populus videret. Vid. ad Cic. pro Cæl. c. 27. 'Scabella concrepant, aulæum tollitur:' et ad Ph-dr. F. LXXXVIII. 'Aulæo misso.' De sipario scenico adi Beroald. et Lindenb. in Terent. p. 632. ad verba 'Siparia, quæ mimicam velum:' ubi in hoc etiam loco pro *scenicum* citat *mimicum*, memoriæ, opinor, vitio. *Idem.* *Aulæum tragicum]* Magna caligo verborum, quibus subobscurè significat talem de saga fœmina sermocinationem magis tragicam esse, quàm narrationi familiari accommodatam: ideoque removendam esse suadet. Nam dum aulæum tragicum dimovendum esse dicit, et siparium scenicum complendum, intelligi vult talem narratio-

nem esse sequestrandam, quæ tragico argumento conveniat, tragicisque portentis. Aulæum enim tragicum dicitur, quo scena in agendis tragediis exornatur, quod levabatur tollēbaturque cum finita fabula cantor dicebat, 'Valetè, plaudite.' Hinc illud Horatii: 'Si plausoris egēs aulæa manentis, et usque Seasuri, donec cantor Vos plaudite dicat.' Ait Donat. aulæa in scena sterni solita, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlatus. Annotavimus alibi, aulæa dici vela picta, quæ alio nomine dicuntur peristromata, et peripetasmata, ab aula Attali regis Asiæ, qui populum Romanum scripsit hæredem. Ait Plin. in VIII. Attalum primum invenisse aurum intexere in vestibus: unde nomen Attalici est. Hinc illud Propertii: 'Porticus aulæis nobilis Attalici.' *Beroald.*

Siparium scenicum] Festus et Donatus scribunt, siparium esse velum minutum. Ego existimo non minutum, sed *mimicum* legendum esse: ut sit id quod Appuleius appellat *scenicum*. Eo enim utebantur Mimi, scenicique artifices, ad scenam velandam, quod populo obisistebat. Et hæc siparia pro aulæis metas posterior usurpavit. De hoc intellexit Saetyrographus poëta illo versu: 'Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Sipario.' Significat enim, Damasippum mercedula conductum fecisse histrionicam, et egisse fabulas scenicas. Idem Appuleius in x. alt consimiliter: 'Aulæo subducto, et complicitis sipariis scena disponitur.' Impressi codices pro *aulæo subducto*, habent *alveo subducto*, quæ dictio mendosa expungenda est. Quidam *suparium* legunt, cum inter u et i maxima cognatio sit. Seneca, in lib. de tranquillitate vitæ, appellat 'verba cothurno et sipariis fortiora,' quæ grandia sunt, et supra sublimitatem tragicam evehuntur. Idem II. epis-

tolarum ait *Supra*, unde per diminutionem *suparis* inclinari. Videntur esse insignia navium Alexandrinorum, quibus offis licet *suparum* intendere, quod in alto non omnes habent naves. Et Lacan. '*supara velorum*' dixit. Alias *suparum* vestimentum puellare lincum est, de quo Afranius: '*Puella non sum, si suparo induta sum.*' Eiusdem meminit Plant. in Epidico. Significat Appuleius symbolice, tollenda esse e medio sermocinationis ea, quæ ad tragediam pertinent. *Idem*.

Cedo] Dic. *Communibus*. quibus in communi quotidianoque sermone uti solemus. *Idem*. *Auleum* tragicum *dimoneto*, &c. *et cedo verbis communibus*] Sophocles: *Ὅκα ἐκκαίω αὐτόγματοι*, ἀλλ' ἀπαρ' λόγῳ. Aristophanes: '*Ἀμαθίστερόν τὸν ἐπὶ, καὶ σαφέστερον*. Lucianus *Nyssem*. *Πάντα μάλιστα τραγῶδων, καὶ λόγῳ ὀδυρσί τὸν παραβὰς ἐπὶ τῶν λαβίων*. Plantas Milite: '*Quin tu istam orationem hinc veterem atque antiquam amoves? Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.*' Seneca *Epist. XIII*. '*Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore.*' *Prie*. *Siparium scenicum*] Lindenbrogius Notis ad Terentium legit *minicum*. *Idem*. *Verbis communibus*] Scholiastes vetus Horatii ad *Epist. I. 16*. '*Communi sermone, ac simplicibus verbis.*' *Idem*.

Ut se ament] Sic locutus M. Tul. Orat. de Arus. responsis: '*Quam volumus licet ipsi nos amemus.*' Et *I. de Offic. in princ.* '*Quod cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmet ipsos valde amabimus, facile indicare.*' Brant. Male explicat Brantius. Sensus est: Utin amore sui canpona illiciat incolas, &c. Vid. Becichem. *Ep. 67*. Abest ut a Ms. Bertin. Pro *ament* in Fax. est *curim*: dein in Palat. Gueif. est *efflictim*. In *Ed. Bas. pr. efflictim*. Adi ad lib. *III*. '*Adolescentem efflictum deperit.*' Oud.

Efflictim] Vehementer et ardent. Beroald.

Æthiops utique] Homer. in *I. Odysseæ* *Æthiops* bipartitos esse auctor est, alteros ad orientem, alteros ad occidentem spectare. Sic enim ait: *οἱ μὲν δυσσεύετον ὀρεπλεως, οἱ δὲ ἀνιερως*, id est, Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum. Super quo verum non parum multa Strabo in *I. Geographiæ*. Sunt autem *Æthiopes*, ut idem asserit, *ἄρχωνος ἀδελφῶν*, id est, postremi hominum. Plin. in *v. sc* ait: '*Verissima opinio est eorum, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, et ante omnes Homerus: qui bipartitos tradit Æthiops, ad ortum occasumque veras.*' *Idem* in *VI*. *Æthiopiam* appellatam esse memorat, ab *Æthiopo* Vulcani filio. Alii a colore populorum, quos Solis vicinitas torret. Cassas refert Aristoteles in *Problematis*, cur *Æthiopes* sint blavis pedibus, candidis dentibus, longævus vitæ, animo timidiore. *Idem*.

Antichthonēs] Qui habitant in zona Chimerina, hæc est, hyemali, quos separat a nobis torrida. Appellantur Antichthonēs, *ὅτι τῇ θέρμῃ ὁμαρίαν χθῆος*, quasi contrariam terram habitantes. auctor Probus. Hos alio nomine Græci *ἀντοίχωνες* vocant. De quibus multa Macrob. *II*. in somn. Scipionis. Ex his colligimus, Antipodas non esse Antichthonēs, quos transversos nobis stare autumat M. Tul. inferiorem zonæ nostræ partem tenentes. Verum an esse possint hi Antipodes, multa questio est apud eruditos: aliis astruentibus, aliis destruentibus. Martianus Antichthonēs sejungit ab Anticis et Antipodibus cuius verba hæc sunt ex libro *Geometriæ*: '*Antici habitant contrariam zonam: qui infernatem nobis obversam habitant, Antipodes memorantur, qui contra illos quos Anticos dicimus, Antichthonēs appellantur.*' *Idem*.

Folia sunt artis] Lipsio ad stipulam.

tur Gatakerns in Adversar. Miscell. c. 8. p. 485. Sed recte *folia artis* cum Beroaldo et aliis jam olim defendit et explicuit de levissimis magicæ artis, quæ facillima sunt et nullius ponderis viribus, Becichemas Epist. LXVII. malens frustra sint sive habeantur. L. II. p. 36. ait 'inopias et nugas meras.' Hinc perlinet locus Aristophanis in Ranis vs. 93. 'Επιφύλλες τὰν' ἑορῶν: ubi vide Scholiasten. Oud. *Folia sunt artis*] Id est, levia et nugatoria, comparatione eorum quæ majora mirabilioraque faciunt ex artis magicæ potentia. Beroald.

Vi aliam temerasset] Frustra defendunt viri docti et Barth. I. XXXIV. Advers. c. 15. in *aliam temerare*, uti et edidit cum vetustioribus Scrivierus. Latinum est *temerare puellam*, non in p. Sed et *vi temerare* hic necessarium est. Hinc enim amatorem suum, non puellam punivit maga; quia invita est passa ejus vim, quæ millies, ut ita dicam, occurrit de stupratione puellæque imminutione. Adi Pricæum. Sicut et passim in et *vi* confundi et corrumpi solent. Adi ad Cæs. I. I. B. c. 39. Drakenb. ad Liv. I. III. c. 20. 67. Infra I. III. p. 61. 'Vi patefactis ædibus' in Edd. pp. est *In p.* Immo hic facilius depravari potnit; quia sequitur 'quod Venerem habuit in aliam:' ubi legitur, quod hic est in Palat. in *alia*. Pessime in illinc exulatur ab Ed. Pricæi. Consule Notas ad Sueton. August. c. 69. 'In quam arrigas:' et in Addendis. Sic 'commoveri in aliquam,' 'ardere in aliquam,' de quibus adi N. Heins. ad Virg. I. VII. Æn. 623. 'urimur' in Crocalem Calpurn. Ecl. II. 66. Arn. I. IV. p. 135. ibique Elmenb. item p. 145. 151. Min. Fel. c. 12. Apud Solinum c. 22. 'In quemcumque commotus sit.' Mss. 3. Sed recentiores dant *quacumque*. Quare et ibi Accusativum præfero. Oud. *Quod in aliam temerasset*] Ita Oxoniensis, et alii multi tam editi quam

Mss. nec tamen male Vulcanius, vi *al. tem.* Isidorus Orig. VIII. 11. 'Sine vi femina esse virgo non desinit.' Tertull. exhort. ad castit. cap. 13. de Lucretia: 'Quæ ut semel per vim, &c. alium virum passa est,' &c. Phrynichus: Βεβλασται ἡ κόρη Λαερτιάδης ὄχι, ὅς τις τὴν, ἐφθάρται. Æn. VIII. 'Raptas sine more Sabinas:' ubi Servius, 'Stupratas: i. e. per vim.' In vet. Onomast. *Raptus, stuprum, bla. Pric. In aliam temerasset*] Cum alia puella concubnuisset. Beroald.

Feram castorem] Vox *feram* suspecta est N. Heinsio de glossemate ad lib. I. Ovidii Amor. El. 8. 19. Certe mallem *ferum*, si *ferus* castor dici possit. De ipsa fabula adi Dausq. et Drakenb. ad Silium I. XV. 490. Comm. ad Virg. G. I. 59. Oud.

Captivari metuens, ab insequentibus &c.] Periculo urgente naturam sibi putare castores cum Apuleio crediderunt Ælianus de Histor. Animal. Libro Sexto, capite 33. Plinius Natural. Histor. libro octavo cap. 30. Juvenalis Satyr. XII. vs. 34. Solinus capite 19. Quos erroris arguunt Sextius diligentissimus, medicinæ apud Plinium libro XXXI. capite 3. et Rondeletius de Amphibiis, cujus verba adducit Ciofannus ad Ovidii Elegiam de Nuce fol. 455. Elmenb. Idem M. Tul. Orat. pro M. Scauro, cujus nunc tantum exstant fragmenta: 'Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.' Juvenalis Sat. XII. de hoc ipso castore, 'qui se Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno Testiculorum.' Brant. Perperam omnino ex Oxon. Cod. cui adde Palatin. Par. Pithecan. Guelferb. et Edd. Vett. *captivitati* præfert Pricæus. Non enim metuit, ut capiatur. Quod est 'metuere captivitati,' ut 'metuere virginitati,' lib. V. p. 90. Sed metuit, ne capiatur. Metuit vel metuens est alicui, cui favet, et timet, ne obveniat malum: metuit aliquem vel metuens

est alicujus, quam scit, vel veretur inimicum, vel quod novit sibi noxi-
um. Plura vide in Suetonii Vitell.
c. 15. et infra l. iv. in f. 'iras metu-
ens.' L. viii. p. 164. 'metuens pe-
riculi:' ut apud Virg. *Æn.* v. 716.
In Inscript. Grut. p. 721. N. 11.
'Religioni Judaicæ metuenti' vide-
tur leg. *religionis*, sive colenti Jud.
religionem, ut 'metuentior Deorum.'
Captivitatis vero ante Elmenh. jam
edidit Vulcan. Ed. sec. et Scrive-
rius. Lipsiano vero et Fux. Codd.
accinit Regius cum Vulcan. Ed. pr.
in *captivari*. Male. In Pith. est et
ab *inseq.* Sic etiam legit Meurs.
Exerc. Crit. tom. ii. p. 223. Recte,
adstipulantibus Florent. In Vulc.
Ed. sec. est *se præc. g. liberavit*, quod
ultimum est quoque in Oxon. Cod.
Se caret Wass. In Reg. quoque et
Pithæano, ut edidit Colv. et Vulc.
Ed. pr. *repræcissione liberatur*. In
Guelferb. et Edd. Vett. erat, *se abins.*
repræcissione g. liberat. Hinc Ed. Junt.
post. et Scriv. cum Elmenh. hoc or-
dine, *se retinere*, recte *præcissione* e
Mss. optimis emendantes: quo facit
Fux. *præcissione*. *Repræc.* est tamen
in Lips. Reg. Oxon. Wass. Dein *per-*
veniret Eux. Oud. *Captivitati metu-*
ens] Recta et hæc lectio, exstatque
in Oxon. Cod. Sic infra lib. v. 'Me-
tuens virginitati.' Male fecerunt illi
qui aliter excendi curaverant. *Pric.*
Repræcissione genitalium] *Æsopus* ille
e Phrygia fabulator, festiviter refert,
castora, ex genere quadrupedum, de-
gere *de Alpeus*, id est, in lacubus:
cujus genitalia medicis utilia esse
ferant, qui ob id se peti guarus, ab-
scindens sibi genitalia, ita a persecu-
tationibus salutem consequitur. Hinc
illud Satyrographi: 'imitatus cas-
tora, qui se Eunuchum ipse facit,
cupiens evadere damno Testiculi:
adeo medicatum intelligit inguen.'
Plin. et M. Varro *fibres* appellant,
qui circa oras fluminum extremas
videri solent: unde et nomen. Fi-

brum enim Antiqui dicebant extre-
mum: unde et vestimenta *fibres*:
et in jecore, *fibra* dictæ, quæ sunt
extremæ. Animal est horrendi mor-
sus, arbores juxta flumina ut ferro
cædit: hominis parte comprehensum,
non autem quam fracta concrepuerint
ossa, morsu resolvit. Canda piscium
casteri est, cætera species lustræ,
pilus mollior plama. Germani *bife-*
ram vocant: ex genere sunt amphi-
bio, sic enim philogræci vocant ani-
malia, quibus in aqua et terra victus
est. Illud annotatu scitque dignum,
quod a Seatio, diligentissimo medici-
næ conditore, proditum est. negat
enim testes amputari ab ipso castore,
cum capitar: quoniam parvos esse
ait, substrictosque; et adherentes
spinæ, nec adimi sine vita animalis
posse: verum folliculos geminos ex
uno nexu dependentes, qui ampten-
tur, quorum vis medica sit. Casto-
rea vocant medici, quæ moder-
tur pluribus morbis, et in primis
vertigini, tremulis nervorum vitis,
stomachicis, paralyticis, ischiadi-
cis, quos vulgus sciaticos appellat,
et opisthotonis. ita enim dicuntur,
quorum cervix rigida et inflexibilis
dolor est, quod alibi fusius uberius-
que enarravimus. Castorea magni-
ficat Galenus, adhibetque pluribus
medicinis. Demiror Albertum Mag-
num, et Isidorum, qui castoris nomen
a castrando deducant: cum dictio
Græca sit, et ita a Græcis passim no-
minetur. Nomen autem Græcum
etymologiam Latinam non accipere,
sat notum est, et Grammatici prodi-
derunt. Memorant quidam, quod
post amputationem genitalium, si
iterum petatur a venatoribus, erigere
se soleat, ostentantem nihil in se
præcisais testibus esse amplius expo-
tendum. *Beroald.*

Ob id *emulatum*] *Emulatio* enim et
invidentia est inter vicinos, et ejus-
dem artificii professores, ut inquit
Hesiodus: καὶ κεραιὸς κεραιὸς ἀορίετ,

καὶ τέκτονι τέκτονι : invidet figulus figulo, et faber fabro. Emulum autem dici aliquando invidum, aliquando imitatore, sciunt omnes, et tradit Donatus in commentariis Æneidos. De emulatione M. Tullius in iv. Tusculana. *Idem.*

Senex ille] Caupo. *Dolium innatans vini]* Deformatus in ranam canopo natabat in vino : contra naturam ranarum, quibus aqua vita est, vinum aspernantibus. Unde et parœmia, βαρπαχὸς ὄβριον ἐρχέται, id est, rantis vinum infundis. Quod proverbium dicitur de his, qui ea præbent, quæ nulli usul futura sint accipientibus. Cui contrarium est alterum proverbium, βαρπαχὴ ὄβριον, id est, ranæ aqua. de his qui ea dant, quibus maxime lætantur et gestiunt accipientes, sicuti aqua gaudet rana. *Idem. Innatans]* Glossæ : 'Ἐνωχόμεαι, Innato.' *Pric.*

Adventores pristinos, &c. officiosis ronchis appellat] Onomast. vet. 'Adventores, ἀναεισδυόμενοι.' Respicitur hic diversitorum mos viantes comiter appellandi. Apud Senecam Epist. 21. 'Hospes hic bene manebis, &c. paratus erit istius domicilii castos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet.' Suetonius Claudio : 'Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Baianum sinum præternavigaret, dispositæ per litora et ripas diversorum tabernæ parabantur, et insignes generis matronarum institorias operas imitantium, et orantium hinc inde ut appelleret.' *Idem. Adventores]* Viatores intelligit, qui in cauponis cauponem soliti erant devorere. Hodieque vulgo *adventores* dicuntur, qui prope peculiariter frequentant officinam quamplam ac tabernam. Meretrices quoque suos habent adventores. hinc Plautina meretrix in Truculento : 'si equum facies, adventores meos non incuses.' *Beroald.* *Officiosis ronchis]* Id est, coaxatione et narium sonitu obstrepero. *Ronchus* enim

Delph. et Var. Clas.

significat proprie sonum illum nasi, qui a stertentibus fit dormiendo : a quo inclinatur verbum *ronchisso*, quod est sterto, et naribus insono. Plaut. 'Dum dormit ronchissat.' Et quia derisores solent talem naso sonitum in derisum conficere, inde fit ut *ronchi* pro derisionibus derisoribusque usurpentur. Martialis : 'Majores nusquam ronchi.' Hinc *ronchisonus*, qui sonat ronchos, et derisor est. Sidonius : 'Nec nos ronchisono Rhinocerate notat.' Quidam existimant vocabulum esse facticium a sono, sicut tinnitus et clangor. Ego dictionem Græcicam esse autumo. Græce enim *ῥῆγνος* dicitur stertendi sonus, καὶ ῥῆγνον sterto. Unde *pararenchos* dictus est Cyprius is, qui simulabat dormientem, quo securius impunitusque ejus uxor mœcharetur, cujus meminit Lucilius. A quo natum est proverbium : 'Non omnibus dormio :' quod Cicero sciens invertit, qui in epistolis ait, 'Non omnibus vigilo.' *Idem.*

Alium de foro] Forensem oratorem, sive rabulam significat. *Idem.*

Causas agit] Καταχρηστικῶς pro, rixatur, impetit, incurrit in quemvis. Ita enim solent arietes. Vid. Suidam v. *Κρόλον διακρόλον*. Lips. margini allevit *caulam agit* ; et audacissime Vulc. Ed. sec. exhibuit *causas quatit*. Sic græculus parieti palos infigit vulgo apud Aristoph. Vesp. 192. Sed vide Bergler. Epist. ad La Croze tom. i. p. 64. Silent hic interpretes. Auct. de Corr. Eloq. c. 15. 'Si quis alius Ephesum aut Mitylenam contentis Scholasticorum clamoribus quatit.' Quaterne urbes arcesque dicitur fama, rumor. Vid. ad Sil. iv. 7. *Oud. Causas agit]* Tanquam pristinum institutum oblivisci non possit. *Beroald.*

Dicacule] Adverbium est, et significat mordaciter, et cum falsa dicacitate. *Idem.*

Probrum] Convicium. Livius : 'Occurrant portis, probra ingerant.' Alias *probrum* pro stupro flagitioque

Apul.

5 N

accipitur. *Probrum* virginis vestalis ut capite puniretur, Veteres sanxerunt. *Idem*

In Sarcinam p. obseito utero] *In sarcina* Lips. Fax. Guelf. Palat. lib. x. 'Sarcina prægnationis onerata.' Sed male h. loc. Uterus non obseipitur sarcina prægnationis; sed, quia obseipus est, onus ventris crescit indies in maiorem sarcinam. Hinc Lips. lib. ii. El. c. 21. post *in sarcina prægnationis* voluit distinctionem poni: ut simpliciter ponatur pro prægnante et gravida. More suo Auctor 'in' cum accusativo atitur de modo et quantitate rei; ut sæpissime occurreret, et creberrime est depravatam. Supra jam monui. Tum Ed. Vicent. obseito, Ms. Palat. obaceno, Fax. obseito, Par. obaceno. Verum est obsepto, ut legit jam Beroald. Vid. et Becichem. Ep. LX. *Ond. In sarcinam prægnationis*] Lib. x. 'Quod sarcina prægnationis onerata relinquebat eam.' et v. hoc sensu, 'sarcinæ rudimenta.' Ovidius: 'Qui matri sarcina quondam Prima fuit.' Zeno Veronensis: 'Portat sine labore uteri sarcinam.' Phædrus: 'Portat onus ignotum certis mensibus, Novissime prolapsam effundit sarcinam.' *Prie. Obseito*] *Lego obsepto*, quasi claustris quibusdam munito, obturatoque. *Beroald. Utero*] Uterus in fœmina junctus est vesicæ, significatque matricem: alio nomine locos appellant, ut docet Plin. in xi. Inde loci in fœmina viriosi dicuntur Catonij, qui appetentes sunt concubitus virilis. Servius, Virgilianus interpret: 'Uterus,' inquit, 'est mulierum alvus, quo effluunt sordes: venter, qui videtur.' *Uter*, pro utero dixit Cæcilius: 'Nunc uter crescit, non potest celari.' *Idem*.

Repugnato factu] Interdicta prohibitaque partitudine. Tunc enim fœtus repugnatur, cum jam maturus exire non potest ex utero materno,

quasi coërcitus, vinctusque. *Idem. Repugnato factu*] Ovidius: 'Matris adhuc stero partu remorante tenebar.' *Prie.*

Numerant] In Palat. Guelf. et Oxon. Par. et Fax. etiam est *sciunt numerantia*. *Reg. sciunt*, sine verbo *numerant*. Post illud jam addidere Junt. post. et Scriv. ut est in Pithæano. G. Voss. coniecit: *ut cuncti sciunt numerant*, jam. Frigide. Legendum puto: *Et, ut cuncti sciunt, tuberante jam a. a. onere*. Hoc est, quod Aristænetus ait lib. i. Ep. 6. τῆς γυναικὸς ὕψους, sive tumescente ventre. Lib. ii. p. 31. 'Rosa soluta in sinus tuberante.' Auson. Præf. Cent. p. 567. 'Densa ne supra modum protuberent.' Ann. Marc. l. xxii. c. 15. 'Aviditate nimia extuberato ventre.' Gell. l. vii. c. 22. 'Corpus extuberasset:' ubi vide. Ut deest Ed. Beroald. *onera* Edd. Junt. pr. Ald. *Ond. Ut cuncti numerant*] In Cod. Oxon. etiam *ut cuncti sciunt numerantia*: unde Brantius: *Ut cuncti cicerum numerant jam*, &c. non sane illepide. *Prie.*

Miscella illa, &c. distenditur] Apud Suidam nescio quis Veterum in ὀξυπύ, &c. Μὴ λυγρὸντα τενεῖν, ἀποῦ τι τῷ λυγρῷ &c. Vide 26. 28. *Esaiæ. Idem*.

Elephantum paritura] Plautus Stich. scena 'Famem fuisse suspicor,' &c. Plinius et Achilles Tatius libro quarto pagin. 92. scribunt solere elephantum gravidam esse perpetuos decem annos. Aristot. de Hystor. Animal. libro quinto capite 14. Ælianus de Animal. libro quarto capite 30. saltem biennium ei attribuant. *Elmenh. Distenditur*] Impletur et turget. Virg. 'distendunt nectare cellas:' unde *Distentus*, plenus. *Beroald. Velut elephantum paritura*] Decem annis gestare elephantum in utero, vulgus existimat: ex quo est illud proverbiale, 'Celerius elephanti parient.' Aristoteles tamen biennium tantum ferre ventrem elephantum as-

sérít. Ab elephanto alterum quoque proverbium impossibilitatis factum est apud priscos, quod usurpat Ennius sic scribens: 'Prius pariet locusta lucam bovem,' id est, elephantum. Cur autem elephas dicatur 'luca bos,' docent Plin. Solinus, et M. Varro, et nos alibi annotavimus. *Idem.*

Quæ cum] Vulgaris lectio si sana est, construendum erit et supplendum necessario: Quæ quum noceretur, æque ac subinde multi nocerentur. Certe 'nocere' cum Accusativo et hinc personaliter in passivo 'noceri' cum nominativo aliquoties occurrit. Vid. Salmas. ad Spartiani Hadrian. c. 20. Sciopp. Susp. Lect. iv. 6. N. Heins. ad Petron. c. 46. Keuchen. aliique ad Seren. Samm. c. 46. vs. 834. et quos laudat Drakenb. ad Liv. lib. iiii. c. 55. Vitruv. lib. ii. c. 7. 'Solidatæ non nocentur.' C. 9. 'Larix non nocetur.' Veget. lib. iv. c. 4. 'Ne noceantur ab ignibus.' Sic enim in Mss. 8. tum Scriverii, tum meis. Solin. p. 6. Ed. Salm. 'Si pars alterutra noceatur:' atque ita Mss. multi Voss. et Leid. c. 40. 'Noceri eas, nefas ducunt.' Verum illie Mss. mei et Edd. ante Salm. *cis*, et Mss. 4. *Nocere*. At Cæs. lib. v. B. G. c. 19. 'Hostibus noceretur.' Ad hæc 'nocere' verbum est in re magica et alibi adhibitum. Ovid. lib. x. Metam. 398. 'Sive aliquis nocuit, magno lustrare ritu.' Scabri tamen multum inesse huic loco, nemo negabit: unde varie locum tentarunt viri docti. N. Heinsius ad Ovidii Hallentic. vs. 25. conjecit, *subinde in multis noceretur*: quod vix capio: forsan voluit Heins. *in multis noceret*, sc. maga. Scioppii conjecturæ vel non sunt Latine, vel nimis a vulgata recedunt. Modius e Cod. Bert. allevit margini *a multis*: unde probabilis admodum est lectio Ed. Junt. post. *Quæ cum subinde a multis notarentur*. Quæ sc. magica

scelera et facta quum *notarentur* sive adverterentur *subinde*: et postulare videntur seqq. 'publicitus indignatio percrebuit.' Videtur tamen potius esse correctio viri docti, quam lectio Msta. Sic enim et Juntæ interpolaverunt Justin. l. XLIV. c. 4. 'Itaque cum non solum neceretur, verum etiam aleretur.' In omnibus enim Mss. bene illic exstat *noceretur*. Pithæanus habet hic *noscerentur*. Recipiatur igitur Hamiltoni conjectura, ejusdem sententiæ, a Florido quoque probata, *a multis noscerentur*, vel *ab multis*; nisi *ac multis* retinere velis pro, et quidem a multis. *Oud.*

Subinde] Identidem, frequenter. Alias significat mox, et deinde. *Ber.*

Nocerentur] Læderentur, et nocummento afficerentur. Passivum verbum est vetus, quod et jurisconsulti usurpant, a quibus dicitur: 'Nisi ei nocitum sit ex quo aquam ducit.' *Idem.*

Publicitus] Publice, adverbium est. Plautus: 'Hospitio publicitus accipiet.' Cæcilius: 'Ad plebem pergitur publicitus, defendendum est.' *Idem.* *Publicitus indignatio percrebuit*] Seneca de Ira loquens, iii. 2. 'Cætera' (vitia) 'singulos corripunt, hic unus affectus est qui interdum publice concipitur.' *Pric.* *Percrebuit*] Sic exhibui cum Edd. *Ber.* Juntina utraque, et Aldi; non *buit*, ut crebro infra. Vide me ad Cæs. l. iiii. B. Civ. c. 26. et Sueton. Cæs. c. 79. 'Valida fama percrebuit.' Statim *statutumque* est exigit connexio. *Que* perperam omissum est in Ed. sec. Vulc. et Pricei. *Oud.*

Saxorum jaculationibus] Frequens amplexum apud veteres Græcos. Ælianus Var. Histor. lib. vii. 'Εροίμην οὐκ ὄντων Ἀθηναίους βάλλουν αὐτὸν λίθοις. Parthenius de Amatoris Affectionibus, cap. 21. Οἱ μὲν ἑταίρους πανσῶδη θαμνίσσιν ἀρδασσοῦντες λιθάσσω. *Colo.* Usitatum supplicium Judæis, Græcis, et Romanis, ut obser-

vat Paulus Fagius ad Pentateuchum Mosis et amicissimus Meursius ad Lycophroem p. 182. *Elmeh.* Recto Pricæus intelligit non decretam esse lapidationem a iudicibus, sed per tumultuantis populi consensum: qualis fuit illa, qua periit primus Martyr Stephanus in Act. Apost. c. vi. et vii. ut docuerunt viri eruditi. *Oud. Saxorum jaculationibus*] Lapidationem in feminam magam publice decretam fuisse significat. *Beroald.* Statutum est in eam altera die saxorum jaculationibus vindicaretur] Statutum, non a iudicibus intellige, sed populi subitaneo consensu. Infra lib. ii. 'Conclamant ignem, requirunt saxa: parvulos etiam ad exitum mulieris hortantur:' ubi notata vide. Tertullianus: 'Lapidatio non legitimis bellis, sed popularibus cœtibus, &c. familiaris.' Apud Quintilianum xii. Declam. 'Populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit' Ovidius de lapidatione loquens: 'Obruiere ista solet manifestos pœna nocentes, Publica cum lentam non habet ira moram.' Horatius, etiam de incantatricibus agens: 'Vos turba vicatim hinc et hinc saxis petens Constantet.' Scholiastes: 'Missurum se populo promittit farorem, ut ex omnibus vicis turba concurrens eas saxis obruat.' *Pric.*

Unius dieculæ, &c. impetratis induciis] Scriptor de Excid. Hierosolymitano iv. 4. 'Veniam se unius diei poscere, dilationem tam exiguan: nequaquam impedimento futuram.' Infra hic lib. vi. 'Vel ad unam saltem dieculam sufficiens,' &c. *Idem.*

Cantionum] Incantamentorum. Alias *cantiones* cantilenæ dicuntur. In Floridis: 'Hanc putat cantionem, ubi omnia que didicit maledicta percensuit.' 'Cantio Græca' Plauto in Stichō dicitur convivale. *Beroald.*

Antevertis] Prævenit, anticipavit. *Idem.*

Diecula] *Diecula* significat parvam

diem, et tempusculum. Terent. in Andria: 'Non sat est quod tibi dieculam addo' ubi ait Donatus, '*dieculæ* est diecula: hoc est, tempusculum, et sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula, mora, et quasi parva dies.' Ascon. 'Dies feminino genere tempus, et ideo diminutive diecula dicitur breve tempus et mora.' *Idem.*

Ut illa Medea] Hyginus Fab. 25. Ovidius in Ibin vs. 606. *Elmeh.* *Medea*] Medea illa fabulosa, perditō patre, perempto fratre, relicta genitrici patriā, secuta Jasonem est, amoris æstus flagrans: cum quo annos circiter decem vixisse proditur, filiosque ex eo peperisse: Didymum, Theasalum, Alcimenam, et Tisandrum. Mox Jason captus amore Glaucæ, vel, ut alii tradunt, Creusæ Creontis filię, regis Corinthiorum, virginem a patre uxorem petit: quo annuente, certumque nuptiarum diem constituente, Jason Medem nititur ultroque divortium suadere: quam id ægerime ferentem, Deosque testes fidei datæ implorantem, urbe expulit, oblitus pristinorum beneficiorum. Illa brevem fugæ moram a Creonte petit: qui dieculam dedit, qui apud Senecam sic ait: 'Unus parando dabitur exilio dies.' Tunc veneno infectam pallam misit ad novam nuptam, veluti munus nuptiale. Quo dono exiliens ignis, regiam cum Creonta et nova nupta deussit. Bajali tam exiliatis doni fuerunt ipsius Medem filii. Hinc ait Horat. in Epodo: 'cur dira barbaræ minus Venenæ Medem valent, Quibus superba fugit ulta pellicem, Magni Creontis filiam, Cum palla, tabo manus imbatum, novam Incendio nuptam abstulit?' Hoc idem memorat Seneca in Medea. Diodor. vero auctor est Medeam, impetrato a Creonte diei unius tempusculo, nocte regiam ingressam esse, quibusdam medicamentis factam versipellem, et radice quadam magica, cujus ea vis est, ut ignis indidem fac-

tus extinguī nequeat, incendisse regium domicilium: quo conflagrante, Jasonem evasisse, Creonte et filia igne absumptis. Quidam prodiderunt, Medæ filios dona quædam sponsæ attulisse, illita venenis: quæ cum illa corpori applicuisset, incidisse in morbum: et in patrem auxilium finæ ferentem, cum corpori illius hæsisset, illico exspirasse. Sed Appuleius noster, et Plin. coronam fuisse asserunt, quæ a Medea dono missa ad Jasonis sponsam sit, cujusque veneno pollex cum regia cremata sit. Autumat Plin. in II. volumine, venenum id fuisse *naphtham*, quod genus est bituminis, cujus vis ardens ignium naturæ cognata, transilientium protinus in eam undecunque visam. 'Ita,' inquit, 'ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat corona igne raptâ.' Idem in XXXV. meminit ejusdem *naphthæ* inter genera bituminis. Galeus lib. III. complexionum, mentionem facit hujusce medicamenti, quo Medea non est ad pellicem ulciscendam, atque id ex sulphure et asphalto fuisse compositum. *Asphaltum* autem Græci bitumen appellant, et *piassphaltum*, ex argumeto picis et bituminis. Hinc *asphaltites* lacus Judææ dictus, qui nihil præter bitumen gignit. *Beroald.*

A *Creonte*] Plith. Fux. Pal. Oxon. Ed. *Beroald.* a *Creone*; quasi a Nominativo, *Creo*; ut *Alor*, leo; *Spidæur*, draco. De Mundo: 'Phænonis globus;' cum Gr. sit *palvæn*. Ad Vulcan. Apud Frontin. I. IV. c. 7. § 45. Mss. multi *Eurymedona*. Oud.

Inducit] Lycæon primus inducias invenit, auctore Plin. Sunt autem *inducæ* pax in paucos dies: ex eo dictæ, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant, ut docet Donatus. Alibi locum mendoſum apud Gellium ex lib. I. repurgavi. Græci *ἐνταφύριον* vocant, ex eo quod tempore induciarum manus cohibeantur. M. Varro festiviter:

'Inducæ,' inquit, 'sunt pax castrensis paucorum dierum.' Item alio loco: 'Inducæ,' inquit, 'sunt belli feriæ.' *Beroald.*

Devotionibus sepulchralibus] Legendum reor apud Tertullianum lib. de Spectaculis, c. 2. 'Vis, homicidium ferro, veneno, magicis devotionibus perfici.' Male enim vulgo, *magicis devinationibus*. Colv. Male mutat Tertullianum Colvius. Vincula et *καραδέσμοι* magici sunt notissimi. Ad N. Heins. ad Ovid. Am. III. 7. 29. Oud. *Devotionibus sepulchralibus*] Servius devotiones interpretatur imprecationes. unde 'devotor' et 'devotrix' dicti, qui imprecantur diris incantationibus magicisque carminibus. 'Devotiones' enim execrationes sunt, et dira: et 'devovery' significat interdum detestari, execrarique. Ovid. 'Illum ego devovery, quem mens intelligit, Ibin.' Hinc 'devotum,' dirum et execrandum. Idem ait: 'Vivite devoto femina virque thoro.' Hinc carmina 'devotoria,' apud Livium et Macrobius, quibus homines urbesque devoventur: quibus Decii, pater, filius, et nepos, se devotaverunt. 'Sepulchrales' appellat, quibus uti solebant sagæ femina evocatione manium ad sepulchra defunctorum. Tibullus: 'Manes sepulchris Ellicit.' Consimiliter Erichtho illa, apud Lucanum in VI. Pharsaliæ, adhibet et devotiones sepulchrales. *Beroald.*

PAG. 8 In *scrobem procuratis*] Lacinias Necyomantia: *Βόθρον τε ἐρυζόμεθα καὶ τὰ μύρα ἐσφάζαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τοῦ βόθρου ἐσπένδαμεν. ὃ δὲ Μάγος ἐν τοσοῦτω, &c.* Colo. Antiqui Diis superis in edificiis a terra exaltatis sacra faciebant, Diis terrestribus in terra, Diis infernalibus in effossa terra. Festus, Altaria: Lactantius ad Statii librum tertium Thebaid. pag. 141. Ovid. lib. VII. fab. 4. Horatius Epode V. in Canidiam veneficam, Heliodorus Æthiopic. libr. VI. pag. 292. *Etmenh.* In *scrobem procuratis*] Tangit

ritum magicum, cujus meminit Homerus in XI. *Odysseæ*, referens Ulyssæ scrobem cubitalem gladio fecisse, ad evocandos manes: inibique melicraton, id est, mulsum cum aqua et polesta commiscuisse, dein crurem victimarum eodem infudisse. Quod simulatum Silius est in XIII. *Panicorum*, dum itidem memorat a Scipione factam esse scrobem, et illic procurato magico sacro evocatis esse manes. Ob id dixit Appuleius in *Apologia*: 'Nec Ulysses scrobem pisculento medicavit.' Apud Senecam, Valerium Flaccum, Horatium, poetas fere omnes, invenitur id genus sacrificii magici, quod in scrobem fit. *Bernald.*

[*Tanta cantionum violentia*] Non intellexerunt hanc locum Viri docti. Nam primo in Mss. *Bertin. Reg. Lipa. Oxon. Paz. Guelferh. Palat. et Zabar.* scribitur *facile*: dein primus Vulcanius reposuit *cantionum*, ex antecedentibus 'virtutibus cantionum,' quem deinceps editores secute sunt secuti; quam in prioribus *Fdd.* etiam *Calvii* legeretur *numinum*, cui consentiunt Mss. quod sciam, omnes. Meursius vero lib. IV. *Exerc. Crit. c. II.* emendare conatur *numinum*. G. Vossius marginali adlevit *contumeliam*. J. Wasse *carminum*. Quia 'Carmina vel carlo possunt deducere Linnæ,' teste Virgilio *Ecl. VIII. 69.* ubi corrigendus Servius: 'Bona potentiam carminum narrat per ea, quæ vel fieri possunt, vel facta sint.' Vulgo sine sensu, quæ pro ea. Vido Dukerum. Sed multo elegantior est scripta et verus lectio, *tanta numinum violentia*; quæ significat eorum et occultam magnam, quæ ipsa Deo violenter torqueat, ut eorum voluntati obediunt, idque perficiant, ad quod numina clam cogit. Cogi enim a sagis Deo, isque dicto audientes esse, et obstrictos, docet ipse Noster multis locis, et Quint. *Decl. X. c. 13.* 'Fallere [vel potius, *Pulvere*] cogit superos, au-

dire inferos.' Ac præ ceteris inipnis locus est Lucani I. VI. VI. 403. &c. quæque ibi notantur; unde et dicuntur magis pro voluntate agere. Vid. ad Valer. Flacc. lib. III. 403. Immo ad hæc verba adludere videtur Auctor in seqq. 'Ne quo numinis ministerio similiter usa.' Et quid pluribus opus est? Evincunt id loca lib. III. pag. 53. 'Quibus obdiant manes, coguntur numina.' pag. 65. 'Inexpugnabili magico discipline potestate, et omnia numinum cunctorum violentia.' Super voces *toritus* et *tantis* confunduntur. Ad Hein. ad Met. Ovid. v. 195. Val. Flacc. IV. 301. Misc. Obs. vol. v. tom. 16. p. 213. Solus verum vidit Ferrar. in Elect. I. I. c. 19. *Quid. Tanta cantionum violentia claudii*] Bene huc violentia. Isidorus VIII. 9. de Magis tractans: 'Sine illo veneni hæstu violentia tantum carminis interimit.' Infra lib. XII. de Eodem ista: 'Artes hujus violentia nititur.' Supra paulo 'virtutes cantionum' dixit. *Fric.*

[*Consonæ*] Concorditer, communique sententia. *Bernald. Dejurantes*] Valde jurantes. Non solum Grammatici, sed et Juriconsulti docent, tit. depositi, prepositionem hanc *De* augere in compositione. *Idem. Adversarius*] Nullam violentiam illatorum esse cogni illi deprehendunt. *Idem. Quam sanctissime dejurantes*] Lib. II. 'Quamque sanctissime poterat, adjurans cuncta Numina.' *Fric.* *Sunt neque ei manus admirantes, &c.* Gautherus VII. 'Tunc preceros clarique viri, turbæque minoris Ambrosia manus, studio devota fidei, Sacramenta debant cunctos servanda per Urbes, Principis Annoni jus, famam, corpus, honorum Nec se lascivos, et, si quis ludere vellet, Usque vel ad mortem tota virtute reuti.' In juramento Ephebis Atheniensibus præstari solito: *Tuâ deuspiâ vobis deumque vivimus, &c. an, deuspiâ vobis deuspiâ, ois deuspiâ, deuspiâ*

vā dē, &c. *Idem.*

Si qui aliud cogitavit] *Agitarint*, quod primas reponit Vulc. in Ed. sec. ex conjectura, ac secuti sunt Elmenh. et Floridus, videtur esse in Florent. Estque elegans de consiliis clandestinis; ac sæpe in alterum verbum *cog.* ex glossa abiit. Vid. Drak. ad Liv. l. xxv. c. 86. 'Circumspectare atque agitare dux cepit:' me ad Cæs. B. Hisp. c. 26. 'Agitare cepit.' Infra l. vii. p. 184. 'Agitationibus fluctuantem.' In reliquis tamen est *cogitare*: at varie. Nam Bertia. cum Edd. Vett. et Pric. *si qui a. cogitarint.* Reg. Lips. et Edd. Longd. Colv. Vulc. pr. *si qui a. cogitarit.* Pith. *si quid a. cogitant.* Palat. a m. pr. et Ed. Wower. *si quis a. cogitaret.* Oxon. Fux. Gnelserb. *si quis a. cogitarit.* Malim *agitarit.* Cum singulari 'si qui' jam habuimus supra: 'Siqui velit dicere:' ubi, ut passim, vulgo etiam, *Si quis.* Oud.

Propitiata] Placata, et exorata. *Beroald.*

Absolvit] Cum omnes intra domos inclusos violentia magica coercuisset. *Idem.*

Cætus illius auctorem] Sensus ordinatur sic: saga illa transtulit, hoc est, transportavit in civitatem longinquam, illum qui fecerat cætum, primasque suaserat, ut saxorum jaculationibus femina vindicaretur. *Cætus* conventus est, vel congregatio, a cœtando dictus. Quod et in decretis canonicis leges, d. 15. 'Qui cætum fecerit,' ut inquit Seneca in declamationibus, 'capitalis sit.' *Cætus* autem, ut ipse docet, multitudinis magis nomen est, cœtantis ex consensu quodam. *Idem.*

Noctis intempesta] Media nocte. Dicta ex eo, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Quod alii concubinum appellarunt, quod fere omnes tunc cubarent. Alii, ab eo quod sileretur, silentium noctis, quod tempus a Plauto dicitur, 'contigini-

um.' Sed de hoc in superioribus multa. *Idem.*

Cum tota domo, id est, parietibus et ipso solo et omni fundamento, ut erat, &c.] Scriverius legebat, rejectis ceteris: cum tota domo et ipso solo. Floridus Wowerio accedit. Mihi tantum *id est parietibus* suspecta sunt. Tris enim, domus, solum, fundamentum satis differunt, et est κλμαξ figura. Forsan et reliqua possent retineri: nam ita lib. xi. 'Auxilia, id est, altaria.' Flor. N. 16. 'Id est, ut usque quaque esset gratuitum:' quæ itidem Scriver. et Florid. habent suspecta. Sed ibid. 'Id est, ut integro die,' &c. De Deo Socratis p. m. 777. 'Veræ beatitudinis, i. e. secundæ vitæ et prudentiæ fortunatissimæ.' Adde Cl. Wass. ad Sallust. B. Jug. p. 326.

'Vos autem, id est, P. R.' Non nego tamen, sæpissime ista 'id est' et juncta, ex glossemate in textum esse intrusa. Vid. tum Burmannum, tum me ad Suetonii Aug. c. 32. 88. 97. Cic. l. ii. de Inv. cap. 23. Dein Pith. *exasperata eita*, Fux. *situm*. Oud. *Cætus illius auctorem, &c. cum tota domo, &c.]* Anaxilaus: Τὸν τε συνκληρον λαβούσα καταπέκνω' ἀντὶ σκάπει. Lactantius v. 11. 'Sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso conventiculo coneremavit.' Pric. *Id est, parietibus, et ipso solo, et omni fundamento, &c.]* Hæc tota expungunt Wowerius et Elmenhoratius. Ego delenda non censeo quæ clare in Oxoniensi leguntur, et quæ similes apud alios locutiones permitti jubent. Virgilius: 'Omnis humo fumat Neptunia Troja:' ubi Servius: 'Ut significet patriæ suæ solum quoque arsisse:' adde sequentem Luciani locum. *Idem.* *Et ipso solo]* Terram ipsam, quæ alioqui immobilis est, una cum parietibus translata significat. Membra autem domus sunt, fundamentum, parietes, et tecta: quæ simul conjuncta, ut ait Boëtius in commentariis Topicorum, totum efficiunt, et domus

decorator: cum fundamenta sola domus vocabatur maxime inuicopertur, neque parietes, neque tecta. *Beroald.*

Ad centum lapidem. Ad centum lapidum milliarum. Antiqui enim miliarum lapidibus fixis designabant. Auctor est Plutarchus, C. Gracchum angulis miliarum columnas lapideas spatium signa præferentes constituisse. Mart. 'Ad lapidem Torquatus habet præconia quantum.' Joven. 'Ad primum lapidem vectari cum placet, hora Sumitur ex hora.' *Idem.*

Vertice montis. Vertex est, ut docet Quintil. in VIII. coarta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter fluxum capuorum, pars summa capitis vertex dicitur. Ex hoc in montibus eminentissimum recte dicimus verticem. Virg. 'Accipiens somitum saxi de vertice pastor.' Antiqui verticem dicebant per litteram e, sicut et uerna, cæteraque commixta, quæ primus Scipio Africanus in e litteram vertime dicitur. Montibus dantur a scriptoribus latera, juga, vertices, radices. *Idem.* In eadem civitate, &c. translatè] Lucianus de inepto quodam Historico, qui, quantum heic Pamphilo vi magica, efficit ignorantia sua: 'Ἀλλὰ μὴ τῷ ἑλθὲν ὑπὸ τὴν ῥὰ Σαπφύρα αὐτὸς ἐκ τῷ αὐτῷ Ἀλλίῳ ἀρῶμενος ὁ γυναικὶς. αὐτῷ ἀποκτείνῃ μὴ τοῖς καὶ περὶ τῶν αὐτῶν Μενοεισίου. *Præ.*

[Ob id ad aquas steriles] Ad aquas in Vale. Ed. sec. primum comparet: quod secuti sunt reliqui viri docti contra Mas. in quibus est ad aquas; uti quod Coll. Woss. det ad aquas: unde conjecit Woss. ad aquas. Sed sterilis est civitas quoad aquas, quia in summo montis exasperati vertice sita est. Ad respondet Græco ὑπερ, vel ὑπερ. Vide me ad Pomp. Mel. l. 1. c. 19. 'ad alia steriles;' ut legendum ante me vidit quoque Col. Drakemb. ad Liv. lib. XXXVII. l. 13. 'virum ad cetera egregium.' J. Capitol. in Vita Marci c. 16. 'feracior ad vir-

tutes.' Solin. c. 27. 'violenti ad saltem.' Et arguuntur simili modo apud Livium et Cæsarum, ubi vide. Sic et explicat Anna Fabri Sept. de B. Tr. m. 15. 'Gens ad finitimos indomita.' Sed Mas. Poris. a finitimo: ut maluit Wopk. Misc. Obs. Nov. V. l. t. m. p. 58. De hoc sensu 'a' vel 'ab' vid. ad L. rv. p. 78. 'A gloria non pervit.' Lipsius adscripsit ab aqua. Equæ pascuis refringere, ob id aquas steriles, per Græcismum. Oul. Ad aquas steriles] Montana oppida, et in verticibus editis sita, fere semper laborant aquarum sterilitate, cuius in edificando ratio cum primis habenda est. Quoniam, ut auctor est Vitruvius, si animalia fuerint sine humoris potestate exanguinata et exsarta, a principiorum liquore interarescent. Aristoteles quoque in VII. Pulcritudinem præcipit, cisternas in civitatibus faciendas, ut aqua decore non ponit, et aquas salubres indocendas. *Beroald.*

Ante portam projecto domo dicuntur] Pithæan. Cod. et Edd. etiam Vicent. *Beroald.* Jun. pr. habent dicuntur. Quid sibi velit Elmenhorst. non capio. Acidalius ad Plauti Stich. c. 4. licet nihil mutans conjecit, projectum domum dicitur. De hoc verbo edi ad lib. x. in f. 'Turris verugo decupit.' Supra domus inhab. ad. Palet. hominum hab. Pux. Oul. *Ante portam]* Saga ante portam civitatis illius montana project domum, cum intra urbem, ob frequentiam edificiorum locos nec esset recipiendo novo domicilio, novoque hospiti. *Beroald.*

Alia non parvam immuniti sollicitudinem, &c.] L. b. viii. 'Cum res innotabat mihi non parvam sollicitudinem.' *Præ.*

Injecto non scrupulo] Spicula non iniegranter ad eorum libri olim adpinxit Lipsius, et ad Apolog. p. 178. Prius, quem et hic video. Huc facit, quod scrupulus solent in Mas. exarari. Vid. Rittershus. ad Cassian-

num. Sed l. III. p. 52. 'Ne mei causa vel tantillum scrupulum pati-
are.' L. VI. 'Carpebat me scrupu-
lus,' &c. Ad hæc 'injacere scrupu-
lum' obvia est Ciceroni aliisque lo-
cutionis. Sed et 'evellere scrupulum'
pro Rose. Am. c. 2. Pro non in Wass.
est nunc. Oud. *Injeto non scrupulo*
Scrupi, et per diminutionem *scrupuli*,
lapilli sunt, qui pressi sollicitudinem
faciunt. Unde proverbiale est illud
Terentianum, 'Injeci scrupulum :'
pro sollicitudine. Et Plin. in episto-
lis ait : 'Exime mihi hanc scrupu-
lam.' Et 'scrupulosa questio ;' quæ
difficilis est explicatu. *Beroald.* *In-*
jeto non scrupulo sed lancea *Spiculo*
non male legi posse memini olim me
ad Apologiam monere. *Spiculum* est
ferream lanceam capiti præfixum. Glos-
sæ : *Spiculum, &c. ἐπιδοπαρίς*. Hesy-
chius : *Ἐπιδοπαρίς, ὁ σιδῆρος τοῦ ἐκ-
κείρου τοῦ ἀνδρ.* Non 'spiculum lanceam'
(inquit) injeci mihi, sed 'totam
lanceam.' Tertullianus in de Pudi-
citiis : 'Non lucernæ spiculo lumine,
sed totius Solis lancea.' *Pric.*

Nemini ministerio Deum artis ma-
gicæ ministerialem significat. Ter-
tullianus auctor est, demonas præ-
esse magicis præstigiis. Et Plato,
Platoniceque Appuleius et Proclus
antumant, magorum varia miracula
regi a demonibus, qui inter mortales
emulcolasque ultro citroque portant
hinc petitiones, inde suppetias, vel
uti quæpiam mediæ potestates inter
homines ac Deos. *Beroald.*

Sermones istos cognoscat *Omnis* dæ-
mon ales est : igitur (ut ait Tertullia-
nus in apologetico) momento ubique
sunt, quid ubique geratur tam facite
sciunt, quam enunciant. Merito er-
go timet hic, ne anus illa maga cog-
noscat sermones suos, nunciante vi-
deficet dæmone, quid ubique præsto
est, ejus ministerium magos infu-
tat. *Idem.* *Sermones nostros, &c.*
cognoscat *Tiresias* apud Statium :
'Spernite ne, moneo : et nobis scire

potestas. Scimus enim et quicquid
diei noscique timetis.' *Pric.*

Itaque maturius quieti nos reponamus
Lib. IX. 'Suadebat maritum tempo-
rius quieti recedere.' *Idem.*

Somno levata lassitudine noctis, antelucio *Antelucio* habet liber Petrar-
chæ. At inferius etiam in eodem
legitur *anteluculo*. Sed puto Latinus
diei *antelucio*, sicut, 'gallicinio.' *Vir*
doct. ad oram Ed. Vicent. Ineptissi-
me legi *lassitudine noctis*, certissimum
est. Uterque fatigati erant itinere
ejus diei. Vide p. 4. et 5. Ed. *Pric.*
Quare Scriverius quoque per notas
significavit sibi delendum videri : uti
et Floridus de se monuit, vel vocem
invertit ordinem *somno noctis*. Rec-
tius Græterus l. III. Suspici. in fine,
postquam inducendam vocem præce-
perat, conjecit quoque, *levata las-*
situdine, oculus antelucio aufugiamus.
Quid, si ita construentes retineamus
a Mss. O. confirmatum *noctis antelu-*
cio ? sive, antelucano tempore ; ut
ait Cic. l. xv. ad F. Ep. 4. Vide ad
lib. II. p. 39. 'Mortis postliminio.'
In Gloss. 'Ante lucem, *ἔννευχα* :'
ut hic in Pithæano et Edd. ante Colvium
legebatur. Sed *antelucio* firmant Flor.
Oxon. *antelucis* Reg. Fux. *antelucos*
Palat. Guelferb. *noctu ante lucem*
Grosalot. Oud. *Somno levata lassitu-*
dine *Somnus* donum est Deorum,
mortalibus ægris concessum ad re-
fectionem. Unde ait Seneca : 'Placi-
dus fessum lenisque foveas Pavidum in-
ti genus humanum, Cogit longam dis-
cere mortem.' *Beroald.* *Antelucio au-*
fugiamus, &c. *Ὁ γὰρ τῆς νύκτος φοβερὴν*
*καὶνδρ, οὐδ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς Βέλταρον, ὅς φέ-
ρει προφύγγ καὶνδρ, ἥραρ ἀλῆρ.* ut est
apud Homerum. *Pric.*

Quam pote *Putas* Pith. Edd. ante
Colv. *puta* Mss. Pal. Guelf. Oxon.
Par. Fux. a m. s. sed a prima *pute*.
At *pote* Florent. et Reg. ut cum Lip-
sis et J. Gualleimio ad Plaut. Trin.
cap. 4. et Grosalotie emendavit Col-
vius lib. II. p. 26. 'Accubueram

quam pote totus.' Alibi Nostro 'quantum pote,' vel 'potest.' Adi ad lib. III. in f. et lib. VIII. p. 164. et scipine, item Muret. ad Catull. cap. 77. Perizon. in Sanctii Min. lib. IV. p. 851. aliisque. Atque ita e Mea. optimis legendum est in Solino p. 21. 'Quanta pote tamen fide in designando operam locabimur.' Vulgo *perperam* et vane editur. Item cap. 37. pag. 26. 'Fugam quoque quoque pote properant.' Vulgo *perant*. Salm. *potest*. Oud.

Diurna fatigatio] Pith. Fux. Gualf. (son. quoque, et Edd. Ven. Vicent. Junt. utrumque dant *diuturna*, frequenti errore. Vide supra, et Drakenb. ad Liv. lib. IV. 12. v. 28. Hallucinatur Brantius: ut patet ex ante dictis. *Mox percunctatus* Fux. et Edd. ante Elmenh. *Jam sopitus*. Sed alteri ordini favent Palat. Flor. alique. *Idem*. *Violentia ac fatigatione pertentatus bonus heredes, jam sopitus stertebat altius*] Cicero Somn. Scipion. 'Me et fessum de via, et qui ad multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus complexus est.' Servius ad *Æneid.* IV. 'Fatigati somno ex dederunt.' Lucianus in Amoribus: 'Ἥλιον ἔνοον καθεύδει τοῖς μὲν ἡμέρας καμάρτοις ἐνηρημένον. Adde Lucretii et *Epistatili* locos jam statim deprecandos. 'Labore delassatum stertera' *Plautinum* est. At Noster hic non ex fatigatione tantum, sed et violentia stertit. Cuius apud Quintilianum IV. 2. de M. Antonio: 'Temulento opere profligatum, totis precordiis stertentem,' &c. Lucretius: 'Multo soper ille gravissimus extat Quem satur aut lassus capias.' Apud *Epistatili* ille *Ἐρως*. 1. 'Ἐρὼς πρὶν ἔσθω ἐν τῷ κλῆρῳ εὐδῶν, κατὰ βαρύνει καὶ τροφή, καὶ πόσις, καὶ πόσις, et post: Τροφή καὶ πόσις καὶ πόσις ἔσθω πρῆξ.' Scholiastes vetus Horatii ad *Herm.* II. 'Qui facile dormire non possunt, &c. multa se petitionibus impleant, quo facilius his somnus ac-

cedat.' Et nota hic insistent vincl. Plutarchus in *Parallel.* *Θέρων* σὺν τῷ *Εὐκλείδῃ*, *de somno* τοὺς *ἑαυτοῦ βαρύνει κατὰ βαρύνει*. *Præ.* *Peritastus*] Nonius de temete: 'Attentat mentem.' *Idem*. *Altius*] Lucretius ubi supra: 'Fit ratione eadem collectus porro animi Altius, atque fortis ejectus largior ejus:' quod infra lib. V. 'altum soperem flere.' *Idem*.

Adducta fore, pessulique formatio] Xenophon Anabes. VII. *Συγκλῆσται τὰς τάλας, καὶ τὸν ποταμὸν ἐφάβδλουν*. Tibullus I. 2. 'Clandit et dura janua fulta sera.' *Idem*. *Adducta fore*] Clauso cubicali ostio. Antiqui singulari numero *forem* usurpabant, cum nos *fores* pluraliter enunciamus. Plautus in *Amphitryone*: 'Ostionem comprimam, crepuit foris.' Horatius: 'Exclusus fore, cum longaremus foret intus.' *Fores* ex eo dici Grammatici tradunt, quod *foris* speriantur: sicut apud Veteres unitatum. *Fores* domus publicolarum extra aperiebantur, et janua in publicum rejiciebatur. Hoc erat, ut verbis Plinii utar, clarissimum. Insigne inter triumphales quoque domos. Forcolum Deum prius colebant, qui foribus præesset: auctor divus Augustinus in IV. *Berouid.* *Pessuli*] *Pessuli* sunt instrumenta, quibus ostia seu fores claudantur. Torontius in *Emacho* 'Pessulum ostio obdo.' Plautus in *Curelione*: 'Pessuli vos saluto habens.' Et mox paulo: 'Tandem ædepol mihi morigeri pessuli sunt.' Inde 'pessulatas fores' dloimus, pessulis clausas, mentisque. *Idem*.

Grabatulo] *Lectulo*: quod Lucianus Græce *Clinidion* vocat, id Appuleius fere *grabatulum* interpretatur. Martialis: 'In grabatulis tegetibusque concepti.' Vox quoque Græca est. Illi enim *κράββατον*, καὶ *δονομορικῶς* *κράββατον* vocant: nos *grabatum* et *grabatulum*. Hinc illud ex Evangelio cantatissimum: 'Tolle grabatum tuum, et ambula.' Quod Græce

dicatur, *ἕνπερ, καὶ ἄνδρ' οὖν τὸν κρῖβ-
βατον, καὶ τειρῖδρα*. Ubi annotan-
dum, quod apud Græcos hæc dictio
scribitur duplici ββ, prima syllaba
producta: cum apud nostros per sim-
plex β scribatur, prima correpta,
quod satis liquet vel ex illo Maro-
niano: 'Membra levat sensim vili
demissa grabato.' *Idem*.

Pone cardines] Plerique libri *cardi-
nem*. In Manuscr. *cardine*. Aldum
secenti sumus. *Colo*. In Bertin. Item
Fux. et Oxon. atque Ed. Vicent. est
cardine. In Palat. Pith. et Edd. Be-
roald. Col. Bas. pr. *cardinem*. For-
san melius. Nam certe grabatulum
aggorare nequit usque ad superiorem
januam cardinem; at infimum videtur
intelligere. Quod enim sequitur,
'*evulsis cardinibus*,' id fieri debuit,
si janua, quam alta erat, aperiretur.
Oud. Pone cardines] Post ostii *cardi-
nes*. Alio quodam diverticulo sig-
nificationis *cardo* in agrorum limita-
tione appellatur *limes*, qui per agrum
currit a meridie ad septentrionem:
sicut *domus* vocatur *limes* ille, qui
semit agrum ab exortu ad occasum:
auctores Plin. et Columella. Fuit
apud Antiquos Dea Cardea, quæ Car-
dinibus præerat. *Beroald.*

Pro metu aliquantisper vigilo] Pli-
nius lib. vii. Epist. 27. 'Tristes di-
ræque noctes per metum vigilaban-
tur.' *Sienna* Hist. 3. 'Metu ac
suspensione non poterant quietem ca-
pere.' *Ammianus* lib. xxv. 'Nec se-
dere quoquam auso, nec flectere in
quietem lumina præ timore.' *Home-
rus* (Iliad. κ.) *Μενέλαος ἔχε τρόμος,
οὐδὲ γὰρ αὐτῷ Τυρὸς ἐπὶ διαφύρουσιν
ἐπέβρε*. *Xenophon* παύδ. 3. *Ὁδρ' ἔπρου
πυρρῶν δὲ τὸν φόβον δύνασται*. Apud
Suidam in *Ὀδρ' ἔπρου*, &c. *ἀγρυπνεῖν δὲ
δουλῶν* habemus. *Apollonius* II. 14.
Philostrati: *Εὐ μὲ δ' οὐδὲ ἀγρυπνεῖν,
οὐδὲ εἰ ἐπιδυμῶν τὸν ἔπρου διεδίδουται*.
Ovid. III. 6. de *Ponto*: 'Ne tamen iste
metus possit tibi rumpere somnos,' &c.
In *veteri Mimo*: 'Metus cum venit,

rarum habet somnus locum.' *Sidonius*
lib. II. 'Cum mole curarum pristina
quietis tenere demensam prohibere-
tar.' *Virgil.* Georg. III. 'Nec som-
nos abruptis cura salubres:' ubi *Ser-
vius*: 'Ex nimia cura vigilis procre-
antur.' E converso apud *Petronium*:
'Abjecti in lectulo reliquam noctem
sine metu exegimus.' *Pric.*

Circa tertiam ferme vigiliam] *Arno-
bius* in *Psalmum* cxxix. 'Custodia
una quarta pars noctis est. Ergo pri-
ma custodia a vespere incipit, secun-
da ad medium noctis attingit, tertia
pullorum cantus transit, quarta vigi-
lia matutina, quæ in ortum luminis
adimpletur.' *Suidas*: *Εἰς τέσσαρας φυ-
λάδας διαμετρεῖται ἡ νύξ, ἐκαστῇ δὲ ἔχει
ἄρας τρεῖς*. *Censorinus* de *Die Natali*
capite vigesimo tertio. *Elmenh.* *Cir-
ca tertiam vigiliam*] Post medium noc-
tem. Nox enim in quatuor vigilias
dividitur, quæ singulis trium hora-
rum spatii supputantur, ut tradit
Hieronymus in expositione psalmo-
rum. Quod ex disciplina castrensi
facilitatum est. Nam quia impossi-
bile videbatur, per totam noctem vi-
gilantes singulos in speculis perma-
nere, ideo in quatuor partes ad clep-
sydras sunt divisæ vigilie, ut non
amplius quam tribus horis nocturnis
necesse sit vigilare. A tubicinis, at
auctor est *Vegetius* in tertio, omnes
vigilie committuntur, et finitis ho-
ris a cornicine revocantur. Tribuni
idoneos eligebant, qui vigilias cir-
cuirent, quos circuitores appella-
bant: dein circuitores dicti sunt. Fre-
quentissima apud historicos mentio
est primæ vigillie, secundæ, tertie
et quartæ: tot enim sunt. Ob hoc
dixit *Lucanus* in v. *Pharsaliæ*: 'Ter-
tia jam vigiles commoverat hora se-
cundos.' Cum significare vellet, fi-
nita prima vigilia, cuius horæ tres
sunt, excitatos esse vigiles secundæ
vigillie. *Beroald.*

Connives] *Connibes* quoque *Oxon.*
connibes *Gnelf.* ex perpetua confusio-

ne litterarum *b* et *v*, frequentissima in hoc verbo. Infra aliquoties recurret. Adhuc ad l. iv. p. 80. 'Commodum conviveram.' Vide et Rittershus, ad Casian. et passim in Mart. Capella, unde p. 43. Ed. Grot. *convivens oculis*, alii *convivens oculis*, et hinc alii *oculos* contra Mss. vetustissimos exhibuere. Solim. cap. 27. 'Convivuit aciem orbam.' Sed Mas. 2. vetustissimi cum Salm. *Cohibet*. In aliis *quolibet*, *continet*. Hinc etiam corrupti sunt Silius l. viii. 266. 'Ad vulgum in Patres et ovantia verba serebat:' ubi putem legendum *reboantia*: alii *resonantia*, *petulantia*: et Seneca in Troad. vs. 781. 'Revocante flexo concitos cornu modos.' Optime Hemsterb. *Reboante* ad Lucian. tom. 1. p. 233. *Paulum* est in Palat. Mox *commodo* dum q. Pith. et dein *rescuntur* Ed. Bas. pr. Oud. *Paululum* *convivere*] Oculos claudendo, non tam somno vacans, quam succumbens. *Convivere* enim est, oculos genis claudere. 'Graviores alites,' auctore Plin. 'inferiore gena connivent: columbae vero, et similia, utraque connivent.' Beroald. Circa tertiam ferme noctis vigiliam paululum convivere] Seneca Troade: 'Partes fere nox alma transferat duas, Clararumque septem vertent stellæ jugum: Ignota tandem venit afflictæ quies, Brevisque fessis somnus obrepsit genis.' Pric.

Commodum quicquam] Sunt in Latina lingua res parvæ quidem, et minutæ, et hominibus male eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda cum primis necessaria: veluti est hæc dictio *commodum*. Adverbium est temperiæ, significat tunc, et, ut ait Donatus, tantum. A. Gellius in ii. Noctium Atticarum: 'Taurus, sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubi- culi sui foribus.' M. Tullius in epist. ad Atticum: 'Commodum discesse- ras heri, cum Trebatius venit.' Quod significat vix, et tunc. Idem Dona-

tes exponens illud Terentianum: 'Commodum hæc adverterat:' ait, 'ipso eodemque tempore.' Beroald.

PAG. 9 *Rescuntur*] *Aperiuntur*. Id. Janus] Janua est primus domus in- gressus: dicta, ut ait Servius, quia Jano consecratum est omne princi- pium. Idem. Imo vero] Correctio est, quæ exornatio tollit id quod dictum est, et pro eo quod magis idoneum est reponit, hoc pacto: 'Si ante eas hospites rogasset, imo invenisset.' Hæc exornatio, ut ait M. Tullius in iv. Rhetoricorum, rem facit insigni- rem. Idem. Janus, hæc. *fractis et oculis funditus cardinibus prosteram- tur*] Sophocles (Edip. Tyr. Πάλας δειλαῖς ἐνέφρα', ἐκ δὲ πυθμένων ἔαλει καὶ αὐτὰ κλειθρα. Schoelastes: Ἀνέστρεψε γὰρ πύλας, καὶ κατέβαλεν ἐκ τῶν πυθμέ- νων. Vide ad Act. xvi. 26. notata. Plautus Amphitr. 'Quis tam vaste impete has fores toto convulsit car- dines?' quo loco forsitan *torto* legen- dum: sic apud Nostrum iii. 'Obter- tis cardinibus.' Pric.

Alioqui brevius] Sic Mss. Flor. Reg. Lips. Petr. cum plerisque Edd. Non ergo semper in Apuleii Mss. est *alioquin*, ut ait Cort. ad Plin. lib. i. Ep. 20. Variant et hic, ut passim. Adhuc Drak. ad Liv. l. viii. c. 9. *Alio- quin* hic legas in Fux. Palat. Guelif. Oxon. Par. Edd. Vic. Ber. et Junt. pr. Oud.

Uno pede mutilus] Imminutus. *Mu- tilare* enim, ut ait Donatus in Hecy- ræ commentario, est imminuere. Un- de *mutili* dicti sunt boves et capri sine cornibus. Hinc illud veluti proverbiale apud Ovid. 'Turpe pecus mutilum.' Ait Plin. quod 'mutilis capris est lactis major ubertas.' In codicibus Plinianis inolevit mendum: nam pro *mutilis* passim legitur *multis*. Colamella lib. i. Agricolationis, aliter curari ait 'caprinum pecus mu- tilum et raripilum,' aliter 'cornutum et setosum.' Idem in viii. meliore ait 'arietem mutilum,' quam *cornu-*

tum: quia *mutulus*, inquit, cum se tanquam exarmatum intelligat, nec ad rixam promptus, et est in venere mitior. Scurra Horatianus per festivam translationem *mutulus* dicitur, qui altero oculo tanquam cornu exsecto erat deformatus. Verba Horatii hæc sunt: 'o tua cornu Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, cum Sic mutulus miniteris? at illi fœda cicatrix Setosam levi frontem turpaverat oris.' *Mutulus* vero in ædificiis est projectura prominens: et ut docet Vitruv. in iv. in operibus lapideis et marmoribus *mutuli* inclinationis sculpturis deformantur. *Mutulus* capita trabium eminentia esse autumant Grammatici, qui et *proceres* dicuntur. Unde et nos principes civitatis *proceres* nominamus, quasi eminentes in urbe, ut *mutuli*, quos *proceres* vocant, eminent in ædificiis. *Beroald.* *Pede*] Ingens copia rerum est sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisque: ut refert Seneca lib. ii. de Beneficiis. Sic et *pedem* nostrum dicimus, et lecti, et carminis. Sic canem et venaticum et maritum, et sidus: quia nos sufficimus, ut singulis singula signemus, quoties opus est mutuemur. Plin. tradit xxiv. herbam quampiam nominari *clinopodium*, quia in speciem lecti pedem præbeat. *Idem.*

Grabatulus, &c. *uno pede mutulus*, ac *putris*] Tripes nempe, qualis apud Martialem ille: 'Ibat tripes grabatus, et bipes mensa.' Catullus: 'Fractum qui veteris pedem grabati In collo tibi collocare posset.' Ovidius: 'Menam sed erat pes tertius impar.' Varro de Ling. Lat. v. 'Translatione a pede nostro, pes lecti, ac pes betæ,' &c. *Prie.*

In inversum] *In inversum* exponit *Priscus* ἐν ἑκπῆς ex Hesychio. Abest in a Guelferb. *Universum* probant etiam Piccart. *Peric. Crit.* c. 19. *Sciopp.* lib. i. *Susp. Lect.* c. 6. *Grossetius*, quod præfero. In *Ed.* *Scriv-*

riana inveni, *humi recidente inversus*. Voluit forsán vir egregius *recidentem*. Certe cum 'recidere' coniungendum est rō 'humi.' *Grabatulus inversus* cooperit excussum et humi recidentem, sive in *humum*. Vide *Burm.* ad *Ovid. Met.* iv. 121. 'Et jacuit resupinus hami:' et *Heins.* ad *Val. Flacc.* i. 710. 'Fusus hami.' *Recidere*, pro simplici, cadere, infra p. 12. 'Atque ego de alto recidens Socratem superuo.' Sic enim *Mss.* et *Edd. Vett.* non *decidens*, ut ibi videbimus. *L.* iv. p. 72. 'Super quemdam lapidem recidens:' ita *Mss.* non *dec.* *L.* viii. p. 150. 'Quadrupes recidens;' non *residens*, ut hic male in *Fux.* *Adi* et *Burm.* ad *Suet. Cæs.* c. 17. Sic 'reportari' pro, portari, i. iv. p. 75. 'revincta' pro, viacta, i. vi. p. 116. 'releganda' pro, liganda, p. 124. 'renunciare' pro, nunciare, i. viii. inlt. 'reficere' pro, facere, *Flor.* n. 9. &c. *Vide* et *Ernest.* ad *Suet. Aug.* c. 77. 'retentis pedibus:' quod tamen illic contrario sensu sumendum vidimus. *Oud. Recidens in inversum*] Significat cum inverteretur grabatus, et quod erat in imo fieret summum, ex concussu fuisse coopertum, convellatumque. *Beroald. Recidens in inversum*] *Rittershusius* (*Vir doctissimus*) *recidens universum*, &c. ita et *Bembinus* codex, quo usus *Puteanus*. *Potes*, nec male, in *universum*, &c. *Onomast.* vetus. In *universum*, ὅλος, ubi ὅλος scribendum putarim. *Woverius* *inversus*, *Elmenhorstio* adprobante. *Me* non offendit vulgata lectio in *inversum*: quod expono, ἐν ἑκπῆς. *Heagychnus*: 'Ἐν ἑκπῆς ἐν ἑκπῆς κατεστραμμένον. Reperitur et illa lectio in *Oxon.* *Ms. Prie.*

Naturaliter] Probat *Priscus* ex *Oxon.* et *Wass.* ex *Par. Cod. naturalis*, firmans *Sidonio Apollin.* lib. viii. Ep. 1. 'Linguas cote livoris naturalis acuminatas.' Apud eundem lib. ix. Ep. 12. 'Vis naturalis inest.' Sic 'humanitas' pro, humaniter, apud

Terent. Heaut. i. 1. 47. Amatque Auctor adverbialia in, us. Vide Elmenhorst. Indicem. In fine lib. xi. 'largitus' pro, largiter. Aliis tamen locis 'naturaliter' in Appuleio, uti et ceteris, occurrit. Sed in Regio et Fux. est quoque *naturalius*. Oud. *Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire*] Simplicius in cap. 17. Epicteti: 'Ἐκ τῶν λυπηρῶν καὶ τῶν ἡδέων ἐναντίων ὄντων, τὰ ἀντὶ πρὸς συμπτάματα ἔπειτα. Engraphus ad Terentii Adelph. 'Sæpe ex gaudio contingit quod evenit ex dolore.' In Oxon. melius, *naturalitus*. Pric. *Quosdam affectus*] Philosophi Latini *affectus* vel *affectiones* vocant animorum motus, quibus afficiuntur: veluti cupiditatem, iram, metum, amorem, odium, et (ut latissime scribit Aristot. in 11. Ethicorum) affectus non sunt neque virtutes, neque vitia: ideoque secundum affectus neque laudamur, neque vituperamur. Græci πάθος appellant: apud Quint. lib. vi. caput est de affectibus ubi docet duas esse species affectuum: alteros concitatos, alteros mites; dici concitatos tragœdiæ, mites comœdiæ similes esse. Beroald.

Lacryma sapicula de gaudio] Petrus Chrysologus Serm. LXIV. 'Fratres, habet hoc natura corporis humani, ut producat lacrymas vis gaudii, vis mœroris. Quotiens enim viscera aut tristitiæ aut lætitiæ nimio ardentur impulsu, oculi in lacrymas mox erumpunt.' Terentius Adelph. Act. III. Scena 4. 'Lachrymo gaudio.' Pindar Pyth. Od. IV. p. 246. de *Esone*: τὸν μὲν εἰσελθόντ' ἔγγυον ὀφθαλμοὶ πατρὸς. 'Ἐκ δ' ἂρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα γηραλῶν βλεφάρων. 'Ἐν περὶ ψυχῶν ἐκεῖ γάθῃσιν ἐξαίρετον γόνον ἰδὼν κάλλιπτον ἀνδρῶν. Vide Alexandram Aphrodis. Problemat. libr. 1. et Rhodiginum Antiquar. Lect. libro duodecimo, cap. 4. *Ελμενῆ*. Adde quos laudat Burm. ad Virg. *Æn.* vi. 699. Suet. Aug. c. 58. et Petron. c. 89.

'Gaudium lacrimas habet:' item Mollium ad Longi Pastoralia lib. IV. p. 132. 133. Barth. ad Claud. de L. Stil. lib. IV. 406. 'Lacrimosaque gaudia.' Oud. *Lacrymæ sæpe de gaudio, &c.*] Lib. v. 'Et illæ sedatæ lacrymæ postliminio redeunt, prolectante gaudio.' Et VIII. 'Et quas in primo mœrore lacrymas non habebat, jam scilicet crescente gaudio reddere.' Pric. *Sapicula*] Adverbium est diminutivum a *sæpe*, sicut a *sæpius* comparativo fit *sæpiuscule*: ut docet Pric. in IV. Plant. in Casina: 'Sæpiuscule peccas.' Beroald. *Lacrymæ præ gaudio prædeunt*] Vulgatum est illud Terentianum in hanc sententiam: 'Ohe, lachrymo præ gaudio.' Et apud Livium in v. 'Certatim patribus plebique manare gaudio lachrymæ.' Quintil. in xi. 'Lacrymas natura mentis indices dedit, quæ erumpunt dolore, aut lætitia manant.' *Idem*.

De Aristomene testudo factus] Quia lecto inverso veluti tegumento quodam coopertus latebat: ideo dicit se factum testudinem, quæ sub suo tegumento tota contegitur, et quasi delitescit. Pacuvius testudinem appellat *domiportam*, ex eo quod domum portet: *tardigradam*, a grado tardo et lento: unde et Plauto 'Testadineus gradus' dictus. Apud mythicum fabulatoremque illum Æsopum apologus est, quemadmodum olim Jupiter ad nuptias animalia cuncta invitaverat: quæ cum in tempore affuissent, præter unam testudinem, quæ novissima omnium venit, sciscitatur Jupiter causam tarditatis: illa ait, οἶκος φίλος, οἶκος ἑσπέρτος: Domus duleis, domus optima: scilicet, fuit lentitudinis causa. Ex quo indignatus Jupiter, affecit eam hac pœna, ut domum semper circumferat. Græci *χελώνην* vocant: unde *Chelonophagi* dicti populi testudinum carne vescentes: quarum tanta magnitudo est, ut singularum superficie habitabiles casas integant, et his navigent cymbis.

Proverbium Græcum est, ἡ δὲ χελώνης ὑπὲρ φαργύν, ἡ μὴ φαργύν. Quod significat: Ex carne testudinis vel multum edendum, vel nihil edendum, quoniam modica in cibis dolores intestinorum facit, copiosa purgat et sanat. A testudinis similitudine dicitur testudo in ædificiis. Virg. 'media testudine templi.' 'Testudinatum ædificium,' fornicibus structum, qualia sub septentrione facienda esse præcipit Vitruvius in vi. In machinis bellicis *testudo* est arietaria cognominata: in qua (ut ait Vitruvius in x.) suspensus erat aries, quæ, auctore Vegetio, vocabulum sumpsit a similitudine veræ testudinis: quia sicut illa modo reducit, modo educit caput: ita machinamentum bellicum interdum reducit trabem, interdum exerit, ut fortius feriat. *Testudo* quoque apud poëtas pro cithara usurpatur. Beroald. *De Aristomene testudo factus*] Lib. ix. de adultero sub dolo delitescente: 'Ad instar testudinis alveum succubabat.' *Prie.*

In infimum dejectus] Grosliotus Liliæus coniecit in *humum*. Alius in *imium*. Ut ab Edd. Vett. sic ab Pith. Palatino et Guelferb. abest præpositio; quæ in hac locutione posset per Ellipsis suppleri, ut contra in phrasi 'sublime raptus,' et similib. de quibus ad f. lib. ix. 'sublime elatum.' Atque ita utrumque dicitur 'iumentum' et 'in immensum:' de his agam lib. iv. in f. 'Sic immensum procedit in dies opinio.' Mox 'æternum' pro, in æternum. Quia tamen Mss. plurimi in addunt, aliis videtur obsequens 'in' excidisse. Ita 'in ultimum' quoque. Vide Burm. ad Vellei. lib. ii. c. 125. Mox *bene quietum* desunt Wass. Oud. *Infimum dejectus*] In infimam partem. Adverbium est. *Infimatis* dicitur, qui in imo est: sicut *summatas*, qui in summo. Plaut. 'Infimatis infimus,' Beroald.

Obliquus aspectu] Ὀμμοσι κιβδηλοισιν δρῶν. Lib. iii. 'Obliquum respiciens,'

et 'Obliquato aspectu.' *Elmenh. Dum, &c. obliquus aspectu quid rei sit, &c.*] Eod. lib. ix. 'Dum obliquata cervice per quandam fenestulam quidnam sibi vellet tumultus ille prospicere gestio,' &c. *Prie.*

Operior] Expecto, attendoque. Beroald.

Altioris ætatis] Magnas natu, longævas, quarumque ætas vergebat in senium. *Idem.* *Video mulieres dum altioris ætatis*] Sic Saganam majorem cum Canidia maleficiis operantem Horatius inducit: ubi Scholiastes: 'Apparet, aut sororem hanc habuisse minorem se, aut fuisse et aliam Saganam minorem hac vel ætate, vel cæsn, vel natalibus.' Non censu nec natalibus crediderim, sed ætate minorem. *Prie.*

Lucernam lucidam ger. una] E contra Petron. Arb. 'Facem fumosam magis, quam lucidam quassans.' *Brant.*

Socratem bene quietum circumstetero] Ovidius Metam. vii. 'Jamque neci similem resolato corpore Regem, et cum Rege suo custodes somnus habebat, Quem dederat cantus Magicæque potentia lingua. Intrarunt jussæ cum Colchide limina natæ, Ambierantque torum.' Aristides ier. λόγ. 2. 'Ἐν τούτῳ τῷ σχήματι σὺν ἐμ-προσθεν τῆς εὐνῆς. *Prie.*

Infis illa] Excerpta e vet. gloss. *Infis, προσαλωθ.* *Idem.*

Panthia] Modo nomen est magæ: alias Panthia fœmina fuit speciosissima, et uxor Abradatæ, cujus amore captus Arasas urebatur intus: quæ historia facundissime latiasimeque perscribitur a Xenophonte in Pædia. Ob hoc nos, in libello Erotico atque Venerio, sub nomine Panthiæ amicam, immo dominam celebravimus. Beroald.

Carus Endymion] *Enosmion* vel *Enosimum* in Guelferb. Fux. Palat. Oxon. Petrarch. Pith. cum Edd. Vett. *Endosmion* vel *Endosmyon*. Junt. pr. *Endromion*. Sed verisimè ex Beroaldi

conjectura et Juveneri *Endymion* respuat Philom. Pis. in Ed. Junt. post. Colv. &c. Oud. *Carus endomyon*] Ironicos pronuntiandum videtur, et legendum *Hedysimion*, quod Græce significat *dulciculum*: nomenque est amatori conveniens, sicut a Plauto blandimenti causa dicitur '*dulciculum caseus*.' Præterea *ἡδυμων* vocant mentam, herbam hortensem, odoratam jucundamque, ut inde nomen amatoris derivari posse videatur: tanquam odoratus suavisque animus sit, ut menta est, cuius odor, ut ait Plin. in xx. animum excitat, et sapor aviditatem in cibis. Usus est Plin. hac dictione aliquot in locis. Subjiciam, quod suppetit ad præsens, illud ex xxxv. 'Utuntur et ad quartanas bituminis drachma hedyosmi pari pondere, cum myrrhæ obolo subacti.' Quid si legas *Charus Endymion*: ut ita appelletur amator, propter Endymionem illum famigeratum, quem Luna dilexit. De quo Propertius: 'Nudus et Endymion Phœbi cepisse sororem dicitur, et nudæ concubuisse Deæ.' Sunt auctores, Endymionem primum hominum deprendisse naturam Lunæ multiformem, et ob id amore ejus captam fama proditum. Lego apud eundem Plinium in xliii. *Hedymata* dici unguenta pretiosa: ad quem intellectum non absurde referri posset hic sensus, ut *Hedysimion* vocetur nomine unguenti, perinde ac suavissimus amasius, pretiosissimusque. *Beroald.*

Catamitus meus] *Ganymedes meus*, delictum meum. Nam dixerunt *Catamitus* Veteres pro *Ganymede*, qui fuit Jovis concubinus et delictiolum: auctor Festus. Hinc Lactantius lib. i. 'rapuisse dicitur in aquila *Catamitus*.' Plant. in *Menæchmis*: 'Ubi aquila *Catamitus* raperet, aut ubi *Venus Adonium*.' Servius quoque Grammaticus pueros meritorios, qui corpore prostituto quæstum faciunt, *Catamitos* interpretatur. Hinc illa

atrox M. Tullii in M. Antonium peroratio: 'O hominem nequam! (quid enim aliud dicam magis proprie, nihil possum dicere) ergo te ut *catamitus*, neque opinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret? idcirco urbem terrore nocturno, Italiani multorum dierum metu perturbasti.' *Idem.*

Illudit catatulam] 'Illudo tibi,' dicimus proprie per dativum: 'Illudo te' figuratum est, si credimus Servio, ita scribenti in enarratione illius Virgiliani: 'verbis virtutem illudde superbis.' *Idem.* *Catatulam*] Lepide dixit *catatulam*, quæ est puellarum: cum ipsa esset vetula, atque annis obseita, sed quæ tamen appeteret lusum amoresque puellares. M. Varro: 'Properate vivere pueræ, quas sinit *catatula* ludere, esse, amare, et veneris tenere bigas:' a Varrone *pueræ* dicuntur, pro puellæ, ex prisca locutione. *Idem.*

Hic qui meis] Addunt substantivum verbum etiam Mss. Palat. Oxon. Reg. Florent. Fux. Par. omnesque Edd. Colvium secuti sunt. Videtur tamen elegantius abesse, et a Librariis constructionem supplendi causa additum: *Hic est Endymion, hic catamitus, hic qui.* Oud. *Subterhabitis*] *Insuperhabitis* jam expressum erat in Ed. Junt. post. Colviumque secuti sunt Scalig. seu Vulc. Ed. sec. et ceteri. Gell. lib. i. c. 19. 'Confidentiam non insuper habendam.' Lib. iv. 'Non insuper habui discere.' Adi et Brant. ad lib. v. p. 108. *Idem.* *Subterhabitis*] Vel furtim usurpat; vel posthabitis, et per contemtionem concalcatis. *Beroald.* *Hic est qui meis amoribus insuper habitis, &c.*] 'Nihil iste Deos, nil carmina curat.' Apud Ovidium xi. *Metamorphos.* 'En ait, en hic est nostri contemptor amoris.' Heliodorus lib. vii. *Φιλότρος γυναικας ἀμελικοῦτο γίνονται, καὶ βαρβαρικοῦς ἀποτυγχάνουσαι καὶ τοὺς ὑπερόπτας ἀεὶ ὑβριστὰς ἐμύνορται. Πρίε.*

[*Difamat probis*] Infamat conviciis probrosis. *Beroald.*

[*Verum fugam instruit*] Perverse videtur editum in nota Colviana; nam etiam additur vulgo, adest vero a Mss. Lips. Guelf. et Florent. uti et Edd. Junt. Aldi, ipsiusque Colv. Vulc. Scriverii. Rectius. Solet enim hæc conjunctio in talibus omitti. Adi Burm. et me ad Sueton. Cæs. c. 14. lib. iv. p. 66. 'Non fusti tantum, sed machera perfoesus:' vulgo lib. vi. p. 126. 'Non vultum laboresque tantum asini, verum corium,' &c. pluribusque locis, ut lib. ii. p. 31. *Oud. Fugam instruit*] Parat. Veteres dicebant 'Pedem struit,' pro fugam parat. *Beroald.*

[*Ulyxi*] Sic, vel *Ulyssæ*, recte in Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Vulgo de amore *Ulysi* vel *Ulyssæ*. Perperam vero est in Ed. Junt. post. *Ulyxis* e Becichemi, ut videtur, Mss. Ep. LXXXIII. Græca in *es* vel *eus* passim Latini per *i* vel *ei* contractum efferre solent. Consule *Beroald.* Græv. ad Cic. ii. in Verr. 53. iii. 6. iv. 10. 55. 62. v. 7. Heins. ad Ovid. Art. i. 748. Cort. ad Cic. lib. v. Ep. 12. § 16. Comm. Pier. ad Virg. *Æn.* 224. Viros doctos ad Nep. Epam. c. 1. Alcib. c. 2. 3. ibidem e Mss. in Regibus c. 1. leg. *Hystaspi*. Lib. ii. p. 28. *Adoni*. Flor. N. 23. et de Deo Socratis *Socrati*, ac passim in Apologia, licet ibi sæpe mutarint Editores. P. 63. Ed. Pric. *Ulyxi socii*. Sic Mss. plerique. P. 66. *Ulyxi vota* etiam in Edd. *Achilli* Mss. optimi Prop. iv. 11. 39. Anson. Ep. xxiv. 108. Hoc ipsum *Ulyxi* vel potius *Ulyxi* Virg. *Ecl.* viii. 70. lib. ii. *Æn.* 7. ubi vide: et sæpe *Ulyxi labores* Gell. lib. v. c. 1. Et ita ille *ferre* semper, nec aliter multis locis Mss. Septimii de B. Troj. *Oud. Ulyssæ astu*] Comparat Socratem, amoris sui desertorem, Ulyssi, qui Calypsoem deseruit, dominationem ad Penelopem desideranter capessens. *Ulyssæ* autem casu patrio, hoc est geni-

tivo, dixit, sicuti Veteres usurparunt, apud quos *Ulyssæus Ulyssæi* proferebatur, ut docet Priscian. in ii. Horatius: 'Remigium viciosum Ithacensis Ulyssæi.' Ovid. 'Neritius Macharens comes experientis Ulyssæi.' Ex quo videtur scribendum esse *Ulyssæi*, et per synecresin proferendum: nisi dicere velis *Ulyssi* pro *Ulyssæi*, sicut Virg. dixit *Achilli* pro *Achillie*, onphoniam causa detracta s littera: quæ plerumque (ut ait Servius) pro sibilo habetur, et apud Veteres detrahebatur. Quintilian. in i. sic genitivos *Ulyssi* et *Achilli* fecit, sic alia plurima. *Beroald.* *Astu*] *Ἀστὺ* Græci vocant civitatem, ut Homerus per sæpe: sic Athenienses vocabant urbem suam, ut ait Donatus, et indicat Terentius in Ennucho, cum ait, 'An in astu venit?' Probus quoque *Æmilinus* in Alcibiade: 'Postquam astu venit, concione advocata verba sic fecit.' Hinc *astutia*, *astus*, *astuti* dicti: quoniam qui in urbibus degunt, callidiores sunt in agro degentibus. Interdum *astu* pro *astute* ponitur, et est adverbium: nunc vero nomen. *Astutissimum* autem fuisse Ulyssæm, callidissimumque mortalium, quis ignorat? qui a Virgilio 'scelerum inventor' dictus, ab Homero 'polytropos,' a varietate scilicet morum, ingenioque versatili; cujus vita nihil aliud fuit quam versutiarum conciliabulum, et dolorum officina; qui technarum architectus totus erat ex fraudibus astutiisque conglutinatus. *Id.* *Ast ego scilicet Ulyssæi astu deserta, &c.*] Apud Claudianum: 'Ast ego deserta mærens inglorius aula, Implacidas nullo solabor pignore curas.' *Ulyssæi astu*, ut apud Petronium: 'Ulyssæm astu similimo vicit.' *Pric.*

[*Vice Calypsois*] *Æternum* bene defendit Pricæus. Sic supra, 'Glebæ felices æternum libris conditæ.' Supra 'infimum;' licet sensus eodem redeat. Adi Comm. ad Sil. lib. iiii. 36. xiii. 612. 'eterna Megæra.' *Ce-*

tarum recte Colvius emendavit desertis, vice C. quem prævit tamen Editor Junt. post. monitu Boelchomi, qui Ep. LXXIII. docuit, Mss. suos habere desertis vitæ C. Merito igitur Colvium secuti sunt ceteri; exceptis Elmenhorstie et Florido, qui e vet. lectione des. sum et Calypso. novam conficiunt, desertis sum et vices C. Huc facit Pith. d. sum et Alpe. Colvianæ lectioni consentiunt Reg. Flor. et Palat. dans vitæ. In Oxon. et Wass. quoque vitæ et. Fuz. vitæ et al. Quare, nisi alius accusativus hic esset additus, non alienum forem a lectione vicem, pro, in vicem, vel vice. Tria enim hæc passim confunduntur et permutantur, ut vel innumeris Nostri locis patebit. Vide Notarum Indicem, et quæ monui in Misc. Observ. V. II. p. 299. Adi et Dacier. Bentl. Canningh. ad Hor. Ep. XVII. 43. 'Helenæ Castor offensus vicem.' Ernest. in Clav. Clæ. v. 'Vicem.' Comment. ad Sueton. Galb. c. 6. Sanct. in Mss. p. 788. J. F. Gronov. &c. ad Liv. I. 9. 26. In Plinio, lib. IX. 6. Mss. 'Carinæ vicem inveræ.' Dein more Græco mallet omnino illi. Heinkeus Calypso ad Ovid. Art. I. 27. 'Climæque sorores.' uti e Mss. legendum est in Catalectis Scalig. Arg. Æn. p. 144. 'Hospitioque unus Didus per cuncta benignus.' Vulgo *Didonis c. benigne*. Vide Burm. ibi p. 378. Vide tamen hic Beroald. et ad lib. II. Pampbila. Ond. Calypeonis] Unus antiquorum Latinorum comprobatur, dici 'Didonem,' 'Ionem,' 'Calypeonem': contra rationem Græcam declinandi, quæ 'Calypso' pro 'Calypeonis,' 'Calypso' pro 'Calypeonem': Priscianus auctor in sexto, qui utitur auctoritate Livii Andronici, a quo in Odyssæa scriptum est, 'apud nympham Athlantis filiam Calypeonem:' quamvis Phocas Grammaticus reclamet hæc declinationi. Cæsar quoque Calypeonem ita dicebat, ut Junonem, media scilicet producta: sed (ut auc-

tor est Quint.) auctoritatem consuetudo superavit. Fuit autem Calypso, ut ait Homerus, filia Athlantis: quæ *ἐν δέδω*, hoc est, generosa Dædæum, in insula Ogygia *οὐδὲν ἐν γλαφυρίῳ*, id est, in antris voluptariis concavisque Ulyssem retinebat amandanda: quem jussu Mercurii abire, et in patriam redire permittit, quamvis invita et gemitunda: et ita in solitudine relicta, dolenter tulit abitum Ulyssis. Ovidius: 'Ab quoties illum doluit properare Calypso.' Beroald. Vice Calypeonis æternam solitudinem *ἀεὶ*] Oxoniensis: *Vitam, et Calypeonis, &c.* vera ne illa altera lectio, et æterna, (ut Græciset) legendum? Sic infra II. 'perpetuum urere.' IV. 'irasci solidum:' et apud Horatium 'servire æternum.' Bene porro a femina amatrice 'solitudinem' dictum. De Didone Virgilius: 'Sola domo mæret vacua:' ubi Servius: 'Sola, sine eo quem amabat: nam Regina sola esse non poterat. Est autem Plauti, qui inducit inter multos amorem positum dicentem quod solus sit: ut Virgilius ipse alibi. Me sine sola videas... quam constabat Antoni cœstra committatam: sed Sola, sine amatore suo.' Infra hæc lib. V. ubi se in pinnas dat amator Dæus: 'At Psyche relicta sola,' &c. Pric.

Et porrecta dextra, moque Panthia sua demonstrato, &c.] Lib. IX. 'Porrecta manu sua, demonstrat ei,' &c. *Idem*.

Ac hic (inquit) bonus consiliator, &c.] Lib. V. 'At illæ consiliatrices egregie tum,' &c. Glossarium: 'Προφιδράς, Consiliarius, sator, consiliator.' In Phædri Apologia, 'Consiliator maleficus.' *Idem*.

Grabatulo succubans] Grut. lib. III. Susp. c. 4. putat scribendum *succuba*. Sed tunc melius scriptum fuisset *grabatuli*. Lib. X. 'Emulam tori succubamque.' Ovid. Ep. VI. Her. 281. 'Lecti quoque succuba nostri:' ubi omnino vide N. Heins. Vitiose in

Elmenh: Ed. est *grabatus grabatulo* s. Ond. *Grabatulo succubans*] Subjacens. *Beroald.*

Impune se relicturum meas contumelias putat] Lib. vii. 'Senectam infirmitatemque meam despicit, et impune se laturum tantum scelus credit.' *Pric.*

Faxo] *Faciam*, verbum vetus. *Beroald.*

Immo statim] Correctio est. *Idem.*

Imo jam nunc, &c.] Lib. v. 'At illæ consiliatrices egregiæ tam perniciosi magisterii dabunt actutum pœnas mihi.' In Terentii Heautont. 'At me illæ haud inultum si vivo ferent, Nam jam, &c.' Apud Senec. Herc. Fur. 'Lycus Creonti debitas pœnas dabit. Lentum est, dabit; hoc quoque est lentum, dedit.' *Pric.*

Faxo enim, &c. ut et precedentis dicacitatis et instantis curiositatis pœniteat] In Plauti Bacchid. 'Ego faxo haud dicat sactum quem derideat.' Infra lib. iv. 'Jam faxo etiam hujus illicitæ ipsius formositatis pœniteat.' Et v. 'Sed jam faxo te hujus lusns pœniteat.' *Idem. Præcedentis dicacitatis*] Quæ usus erat Aristomenes, appellando scilicet scortum ipsam Meroë. *Beroald.*

Accepi] *Andivi. Sudore frigido*] Inter signa ægrotantium est frigidus sudor, ut inquit Corn. Celsus in secundo: pejor, si in capite et cervice tantum eruperit, ut refert Hippocrates in Prognosticis. Virg. in Georgic. 'Sudor et ille quidem mortis frigidus hæret.' Item: 'Frigidus et toto manabat corpore andor.' Haud absimile est illud Plautinum: 'Non temere est quando qui sudat tremat.' *Idem. Sudore frigido miser perflu*] Qui anguntur, timent, et trepidant, his per membra omnia solet frigidus sudor emanare. Lib. ii. 'Frigido sudore diffuens evado:' libro delecto: 'Per universa membra frigidus sudor emanabat.' Virgil. iii. *Æneid.* 'Tum gelidus tote manabat

corpore andor.' Lucianus Eunucho pag. 167. Βαγδαι δὲ μᾶλλον ἐπαράττεισθαι καὶ παντοίως ἢ ἐν μύρια τραπέζιας χρέματα, καὶ ψυχρὸν τῷ ἰσθμῷ βόμην. *Elmenh. Sudore frigido*] Infra lib. x. 'Perque universa membra frigidus sudor emanabat.' Seneca Troade: 'Sudor per artus frigidus totos cadit.' Lucretius iii. 'Est et frigida multa comes formidinis aura, Quæ ciet horrorem in membris, et concitat artus.' Et antea eod. lib. 'Ubi vehementi magis est commota meta mens, Consentire animam totam per membra videmus: Sudores itaque et pallorem existere toto Corpore, et instringi linguam, vocemque aberiri,' &c. Hesychius: 'Ἰσθῶ, ἰσθῶτα, (lege ἰσθῶτι,) κατ' ἀποκοπὴν, ἰσθῶ ἀπεφύχοντο. *Perfluere* heic est quod Luc. xiii. 44. καταβαλεῖν. *Pric.*

Tremore viscera quatior] Virg. 'Mibi frigidus horror Membra quatit.' Scholiastes ad Nubes Aristophanis: τὸ τρέμειν καὶ πάλ्लεσθαι τῶν ἔργων ἐλλαβεμένον ἐστίν. *Idem. Sudore frigido miser perflu, tremore viscera quatior*] Symeon Metaphrastes in vita Joannis Evangelistæ: 'Ἰσθῶτι πανταχόθεν περιφύετο, καὶ ἐπὶ στρομοῖς ἦν. *Idem. Tremore viscera quatior*] Metuentibus cor, cui est viscerum principatus, cum primis palpitare consuevit: unde Plant. 'Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicere.' *Idem* in Casina festivissime inquit: 'Cor lienosum opinor habeo, ita jamdudum salit de labore,' &c. Scribit Aristot. in problematis encycliciis, metuentes tremere, quoniam deficit calor atque contrahitur: ex quo fit, ut alvus plerique ob timorem solvatur. Hinc illud Satyrographi: 'solvunt tibi cornua ventrem Cum lituis audita.' Ventrem quoque eorum qui metuunt crepere solitam, *Idem* refert. *Beroald.*

Ut grabatulus etiam succensus et inquietus] Non clare satis vulgatam lectionem proponit Colvius, quæ ante

ipsum erat, *succussumque sum adeo, ut gr. etiam inquietus*. Quam lectionem, a Ms. Bertin. firmatam, nihilo deteriore existimo. Satis enim grabatulo videtur tribuere, quod inquietus palpitando saltaverit, scilicet præ succussione sui corpora. Omnes tamen taciti interpolationem Colvii secuti sunt, nec quidquam de Mastorum variatione monent. Immo sic in Palat. et Regio esse, certus sum. Quia vero Roaldus scribit in Fuxensi pro *inquietus* esse *succussus*, aliquando mihi nata est suspicio, nam dum voces *succussus* et *inquietus* profuxerint e glossa verioris vocis, *inquietus*: de qua vide Elmenhorst. Indicem, et me ad lib. II. 'Corpore ipso ad libidinem inquietus.' Sed male proposuit. Est enim in Fux. *succussus* et *inquietus*, in Pith. *succussus jam eo inq.* Recte vero omittunt Mss. ac Colv. cum seqq. *et adeo*, sæpe negligi solitum, sicut 'ita,' 'tam,' 'tantum,' ante conjunctionem 'ut.' Confer me ad Cæs. lib. III. B. G. c. 14. ubi plurima Nostrī loca excitavi. Adde lib. VI. p. 127. 'Tamen loro tenaciter in hærebat, ut,' &c. ubi Pricæus ex unico Cod. frustra malebat *Tam*. Posses ob *et succussus* etiam hæriolari olim fuisse, v. *quator, usque eo, ut gr. etiam inquietus s. d.* Consule ad Hirt. B. Afr. c. 56. 'Usque eo, ut telum adjici posset.' Solin. p. 25. 'Oblatos usque eo sprexit:' sic Mss. cum Salm. alii *usque adeo*. c. 42. 'Usque eo celebris.' Oud. *Succussus sum*] Sursum excussus, agitatique præ formidine. *Succutere* enim et *succussare* est, frequenter excutere succum: unde *succussores* et *succussatores* equi dicti, qui sessorem concutiant et vexant ex gradu molesto et incondito, dissimiles gradariis, quorum mollis est gradus, et sine succussatura. Lucilius: 'Succussatoris tardissime caballi.' Idem: 'Campanus æonipes succussor nullus sequitur.' Hinc et *succussatura* dicta ipsa agita-

tio vexatioque, quæ sit ab equo succussore: gressum quoque ipsum talis equi significat. *Beroald.* *Ut grabatulus etiam concussus, &c.*] Petronius: 'Ita sternutavit ut grabatulus concuteret.' Quintilianus Declam. II. de homine in somno occiso: 'Sane non habuerit vocem supremam, habet utique palpitaciones, et motas, et quicquid totus lectulus sciat.' *Pric.*

At bona] Ironica. Torent. 'Ille autem bonus vir nusquam apparet.' *Beroald.*

Bacchatim discerpimus] Ut Panteum Bacche. Ovidius Metamorphos. III. Pausanias libro II. fol. 86. Lucianus in Peregrino pag. 269. *Elmenh.* *Bacchatim discerpimus*. Dili-niamus, more rituum bacchantium, quæ furore bacchico extinuatæ, olim Orpheæ discerperunt, et Pen-thea obtruncarunt. Orgia enim Bacchi sunt a bacchantibus, hoc est, furentibus fœminis: unde ἀρὰ ῥῆς ἀργῆς, id est, a furore, orgia dicta sunt: unde et a bacchantibus Baccham dictum esse autumat Diod. Inde bacchari significat furere. Virg. IV. *Æn.* 'Sævit inops animi, totaque incensa per urbem Bacchatur,' id est, ut exponit Serv. 'fuit more bacchantum.' Loca quoque, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt. Virg. in II. Georg. 'et virginibus bacchata Læcenia Taygeta.' Plaut. in Aul. *Bacchanal* vocat locum furoris et vesaniæ, sic scribens: 'Ad bacchas inveni bacchanal coquinatum:' et mox paulo: 'Aperit bacchanal, adest.' *Beroald.*

Membris ejus destinatis] Glossarium: 'Destinat: ὀρεσσι.' An 'destinatis membris,' id est, vinctis colligatisque? Hoc certe Apuleio 'destinare.' Lib. IV. 'Arrepto loro me ad anulam quamdam destinatum rursum cædendo confecissent:' et: 'Nobis ante fores loro valido destinatis.' Lib. VI. 'Lorum, quo fueram destinatus, abrumpo.' Apollinaria

Sidenius lib. i. Epistolarum: 'Capitulus destinatusque pervenit Romam: qui hujus scriptoris diligens imitator. Sed illud *περισσῶς* huic loco videtur convenire magis. *Colo.* *Περὶ πῶς* non est 'destinat,' sed 'distinet,' seu distendit, ut Glossas bene corrigit G. Voosius. Vitruv. lib. x. c. 17. 'cum eisque distinentur, ne moveantur,' in Mss. aliquot *distendunt*: de qua commutatione et verbo *destinare* vide ad Liv. lib. v. c. 30. et Cæs. lib. iii. B. G. cap. 16. 'Antennas ad malos destinaverant.' Lib. vii. 22. 'falces destinaverant.' Lib. i. B. Civ. 25. 'Has quaternis anchoris destinabant.' Nostro lib. vi. p. 130. 'destinata vinculis:' ubi in Mss. *distenta*. Lib. vii. 148. 'me de illicis ramo destinato.' Lib. viii. p. 264. 'de quercu destinatam:' nec aliter leg. Ms. in Vitruv. lib. v. c. 12. 'Arcæ stipitibus robustis' (Vide lib. ii. c. 1. iii. 3. et ibid. inferius) 'et catenis inclusæ, in aquam demittendæ destinandæque firmiter.' Forsan et lib. x. c. 6. 'tignum quod erigitur et destinatur retinaculis quadrifariam.' Vulgo *distinetur*. Mss. Voas. et Franek. *distenditur*. Oud. *Membris destinatis*] Deligatis: prope peculiariter significat hoc apud Appuleium id verbum *destinare*, sicut infra frequenter. Interdum *destinare* significat emere, et idem quod *præstinare*, Lucillo et Plant. *Bercald*.

Re ab æ] Corripo, *reapse*: hoc est, re ipsa, ut Veteres dicebant. Pacuvius: 'Si non est ingratum quod reapse feci.' Sensus est: Ex re ipsa, inquit, magis quam ex fabula Socratis sermocinatione, cognovi Meroën merito nominari a mero, scilicet cujus esset avidissima. *Hic*, Aristomenes. *Idem*.

Saltem] Particulam hanc *Saltem* quidam autumant, si aliter: idque ipsum dici pro defectione: tanquam plena sententia sit: si aliter non potest. Fuerunt et qui dicerent, *sal-*

tem dici, *U* media litera extrita, *salutem* ante dictum, quod nos *saltem* diceremus: nam cum alia quædam petita et non impetrata sunt, tum solemus (inquiunt) quasi extremum aliquid petitori, quod negari minime debeat, dicere, Hoc saltem fieri aut dari oportere: tanquam salutem postremo petentes, quam et impetrari certe et obtineri sit æquissimum. Sed hæc A. Gellio videntur esse commentitia, ideoque lib. xi. censet amplius querendum. *Miselli hujus*, Socratis. *Idem*.

Contumulet] Sepeliat. *Humo*. Antiquissimum sepulchræ genus id fuit, ut humo injecta corpora contegerentur. Redditur enim terræ corpus, et quasi operimento matris tegitur: unde *humati* dicuntur, humo contacti: *sepulti* vero, et *siti*, quoquomodo conditi. Locus autem ipse nihil habet religionis, priusquam injecta gleba est tumulis: et tunc *humatus* vocatur, et religiosa jura complectitur: auctores Plin. et M. Tullius lib. ii. de Legib. Hoc genus sepulchræ tetigit Virg. illo versu: 'Eripe me his invictæ malis, aut tu mihi terram injice, namque potes.' In eandem sententiam est illud Horatianum: 'Licebit Injecto ter pulvere curras.' *Idem*. *Parva contumulet humo*] Ovidius: 'Parva tumulatus arena.' Nonnus de Josepho Arimath. *Ἰησοῦν ἄλλῃ φαρμάκῳ δέθηκε χαµαῖνῃ*. De Philippo ad terram lapso Plutarchus: 'Ὡς εἶδε τοῦ σώματος τὸν τύπον, δ' Ἡρόκλης, εἶπεν, ὡς μικροῦ μέρους τῆς γῆς φέροι μετέχοντες, ὅλης ἐπιμέµβα τῆς οἰκουµένης! Et nota *contumulet*, non *sepeliat*. 'Neo enim sepultum hunc dicere possumus, cujus sepultura non sit rite perfecta, sed fortuita est terra obrutus.' Sunt verba eruditissimi Servii ad iii. *Æneid. Pric*.

Per jug. sin. cap. tenuis] Tale quid narrat Burchardus Wormaciensis Episcopus Libro decimo nono de penitentia sive medicina animarum: 'Cre-

didisti, quod multæ mulieres retro Satanam conversæ credunt et affirmant verum esse, ut credas, in quiete noctis silentio cum te collocaveris in lecto tuo, et marito tuo in sinu tuo jacente, te, dum corpora sis, januis clausis exire posse, et terrarum spatia, cum aliis simili errore deceptis, pertransire valere, et homines baptizatos et Christi sanguine redemptos sine armis visibilibus et interficere et de coctis carnibus eorum vos comedere, et in loco cordis eorum stramen aut lignum aut aliquid hujusmodi ponere, et comestis iterum vivos facere, et inducias vivendi dare. Si credidisti, XL. dies, id est, carrinam in pane et aqua cum VII. sequentibus annis penitens.' *Elementa. Per jugulum sinistrum*] Plin. in XI. 'Terrestrium,' inquit, 'solus homo bipes, uni juguli, uni humeri, cæteris armis.' Duplex autem est jugulum: dextrum et sinistrum. Corn. Celsus in VIII. 'A dextro jugulo, si id fractum est, ad alam sinistram: a sinistro, ad dextram, rursusque sub ala sua fasciari debet.' Ovid. 'Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.' Et quia juguli locus maxime mortifer est, inde fit *jugulare*, quod non solum de ferro dicitur, sed etiam de morbo. Idem Celsus: 'Quartana neminem jugulat.' Quid sit 'petere jugulum' in causis forensibus, in commentariis Suet. leges explanatum. *Beroald.*

Capulo tenuis] Sic Virg. 'et lateri capulo tenuis abdidit ense.' Est enim capulus, manubrium gladii, ex eo dictus, quod mann capiatur. Tradit Plin. Indos ex sardonyce gemma capulos facit. Capulum quoque Veteres dici voluerunt sarcophagum, id est, sepulchrum, quod corpora capiat. Plant. in Asin. 'Ut osculatur carnifex capuli decus:' et dicit mox Appul. in IV. 'Ibi capulos carie et vetustate contectos, quos inhabitant pulverei mortui.' Inde 'capularis senex,' capulo dignus, et capulo proxi-

mus. Lucilius: 'Incedit capulere cadaver.' Idem Plaut. 'capulere stamen' appellat filum Parcarum, pertinens ad senem et Acheronticum hominem: sic enim ab eodem vocatur, qui jamjam Acheronta et manes est ex senio petiturus. Quidam capulum accipiunt pro feretro, quo cadavera effernuntur. *Idem.*

Gladium totum ei demergit] In Historia Judicum III. 22. 'Imfixitque eam' (sicam) 'in ventre tam valide, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere.' *Demergere*, ut infra II. 'Ab singulis, ut quemque collectantem offenderam, altissime' (gladium) 'demergo:' quod Polycarpiani martyrii Scriptori *ἐπιβίβω σάββατον*. Et nota heic 'totum gladium.' Claudianus Bell. Get. 'Altius hand enquam toto descendimus ense In jugulum Scythim.' *Pric.*

Et sanguinis eruptionem, &c. ita ut nulla stilla compareret usquam] Infra lib. IV. 'Multis lacinis offulto vulnere, ne stillæ sanguinis vestigium proderent.' Et bene heic, 'eruptionem.' Quintilianus I. Declam. 'Tunc ex omni vulnere cruor profuit et effunditur, cum ferri recantem viam sequitur.' *Idem.*

Uterculo] Miror, Florentini codicis lectionem *vasculo* non solum ab Elmenhorstio, sed et Scriverio, Pricæo, et Florido esse receptam. Dixit quidem auctor lib. II. p. 25. 'cibarium vasculum.' Lib. XI. 'aureum vasculum:' unde si Mas. plerique hic etiam ostentarent, non damnares. Sed nunc existimo rarioris vocis esse glossam. Ragius enim Pith. Fux. et Palat. cum Edd. priscis præbent *uterculo*. At cum cæteris Coll. Waa. *utriculo*. Quod placet. 'Utriculum' est parvus uter seu sacculus: unde 'utricularii' Snetonio in Ner. c. 54. et 'utricida' lib. III. infr. *Uterculus* vero est parvus uterus seu ventriculus, hic locum non habens: *admodum* caret Fux. *deligenter* est in Edd.

Bart. Junst. pr. *Oud. Uterculo.*] Pusillum utrem significat, sive vesicam. Similiter Plin. uterculos vocat in apibus ventriculos in quos congeritur mellis liquor acris. *Beroald.*

Stilla] Gutta. Interrogatus Rhemius Palæmon, quæ differentia foret inter guttam et stillam: 'Gusta,' inquit, 'stat: stilla cadit.' Stillatitiam resinam vocant, quæ ruffo colore lentescit: ex eo, opinor, quod guttatim distillaret. *Idem.*

Nam etiam] Probat ac Sciopp. Susp. Lect. iv. 6. et edidit ac etiam Scriverius, ut duas ejusdem significationis particulas hic quoque junxerit Auctor, ut 'En ecce,' 'Ergo igitur,' 'Vulgo universi.' Vide supra p. 29. Sed præterquam quod nam sæpiissime transitioni inservit, haud credo, Apuleium, secus ac solent alii Scriptores, ac præposuisse vocali, ut saltem scribendum foret et vel atque etiam. Adi me omnino ad Suetonii Cæs. c. 26. Vulgo quidem lib. ii. p. 26. 'Ac in contrariam gratiam variat adspectum.' Sed in aliis at pro atque. Lib. vi. p. 121. 'ac in ipso ore:' sed in Pal. etiam. In Philoa. Mor. p. 611. Ed. Flor. 'Ac inhumanissimus.' Sed Ms. Voss. Et. In Apolog. p. 96. Ed. Pric. 'Ac in segete.' Item in nonnullis lib. vii. p. 134. 'ac inmedico,' contra Mss. p. 143. 'ac ego.' *Oud.*

Ne quid demutaret, credo, a victimæ religione] Venustissime tangit ritum vetustum et sacrum in extis extrahendis victimarum. Lucianus de Sacrificiis: καὶ ὅπως δὲ Κίχλας ἐκείνος, ἀνατίμων, καὶ τὰ ὕγκαρα ἐφαίρων, καὶ καρδισουλκῶν, καὶ τὶ τῷ βῆμῳ περιχῶν. Petronius Arbitr Satyrico: 'Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, et inde nihil futura prædixit.' *Colo.* *A victimæ religione*] In immolatione victimarum solet victimarius viscera interiora educere, ut aruspex ex eorum contemplatu ac inspectione prænoscat prædicatque futura. Quod

disciplinum genus aruspicinam vocant, et extispicium. Itidem nunc, tanquam aruspicina fiat, expromitur ex interioribus visceribus cor Socratis, sicut ex victimæ revelabat aruspex. *Beroald.* *Ne quid demutaret a victimæ religione, &c.*] 'Servatur omnis ordo, ne tantum nefas Non rite fiat.' Zeno Veronensis: 'Et, ne quid minus ab hostia videretur, pedem ligatura destringit.' *Pric.*

Ad viscera penitus] Penita legendum videtur Pricæo, sicut Adjectivum penitus passim inculcare conantur viri docti, antiquatis nimis indulgentes, ut lib. v. p. 93. 'præcordiis penitus nutriendi invidiam:' ubi vide Stewech. et ad Arnob. lib. ii. p. 71. Burm. ad Ser. Samm. vs. 45. 'penitis hærens injuria lumbis.' Adde Beroald. ad lib. vi. p. 118. Colv. ad lib. viii. p. 157. 'penitis in medullis.' Pric. ad lib. xi. 'penita mente,' &c. Ubi Mss. addicunt, non damno; immo id restituo Solin. c. 32. e Ms. Vaticano et Accursii: 'Nilyris in Cæsariensi penita prorum pena.' ac. Manritania intima. Vulgo, *Cæsariensi specu, specis;* ut in plebisque Mss. Huls. *Cæsariensis parte.* In Leid. pr. C. *spatium.* cum Delr. Salm. *Cæsariensis pede.* Sed id ubique contra Mss. intradi nolim. Hoc enim pacto, adverbium *penitus* e lingua Latina fere tolli posset. Certe in Cicerone nil mutem. Ibid. enim c. ult. 'inclusum penitus in venis et visceribus:' non *penitis.* In Fux. est *ad instar penitus.* *Oud.* *Immissa dextra ad viscera penitus, &c.*] Seneca cap. 22. ad Marciam: 'Lacerationes medicorum ossa vivis legentium, et totas in viscera manus demittentium.' Pro *penitus penita* legendum videtur, ut dudum pag. 89. ad Apologiam dixi. Cicero i. Catil. 'Et ea penitus animis vestris mentibusque mandate.' Repono, *penitis animis, &c.* *Pric.*

Cor miseri contubernalis, &c.] Vide Hesychium in καρδισουλκῶν, et Suidam

in *aphorismos*. *Idem*. *Contubernalis* [me] Socratem signat, cum quo sibi contubernalitas erat: sic enim Cyprian. appellat jus contubernii. *Beroald.*

Protulit] Extulit in apertum, et ex penitioribus præcordiis exprompsit. *Idem.*

Teli] Modo gladium significat, ut apud Virg. Silium, et cæteros poetas frequenter usurpatur: alias *telum*, quicquid longe jaci potest, ἀπὸ τοῦ τῆλε: et ut scriptum reliquit Caius jurisconsultus ex interpretatione legum 12. Tabularum, teli nomine significatur omne quod manu mittitur: unde lignum et lapis, et ferrum hoc nomine continetur. *Idem.*

Incertum stridorem] Suidas in *λαρρυγῶν*: Τριβόλον τῆς φάργγος, οὗ αὖτε τοῦ φωνῆν προτέρου. 'Incertus stridor' hic est qualem Seneca 'incertum murmur' vocat. 'Cervice cæsa truncus in pronum ruit, Quernulum eucarrit murmure incerto caput:' et Noster libro VIII. 'incertum sermonem.' 'Balbutiens incerto sermone perefflavit virilem animam.' At melius hoc loco *stridorem*, non *sermonem* dixit. Solinus cap. 34. de Troglodytis: 'Ignari sermonis, strident potius quam loquuntur.' Hieronymus: 'Ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertibat.' Noster lib. x. 'Adtritu dentium longo stridore edito, ante ipsos Præsidis pedes exanimis corruit.' *Pric.*

Et spiritum rebulliret] Obluctantem in somno occisi animam non male expressit. Quintilianus II. Declam. 'Nam quod dormiens occisus est, non est quod sic matimetia, tanquam per illam quietem transierit in mortem. Sit aliquid necesse est inter soporem mortemque medium: nec potest jungi tanta diversitas, cum sit somnus ipse pars vitæ. Non multum interest quietem ratio vitæ rumpat an mortis. Hominem qui dor-

miens occiditur, ipsa morte excipiat. Sane non habuerit vocem supernam, habet utique palpitaciones, habet motus, et quicquid totus lectulus sciat.' Pro non multum interest legerim nonne m. i. interrogative: vel nam m. i. *Idem.*

Spiritum rebulliret] Quasi per bullas matuantes refunderet. *Ebullire* est fervere, et *rebullire* referrescere. *Beroald.*

Quam maxime patebat] Errant viri docti quæ valgo substituunt: *quam* est bene in Flor. Lips. Reg. Pith. Edd. Bas. pr. Colv. Vulcan. utraque, et recte exponit Roaldus. Non enim offulciebat spongia vulnus, ubi maxime patebat, sed totum, quantum patebat. Adi omnino ad Hirt. lib. VIII. B. G. 42. 'Quam quisque poterat maxime insignis:' ubi eadem, ut passim, est confusio. *Oud.*

Spongia effulcens] Septimus castus est, et significat Panthiam spongia obturasse occlusisseque ipsum vulnus. *Offulcens* enim est, fulciendo sarcire, implere, obturare. *Beroald.*

Spongia in mari nata] Spongiarum tria genera celebrant scriptores: nascuntur in petris: fracturæ et vulnera spongiis utilissimè foventur; vulnera inflammationibus imponuntur; sanguinis profusum sistunt ex aceto aut frigida. Medici Africanas laudant, quarum firmius sit sobus: et Rhodiacas, quæ ad fovendum molliores sunt. Poly. auctor est, super ægrum suspensam spongiam quietiores facere noctes: de his satis multa Plin. in IX. et XXXI. qui spongiam animal esse autumat, et inter aquatilia marina percenset. Sensus Apuleianus est: Alit Panthia: o spongia, quæ marina es, noli transire per fluvium: hoc est, cum ad annum bibendi causa accesserit Socrates, egredere et exili, ne aqua amica sive fluviali contingaris: quod infra factum esse monstrabitur. A *spongia* verbum fit *spongiare*, quod significat

spongia extergere: quo frequentèr utitur Aptius. *Idem.* *Spongia in mari nata*] Philo in de Confus. Ling. *Ἐξ ἁλῶος ἡ σπγγία γένεσθαι δοκίμ.*

Prie.
His editis, ab imo] *Ab imo* habent Mss. omnes, item Becich. Ep. 73. et Ed. Junt. post. Sed quomodo removeri potuit grabatulus *ab imo*, qui jacebat super corpus Aristomenis, ut supra dixit? Vide num Appuleius reliquerit: *His editis, atque una remoto gr.* i. e. simul cum dicto. Ac video nunc favere quoque Pithœanum, qui servavit *una*. Ond.

Varicus] Hand displicet *varicitus*. Vide Sciopp. Susp. Lect. II. 4. Salmasius vulgatum ratione carere dicens ad Solin. p. 668. scribi vult *varitus* a *varus*, ut ab *imus imitus*, a *primus primitus*, cui accedit Tollius. Sed editum defendit N. Heinsius ad Ovid. l. III. Art. 304. 'Ingentes varica fertque gradus:' cui accedo. Glossæ: 'Varicat, *breßsalzt*.' *Idem.* *Varicus residentes*] Adverbium est, significatque cruribus divaricatis divisisque: quod fieri solet a fœmina micturiente. *Varicare* enim est, crura aperire, disjungere, extendere, et diversum separare. Quint. in XI. 'Varicare supra modum et stando deforme est, et accedente motu prope obscœnum:' inde 'varica fœmina' dicta ab Ovid. quæ non tam incedit quam ambulat gradibus prægrandibus gradiens: quod fœminam parum docet. Versus Ovid. ex poemate Erotico hic est: 'Ambulat, ingentes varica fertque gradus.' 'Divaricare' quoque significat distendere, et in diversum separare: quod a prostituta meretricibus fit. Hinc ait Hier. in epistola ad Eustach. 'Divaricabit pedes suos omni transeunti,' quod transeunt ex Ezechiele propheta, qui in Instrumento veteri sic inquit: 'Divisisti pedes tuos omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas.' Marcel. 'Cruribus inextis divaricatum sine spiramento ullo adusque

prætorium traxere præfecti.' Vari quoque dicuntur homines obtortis plantis: unde et 'varices venæ' dictæ in suris, inversæ vel obtortæ, ut Nonius M. refert. M. Varro lib. II. de Re Rust. scribit, 'canes esse debere cruribus rectis, ac potius varis, quam vaciis:' idem M. Varro lib. V. Latine lingue: 'Si quis puerorum,' inquit, 'per delicias pedes male ponere atque imitari vacias cœpit, hos corrigi oportere, si concidat: contra si quis consuetudine ambulandi jam factus sit vacia, aut compernis.' *Vacia* autem (ut id quoque Varonianum verbum obiter explicemus) contrarii sunt *varis*, et in exteriori partem inflectuntur. Hinc *vacias* apud Rom. cognominati, ut refert Plin. quorum scilicet crura erant obtorta: et Seneca in epistolis moralibus meminit cujusdam Servillii *Vacia* qui nulla alia re, quam otio notus, in villa consuevit: et hoc unum felix habebatur, de quo dicere solebant homines synchroni, hoc est, contemporanei: 'O *Vacia*, tu solus scis vivere.' *Valgum* etiam intortum a Veteribus dictum, et *vairax* et *vairicosus*, qui erant pedibus vitiosis. *Be- roald.*

Vesicam exonerant] Onus vesicæ est lotium sive urina, quæ exoneratur micturiendo. Omnia animalia quæ vesicam habent, alvum etiam habent, at vero quæ alvum habent, non et omnia vesicam possident. Humidi excrementi conceptaculum vesica est, sicuti alvus: auctor Aristot. in I. de Animalibus. 'Vesicæ fœminarum,' ut ait Plinius, 'junctus uterus est, quam vulgo matricem vocant:' vesicæ morbum stranguriam appellant: quo vesica exonerari non potest, et ægre lotium fit, fitque *subetillum*: ita enim appellat Cato urinæ difficultatem. *Idem.*

Madore] Nomen est a *madendo* inclinatum, ut *fluor* a *fluendo*. Se autem profluvio urinæ, veluti per syphones emanantis, madefactum sig-

nificat. *Idem.*

Perluent] *Proluere* plerumque est leviter adaspergere. *Perluere* totum madefacere, licet hæc composita frequenter commutantur, ut in *Colam.* lib. vi. c. 8. 'Tum vino perluatur os.' *Ms. Sang. prol.* *Burm.* ad *Æn.* i. 737. 'pleno se proluit auro.' *Mox* 'lotie perluus.' *Plin.* i. x. c. 44. 'Ædem pleno gutture ac madentibus pinnis perluunt atque purificant.' *Adi* ad *Cæs.* i. vi. *B. G.* c. 31. 'in fluminibus perluuntur.' Sed tamen de *Mundo* ait p. 736. 'Imbribus a contagione proluetur terra.' p. 748. 'Abreptis imbribus prolintas esse regiones:' ex *Virg. G. i.* 48. 'proluit inzano contorquens vertice *Silvas Eridanus:*' ubi male *proluit* quidam. *Vide* et lib. *III. G.* 543. *XII. Æn.* 686. *Colum.* ii. c. 18. *Oud.*

Commodum] Vix tunc, tunc, eoque ipso temporis momento: id enim significat hoc adverbium, ut supra demonstravimus. *Berold.*

Postea ad repagula redeunt] In octo dec sunt postes, qui cardinibus continentur, et repagulis clauduntur: sunt enim 'repagula,' quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut contrario pangantur: hæc et 'repagæ' dicuntur *M. Tul.* in primo de *Divin.* *Herculis* valvæ clausæ, repagulis subito seipsæ aperuerunt: inde 'repagula' pro omnibus claustris obicibusque usurpantur. *Lucanus* de equo cursore loquens, 'Pedibusque repagula laxat.' *Idem.*

Etiā nunc] Nitidior lectio est, et terrior, *Etiānum:* quod Veteres usurpant pro etiā, quæ dictione acatet *Plinius. Idem.*

Inanis] Merito defendit *Priceus* *inanimis*, aut, quod malo cum *Ma. Bertin.* *Edd. Collin.* et *Scriv.* *inanimus*, præ terrore. Supra, 'ventos inanimos,' &c. *Inanis*, quod *Bas. Lugd. Colv.* et *Vulc. pr.* habent, in *Mss.* est *Pith. Reg. Fax. Pal.* Verum vestimentis aut reculis suis omnibus non erat exutus *Aristomenes.*

Nudus potest dici, quia exteriorum tunicam, unam e duabus suis locis, dederat *Socrati* p. 5. Notam enim est, passim nudus dici haud modo qui non sunt armati, sed qui tantum interiore tunica sunt induti. *Vide Cap. Obs. i. vii. Price.* ad l. x. p. 233. et alios. Immo vox nudus non comparat in *Pithæano. Oud. Inanimis]* Quæ sine anima, nulla respiratione, nullo anhelitu, qui indicat animal vivere. Argumentum enim spad *Dialecticos* est et erotes, quod recurrit, et retrorsum idem valet: ut, Vivere hominem qui spirat, et spirare qui vivit. 'Inanima' Veteres dici voluerunt, quæ sine anima sunt, nec spirant: vulgo 'inanimatam' vocant, *Græci* *ἄψυχον.* *M. Tullius:* 'Quæ ad vitam hominum tendam pertinent, pariter sunt inanima, ut aurum et argentum:' sic et homo *inanimia*, qui sine anima et spiritu est vegeto et vitali: tales sunt intermortui, et ingenti pavore percussī: talem fuisse se significat *Aristomenes. Berold.*

Lotio perlitus] *Perlitus* hic et lib. *II.* omnino est legendum; ut illic *Mss.* et *Edd.* plurimæ, et hic editores post *Colvium*, excepto *Priceo*, receperunt, (in *Wass. per litus*) quia agitur de lotio et materia liquidiora. *Perlitus* rectius dicitur, si de ceno, luto, cruore, et metallis ac solidioris rei sordibus sermo sit, ut lib. *III.* imit. 'cædis cruore perlitum.' Alibi de unguedine, melle. *Vide* ad lib. *VIII.* 'Totum melle perlitum:' et de hac *res* *linere* cum compositis significatione vide *N. Heins.* ad *Ovidii* lib. *III.* *Art.* 232. et *Burm.* ad *Vellei*, lib. *II.* cap. 32. *Oud. Et lotio perlitus]* Urina perfusus. lotium enim urina Veteres dixerunt. *Columella:* 'Stercore anillo et humano lotio veteri radices rigato.' *Snetonius* in *Vespasiano:* 'Hæc et lotio est.' *Perlitus* autem ea figura dicitur, quæ 'illitus' et 'delitus:' sicut enim a 'delino' 'degitum' nascitur, quod grammaticè

Probus et Caper comprobant, sic ab 'interitum' 'interitum' inclinatur. M. Tul. 'Tulit moleste, quod literarum delitae sunt mihi a te redditae.' Idem in quarto Verrinarum: 'Tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interitae esse clamant.' Ulpianus tit. ad legem Aquilam de falsis legis Corneii poena damnari scribit eum, qui testamentum deleverit, interleverit, resignaverit dolo malo. *Bersold.*

Recens utero matris editus] Vide notata ad Arnobium lib. II. fol. 46. *Elmenh.* Quasi recens] Modo adverbium est, pro recens: alias nomen. Virg. in Georgicis: 'Sole recens orto, aut noctem ducentibus astra.' Exponit Servius, 'recens,' 'statim.' Divus August. in lib. de grammatica; citat hoc Maronianum, et exponit recens: 'id est, recenti tempore.' Verbum est vetus 'recentare,' quod significat renovare, et iterum fieri recens: ut Nonius Gelliusque notificant. Hinc illud Cn. Marii in Mimi iambis: 'Jam jam albescit polus, et recentatur.' *Bersold.* *Utero matris editus*] Significat se ita madentem fuisse, sicut infantes sunt, cum primum ex utero materno egrediuntur, involuti secundis, rubentes, scilicet erumpente menstruo, et perliti profluvio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poetæ: 'modo primos incipientem Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem.' Albius imperator, auctore Julio Capitolino, exceptus est utero candidissimus, contra comestudinem puerorum qui nascuntur, et solent rubere: unde Albius est dictus. *Idem.* *Inanimis, &c.* quasi recens utero matris editus, &c.] Lucretius: 'Ut sævis projectus ab undæ Navita, nudus humi jacet infans, indigus omni Vitæ auxilio, cum primum in luminis auras Nixibus ex alvo matris Natura profudit.' Ex eo Lactantius (de Opif. c. 3.) 'Hominem contra, nudum et inermem tanquam ex naufragio in vitam hujus miserias prolici et expelli.' Tertulli-

anus in de Carne Christi: 'Horrea utique infantem cum suis impedimentis profusum et oblitum.' Plutarchus in de proles amore: Οὐδὲν δὲναι οὐτως ἀνάλῃς, οὐδὲ ἡγορεῖν, οὐδὲ γυμνὸν, οὐδὲ ἄμωρον, οὐδὲ μωρὸν, ὡς ἄνθρωπος ἐν γυναικὶ ἄρρωστος. Idem in περὶ Τύχης: Μόνος ὁ ἄνθρωπος, &c. γυμνός, καὶ ἄνοστος, καὶ ἀνυπόθετος, καὶ ἄσποντος ἀπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται. Pro inanimis respondent, inanis, impanis, et quæ nescio alia: cum potius inermis legendum videatur. Seneca ad Marciam: 'Quid est homo? Imbecillum corpus, et fragile, nudum, snapte natura inermis.' Adverte et ad Plutarchi Lactantique locos paulo supra adductos: at vera est inanimis lectio: id est, (ut IX. loquitur) 'pavore exanimis:' aut (quia de recens edito agitur) 'tanquam sine anima.' Cicero v. de Finibus: 'Parvi primo ortu sic jacent, tanquam omnino sine anima sint.' Nec tacendum quod et inanimis legit Oxon. Ms. Gloss. 'Νεωγνός, recens partu.' *Pric.*

Immo vero] Frustra Soplingius margini adlevit vel immo. Vulgatum mere est Appuleianum. Supra: 'immo statim, immo vero jam nunc.' Lib. x. 'immo forensia pecora, immo vero togati vulturii.' Lib. II. init. 'Immo vero cruciabili desiderio stupidus.' p. 29. 'immo vero mercedes opimas.' p. 30. 'diram, immo vero Ulixeam peregrinationem.' Adde p. 34. 35. l. VII. p. 139. l. VIII. bis. p. 163. l. IX. p. 191. Sic et 'immo enimvero,' in Flor. N. 16. *Quid.*

PAG. 11 Verum etiam ipse mihi supervivens] D. Cyprianus sermone de lapsis: 'Animam tuam misera perdidisti, spiritaliter mortuus supervivere hic tibi, et ipsa ambulans funus tuum portare coepisti, et non acriter plangis, non jugiter ingemiscis?' Aliter Sidonius Apollinarius lib. IX. Epist. 9. 'Quique viventibus non defuturus post sepulturam fiet per ipsa, quæ scripsit, sibi superstes.'

Brant. Ipse mihi supervivens] Seneca cap. 8. de Tranquill. 'Ultimum malorum est, ex vivorum numero, antequam moriaris, exire.' Tacitus Annal. XIV. 'Præsigno malorum jam a vivis' (lege, *civis*) 'exempta, nondum tamen morte acquiescebat.' Idem in Agricolæ vita: 'Non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus.' Tertullianus de lace: 'Rescindens sepulturam suam, tenebras: hæres sibi met existens.' Elegiastes ad Liviam, 'Et sensi exequias funeris ipse mei. *Pric. Supervivens*]' 'Supervivere' is dicitur, qui cum jam mortuus videretur, refocillatus respiravit ac veluti revixit. *Beroald.*

Et postumus] Fortunatus ad Gregor. Turon. 'quasi sibi postumi vivere creduntur.' *Brant.* *Et posthumus]* Eleganter se posthumum sibi met ait fuisse Aristomenes, tanquam post mortem renatus sit: sicut posthumes illos vocant, qui post mortem patris nascuntur, quasi post humationem parentis nati sint, ut interpretatur Servius, enarrans illud Virgilianum e sexto Æneidos: 'Sylvius Albanum nomen, tua posthuma proles.' Cesellius tamen in commentario lectionum antiquarum: 'Posthuma,' inquit, 'proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est.' Cesellium refellit A. Gel. libro secundo Nocturnum Atticarum. Hinc sit verbum *posthumare*, quod significat postremo loco esse, quasi post humationem antecessorum. Tertullianus in apologetico ait: 'Cæteri quoque Moyse posthumant:' id est, Moyse posteriores sunt. Sidenius Apollinaris decenter 'posthumam' dixit 'ætatem,' pro postera et sequente. *Beroald.*

Destinata jam cruci candidatus] Donata j. cruci Pith. Fux. *damnata jam cruci c.* exstat quoque in Regie ac Guelferb. ut infanatum et infelix crucis lignum innuat. Sed videtur mihi natum ex interpolatione vel glossa *crucis candidatus*, i. e. *damnatus*

cruci. Sed Beroaldus optime exposuit et exemplis illustravit *crucis candidatus*. Capiendum autem *destinata* pro certo me manentis, mihi decreta et statuta. Vide Duker. ad Flor. I. II. c. 18. 'destinata morte.' Lib. IV. c. 7. 'imminentis cladis destinata signa.' Sic etiam Mss. Leidd. Forte *minitantiæ*. Justin. lib. VIII. c. 3. 'fratres olim destinato supplicio tradit.' Quod ex unico Cod. is *destinatus* non mutem cum Celeb. Burmanno ad Valer. Flacc. I. II. vs. 485. licet certum sit ita rectissime dici, ut hic 'destinatus cruci' potuisset scribere Auctor. Sed *destinata* maluit, ut I. VIII. in f. 'destinata lanienæ cultros acuebat.' L. XI. 'Esse quemquam tam perditæ mentis, vel immo destinatæ mortis.' Estque verbum de reis et damnatis proprium. Vide Burm. ad Æn. XI. 129. 'me destinat arm.' In Oxon. et Coll. Wass. omnia hæc desunt. *Oud. Candidatus]* Sicut *candidi* dicuntur petitores magistratum, a toga candida, quam petitores inducebant, ita 'candidatus crucis' eleganti translatione dicitur is qui petit crucem: hoc est, qui futurus est jamjam crucifixus, et (ut Veteres dicebant) 'directus:' a Quint. dicitur 'candidatus eloquentiæ,' qui eloquentiam anspicatur. Ab altero seniore Quint. 'candidata sacerdotii,' quam petit sacerdotium: ab Hieronymo 'candidatus fidei,' qui ad fidem instruitur: a Plin. panegyrista, 'candidatus gloriæ, et immortalitatis.' De candidatis, et toga candida affatim scripsimus in primo Tranquilli commentario. Unde manus candidatorum M. Tullio dictum, pro omni officio et labore petitorio: et Plautino sale 'crociatus' dictus *candidatus crucis*, quasi in crucem saliens. *Beroald.* *Destinata jam crucis candidatus]* Hoc *nelparow* non agnoscit Oxoniensis Ms. *Pric.*

Quid, inquam (de) me fiet, ubi iste jugulatus m. apparuerit] Recte Elmenhorst. qui forsân intelligit Sclopp. lib.

II. Sasp. Lept. Ep. 18. 20. Adde-omni-
no Vossium de Constr. cap. 48. Nizo-
lium in Thes. Cicer. Drakenb. ad
Lit. lib. XLV. 39. Utrumque simul
apud Terentium And. III. 5. 7. 'Nec
quid me nunc faciam. DAV. nec quid
de me.' Male igitur contra Mss. (si
forsan excipias Guelferb.) et Edd.
Vett. Stew. Calv. Vulc. Wower. Pri-
cæus ejecerunt præpositionem. *Oud.*
Paruerit] Lib. x. pag. 233. 'pareret
flos ætatis: ubi idem vulgo error.
Pricæum vide, et ad lib. v. p. 90. et
me ad Suet. Ang. cap. 95. 'jocinora
replicata paruerunt.' Apud Apollin.
Sidon. lib. IV. Ep. 16. 'ut bene pa-
reat, vos non manifesta modo, verum
quoque furtiva lectione proficere.'
Solin. p. 10. 'parere desit: ut bene
Salm. et est in Mss. Leidd. novem.
Vulgo *adparere*. p. 30. 'In saxis ta-
men pareat.' Verum Mss. O. et Edd.
Vett. *adpareat*: ut mox eadem pag.
'quarum parte adparet herba.' Ve-
rum cap. 52. 'nec ultra xv. dies pa-
rent.' Mss. O. cum Salm. Vulgo *ad-
parent*. In Oxon. Guelf. Edd. Jun-
tinis prave item *patuerit*. Idem. *Ju-
gulatus mane paruerit*] Idem Cod. *pa-
tuerit*, quomodo et in Palat. legi El-
menhorstius testatur. Ego *paruerit*
fero, imo et magis Appuleianum puto,
Infra lib. v. 'Quamvis hominum ne-
mo pareret, chorum tamen esse pate-
ret.' Servius ad Æneid. I. de discrimi-
ne *roû parere* et *apparere*. 'Obser-
vatio hæc diligenter custodiri debet,
licet eam Autores metri causa, vel
clausulæ corrumpant: quod poste-
rius heic ab Appuleio factum. *Pric.*
Paruerit] Visus fuerit, comparuerit:
nam 'parere' idem est quod appare-
re, alias obsequi. *Beroald.*

*Cui videbor verisimilia differentia,
proferens vera*] Ex vitiosa Bas. lectio-
ne frustra quoque Sciopp. conjecit
disserere, etiam, ac Scriverius etiam
inseruit: *dicere* simpliciter exhibent
Mss. O. et Edd. Vett. Mox *proferens*
recte Mss. plerique cum Aldo, Junt.

post. &c. Stew. et seqq. dedere:
'perferre' est vel annunciare aliunde,
vel ad finem usque deferre. 'Pro-
ferre,' expromere, edere. Eadem ta-
men varietas est fere perpetua, ut in
f. hujus libri, 'quas causas ubi pro-
be protuli.' Lib. III. p. 44. 'cum fide
proferam:' et dein, ac lib. x. 'ser-
mone prolato.' Eodem 'hæc ad or-
dinem protulit.' Ac lib. IV. p. 84.
'prolata fabula' rectius erit *perlata*:
ubi dicam plura. *Oud.* *Verisimilia
dicere*] Ex disciplina rhetorica ete-
nim narratio fit verisimilis, credibilis-
que: sunt enim plurima, ut ait
Quintilianus in quarto, vera quidem,
sed parum credibilia, sicut falsa quo-
que frequenter verisimilia. *Beroald.*
*Cui videbor verisimilia dicere proferens
vera*] Bene hoc: nam (Minuc. Oc-
tav.) 'Ut sæpe in verisimili men-
daciæ, ita nonnunquam verum in
inverisimili est.' Quintilianus XII. 1.
'Frequenter evenit ut optimæ cau-
sæ similes sint malis, et innocens
rens multis verisimilibus prematur.'
Achilles Tatius lib. VI. *Ὅσα μὲν ἄπιστα
λέγουσιν, ἀλλ' ὁρθῶς πέπρακται. Pric.*

Proclamares saltem suppetiatum] Lib.
VII. 'An ignoras eos qui morituris
auxilium salutare denegarint, quod
contra bonos mores id ipsum fecerint,
solere puniri?' Seneca I. 10. de Be-
nef. 'Dignum etiam impendio san-
guinis mei tuebor, et in partem dis-
criminis veniam: indignum si eri-
pere latronibus non potero, clamore
sublato salutarem vocem homini non
pigebit emittere.' Confer I. I. § 28.
35. et 38. ad SC. Silan. Oxoniensis
hic, *Diceret aliquis, mi Aristomene,
proclamares, &c.* quæ vix putem ger-
mana esse. *Idem.* *Proclamares saltem
suppetiatum*] Prosopopœia, quæ La-
tine conformatio appellatur: fit au-
tem hæc figura, cum aliqua quæ non
adest persona confingitur quasi adsit,
et ei oratio attribuitur: ut hoc in lo-
co verba memorantur, quæ dici pos-
sent ab adversariis ita argumentanti-

bns, socium ab Aristomene fuisse infectum, tanquam sic culpantes dicant: Debuisses saltem, si vera autumas, inclamare auxilium: et suppetias: nam 'suppetiatum' dixit, pro auxiliatum: et 'suppetim' dicantur auxilia, et 'suppetiari' est auxiliari: supra quo verbo satis multa in decimo Tranquilli commentario: ubi ait: 'Comularum suppetias ferentem rapta equis fugaverunt.' Ubi exposuimus, 'suppetiatum' posse inclinari tanquam nomen quarti ordinis: ut 'arbitratus,' ut 'allegatus,' ut 'sacrificatus,' ut multa consimilia inclinantur. *Bersold.*

Si resistere vir tantus mulieri nequibus] Nullam hic efficaciam habet istud tantus: quare multo elegantior videtur lectio *natus*, quam non nominato Brantio, et quasi de se protulit etiam Davis. ad Cicer. lib. III. Tuscul. Disp. cap. 17. 'Qui mortalis natus:' ubi et alibi sic per pleonasmum loqui Appellatum probat. Pricus Iidem in notis *natus*, quasi certa hæc esset lectio, posuit. Eum adi ad Apolog. p. 82. 'homini nato:' et Wass. ad lib. IX. init. 'homini nato.' Anson. Ep. 145. 'natus mortalis.' Passim Græcis, *ἄνθρωπος γενόμενος*, ut Xenoph. in Cyrop. I. p. 2. Ed. Leuncl. Immo sic loco adpositissimohæc verba citavit ad Phædram Schefferus, lib. III. F. 8. 11. 'Vir natus quod rem feminarum adtigerit.' Adde ibidem Rigaltium, et G. Caperum lib. III. Observ. c. 10. *Oud.* *Vir mulieri nequibus]* Antitheton est: quasi dicas, fortis imbelli, robustus infirmus: parum enim probabile argumentum est, virum a femina vinci, cum mulier naturaliter imbecillis sit et metiensiosa: vir vero robustior et audentior: unde vir nominatus est, quod in eo major vis est quam in femina: et hinc *vir* nomen accepit, ut docet Lactantius in libro de Opificio Dei. Item *mulier* a Varrone interpretatur, a mollitie dicta. Ob hoc ait Aristoteles

in Problematis: 'Mulierem interfecisse iniquius esse quam virum, quamvis mas femina præstantior sit: quia scilicet femina imbecillior est. Id est, minus facere injuriam potest.' Item, 'Enim adversus id quod longe infirmius est, nihil virile, immo stolidum atque iniquissimum est.' Hec signare voluit Æneas Virgilius, cum ait: 'etiam nullam memorabile nomen Faminea in pœna est, nec habet victoria laudem.' *Bersold.* *Si resistere vir natus mulieri nequibus]* Apud Ciceronem, ex vet. Tragedia, Tuscul. II. 'Vir feminea interimor mans.' *Pric.*

Vel propter indicium] Sensus est: Si contubernalis tua, ut asseris, infectus est crudelitate feminea, cur eadem crudelitas te quoque non peremit, vel ob hoc, ne tu, arbitet et contemplator sceleris patrati, posses indicare auctores homicidii? *Bersold.*

Arbitro pepercit] Arbitrio est in Palat. monente Wowerlo, non iam, item in Par. et Guelph. non inepte pro ipso arbitro, ut 'acelus' pro 'scelato,' 'servitium' et 'ministerium' pro 'servis' et 'ministria.' Lib. IV. p. 86. 'marinum obsequium pro diis marinis obsequentibus.' Eadem varietas de Deo Socratis, 'longe remotis arbitris.' Adi me ad Cæsar. lib. III. B. Civ. cap. 40. 'Quæ per arbitrium fierent.' Præcipue hic ita locutus videtur, cum cetera substantivis rei tribuantur, ut 'latrocinium peremit, crudelitas arbitrio pepercit.' *Oud.* *Vel propter indicium sceleris arbitro pepercit]* Oxon. V. p. ind. scel. vitandum a. p. Pric. *Sub oculis tuis homo jugulatur, et miles]* Apud Quintilianum ille I. Declamat. 'Peritur in sinu tuo maritus, et tu taces?' *Idem.* *Cur autem te simile latrocinium non peremit]* Ibidem: 'Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna invidit?' *Idem.* *Arbitro]* Speculatori, inspectorique homicidii. 'Arbitrari' est

inspicere et speculari: Plant. in Captivis: 'Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' 'Arbiter' dicitur iudex, qui rei arbitrium habet et facultatem: 'arbitrium' dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: et 'arbitrari' est judicare, ut apud Iuriconsultos tit. de receptis. 'Arbitrarium' vero, cum adhuc res apud arbitrum geritur. De arbitri iudicæque differentia non indiligenter scripsimus in commentariis Tranquil. et docet M. Tull. in oratione pro Roscio Comedo. *Beroald.*

Nunc illo redi] Scilicet ad mortem regredere, quam evasisti. *Idem. Nunc illo redi]* 'Morere, et fratrem ne desere frater.' *Pric.*

Hæc identidem mecum replicabam] Similia notat Brantius ad lib. III. p. 48. 'Sic tacitus mecum inquam.' Scriverias etiam, aliquæ unci includere. Male. Non enim, quia sæpe omittit verbum, ideo semper id egisse, credi debet. Elegantius orationem variant scriptores. Lib. III. init. 'Hæc identidem mecum replicans fortunæ ejulabam.' Lib. VII. 'Dum hæc identidem puella replicat.' Vide etiam ad lib. IV. p. 84. 'Lamentationes replicaret.' *Oud.* *Hæc identidem replicabam, et nunc ibat in diem]* Curtius lib. X. 'Has cogitationes volventibus nox supervenit.' *Pric. Idem.*

Idem] Frequenter, subinde. *Beroald.* *Optimum itaque factu visum]* Reg. Pith. Fax. Gueif. cum Lips. *factum.* Sed in reliquis recte *factu.* Errat autem Colvius. 'Bonum optimum factum' est id, quod jam bene optime peractum est, vel creditur. 'Optimum factu,' quod faciendum adhuc restare videtur. Creberrime vero Mss. libriorum errore variant, ut lib. VIII. p. 164. 'Arduum factu, facile effectum.' Cic. I. Cat. 19. 'si hoc optimum factu judicarem.' Adi ad Cæs. lib. IV. B. G. cap. 80. 'optimum factu esse duxerunt.' *Oud.*

Anteluculo] Oxon. *antelucium.* Guel-

ferb. Edd. Vicent. Scriver. et Pricæus in notis, *antelucio*, ut mox et supra: 'noctis antelucio aufugiamus.' Gloss. 'Anteluculo, *ἀντελὺς*.' via Pith. *Idem.* *Anteluculo]* Hora antelucana, hoc est, matutina, et ante Solis exortum. Adverbium est. Justinus in primo ait: 'Antelucano tempore ruri iter ingressus Cyrus obvium habuit servum de ergastulo.' Refert Plin. mel venire ex aëre 'sublucanis temporibus: 'intelligi volens, hora matutina, quæ sub lucem et auroram est. Terent. in Adelphis: 'Cras rus cum filio cum primo loca ibo hinc: 'ubi exponit scienter Donatus, quod Veteres dicebant *lucum* pro *lucis*, masculino genere, ponentes pro Sole. Sicut ergo apud Terent. 'cum primo loca' significat, cum primum Sol cæperit illinescere, ita *anteluculo*, quod adverbium est, significat, antequam lux oriatur, et Sol tenebras illuminet: sicuti *diluculo*, cum jam dilucescit. *Diluculum* enim est, ut Macrobi. docet, cum jam incipit dignosci dies. *Beroald.* *Optimum itaque factum visum est antelucio fortim evadere]* Justinus lib. XXIII. 'In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est, omnibus virtutibus decernere,' &c. corrige libro XIV. eundem Justinum: 'Omnis igitur circumspecti, optimum factum visum est,' &c. nam vulgo illud *factum* non visitur. At heic Lucius noster, 'antelucio evadere.' Ambrosius Hexaëm. 6. ubi de homine quodam Antiochiæ oculo: 'Miles quidam, &c. minster cædis exstiterat: tectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes concesserat.' Achilles Tatius lib. II. *Ἐσπεροῦμεν, καθ' ἑσπερὸς γενόμενοι, τὶ ποιήσιν εἴη, καὶ ἴδωκεν ἀπὸ τῶτον εἶναι φεγγέα πρὸς τὰς γέφυρας.* *Pric.*

Et viam, &c. capessere. Sumo sarcinulam meam] Lib. VIII. 'Sarcinulis quisque sumptis suis viam capebant.' Plinius lib. IV. Epist. 1. 'Atque adeo

jam sarcinillas alligamus, festinaturi quantum itineris ratio permiserit.' Appud Petronium illi: 'Abendi consilium formavi, collectoque cultu ire extra caenam cupi.' Varro l. 1. de Re Rust. 'Ut sarcinas colligam antequam proficiar e vita.' Scholiastes vetus Horatii ad Serm. 1. 'Pauperes cum incident iumentis, post se sarcinam habent.' Glossarium: 'Sarcina, *ovisq; stercorund.*' Idem. *Linet trepido*] Quamvis titubanti, vel potius propere: cum formide homines volaticos faciat, et pennatos. Beroald. *Sunt sarcinulam meam*] Quod Lucianus dicit Græce τὰ σαρδιά, id Appuleius 'sarcinulam' appellat. Idem.

Et subdita clausa pensulas reduce] Infra lib. IX. 'Clave pensulis subjecta, repandit fores.' Pric. *Pensulas reduco*] Ostium cubicali repando, quod reductis retractisque pensulis fit. in Cantico legimus, 'Pensulam ostii mei aperui dilecto meo:' id ridicule exponit, et cum delirio, Nicolaus de Lira, pensulam esse ostiolum in magno ostio. Beroald.

Reserata] Reseratur, patefactaque. Idem.

Vix tandem, &c.] Glossa. 'Μόλις ποτέ Tandem aliquando, vix tandem.' Pric.

Ubi es, inquam] Sic bene cum Ed. Junt. post. et margine Bas. sec. edidit Colv. In ceteris erat inquam, ubi es. Rectius tum abesset verbum: ut alibi superius emittitur. Vide ad p. 39. Ed. Pr. Oud.

Valvas stabuli absolvo] Verba sunt Aristomenis, stabularium inclamantis, ut januam stabuli adaperiat, quam ex valvis constat. Sunt autem valvæ ex eo dictæ, ut Varro et Servius interpretantur, quod revolvuntur et se velant: 'absolvere valvas' est, liberare a claustris, repagulisque, quibus alligatæ continentur: translatio a debitore. Beroald.

Antelucio] Adverbium est, idem significans quod 'anteluculo,' de quo jam dictum est: sed hoc quasi 'ante

lucum,' sicut Veteres usurpabant: illud quasi 'ante lucum,' videri potest inclinatam. Idem. *Antelucio ire*] Quod infra lib. VI. 'viam lacubrare' vocat. Pric.

Janitor post stabuli ostium huius cubitus, &c.] Sic in Troadibus Euriptidis post θυρίος λάκρυς, sequitur, αὐτὸν ὡς ἐπὶ σείων ἔχον. Hesychius: Χοιρίδης, ὁ χοῖρος ἀνελκόμενος. Idem. *Post*] Post, quod gravi sono Antiqui enunciant, differentie causa. Beroald.

Etiā nunc] Edd. plerique, Et jam nunc. Sed vide ad p. 46. Palat. Gœlf. et Oxon. cum Fax. Et nunc jam. Max in Par. semiospitum, ut infra. Male. Adi Gron. et Drakeub. ad Liv. lib. XXV. 30. 'semiospitum hostes:' et alibi. Oud. *Semiospitum*] Semiospitum: sicuti 'exanimus' dicitur et 'exanimis,' 'inermis' et 'inermis,' ita 'semiospitum' et 'semiosomia,' secunda et tertia declinatione. Beroald. *Etiā nunc semiospitum*] Et post pauca de Eodem: 'marcidum et semiospitum.' Quo minus placide dormiret non obstitit cubilis durities. Theodoretus III. τῷ Περσέας de servo loquens: 'Ἐς ῥήδους ἀνδρῶν, ἀλλ' οὐ μόνον τὸν θυρὸν ἐκλεινόν, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτὸν τοῖς ῥηδούτοις ἐκχυρόμενος οὐ ἐξ τοῦ ῥήδους ἐντρονίας ἀνδρῶν.' merces hæc servo posita est, hoc beneficium tributum, dum Domino stragulis involuto carum quietem abundant. Vide et v. 12. Ecclesiasten. Pric.

Hoc noctis] Hac hora nocturno, hoc tempore: vetus locutio est. Plaut. in Amphitruone: 'Qui hoc noctis solus ambulem.' Beroald.

Hem! etsi] Manuscrip. nemetsi. Colvius. Hinc edidit Scrivenerius, nam etsi. In Palatino quoque, Pith. Fax. Gœlf. est nemetsi; in Par. nec movet si. Barth. ne me etsi: quod verissimum pronunciat lib. XXXIV. Advers. c. 15. pro ne mihi: ut ne me pro mihi. At non capio quid ne hic faciat. Malim: ne, enim, etsi. In

Mis. anim plerisque semper est pro
nas, ne; unde multi, et in his Barthius,
ita scribendum quoque pro certo, pro-
fecto autumant, nec non Voss. de Art.
Gramm. i. 43. Cort. ad Sallust. p.
489. Sed adi Arntzen. ad Plinii Pa-
neg. p. 315. In Wass. desunt *facino-
ris tibi. Oud.*

Facinoris conscius] 'Scian' et 'con-
scius' hoc differunt, quod 'scius'
secum, 'conscius' cum alio scius est;
ut docet Nonius: cui subscribunt
Joven. cum ait: 'Quis nunc dili-
gitur nisi conscius?' et Mar. 'Vis fieri
dives Bithynice? conscius esto.' Sed
'conscium' indifferenter positum le-
gitimas, ut hoc loco: namque hic 'con-
scius' accipitur pro eo, qui secum
scius est flagitii. *Beroald.* *Fac. con-
scius scilicet mori cupis*] *Conscius scilicet*,
δολοῦν, jungenda esse, et nequa-
quam mutanda, quis non videt? Adi
omnino ad lib. iii. p. 61. iv. p. 78. 79.
Si in Fox. Semel Pith. ut sæpe in
illo codice pro *scilicet*. *Oud.*

Nos cucurbita, &c.] Proverbialis lo-
cutio. Sic Menander: *Ἐπὶ Νικομάχου*
πρὸς τὸν στρατιώτην τῷδε, Ἄν μὴ
παύσῃ πέποντα μαστήγων ὄλον, Ἄν μὴ
ποιήσῃ συγγῆας μαλακώτερον. Quo
etiam spectare putem Theopompum:
*Μαλακώτερα πέποντες καὶ σικτόν μοι γέ-
γυνε.* Subtilius indagat originem hu-
jus dicti Beroaldus, aliter quam doc-
tissimus Junius noster Proverb. Cent.
ii. Nos, quod nobis videbatur, dubii
adhuc prompsimus. Non enim certa,
sed arbitraria hæc esse volumus.
Colo. *Nos cucurbita caput non habemus.*
Veluti proverbialiter significat,
capita hominum non esse villa, obji-
ciendaque trucidationi: sicuti cucur-
bitæ caput, quæ inter hortensia vul-
garis est et plebeia. Plin. lib. xix.
tradit esse genera cucurbitarum: ca-
merarium, quod levi umbra cameras
ac pergulas operit: alterum ple-
beium, quod humi repit. Videtur
Appuleius veluti alludens festiviter
id dixisse, quia seminosa sunt cucur-

bitæ, et ita appellantur ab Ovid. in
Priapeis: ex quo fit, ut singula se-
mina singulæ quasi animæ cucurbi-
tarum videri possint: ex quo fit, ut
cucurbita vicariam et quasi succeda-
neam pro aliena anima animam im-
pendere possit, cum infinitas hoc
pacto animas possideat, quod secus
est in nobis. Cucurbitæ quo longio-
res tenulosiores sunt, eo gratiores;
semina quæ proxima collo fuerint;
proceras parvius; quæ in medio, ro-
tundas; quæ in lateribus crassas:
auctores Colum. et Plin. A cucur-
bita fit 'cucurbitarium,' accipitur
que pro loco in quo cucurbitæ serun-
tur; sicuti 'cucumerarium,' ubi cu-
cumeres. Esaias: 'Sicut,' inquit,
'ingurium in cucumerario,' Cypria-
nus, usurpans hoc Esaiæ testimonium,
non dixit ingurium, sed (quod eleg-
gantius est) *custodiarium*. Hierony-
mus cucurbitarios vocat, veluti cu-
cubitæ amatores: dum dilnit ac re-
fellit in epistola ad Augustinum, ob-
jectam cucurbitæ calumniam. 'Cu-
cubitula' vero non tam parvam cu-
cubitam significat, quæ vasculum
illud quo medici utuntur ad sanguinis
detractionem. Corn. Cels. in ii.
'Usus,' inquit, 'cucurbitulæ præci-
pius est, ubi non in toto corpore, sed
in parte aliqua vitium est:' idque
auxilium ut minus vehemens, ita ma-
gis tutum, nec unquam periculosum
esse autumat. In hanc sententiam
est illud Satyrographi poetæ: 'va-
cuumque cerebro Jampridem caput
hoc ventosa cucurbita quærit.' Græci
'colocynthida' vocant cucurbitam. a
Plin. 'coloquintia' dicitur cucurbita
sylvestris, quam minorem esse ait
quam sativam. *Beroald.* *Nos cucur-
bita caput non habemus*] Apud Plan-
tum ille in Casina: 'Tam mihi mea
vita quam tua Tibi cara est.' Alius
apud eundem Mostell. 'Nolo cas-
tigari bubulis exuviis, Illius quam
meum tergum minoris pendo.' Ter-
tius item in Epidico: 'Men' piscula-

rem oportet fieri ob stultitiam tuam: Ut meum tergum stultitia tua cad- das succidamus? Apud Arnobium vii. 'Quoniam causa est, ut aliorum crimen meo sanguine laetur?' 'Carbitæ caput' proverbiale est. Her- mippus Comicus: τὴν κεφαλὴν δὲν ἔχει! δὲν καλοῦνθῃ. *Pric.*

Non longe inquam lux abest] Petron- ius: 'Moraris Eumolpe, tanquam prope diem ignores?' *Idem.*

Sed et præterea] Temere sed solius Palatini auctoritate cum Scriverio et Elmenhorstio ejecere *Pric.* et *Flor.* licet adstipuletur Guelferb. Multo elegantius adest, quare reposui: et exsulat ab Oxon. et Fux. Pro an ig- noras in Fux. ante ign. Forte pro an- ne, ut alibi. *Ond.*

Quid citori de summa pauperie la- trones auferre possunt] Seneca cap. 8. de Tranquill. 'Latiore videbis quos nunquam Fortuna respexit quam quos deseruit. Vidit hoc Diogenes, vir ingentis animi, et effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem voca; et quam voles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse sæ- licem, si quem mihi alium inveneris cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est inter avaros, circumscrip- tores, latrones, plagiaros, unum esse cui noceri non possit.' In Terentii Phormione: 'Alii aliunde est peric- ulum quibus aliquid abradi potest, Mihi sciunt nihil esse.' Sallustius Catil. 'Egestas facile habetur sine damno.' *Pric.* *De summa pauperie*] Pauperies immunda est, et mendici- tas egestasque significatur. unde ait Horat. 'Pauperies immunda procul domus abest: paupertas vero, ut in- quit Porphyrio, honestæ parsimonie nomen est, et usurpatur pro fortuna mediocri. Laudes paupertatis gra- phice Appuleius noster, ut omnis, sperioseque perscribit in Apologia, ubi ait, paupertatem fuisse in Aris- tida justam, in Phocione benignam,

in Epaminonda strenuam, in Socrate sapientem, in Homero desertam. Alias pauperies damnum significat: quod satis liquet ex titulo illo apud juriconsultos notissime, 'Si qua- drupes pauperiem fecisse dicatur.' Consimiliter apud Græcos πτωχία καὶ πτωχὸς di-parantur: cum appella- tione πτωχίας paupertas significetur, πτωχὸς vero ipsa egestas, mendici- tasque: sicut apud Aristophanem claret, qui in Plato ait πτωχὸν esse δδολόν, id est, sororem τῆς πτωχίας; et πτωχόν, id est, egenum eam cum qui nihil habet; πτωχὸν vero, id est, pau- perem dici, cui suppetant necessaria. *Bersoid.*

Nec a decem palæstritis] In hac sententiam ait Hieronymus: 'Nudus viator non timet latronis insidias: quod transtulit ex illo vulgatissimo: 'Cantabit vacuus coram latrone via- tor.' Consimiliter Plant. in Asia. 'Nudo detrahare vestimenta me ju- bes:' appellatione autem palæstri- tarum, robustiores exercitatioresque intelligi vult: sunt enim palæstritæ magistri lectionis, et gnari omnis palæstricæ exercitationis. Græci πάλῃ vocant palæstram et luctam, unde palæstritæ, autumat Servius, pa- læstram dici posse ἀπὸ τοῦ πάλῃ, id est, a motu urne: quoniam ducti sorte luctabantur: luctatores in cer- tamine palæstrico nudabant corpora, et oleo ungebantur: quod primi La- cedæmonii factitabant, auctore Thu- cydide. 'Apalæstros' Græci vo- cant, ignaros palæstræ: de quibus M. Tul. in Oratore: 'Itaque qualis eorum motus, quos apalæstros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris senten- tias.' Domitianus 'clinopalem' vo- cabat assiduitatem concubitus, velati lecti palæstram. Papinius et Sido- nius Apollinaris 'palem' pro palæ- stra usurpant, Græca dictione: quod uberius a nobis scriptum reperies in Tranquilli commentariis. Putat Quin-

tillanus, ne illos quidem oratores reprehendendos esse, qui paulum etiam palæstritis vacaverunt: ubi indicat palæstritas non solum dici, qui vitam partim in oleo, partim in vino consumunt, qui corporum cura mentem obraunt: sed et eos quoque, a quibus motus gestusque formatur. De 'palæstritis' magna est mentio apud Ciceronem in Verrinis. *Beroald.* Nudum nec a decem palæstritis despoliari posse] Facete. Ita Cicero, ad oram Appuleii sui a Casaubono notatus: 'Leontinis, quorum nemo glebam possidet, non modo Apronium, sed nec tempestatem quidem ullam in agris nocere posse.' 'Decem palæstritis' proverbiale est. Persius: 'Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant, Non tamen efficiunt,' &c. Non frustra autem decem heic Appuleius posuit. Arrianus 1. 29. in Epictetum: Κρείττορες εἰσιν οἱ δέκα τοῦ ἔρως. Πρὸς τί; Πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι, &c. πρὸς τὸ ἀρρῆσθαι τὰ ὄντα. *Pric.*

In alterum latus evolutus] Senec. cap. 2. de Animi Tranquill. 'Sunt quædam quæ corpus nostrum cum quodam dolore delectant: ut, versare se, et mutare nondum fessum latus.' Herc. Fur. Παλιντροπος ἐγχερόμενος στρέφεται. Euripidæum est. *Idem.*

Convectore illo tuo] Convectore habent Mss. O. nisi quod in Par. et Guelferb. cum vectore. Incidit quoque Gulielmo et Cl. Wasseo conjectura convictore. Vulcan. Ed. sec. Elmenh. et *Pric.* qui e Glossis conjecit convivone, id est, combibone, audacter edidit *cynocannone*. Præstat nihil mutari. Convector est viæ comes, licet equos vel currum non haberit, vel qui te huc secum convexit. Novus enim hospes Aristomenes, sed vetus et notus Socrates. *Oud.* Unde autem scio an convivone illo tuo, &c.] Pere nemo est qui non hic aliquid indulerit sibi: fortassis convivone, id est, combibone scribendum. Glossæ:

'Convivones, συμποῖται.' Imo supra de eodem isto, 'vinolentia pertentatus.' *Pric.* Convectore] Socrates significatur. Convectores dicimus eos, qui simul iter faciunt, simulque vehuntur: quæ dictio proprie nauticorum est, qua jurisconsultus crebro utitur. *Beroald.*

Devorteras] Ita rescripti fide Mss. Palat. Pith. Oxon. Petr. et Ed. Junt. post. non devort. Passim in Appuleio reverti et devorti. Infra p. 16. 'devorsatur,' ut leg. videtur. Lib. II. p. 22. 'Ut non apud te devortat.' Lib. III. p. 46. IV. init. 'Apud notos divortimus:' ut leg. item p. 65. Lib. VIII. p. 264. 'devorsoria.' Forsan etiam rectius adfert quocum Stewechius, non cum quo. De locutione 'fugæ mandare præsidium' sen salutem, adi Freinsh. Ind. ad Flor. III. 1. 4. 'Scelus insidiis mandat.' *Oud.* Devorteras] In stabulum hospitiumque deveneras. *Beroald.*

Fugæ mandes præsidium] Infra lib. VII. 'Nam et præsidium fugæ, quo velocius, frustratis insecutoribus,' &c. Interpres vetus Judith. xv. 1. 'Tremore ac metu agitati fugæ præsidium sumunt.' Claudianus: 'Arma oneri, fuga præsidio.' Servius ad Æneid. x. 'Miserrimum et ultimum præsidium fuga est.' Mandes est commendes. Virgilius: 'Mandavimus hordea sulcis.' ubi Servius, 'Commendavimus.' Alibi Virgilius: 'Mandet humo.' Servius: 'Commendet in terra.' *Pric.*

Illud horæ, &c.] Habet (ut multas alias locutiones) a Suetonio. 'Nunquam' (inquit) 'postea se publico illud horæ commisit.' *Idem.* Illud horæ] Illa hora: id temporis, eo temporis, archaismus est. *Dehiscente]* Patente. *Beroald.*

Memini me, terra dehiscente, &c. prospexisse] Fux. Id horæ me memini. Mss. Palat. Waa. carent τῇ me. Sæpius quidem additur: sed tamen eleganter quoque abesse potest: ut

recte adscripsit Wasseus. Sic enim diserte Terentio in Andr. 11. 5. 18. 'Virginem forma bona Memini videre : ubi prave contra metrum alii inferciant me. In Palat. Guelf. *terram*. dein Wase. in quibus pro inque Ais vel iis. Oud.

PAG. 13 *Canem Cerberum*] Ms. Barth. *tu canem C.* unde ipse lib. XXXIV. Advers. c. 15. facit *tricanem*. At Cerberus non est *tricanis*, sed unus canis triiceps. *Idem*.

Canem Cerberum] Mythici fabulantur, canem Cerberum custodem esse aulæ Plutonicæ: de quo Silius: 'lachrymosæ janitor aulæ:' quem, latratu trifauci regna inferna personantem, Hercules ad snperos traxerit reluctantem. Historici vero prodiderunt, et memorat Eusebius Chronographus, Orcum regem Molosso-ram habuisse canem ingentis magnitudinis, nomine Cerberum, qui Pirithoom ad raptum Proserpinæ ejus uxoris venientem devoravit. Grammatici terram interpretantur. De tricerbero causæ nescio quid indictum dicit Fulgentius in Mythologiis. *Beroald.* *Canem Cerberum canentem*] Fauces præ aviditate moventem agitantemque. Plautus Capteiv. 'Quasi lupo esuriens metui ne in me faceret impetum.' Ovidius xiv. Metamorphos. 'Et jam prensurum, jam nunc mea viscera rebar In sua mersurum.' De Laperda Nicetas Choniates: *Τὴν εὐρυχωρῇ γένου* (Andronici Imper.) *συνέβλεπτο καταχάσκειν αὐτοῦ μέλλουσιν*. Sic 'hiare, ac malis increpare,' Virgilius dixit. Ammianus lib. xxix. 'vacuos morsus concerepare.' Sidonius de lupo: 'Irritant acunqtque famem, portantque rapinæ In vultu speciem, patalo jejunia rictu Fallentes: jamjamque tener spe frangitur agnus, Atque absens avido crepitat jam præda palato.' Ovidius viii. Metamorphos. 'Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat, Exercetque cibo delu-

sum guttur inani.' *Pric.*

Sed servitia cruci me reservasse] Apud Plantam ille: 'Scio ego crucem fore mihi sepulchrum.' *Æneid.* v. 'Infelix, cui te exitio Fortuna reservat.' Plutarchus in de Consolat. *Θερμίνης, &c. συνεσώθης τῆς οἰκίας ἐν ᾗ μετὰ πλείωνων ἐβίβει, μένος σφιδας, καὶ πρὸς πάντων εὐδαιμονισμένον, ἀναφανήσας μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὃ Τόχῃ (εἶπεν) εἰς τίνα με κερδὲν ἔρα φιλάτταις; μετ' οὐ πολλὸν δὲ χρόνον καταστρεβλάδεις διὰ τῶν τυράννων, ἐτελεύτησε*. Cicero (Verr. vii.) de summo Oratore illo M. Antonio: 'Tunicam ejus' (Aquillii, cuius causam orabat) 'a pectore abscedit, ut cicatrices Pop. Romanus Judicesque aspicerent adverso corpore exceptas, &c. eoque adduxit eos qui erant judicaturi, vehementer ut vererentur ne, quem virum Fortuna ex hostium telis eripuisset, cum ipse sibi non pepercisset, hic non ad Pop. Romani laudem, sed ad Judicium crudelitatem videretur servatus esse.' Philo (in de Mosis vita) de quibusdam murmurantibus Israëlitis: *τὰ προγενέστα ἐς οὐκ ἐπ' εὐεργεσίᾳ σέβαντα, μᾶλλον ἢ διὰ μετουσίαν ἀργαλεωτέρων συμφορῶν*. Agrippa ad Caium Imper. apud eundem Philonem: *Δόξω γὰρ οὐ τοῦ σωθῆναι χάριν ἄρχειν, μᾶλλον ἢ τοῦ βαρυτέρας ἐνδεχόμενος συμφορὰς ἐπιστημότερον τελευτῆσαι*. Infra lib. vii. 'In rebus scævnis affulsit Fortunæ nutus hilarior, nescio an futuris periculis me reservans.' Claudianus: 'Proh! sævior ense Parcendi rabies, concessaque vita dolori.' *Idem*.

Cruci me servasse] Ut perinde atque homicida, et Socratis contubernalis mei interfector, crucis supplicio afficerer. *Beroald.*

De genere tumultuario mortis] Tumultuarium dici voluerunt, quod tumultu quodam fit, et sine consultatione festinanter et incondite. A. Gellius 'tumultuarium studium' nominat, quod raptim et per successiva tempora fit. 'Oratio' quoque 'tu-

multuaria' dicta, quasi extemporales et tumultuose condita. 'Tumultuarius dux' a Livio dicitur L. Marcius, tumultu militari creatus, non formula legitima: Ita 'tumultuarium genus mortis' nunc appellat Appuleius quod perturbate et tumultuarie paratur: est enim *tumultus* (ut docet M. Tullius in VIII. Antonianarum) perturbatio tanta, ut major timor oriatur: unde etiam nomen dictum est tumultus: ita majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem fuisse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. *Idem. De genere tumultuario mortis necum deliberabam*] Horatius de Cleopatra: 'Deliberata morte ferocior.' Ait, 'de genere mortis,' &c. apud Senecam Phædra: 'Decreta mors est, queritur fati genus.' Apud Calpurnium Declam. XXIV. 'Non de morte cum patre, sed de mortis patris' (lege *patri*) 'genere dissentio.' Tacitus Annal. XII. de Agrippina: 'Sceleris olim certa, et oblate occasionis propra, nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit.' *Idem* Annal. XIV. de Nerone: 'Prægravem' (hanc ipsam Agrippinam) 'ratus, interficere constituit, hactenus consultans, veneno, an ferro, an qua alia vi.' Virgilius IV. 'Ubi concepit furias, evicta dolore, Decrevitque mori, tempus secum ipsa, modumque Exigit.' Infra hic lib. VI. 'Utpote in cœtu turbulento variæ fuere sententiæ, ut primus vivam cremari censeret puellam, secundus bestiis obijci suaderet, tertius patibulo suffigi juberet, quartus excarnificari præciperet: certe calculo canctorum utcumque mors ei fuerat destinata.' Et lib. VII. 'Dum in ista necis meæ decontor electione,' &c. Onomasticon vetus: 'Tumultuarius, *ταρρυχός*.' *Pric.*

Jam jam, &c.] Desumptum ex Sallustii B. Jug. c. 17. 'jam jam frater animo meo carissime:' ubi vide Wasseum. Vide et p. m. 78. *Oud. Jam-jam grabatule animo meo carissime*] Macrobius Saturnal. IV. 6. 'Est et ille locus ad permovendum pathos, in quo sermo dirigitur vel ad inanimalia, vel ad muta.' Virgilius, ubi de Didone moritura: 'Dixit, et os impressa toro, moriemur inaltæ?' ubi Servius: 'Quasi peritara, insensibili rei dat sensum, et sic ad lectulum alloquitur, ut ad hastam Tarnus, Mæzentius ad equum.' *Animo meo est, mihi.* Adolescens Plautinus ad Patrem in Trinummio: 'Pro imperio tuo Meum animam tibi servitutem servire æquum censeo.' Cicero Tuscul. I. 'Neque nos corpora sumus, &c. nam corpus quasi vas est, ut aliquod animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id a te agitur.' Sic τὰς τῶν ἄνδρων καρδίας Rom. XVI. D. Paulus. et 'Cacimentem efferam' Virgilius. Illud 'Animo meo carissime' a Sallustio est, apud quem Adherbal: 'Jamjam frater animo meo carissime' (quæ verba etiam Servius adducit ad Æneid. XII.): Sallustius hansit ab Homérico illo Odys. IV. Τῷ μὲν κεχαρισμένῳ θυμῷ. pro quo Terentius Heaut. 'Maxime animo exoptate meo:' et Virgilius: 'Animo gratissima nostro.' *Pric.*

Exantlasti] Recte Beroaldus per legendum monuit: licet Bertin. Pal. Fux. Pith. Gueif. consentiant Edd. Vett. in c. In Oxon. *exanglasti*. Frequens scilicet hujus verbi ea est corruptio. Lib. VI. p. 112. 'Exantlatis laborib.' p. 117. 'Tetra nox exantlata.' Lib. VII. 136. 'Terroribus exantlatis.' Lib. VIII. p. 152. ut hic, 'pares ærumnas exantlaverat:' ac sæpius: quibus locis vide. E Lipsiani Cod. scriptura posset quis fingere *exsudasti*: quomodo aliquoties occurrit 'exsudare labores.' Ad Drakenb. ad Livium lib. V. c. 5. § 6.

Sed nil mutandum est. *Oud.* Qui mecum tot ærumnas exantlasti] Aristophanes apud Suidam: Πολλὰ γὰρ δὴ πράγματα ξυνέθρηγκαν μεθ' ἡμῶν. ad quæ Suidas: Συνέκαμον, ἐπεθρήγκαν. Idem, Συμπούσασατα, ἀπὸ τοῦ, συνπομύσασατα. In Adelphiis Terentii: 'Panpertatem una pertulimus gravem:' ubi Donatus: 'Magis conjungit malorum consortium, quam bonorum.' Justinus lib. vi. de Epaminonda moriente: 'Allatum' (scutum) 'veluti laborum, &c. socium osculatus est.' *Pric.* *Ærumnas exantlasti*] Tot labores exhausti et perpesus es: id enim est ærumnas exanclare. M. Tullius in prima Tusculana: 'Quod cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum.' 'Anclare,' quod et 'antlare,' verbo Græco significat haurire: 'exanclare' exhaurire: hinc 'anclabra,' vasa quibus sacerdotes utebantur: et 'anclabris,' mensa ministris apta divinis. Græci ἀντλάω dicunt, pro haurio: unde et Latini 'antlare' usurparunt, et ita potius legendum videtur *exantlare*, per litteram t quam per c. Livius: 'Florem antlabant Liberi ex carchesiis:' cum signare vellet, vinum ex poculis hauriri. Hinc 'antlia' accipitur pro vase accommodo ad hauriendi ministerium, de quo Epigrammatarius: 'Antlia tollit aquas.' Quo in loco labitur, opinor, interpres. Hinc Phreantles cognominatus est Cleanthes, eo quod puteos hauriret. *Be- roald.*

Arbitrè qua nocte] Subintellige, eorum: ut sensus integer sit, spectator eorum rerum omnium quæ gestæ sunt noctu: quasi dicere velit, lectulum solum esse conscium suæ innocentie. *Idem.*

In meo reatu] Accusatione, et causæ dictione. Messala primus (auctore Quintiliano) *reatum* dixit. *Reus* autem, unde *reatus* nomen ductum est, is dicitur, qui causam dicit, qui

arguitur: et item qui quid promittit, sponditque, ac debet. Gallus *Ælius* lib. secundo significationum verborum quæ ad jus pertinent: 'Reus est,' inquit, 'qui cum altero litem contestatam habet; sive is egit, sive cum eo actum est.' In eadem sententia est Capito *Atteius*. 'Reus olim,' ut refert M. Tullius in secundo de Oratore, 'appellabant non eos modo qui arguantur, sed omnes quorum de re disceptatur.' 'Reum fieri quid est,' inquit *Pedianus Ascanius*, 'nisi apud prætorem legibus interrogari?' *Agi* dicitur reus, cum accusatur: *peragi*, cum damnatur: ut apud *Tranquillum* et *Propertium* explicatum est. *Idem.*

Quem solum, &c. testem innocentie meæ citare possum] *Augustinus* Confess. vi. 9. 'Statim enim Domino subvenisti innocentie, cujus testis eras tu solus.' *Pric.*

Tu mihi ad Inferos festinanti subministra telum salutare] Apud *Lucianum* tyrannus gladium alloquens quo filius occisus fuerat: Περί μικροῦ μὲν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάνυσσας κατὰ πειθοῦντι παραμύθιον ἐλθὲ, καὶ προσβυτικῇ χαρὶ δυστυχολογῇ συναγάγῃσαι. *Tellum* de quo heic agitur est *rectis*. *Bacchus* ad *Herculem* in *Ranis* *Aristophanis*: Φράξ' εἰ τῶν ὀδῶν Ὀπὺς τάχιστα ἀφίξωμ' εἰς Αἶδου κάτω. Respondet ille: Μὴ μὲν γὰρ ἐστὶν ἀπὸ κάτω καὶ θραύου Κρημέσσαντι σαυτὸν. 'Ad Inferos descendere,' ut infra, lib. vi. 'Sic enim rebatur ad Inferos recte atque pulcherrime se posse descendere:' ubi pro *recte recta* reponendum putarim: quod alibi eod. libro dixit, 'ad Orci regiam canali directo pergere.' *Idem.*

Et cum dicto] Statim, vix talibus dictis, cum talia dixissem: frequens locutio apud *Appuleium*, et prope peculiaris in hoc significatu: proverbium Græcum est εἰς ἑὸς εἰς ἔργον: quod dicitur de his qui occysime et cum dicto rem expedianat: sic enim

interpretatur, simul verbum, simul opus. *Beroald.*

Restim] Funem: et proverbiale est apud priscos, 'ad restim res redit:' quod, significat, res deperditas esse, et de suspensio cogitandum. In saltatione 'restim ducere' dicuntur chori puerorum puellarumque, manu conserti: ex quo sensu dictum est illud Terentianum: 'Tu inter eas restim ductitans saltabis.' Item Liv. in xxvii. 'Per manus recte data virgines, sonum vocis pulsus pedum modulantes, inceperunt.' A recte fit *resticula*: a qua similitudine aliorum connexa capita restes dicuntur. Plin. in xx. 'Alium ad serpentium ictus potum cum restibus suis.' 'Resticula ficorum' Varro decenter dicta est, sicut et vulgo nuncupatur. Quod autem lecti restibus et fasciis contineantur, indicat Porphyrio, explicans illud Horatianum: 'tenta cubilia, tectaque rumpit.' Lectum dici ait restibus sive fasciis subtentum. A recte fit *restio*, accipiturque apud Plautum oppido quam decenter, pro eo qui se pensilem facit, laqueo restis strangulatus: sic enim in Mostellaria loquitur laniata: 'Illi erant bucædæ potius quam ego sim restio:' quod significat, illi potius cadentur bubulis loris, quam ego me suspendam. *Idem.* *Restim*] Hesychius in *Τρητοῖς*, &c. *Τοῖς ἰσῶν ἐρελτορρο αἰ κλῶν.* Potuit hic Noster dicere cum Terentiano illo: 'Ad restim mihi quidem res rediit planissime.' *Pric.*

Tigillo] Trabi: a tigno fit *tigillum*. *Tigni* autem appellatione in legibus 12. Tabularum, omne genus materię, ex qua ædificia constant, significatur. Idem docet Jurisconsultus tit. de tigno inuncto. Præterea 'tignum invenies,' antiquitus dicebatur: quod et Festus docet. 'Tigillum sororium' Romæ fuit, ex eo dictum, quia transmissio per viam tigillo, Horatius sororicida adoperto capite vel-

uti sub iugo missus est. Liv. auctor. *Beroald.*

Altrinsecus] Adverbium est, quod hic significare videtur, in altiore parte: cum alias ex utraque parte, ex utroque latere dicatur. *Idem.*

Obdita parte f.] *Obducta* cum Ber- tin. dederunt Elmenb. *Pric.* et Flor. *obilita* Pith. Sed ceteri Mss. et Edd. servant *obdita*, i. e. adligata, constricta. Verissime. Sic lib. iii. 'Capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos:' ubi idem Cod. habet *obductos*. Ovid. *subdita* lib. xii. *Metam.* 141. 'Vincula trahit galeæ, quæ presso subdita mento Elidunt fauces.' *Oud.* *Obdita*] Alligata, et firmiter apposita. *Idem.*

Funiculi] Quam modo restim dixit, nunc funiculum nominat, diminutivum a fune. Quintilianus in i. 'Diminutio genus, ut funem masculinum esse funiculus ostendit.' *Napurus* prisci funiculos vocaverunt, ut in commentario sacrorum usurpatur, 'Pontifex napurus necitito:' id est, funiculos facito. Illud adde, *funeta* dici in vineis, cum palmites inter se funium modo junguntur, et arcus fiunt, quorum meminit Plin. in xvii. Reperio apud auctores, Gratianum, Valentiniani imperatoris patrem, appellatum esse *Funarium*, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere. *Idem.* *Tigillo*, &c. *injecta atque obdita parte funiculi*] Infra lib. ix. 'Vident e quodam tigillo constrictum atque examinem pendere Dominum.' Virgilius: 'Et nodum informis lethi trabe necitit ab alta.' *Pric.*

Ad exitum] *Et ad exit.* *Palat.* Minus bene Edd. qdd. *exitum*, licet pro fine vitæ aliquando occurrat. Sed obvius hic error. Adi ad Suet. Tib. c. 53. Domit. c. 15. Eadem confusio lib. viii. p. 159. 'ad exitum salutis.' Lib. x. p. 218. ubi recte vulgo, *accepit exitum*. Lib. v. p. 106. 'mortis exitum.' *Oud.* *Ad exitum sublimatus*] Infra

lib. vi. 'Ad certam exitium præparata.' *Pric.* *Ad exitium sublimatus*] Ad subendam ultroneam mortem anlevatus, ita ut pensilis fieri posset. *Beroald.*

Es misso capite] Recte quidem viri docti pro *misso* correxere *inmisso*, quod a Vulc. Ed. sec. usque vulgares Edd. occupavit, frustra que coniecere alii vel *demisso* vel *emisso*. In septimo intelligit caput. Lib. iv. p. 70. 'Qua clavi inmittendæ foramen patebat, sensim inmissa manu.' Lib. vi. p. 115. 'In capillos inmissa manu.' Mox, 'bestiam inmittimus cavæ.' Lib. viii. 'Faciem mediis ejus feminibus inmisericis.' Sed male copulam et contra Mss. O. et Vett. Edd. ejecere cum Stewechio ad lib. xi. p. 252. Ed. *Pric.* Namque illa est necessaria, ac construendum, 'adscenso grabatulo et inmisso capite laqueum induo.' *Oud.*

Laqueum induo] Cicero in Verrem Orat. 4. 'Induere se in laqueos.' *Elmenh.*

Fulcimentum] Grabatulum significat, quo sustentabatur: *fulcire* enim sustinere est, et stabilire. *fulcimentum* et *fultura* pro stabilimento. *Beroald.* Sed dum altero pede *fulcimentum* quo sustinebar repello, &c.] Theocritus XIII. Βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ Τὸν Ἰβραν δ' ἐκύλισσεν ἐπὶ τοῦδε, ἥδ' ἐκρεμάσθη Νεκρός. Scholiastes Aristophanis: Θράνοις καὶ θρανία τινὰ διπρὰ καὶ ὑποπόδια ἔλεγον, καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ δὲ θρανίς, ἥ ἐν οἱ ἀπαγχόμενοι ἀρτῶσιν ταυτοῦς, ἀπολακτίζοντες αὐτὰ. Huc et respiciunt Artemidori ista II. 55. Ὁ ἀπαγχόμενος οὐκ ἐστὶ τῇ γῇ δειβαίνει, οὐδ' ἐστὶν ἐπὶ Ἰβρας. *Pric.*

Ad ingluviem] Ad gulam: et proprie intelligit gurgulionem, sive asperam arteriam, qua spiritus ab ore in pulmonem, atque inde rursus in os et in nares ultro citroque semper comment: quo tramite intersepto, homo statim extinguatur, cum spirare non possit. Ideoque ait Hippo-

crates in libro de Flatibus, triplici alimento corpora nutrir: cibo, potu, et spiritu: qui adeo corpori necessarius est, ut possit homo sine esca et potione multos dies vivere, sine spiritu vero intra breve tempusculum moriatur. Inde eleganter dixit, spiritum patrem esse et avum morborum omnium. Ob hoc dixit Corn. Celsus, visum esse Hippocrati, omne vitium in spiritu esse [i. e. aëre, ut sæpe apud Hipp.] Plin. penam laquei scite præposteram vocat: quia scilicet includitur spiritus, cui quæri debet exitus. Alias 'ingluviem' significat ventris capacitatem, si credimus Servio, sic exponenti illud Maronianum: 'Improbas ingluviem ranisque loquacibus explet.' Ego existimo ingluviem non tam ad ventris quam ad gulæ capacitatem esse referendum: ex quo interdum accipitur pro gulonum heliatione, et voratrina. A. Gellius, 'nomina, genera que edulium et domicilia ciborum profunda ingluviem investigavit.' Macrobi. in tertio: 'Nec contenta illa ingluviem fuit maris sui copiis.' *Beroald.*

Discluderet] Excluderet, disseparet, interciperet. Virg. 'Tum durare solum et discludere Nerea poto.' Lucretius: 'Cum paribus jungi res, et discludere mandum.' M. Tul. 'Semotas a mente et disclusas putat.' *Idem.*

Dirumpitur] Rom. *dirumpitur*. Elmenhorstius. Sic quoque dir. in Edd. Colv. Vulc. utraque, et Mss. Flor. Reg. Fux. Gueif. Oxon. Lips. Pal. Estque ubivis ea orthographia in hoc verboq. similibusque compositis creberrima, ut 'dijungo,' 'dinoeco,' 'dirigo,' 'diripio,' 'diruo,' &c. Vide ad lib. viii. p. 169. 'Diruptis faucibus.' Lib. ix. 'Nates diruptas.' Lib. x. 'Risum dirumpuntur.' Lib. vii. p. 147. 'Dirupta foemina:' ubi vide *Pric.* Alioqui Edd. Ald. Junt. post. Colim. Bas. pr. *Oud.* *Patris aliquem et vestem*

funele dirumpitur] Petronius: 'Fracta est patris sella que staturæ altitudinem adjecerat.' Martialis: 'Putris et abrupta fascia recte jacet.' 'Dirumpitur' (inquit) 'funis.' Argumento simili Quintilianus: 'Strictos circa collum laqueos aut nexus aut ipsius corporis ruina decepit.' Declam. 17. *Pric.*

Decidens, &c.] Melius Oxon. et alii *recidens*. Supra hic, 'Recidens in inversum cooperit.' *Idem.*

Socratem, &c. superruo] Donatus ad III. 2. Adelp. 'Ruere, est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt qui ipsi præcipites, alios prosternunt.' Jurisconsultus in l. VII. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. 'super altum venire' dixit, ni forsitan locus corruptus. Oxoniensis hic non *superruo* sed *supino* habet: melior proculdubio vulgata lectio. Infra lib. IV. 'Ruant aliae superque aliae sepedum populeorum undæ.' *Idem.*

Exerte clamitans] Voce sublatisaima: adverbium est, quod significat aperte et denudate, qualis est vox sublatis. 'Exerere' et 'exertare' significat nudare. Quadrigarius in annalibus: 'Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare.' *Beroald.*

Stertis involutus] *Stertis* dant vere etiam Reg. Waas. jamque ita emendavit Becichemus Ep. 62. et 73. et excusum est in Ed. Junt. poster. Gr. *καθεύδεις ὑπεκαλυμμένος*, ut apud Andocid. I. 179. Ed. Grut. vel quod ex Aristoph. adfert Pricæus, *ῥέγχωμεν ὑπεκαλυμμένοι*. unde patet *stratis* addi non esse opus; quod ad marginem Junt. vir doctus adscripserat. Supra quoque p. 11. 'in alteram latus evolutus.' *Oud. Stratis involutus*] *Extrinsecus* subintelligendum, *Es*: ut integrum sit, *stratis involutus es*, et nunc quiescis in lecto. *Beroald. Et nunc stertis involutus*] Donatus ad Eunuchum: 'Stertit, plus quam, dormit.' Scholiastes ad Nubes Aristophanis: *Τὸν βαθεύς καθεύ-*

δωνται τὸ ῥέγχωμεν ἴδιον. Et nota τὸ *involutus*. Sic I. 6. Arriani *ἐντετυλιγμένος καθεύδων*. et in Clementis Pædag. *τοῖς στρώμασιν ἐνέπληκτος ῥέγχω*. Aristophanes Equit. *ῥέγχει μένων ἐν ταύτῃ βόρσας θνητός*. et in Nubibus: 'Ἄλλ' εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ὑπεκαλυμμένοι. Ibidem paulo ante: 'Ἐν πάντε σισύραις ὑπεκακοῦλκωμένοι. *Pric.*

Nescio an casu nostro, &c. expectectus Socrates, &c.] Dio Cassius lib. XLIII. de Catone se in mortem vulnerante: *Καταπεσὼν ἐκ τοῦ σκιμφοδίου, ψέφον ἐποίησε, καὶ τοὺς προκούττας ἐξέγχευε*. *Idem. Absono*] Barbaro, incondito, agresti vociferatu: hoc enim est *absorum*. Qui ait *absorum* dici, parvi et fere nullius soni, fallitur. Quod hic ait 'clamore absono,' post etiam paulo dicit 'Vasto:' ut *absonus* et *vastus* clamor idem significetur. *Beroald.*

Næ, inquit, merito] *Næ merito* primum ab Aldo profuxit. At pag. seq. 36. *næ merito, inquam*, idem cum Vett. Edd. ut hic illæ dant et Mas. plerique, *næ inq. inmerito*, quod est quoque in Mas. Guelf. Florent. Oxon. Palat. Pith. Fax. Ed. Scriverii: ut *næ sumatur*, pro *non*, sicut in 'ut ne,' 'ne quidem,' 'utinam ne,' 'ne ipse,' &c. vel *non inq. inmerito* cum aliis rescribatur. Certe id melius foret, quam cum Elmenhorstio *inmerito* sumere pro *merito*. Sed præplacet Aldina, Junt. post. Colv. &c. lectio hic a Codd. Lips. et Reg. firmata, *næ merito*. Confusio est orta ex perpetuo librariorum more *næ* pro *næ val* scribentium: de quo jam supra. *Oud. Næ inmerito*] Num inmerito. *Beroald.*

Hospites] Adventores, qui a stabulariis stabulo hospitioque recipiuntur. *Idem.*

Iste curiosus, &c.] Donatus ad Eunuchum: 'Ille insanus sic effertur, ut omnibus insuavis esse noscatur.' *Pric.*

PAG. 13 *Marcidus*] Vinolentus et ebrius. *Vina* quoque *marcida* dici, quod *marcides* faciant homines, testis est Papius, qui ait in *Sylvis*: 'Illimarcida *vina* largiuntur:' a Martiali quoque '*marcentes vine*' dictæ sunt: epitheton est *Bacchi*, quem *marcidum* poetæ cognominant. *Bersold*.

Altissimo somno] *Altissimum* somnum vocat, utpote matutinum. *Guthers*: 'Omnibus in castris pingues efflantibus auras, Et matutina pressis torpore quietis.' *Theocritus*, vel (ut alii) *Moschus*, 19. Νυχθὶς δὲ τῆς τριταίας λαχὸς ἔσται, ὅγῃ δὲ ἡδὲ τῆς τριταίας γλυκίων μέλιντος βλοφάρουσι ἰφίτων, Λυσίμαχος, πούδῃ μαλακῇ κατὰ φέρον δαρμῷ. *Marcus Antoninus* lib. v. 'Ὁρῶν, δὲν δυνάμεις ἐξεγέρῃ. *Pric*.

Emergo] *Pricæus* pro *emerge* (at quam non damno lectionem) proponit, an *exurgo* scribendum, ut alibi. Sed efficacius est *emerge* de eo qui præceps de alto reciderat, et superueniens alium cum eodem in terram devolutus erat. *Oud. Emergo lætus atque alacer*] Auctor vetus de Tragedia et Comædia cum *Terentio* excus: 'Ex omnibus locis læti *alacres* que veniebant.' *Horatius* *Serm.* 11. 'Vegetus, &c. surgit:' ubi *Scholia*. 'Lætus, alacer.' *Seneca* *Epist.* LXXII. 'animus in omni negotio lætus atque alacer est.' *Infra* *heic* lib. III. 'Spe saluti alacer atque lætus:' et XI. 'Lætus atque alacer Deam præpotentem, &c. apprecabar.' *Cicero*: 'Catilinam interea alacrem atque lætum,' &c. *Plinius* in *Panegy.* 'Vota Domine priorum annorum nuncupata alacres lætique persolvimus.' Omnino vide *Asconium* ad 11. *Verr.* Pro *emerge* (quam non damno lectionem) propono an *exurgo* scribendum. *Infra* lib. VIII. 'Exurgit alacer.' lib. IX. 'Exurgens alacriter:' eodem libro: 'Vegetus exurgo:' et XI. 'Discussa pigra quiete, alacer exurgo.' *Pric*.

Gaudio perfusus] *Pricæus* in notis

posuit *diffusus*: quod passim in gaudio adhiberi notum est. Sed et 'perfundi lætitia,' 'horrore,' &c. frequens est. *Infra* lib. IX. 'gaudio perfusus.' Hoc *Boëthius* lib. I. p. 4. vocat 'gaudio lætitique fluitare:' ut est in *Ms.* et *Edd.* optimis, non *fluctare*. *Oud. Insuperato gaudio diffusus*] Lib. II. 'Insuperato læro diffusus in gaudium.' *Amianus* (*Appuleii nostri et Gellii frequentissimus imitator*) 'Plebs omnis elata gaudio insuperato.' *Pric*.

Et ecce, inquam] Verbum *inquam* etiam ab *Regio Pith.* et *Fux. Par.* abest, nec non ab *Edd.* omnibus ante *Colineum*, qui tamen cum plerisque seqq. uncis inclusit. Eadem varias p. m. 53. lib. III. p. 43. *Ed. Pric. Oud. Ecce inquam, &c. comes, et pater meus, et frater meus, &c.*] *Petronius*: 'Tunc iste frater seu comes,' &c. In *Glossa*. 'Comes, στέβος:' et in alio, 'Στέβος, δ στυβέλιον, comes,' apte ad sensum quo sumit *Appuleius* noster. Apud *Athenæum* ille lib. VI. 'Ἐγὼ σε πάλαι ἐστέβον ἡγάγεον μάλα καὶ σὺ ἐλ μοι καὶ νῦν, καὶ οἶδς, καὶ τὰ ἄλλα πάλαι. Vide ad *Matth.* 12. 50. dicta. Et nota, ut præcipuum post cætera *fratris* appellativum poni. *Quintilianus* *Declam.* 321. 'Certe quoties blandiri volumus his qui et amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc potest, quam ut fratres vocentur.' *Terentius* *Adelph.* 1. 1. 'O frater, frater.' Ubi *Domatus*: 'Subdistingnendum: ut videntur quæsiuisse quid ultra diceret, et plus invenire se non potuisset quam frater.' Vide h. nemo dubitat 58. § 1. de hered. instit. *Cantic.* 8. 1. Ad ditam. *Estheris* 15. 12. *Pric. Comes et pater meus*] Nomina sunt affectus nostros testantia, quibus *Aristomenes* *Socratem* conubersalem suum appellat. *Bersold*.

Cum dicto] Ab his verbis. *Idem*.

Olore] *Odore* et *fatore*: ab *olor* dictum. Alias *olor* significat cygnum.

Sparcissimi humoris] Urinæ, sive lotii. *Idem.*

Perfusus] Male cum Cod. Bert. *perfusus* intrusere Elmenh. Pric. Flor. Non enim Socrates erat *perfusus* lotio; sed *percussus* sive tactus odore fœtido vicini lotii, quo infectus erat Aristomenes. Quomodo passim 'feriri,' 'ici,' 'quati,' 'percuti,' 'tangi' dicuntur sensus humani re inopinata, sive visa, sive auditæ, sive odorata. Adi omnino Burmann. ad Ovidii l. vii. Metam. 238. 'tacti nisi odore dracones:' et Misc. Observ. V. ii. p. 389. Solin. p. 20. 'cujus' (seminis usti) 'nidore percussus' (Voss. qu. *perculsi*) 'pro lætitia habent ebrieta-tem imitari.' *Oud.*

Infecerant] Fœdaverant, maculaverant. 'Inficere' enim significat tingere: inde 'infectum,' tinctum: 'infectores,' tinctorum: 'infectus,' ipsa tinctura: ex quo 'infectum' dictum pollutum, et maculosum maculis inelutibilibus. Seneca: 'Vitii,' inquit, 'infecti annus.' Alias 'infectum' dicitur non factum, ut illud: 'sunt auri pondera facti Infectique mihi.' et illud Plautinum proverbiale: 'Quod vis fieri factum est, fieri infectum non potest.' *Beroald.*

Lamias] Lamias prisca magas et voratrices puerorum vocant. Horat. in Arte Poëtica: 'Neu pransæ lamias puerum vivum extrahat alvo.' *Aspid* Græce dicitur ingluvies, unde lamias dictæ, ut autumat Porphyrio: unde et lamias voragines; de quibus idem Horat. in epistolis: 'Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.' Græci scribunt, lamias terriculamenta esse puerilia, quibus oculi sint exemptiles. Philostratus in Apollonio ait, lamias a quibusdam larvas et lemures appellari, esseque ad amorem et venerem propensas, et carnes humanas, maximeque formosorum esurienter appetere: qui libidinibus cupiditate, alliciant eos, quos

postea cupiant devorare. Talem lamiam Apollonius Tyanæus olim Corinthi deprehendit. In instrumento veteri ait Hieremias: 'Lamias nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos:' quo in loco non pro fœminis, sed pro feris lamias accipi videntur. *Idem.*

Apagete, inquit, factorem] In plurali scribendum foret *Apagite*. Sed solum Aristomenem alioquitur. Ergone placet discretio verbi, quod est in Edd. Pric. ac Floridi, *Apagete*? At Aristomenes per adpositionem *factor* dici hic nequit. Quare malo cum Ms. Wass. et Ed. Junt. post. *Apagete, inq. fact.* Vide Paræi Lexicon Plantinum. *Oud.* *Apagete factorem*] Removeto et abductio. *Apagete* et *apagete* dictio comica est, ducta a verbo Græco ἀρᾶν, quod significat abduco et abigo. Et Plautus in Curculione: 'Apagete hanc caniculam.' *Beroald.*

Latrina] *Latrina* conceptaculum est immunditiarum et excrementorum, quæ in cloacas corvantur. Columella: 'Immundis quæcunque vomit latrina cloacis.' Quicunque habuerit horoscopum in 28. parte Arietis, latrinas semper cloacasque mundabit. Item, cujus horoscopus fuerit in secundo gradu Tauri, bajulabit stercora, latrinas purgabit: auctor Maternus in 7. Matheseos. *Idem.*

Comiter] Benigne, suaviter: vel (ut interpretatur M. Varro) hilare ac libenter: adverbium est. Ennius: 'Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impartit.' M. Tullius in oratione pro Corn. Balbo: 'Comites,' inquit, 'benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur: qui erranti comiter monstrat viam, benigne, non gravate.' *Idem.*

At ego mire] *Miser* jam emendavit Becichemus Ep. 73. et confirmant Mss. nostri, præter Pithæanum. Alioquin *mire adfecto joco* non adeo dis-

plicet. V. ad l. 11. 'fabulis miris.' In Reg. Fux. *adfecto*, Bas. pr. *afflicto*. In Edd. primis prave loco, quod correxit Beroaldus, licet ita dent quoque Pith. Fux. Guelf. Oud. Loca] Lege Jaco. Beroald.

Intentionem ejus denuo derivo: et] Prave Ursinus *intentionem* corrumpere tentat. L. XI. prope finem: 'Quorsum se caelestium porrigeret intentio.' i. e. studium et voluntas. Quintil. lib. x. Inst. Or. c. 3. 'Avocent ab intentione operis destinati.' Vide Livineium ad Plinii Panegyri. c. 78. 'Hæc nempe intentio tua.' Inapte etiam *dirivo* in Ed. Ber. *dirivo* in plerisque, *derivo* recte Pith. Guelferb. Ed. Junt. post. et alibi, eleganti metaphora. Copula abest prave a sola Bas. pr. at in plurimis Edd. Vett. it. Pric. &c. *dextra* pro *dextera*. Oud. In alium sermonem *ejus intentionem denuo derivo*] Heliodorus 2. Τοῦ πρεσβύτου τὶ πείσονται τραμέου, πρὸς ἄλλα δὲ Κρήμων ἀπάγων, Θουμῶζω ἔφη, &c. Apud Achillem Tatium lib. vi. Τὸν ὅρα λόγον οὐ λέγει, σοφίζεται δὲ τι μέγα πιθανὸς. Pric.

Itineris mat. gratiam carpinus] Doctorum virorum exempla docent quidem 'carpere iter,' 'rura,' quod frequentissimum est, ut etiam 'carpere campum,' 'viam,' 'mare' et 'aëra,' ac similia. Sed in his omnibus sensus est minutatim demulcendi viam, quod fit progrediendo. V. Lamb. ad Horat. lib. i. O. 11. in f. Producere debuissent paria τοῖς 'carpere gratiam:' qualia fere sunt 'carpere oscula,' 'gaudia,' 'somnia,' 'fractum;' pro quibus tamen sæpiissime in Mss. legitur *capere*: uti in iis promiscue hoc a scriptoribus adhibetur: de quibus consule N. Heinsium et Barm. ad Ovidium plurimis locis, ac variatur in Mss. Ausonii Protrept. vs. 72. Cum igitur *carpinus* primum comparat in Ed. Vulc. sec. cunctæque priores, item Mss. Fulv. Flor. Lips. Palat. Oxon. præbent *capinus*, et

Reg. ac Fux. *capinus*, ego huic lectioni adquiesco, si non meliori, quin sequitur *capessimus viam*, saltem nihilo deteriori. Dicitur enim, ut 'capere voluptatem,' 'gaudium,' nec nos 'dolorem,' 'laborem,' aliaque. De pretio mansionis, Græcis στεγαστήριον et τοπιαστήριον, Varro vocat *locarium* lib. iv. de L. L. p. 8. 'Inde locarium quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant:' de *stabulo* et *stabulario* adi Brissou. de Verb. signif. Oud. *Itineris matutini gratiam carpinus]* Virgilius III. Georg. 'Lucifero primo cum sidere frigida rura Carpinus, dum mane novum, dum graminia canent.' Sic apud Pollacem x. 12. τῇ δὲ ὀρχήμετρον ἀλαφροὶ χρῆσθαι παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ ὥτος. Hesiodus ἔργ. β. 'Ἦὸς ἦτε φανείσα πολλὰς ἐνέβησε καλέσθου Ἀνθρώπων. Et bene heic verbo *gratia* usus. Lucianus in de Domo: Κάλλιστον τῆς ἡμέρας καὶ τοσοῦτάτης ἡ ἀρχή. Pric.

Mansionis] A 'manendo' *manens* dicta, sicut a 'remanendo' *remanens*. M. Tul. in epistola ad Q. fratrem: 'Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo.' Plin. in vi. scribit mansiones esse dispositas aquationum ratione, qua camelis itur in Arabia, ex quo *hydreum* et *hydreme*, ab aqua dicuntur. Idem in xii. tradit, regionem qua thus convehitur, dividi in mansiones camelorum sexaginta duas. Ubi pro mansionibus non nummos dant, sed thus pendant. Beroald.

Stabularis] Vide Hesychium in στεγαστήριον. Onomast. vetus: 'Stabularius, τοβοχέτης.' Pric.

Aliquantulum processeramus, &c.] Genes. 44. 4. Latinus Interpres: 'Jamque urbem exierant, et processerant paululum,' &c. Idem.

Et jam jubaris exortu cuncta collustrantur] Ovid. 'Jubar aurea extulerat Sol.' Virgil. 'Revoluta rubebat Matura jam læce dies, noctemque fugarat.' Et nota, 'collustrantur

cuncta.' Infra lib. vii. 'Candidum Solis curriculum cuncta collustrabat.' Apud Ciceronem, de Divinat. 'Æthereo flammatus Jupiter igni Vertitur, et totum collustrat lumine mundum.' Idem ii. de Nat. Deorum: 'Sol omnia clarissima luce collustrans.' et in somnio Scipionis: 'Tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et compleat.' De eodem ii. 10. Lactantius: 'Fulgore clarissimo illustrat omnia.' Noster in Asclepi Dialogo: 'Secundum Deum hunc crede, omnia gubernantem, omniaque mundana illustrantem,' &c. Lucretius: 'Sua perfundens omnia luce.' Athanasius: 'Ἡλιον φαινοτός, καὶ ὡς τῆς ἡλίου τῆ φωτὶ τοῦτον καταλαμβάνοντος.' Clemens Stromat. i. φωτὸς ἀνατολῆς πάντα φωτίζειται. Glossarium: 'Ἀβύχ ἡλίου, jubar.' De Sole Virgilius: 'Extulit os sacrum cælo, tenebrasque resolvit' ubi Servius: 'Tenebras resolvit, propter jubar.' Idem. *Jubaris exortu*] Jubar dicitur stella lucifer, qui in summo habet lumen diffusum, ut leo in capite jubam: auctor M. Varro. Hic ante matutinum exoricens, Luciferi nomen accipit, ut sol alter, diemque maturans: claritatis quidem tantæ, ut unius hujus stellæ radiis umbræ reddeantur. Plin. auctor. 'Itaque merito,' ait, 'exoriente jubare cuncta illustrari et lucida fieri.' Virg. 'It portis jubare exorto delecta juventus:' ubi exponit Servius, nato lucifero, qui jubar dicitur, quod jubar lucis effundat: unde quicquid jam splendet, jubar dicitur: ut jubar auri, argenti, gemmarum. Quapropter 'exortum jubaris' accipere malim pro Sole, cujus exorientis splendor cuncta collustrat: sicut poëtæ appellant 'jubar Solis': et Seneca ait in Hercule Etæo: 'Dum lapsum Titan mergat oceano jubar.' Be- roald.

Curiose sedulo arbitrabar] Adl indicom Elmenh. in v. 'Adverbia duo

copulata,' item Pricum, ac Barth. Advers. l. xxxii. c. 16. Duker. ad Flor. ii. 17. 'simul pariter.' Burm. ad Suet. Cæsa. c. 4. 'initio statim:' pro quo ait Cic. div. c. 17. 'repente e vestigio:' et Noster lib. v. p. 97. 'incontanter statim.' L. viii. p. 164. 'Nequidquam frustra.' L. ix. p. 187. 'Nunc nuper.' 194. 'paululum tantisper.' Flor. N. 23. 'quasi velut.' Sil. lib. viii. 725. 'Tunc demum tandem.' L. xi. 385. 'mox deinde.' Non multum huic dissimile 'scrupulose curioseque.' Lib. v. p. 93. ac 'sedulo curare' jungit lib. ii. Mox pro aio in Bas. pr. animo vitiose. Mellius deleves. quid p. et v. *sepultis* Pith. *somniant* Fux. Oud. *Sedulo arbitrabar*] Diligenter inspiciebam. Donatus *sedulo* interpretatur, sine dolo, impense et diligenter. Beroald. *Curiose sedulo arbitrabar*] Male Gruterus maluit *curioso oculo arbitrabar*, &c. sic contra lib. viii. 'incuriose,' et post; 'non altiuscule suspensum.' Sic iv. 'nullo negotio, &c. otiose.' Sæpe hic Scriptor duo adverbia *ἀσυνδίδως* ponit. Pric.

Et mecum: Vesane, aio] Sermoci-nans secum Aristomenes, opinatur se crapula et vinolentia obrutus, somniasse illa quæ viderat: cum Socrates integer et illæsus viseretur. Be- roald.

Poculis et vino sepultus] Ambrosius de Abraham lib. i. cap. 6. 'Qui vino nimio indulgent, jacent sepulti.' Virg. ii. *Æneid.* Marius Victori. in Genesim vs. 402. *Elmenh.*

Extrema somniant] Portentosa, tumultuosæque: qualia temeto ingurgitatus, aut cibo distentus somnare solet, quod *phantasma* Græci vocant: quod Cic. *visum* appellat: in quo genere est, ut ait Macrobius. *ἰσχυρῶς*, quem Avicenna *incubum* nominat: quem publica persuasio opinatur quiescentes invadere, et pondere suo pressos ac sentientes gravare. Be- roald.

Sensus, incolumis] Glossæ: 'Ἰδός, Incolumis, oculos, saluus.' *Pric.*

Ubi vulnus? spongia ubi? postremo cicatrix tam alta, &c.] Oxon. *Ubi vulnus? ubi postremo cicatrix, &c.*? τὸ σpongia etiam ab alio Ms. abesse Colvius testatur. *Idem.* *Spongia ubi*] Cum spongia illa nusquam appareret, qua vulnus Socratis Panthia obfulciverat, ita secum per interrogationem attonitus Aristomenes sermocinatur. *Bersoid.*

Et ad illum] Ad Socratem conversus dixit. *Idem.*

Medici fidi cibo, &c.] *Medici fidi* bene defendit Pricmus, cui ad Catonem l. 11. Dist. 22. confer Arntzenium. L. x. quoque ait 'medici fidem sequi;' ob quam 'artifici medico,' ut eodem ait libro, salutem committimus ac credimus, ut apud Phædr. lib. 1. F. 14. ubi vide. In Palat. est *cibi*. Oud. *Medici fidi, &c.*] Ita Oxon. Ms. et perantiqua Vicentini editio. Gruterus, Lipsius, et alii multas hec corruptelas depro-munt. Nos probam hanc ex probatis Scriptoribus lectionem nos probaturos confidimus: amplius, non magis proprie Appuleium loqui potuisse. In Distichis Catoni adscriptis: 'Corporis auxilium medico committe fideli.' Horatius: 'Medicus multum celer atque fidelis.' Alexander apud Q. Curtium: 'Damnem medici fidem?' Ibidem: 'Postquam potionem ab eo' (medico) 'sumptam exhibisset: nunc credo te non minus pro tua fide quam pro mea salute esse sollicitum.' Cicero Famil. xii. 30. de Asclapone medico: 'Mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, &c. satisfecit.' In veteri Epigrammate: 'Ortus ab Ignivio medicus fora multa secutus, Arte feror nota, nobiliore fide.' Iu-fra lib. x. de medico: 'Qui, cum fidem suam coram lacerari videret.' Ibidem: 'Compertus fidei, &c. medicens' at contra eod. libro: 'Medicus notus perfidius.' Lectionem a

nobis positam ni fallor plus satis stabi-livimus. *Pric.*

Crapula distentos] Lib. 11. 'jam et ipse crapula distentos protinus ex-ergo.' *Elmenh.* E contra 'viget animus in somnis, liberque sensibus ab omni impeditioe curarum, omnia, que in rerum natura sunt, videt; si modo temperatis escis modicisque potioni-bus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet.' M. Tnl. 1. de divina-tione. *Brant.* *Distentos*] Plenos, et saturos, fartos. Vinum capitis dolo-rem et vertigines facit: ab hoc, ut inquit Plinius in xxiii. dicta *crapula* est. Est autem crapula, ut docet Aristoteles in Problematis, fervor quidam et inflammatio, que plus con-flictat quam temulentia. Crapulam, eodem auctore, sedat brassica. Ex hac Aristotelica sententia dixit Cato in libro de re Rustica: 'Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam esto brassicam crudam quantum voles, ex aceto: et item ubi cœnaveris, comesto aliquam folia, que reddent te quasi nihil ed-ris biberisque, bibes quantum voles.' *Bersoid.*

Scavo et gratis] Nicephorus Patri-archa Constantinopolitanus in Onei-rocriticis: αὐτὸν ὁρῶντος τὰς σκαθὲς ἡμῶντος, τῶνδεῖς ὁρῶντος καὶ τὰς ὁρῶντος γῆρας, Πολλὴ πῶτος τε καὶ κέρως ἀφάρ-τος. Cicero de divinatione lib. 1. fol. 184. 'Vera quidem,' &c. [Vid. Not. Delph.] *Elmenh.* *Scavo* edidit Vule. Ed. sec. et seqq. In Mas. ta-men plerisque est *scavo*, excepto Man-gani Cod. Ubivis hic et alibi con-fundi nemo noscit; sinique locis in-dicabitur. Præcipue vide Colv. ad l. iii. p. 52. et l. iv. p. 71. 76. Facit hac inprimis l. iv. p. 82. 'scavissimo somnio.' Adi et Juret. ad Symm. l. 1. c. 25. 'Scavo cuique proboque laudabilis es:' uti leg. ex antiquissi-mo Ansonii Cod. Voss. nec aliter ex eodem Cod. scribendum in Paulino c. 12. p. 478. 'Vulgas scavo rumore

malignum,' non *sævo*. Et proprie ita legendum in Germanico p. 4. Ed. Grot. 'Serpentis capiti figit vestigia scæva,' ut e Mss. notavit Scaliger. Grotius conjecit *lava*, vulgo *fugit scæva*. Isidorus l. x. 'Scævus, sinister atque perversus, ἀνὰ τοῦ σκαίου.' Sic legendum e Mss. Leidensib. Vulgo inepte, *Sævus s. a. p. a perversitate*. Quanquam sæpe nimis calide illud multi arripuerunt, ut docet Drakenb. ad Liv. II. c. 27. 44. *Oud*.

Autumant] Dicunt, opinantur, censent: id enim significat *autumo*, ut docet Gell. in xiv. P. vero Nigidius id compositum esse ex *ab* præpositione et verbo *extimo* conjectat, dictumque intericere *autumo*, quasi *ab extimo*, quod significat totum existimo, tanquam ab numero: sed Nigidianum hoc interpretamentum argutius esse videtur quam verius. *Beroald*. *Sæva et gravia somniare*] Socrates in Platonia politia dicit, quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis et rationis est particeps, sopita langueat; illa autem, in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam in somnio, immoderateque jactari. Ita huic omnia visa obijciuntur a mente ac ratione varia, ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut trucidare aliquem, et impie cruentari, multaque facere impura atque tetra cum temeritate atque impudentia. Jubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo et Pythagoras interdixit, ne faba vrescerentur: quod is cibus habeat inflationem magnam, et insomnia gravia facit. *Idem*. *Sæva et gravia somniare autumant*] Chrysostomus Hom. de ingluvie et ebriet. Οἱ μέθη καὶ ἀδελφὰς δεδουλευμένοι, οὐτε θῆρον αἰρούσταν γρήσιον καὶ εἰλικρινή, οὐτε θειράτων ἐπαλλάττονται φοβερῶν. Vide Philostratum II. 14. Max. Tyrium Dis-

sert. 28. post initium. Sirachid. 34. 22. 23. 'Sæva et gravia somniare' est, quod apud Suetonium 'formidolosa et vana somnia videre.' *Pric*.

Quod poculis minus temperavi] Lib. III. 'Tunc igitur a poculis temperavi.' *Elmenh*. Mercurius de Jove apud Plautum Amphitr. Act. I. Sc. 1. 'invitavit sese in cæna plusculum.' *Brant*. *Vesperii*] Hora vespertina et cœnatica. *Beroald*. *Minus temperavi*] Sapientis viri super mensam celebre dictum est: 'Prima,' inquit, 'cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam.' *Idem*.

Diras imag.] Vinolenti sæpe, cum dormire vix cœperint, aspiciere videntur irruentes, vel passim vagantes formas, a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasque tempestates rerum velatas, vel turbulencias. 'Interdum' (ut Macrobi. ait) 'temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, extimat se vel abundantia præfocari, vel gravantibus exonerari: interdum esuriens cibum sitiens potum invenisse videtur.' *Idem*.

Impiatum] Contaminatum, impuratum, maculatum. *Impiare* enim maculare est: *piare* vero, expiare. Unde et *piatrix* dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam *sagam* alii vocant: et 'piacularis porta' Romæ dicta, propter piacularia quæ ibidem fiebant. *Idem*.

Jugulari visus sum mihi. Nam et j. istum dolui] Pro *mihi*, quod primum comparet in Ed. Bas. pr. dant priores nihil; uti est in Lips. Fux. Guelph. ac Regio sine sensu. In Pith. u. Abest *mihi* etiam a Palat. et Oxon. Sed optime Becichemus e Mss. Epist. 73. correxit, *visus sum*. *Nihil non et j.* ut est in Fuxensi, et Edd. Aldi, Juntina utraque, et Colinaei. Miror, viros doctos interpolatam frigide lectionem tam diu retinuisse: 'Nihil non' valet valde, aliquantum, ut 'nemo nou' omnes, 'tantum non' ægre, vix, fere.

Horat. Art. Poët. 123. 'Nihil non arroget armis:' dein *jug. illum* Fux. *Oud. Jugulari visus sum*] Quod revera passus erat Socrates, id se per somnium vidisse significat: tanquam totum hoc negotium magicum phantasticumque sit, et per præstigias quasdam illudat hominibus: et hoc est, quod ait Augustinus in XVIII. de Civitate Dei, phantasticum hominis varias formas carpere posse: memoratque exemplum cujusdam, cui vi magica contigerat, ut jaceret in lecto suo quasi dormiens, nec ullo modo posset excitari: post aliquot autem dies cum evigilasse, et quasi somnia narrasse quæ passus sit: caballum se scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus. Quod ita, ut narravit, factum fuisse compertum est: quæ tamen illi sua somnia videbantur. Indicavit et alius, se domi suæ per noctem vidisse venientem ad se quendam philosophum, sibi quæ exposuisse quædam Platonica, quæ antea interrogatus exponere nolisset: et cum ab eodem philosopho quæsitum fuisset, Cur tunc fecerit, quod prius petenti negaverat? 'non feci,' inquit, 'sed me fecisse somnivi:' ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilantem, quod alter vidit in somnis. *Beroald. Jugulari visus sum mihi*] Nimis quia violentia pertentatus cum se cubitum reciperet. Macrobius. Somn. Scip. I. 3. 'Est *δωρνιον*, quoties cura oppressi animi corporiave, sive fortunæ, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti, &c. Corporis si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, &c. præfocari se existimet.' Talium et Artemidorus I. 1. ait esse *πύρεσθαι δοκῆναι διὰ τὴν γερῶν ἀνόρησιν, δυσαναθυμῶντος τῆς τροφῆς ὀδῶντος*. *Pric.*

Nihil nam] *Lego nihil non*: ut sit, non nihil: quod significat aliquid, et aliquantum. *Beroald.*

Istum] *Dicticus* est. *Idem.*

Avelli] *Bemb. oculi*. *Putean. Probant*. *Tollio. Frustra. Propositionis* vel ab sæpe vim habet *res e* vel *ex*. Hinc 'avellere' non modo significat abstrahere, sed et extrahere. *Lucan. l. II. 694.* 'Spissas avellitur uacas arenia.' Immo *Cicer. l. v. ad Fam. Ep. 12.* 'Tum denique sibi avelli jubet spiculum.' *Oud.*

PAG. 14 Spiritu deficior] *Adiud Hirt. l. VIII. B. G. c. 3.* 'Copia pabuli deficeretur.' Vulgo in *Pomp. Melia l. III. c. 9.* 'non se mari sed commentu defecisse, memoratu retulerat.' Sed recte *Schott. et J. Gron. mare et commentum*. Delendum cum *Voss. primo memoratu*, pro quo in aliis *commentario, memorata, memoratum, commemorata*. *Idem. Spiritu deficior*] Annotavimus in commentariis Suetonii, *λενροφύχους* dicti, qui anima et spiritu deficiuntur: quos *Plin. appellat* 'defectos.' 'Lipothymia' et 'lipopychia' Græce dicitur, Latine 'defectus animi,' sive 'defectus animæ.' Apud *Plin.* 'Syntectici' esse videntur in eodem significata, accipique pro defectis: et 'syntexis,' pro ipsa defectione animi, sive defectu. *Beroald. Et nunc spiritu deficior*] *Glossarium: 'Ἐλερωθὲν deficio.'* *Pric.*

Genua quatior] *Ovid. II. Metamorph. vs. 180.* 'Genua intremuere timore.' *Elmenh. Et genua quatior*] *Homerus* de famelicò homine: *Ἐλδβραὶ δὲ τε γούνα'* *Ἰδρι*. *Lucretius:* 'Et quoniam non est quasi quod suffulciat artus, Debile sit corpus, languescunt omnia membra, Brachia palpebræque cadunt, poplitesque procumbunt.' *Pric. Genua quatior*] *Consimile* est illud, 'Genua labant.' *Beroald.*

Et gradu titubo] *Ambrosius* simili argumento: 'Videas in nonnullorum domibus nitidos et crassos canes discurre, homines autem pallentes et titubantes præ fame.' *Hieronymus* hoc sensu 'vacillare' dixit. 'Melius est te' (*Salvinam alloquitur*) 'stoma-

ebum dolore quam mentem, &c. gressu vacillare quam pudicitia.' Ege-sippus lib. x. de Judæis fame in ob-sidio pressis: 'Huc atque illuc cir-cumferebantur: saepe etiam quasi ebrii in eadem domicilla regrediebantur.' Vide iv. 17. Ezechielem. *Pric.*

Et aliquid cibatus refovendo spiritu de-sidere] Quasi diceret: 'Deficient ino-rem venæ me, ni cibis, atque Tan-tilla accedat stomacho fultura ruenti.' Tacitus Annal. vi. 'Repente adfer-tur, redire Tiberio vocem ac visus: vocarique qui recreandam defectioni cibum afferrent.' *Idem. Cibatus]* Cibi: Cæne patris est, quem genitivum Grammatici vocant. *Beroald. Refo-voendo spiritu]* Cibo vinoque refici cor-pora, et roborari vires, quis ignorat? Virg. 'Tum victu revocant vires.' Homer. in vi. Iliad. *μέγας μέγας οἶνος ἀΐει:* id est, robur magnum auget vinum: et Columella in vii. roboran-dum esse præcipit largo cibo equum admissarium, ut Veneri supersit. Li-vius frequenter ait, 'cibo corpora refecta' esse. Lucretius: 'capitur cibus ut suffulciat artus.' *Idem.*

Jentaculum] Cibus matutinus, et gus-tulum. Antiqui prandicula dixerunt 'jen-tacula,' et 'jentare' pro jentaculum capere, super quo verbo satis multa in superioribus, et apud Sueton. in nono commentario. Græci *ἀκρίσιον* vocant jentaculum. *Idem. Paratum tibi adest jentaculum]* Proprie heic pa-ratum. Vide ad Matth. xxii. 4. no-tata. *Pric.*

Manticam meam humero exuo] Pith. Edd. Vic. Ber. Jantionæ, Ald. Collin. *mantica mea*, ut humeros legas, sed l. ii. p. 26. 'Lacinias omnes exunnt.' Supra p. 5. 'unam e duabus lacinias mela exuo.' Alii 'pera' dicitur, 'cophinus' Juv. S. iii. 14. V. *Pric. Oud. Mantioam meam humero exuo, ei perrigo]* Solebant tenuioris fortunæ viatores edulii quid pera conditum circumferre. Vide ad Matth. x. 10. dicta. Jndithæ x. 5. 'Adsumpsit,

Delph. et Var. Clas.

Apul.

&c. ascoperam vini, et polentum, et palathas, et panem, et caseum.' Lau-tiores jumentis et vasibus illi usui destinatis imponebant. Baillius Conc. de Jejun. *Τὸν δὲ σκορπεύει ἡ τρυφή ἀχο-φορεῖν ἀναγκάζει τὰς ἀπολαύσεις περι-μύσσειν.* *Pric. Mantica]* Quod supra sarcinulam dixit, nunc *manticam* ap-pellat: est enim pera viatoris, qua viatores circumferant utensilia. *Æsopus* fabulator tradit, singulos homi-nes duas manticas habere: unam ante, alteram retro; in priorem aliena vitia mitti, in posteriorem nostra: quo apologo significat, nos in alienis vitiis spectandis esse oculos, in nostris cæcipientes. Ex hac *Æsopi* fabula est illud Catullianum velut proverbiale, 'Nemo videt manticae quod in tergo est: et illud Persia-num: 'Sed præcedenti spectatur mantica tergo.' Seneca vocabulo Græco *Hippoperus* appellat sarcinas, quæ a tergo equi gestantur: quasi dicas peras et manticas equestres: *ἵππος* enim Græce equus, *καὶ ἄρρα* pera. Verba Senecæ ex libro Epi-stolarum moralium hæc sunt: 'M. Cato Censorius canterio utebatur, hippoperis quidem impositis, ut se-nem utensilia portaret.' *Idem* mox paulo: 'Quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censori-um, et quod super omnia hæc est, Catonem uno caballo esse contentum? et ne toto quidem; partem enim sar-cinæ ab utroque latere pendentes oc-cupabant. Ita non omnibus, obesis mannis, et asturconibus, et tollitari-bus præferes illum unicum equum ab ipso Catone defricum?' Libuit plu-ra ex Seneca verba transcribere, ut cognosceres, viros illos graves et im-peratorios, seculo illo pravo et sanc-to fuisse contentos unico equo, in quo ipsimet sarcinulas suas circumfere-bant: cum hac tempestate luxur effervescentes suaserit Cardinalibus, ut nunquam minus ducentis equis ante-cedentibus egrediantur, idque pom-

5 Q

pabiliter: ipsi vero vehuntur mannis et asturconibus, qui sunt equi gradarii et molles: habent et mulas tollatares, hoc est, quæ tollunt, id est, volubiler et quadam pedum glomeratione gradiantur: ita enim appellantur equi tollatares, ut alibi annotavimus. A mantica, ut ad propositum revertamur, fit *manticula*. Manticularum usus pauperibus in numis recondendis fuit: unde deductum est verbum vetus *Manticulari*: quod significat dolose quid agere. Pacuvius: 'Ad manticulandum astu aggreditur:' item: 'Deinde aggrediar astu regem, manticulandum est hic mihi.' *Beroald.*

Juxta platannum] Arbor peregrina est, umbræ gratia tantum ex alieno petita orbe. Commendatio platani non alia major est, quam Solemestate arcere, hyeme admittere: mero infuso nutriuntur: compertum id maxime prodesse radicibus. 'Docuimusque,' ut inquit decenter Plin. 'etiam arbores vicia potare.' Idem aliubi tradit, latissima folia esse fico, viti, platano. Ab Ovidio 'genialis' nominatur, quasi voluptaria, et ad delicias reperta. 'Chamæplatani' vocantur pusillæ et breves, quasi abortus platanorum: nam et in genere arborum pusilliones sunt: sicuti 'chamædaphnæ' dicitur humilis lanrus, 'chamæmyrsinæ' pusilla myrthus, et brevitate spectabilia. 'Platanonas' vocant loca consita platani. Hortensius orator, auctore Macrobi. platanos suas vino irrigare consueverat. *Idem.* *Juxta platannum istam*] Plato in Phædone: 'Ὅπῃς οὖν ἐκείνῃ τῇ ἀφελονδίῃ πλάτανος; τὶ μὲν; ἐκεῖ ἐκείνῃ ἔστι, καὶ τρεῖς μέρη, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὰ, ἢν βουλόμεθα καταλεῖψαι.' Noster in de Mundo: 'Platanos umbras potantibus ministrantes.' *Pric.*

Resideamus] Omnes editores Colvium secuti sunt, exhibentes *resideamus*, sicut et Mss. dant, exceptis Palatino, Pithmano, et Guelferb. a qui-

bus malim stare, et in tertia quoque conjugatione sumere. L. VII. init. 'in primo aditu residens.' Virg. *Æn.* VIII. 467. 'mediisque residunt *Ædibus*, et licito tandem sermone fruuntur.' Plin. l. VI. Ep. 20. § 4. 'Residimas in area domus.' De his compositis a *sidere* vide me ad Lacanum sæpius, ad Sueton. Tib. c. 14. Arnzen. ad Plinii Paneg. p. 89. *Infra h.* lib. p. m. 66. 'adsidam,' ad l. VII. p. 155. et l. XI. 'venter residit:' ad initium l. I. de dogm. Plat. 'in ejus gremio residisse:' et Comm. ad Virg. *Ecl.* v. 3. VII. l. *Ovid.*

Ididem] Ex casco et pane: adverbium est. *Beroald.*

Esistentem] Ab *edo* frequentativum fit *esito*. *Idem.*

Intentiore acie atque p. b.] *Intentiore acie* exaratur etiam in Flor. Reg. Fux. Oxo. aliisque, ut 'intentis oculis' l. II. p. 35. Gell. l. XII. 10. 'Voce atque vultu intentiore.' In Palat. quoque et Pith. est *intentionem acie*, Guelferb. *intentione i acie*, et in Ed. Junt. post. *intentione macie*. Ita ut satis pateat, istud *interiori* vel *interiore*, quod ante Colvium vulgabatur, vitiosum esse. Corrigebat vir doctus, *interior* in *acie*, ut præpositio in Appuleiano Afrorum more tantum non abundaret, de quo alibi plura. Burm. margini adlevit: f. *inertiore macie*. Sed atque hic poni pro *statim*, quod etiam est visum Scioppio l. III. Susp. Lect. Ep. 8. durius videtur, licet non negem aliquoties ita sumi. Adi ad Hirt. B. Afric. c. 38. Immo dubito, an umquam eo sensu adhibuerit Appuleius, cui statim id pro *lacteo* inepte affingere tentavit Scioppius: nam et suspecta sunt, ut suis locis videbimus, l. VIII. p. 194. 'Secederet paullulum atque ultra.' et l. de Mundo p. 741. 'Atque ut ab Immo monte.' Hinc puto emendandum hac ratione Auctorem, *macie adipiscimus aliquantum intentionem, cumque adipiscimus b. defic. video:* vel potius, *adipiscimus*

ab intentione acie, macie atque p. b. def. Millies ita vox quædam excidit præ earundem litterarum temere omis-
sarum, quæ repetendæ fuerant, ductu. Oud. *Pallore buxæo*] Inter ea quæ pallore notabilia sunt maxime notabilis est buxus: etenim pallidissima est, unde in comparisonem palloris usurpatur. Ovid. in carmine obsceno: 'Buxo pallidor, novaque terra.' Hinc pallorem 'buxantem' et 'buxæum' optimo epitheto dixerunt. Plin. in xvi. buxum esse ait quadam duritia ac pallore commendabilem, cuius materia honorata est: plurima nascitur in Pyrenæis ac Citorio montibus: inde a Catullo dictum est, 'Amastri Pontica, et Citore buxifer.' Virg. quoque in Georgicis: 'Et juvat undantem buxo spectare Citorum.' Ex buxo *pecten* fit laudatus: indeque 'Citoriacus' dictus ab Ovidio, quasi buxus a Citorio monte: sic enim ait in iv. *Metamorphoseon*: 'Sæpe Citoriaco deducit pectine crines.' Impressi codices habent *Cytheriaco*: quod Grammatici exponunt pro venereo. Sed tu lege *Citoriacæ*, et expone pro buxæo, ut docuimus. *Beroald.* *Pallore buxæo deficientem video*] 'Poplite deciduo genua intremuere, fugitque Et color, et sanguis.' Apud Achillem Tatium lib. vii. 'Ὁ δὲ ἄχρως ἐγένετο κατὰ μικρὸν, καὶ ἀκνηρότερον ἦσθιεν, ἥδη δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν εἴχετο.' 'Pallore deficientem' verissime et peritissime dixit. Suidas in *ἑρπιδάσας*: 'Ἀχρίδας, ἀπὸ τοῦ, ὅτι ἐλλείπει σκοτεινὸς, ὃ ἔπεται τὸ ἀχρίδιν. τοιοῦτοι δὲ οἱ λεπτοφυεῖς τρέπεται γὰρ αὐτῶν πρῶτον ἡ χροὶς.' 'Buxæo pallore' heic ut viii. 'Buxante pallore:' et apud Chrysostomum Homil. de Paupert. et divit. *πρόσωπον πύρινον, καὶ τοῦ νεκροῦ ὁδὸν ἔμεινον διακείμενον. Pric.*

Sic denique eum *vitalis color turbaverat*] Stewechio emendanti tum favent Lipsius, qui conjecit, uti et J. Wasse vel ejus vel in eo, ut turbare neu-

traliter accipiatur, sicut 'mutare,' 'mergere,' 'vertere' passim, et apud Nostrum 'æquiparare,' 'tardare' l. v. p. 106, 'desfere' forsitan l. iv. in f. Immo 'deformavit vultus' pro deformatus est. Vide Almelo. ad Quinctil. Declam. 298. p. 594. Et sic Virg. *Æn.* vi. 802. 'turbant trepida ostia Nili:' exposuit Servius pro *turbantur*. Male vero Pricæo, *colorem* aliquatenus illustranti, præplacuit ex Oxon. *calor*: nam licet *vitalis calor* optime dicatur, ut Senec. l. iv. de Benef. c. 6. 'Sanguinis cursu vitalis continetur calor:' et Boëthio l. i. prosa 6. 'Tibi vitalis calor illuxerit:' is non potest dici 'turbare illum' vel 'turbatus esse:' quod 'colori' convenit. Certum enim est, sensum loci eundem esse, qui lib. x. p. 217. 'In vicem humani coloris succedit pallor infernus.' Si *calor*, quomodo est etiam in Paræano, recipiendus, melius legas, *tum vel ei vitalis calor torpuerat*: cuius contrarium est 'vitali calore moto' e lib. vii. Hinc 'frigidus torpor' Lucan. l. iv. 290. 'frigore torpens hiems' Claud. Cona. Prob. et Olybr. vs. 269. Quo facit et Ms. lectio de Philos. Mor. p. 605. 'Verum calorem ad desidiam sanguinis mutat:' ubi vulgo *colorem*, ut in Terent. Eun. ii. 3. 26. 'verus color.' At nihil muta. 'Vitalis color turbare ipsum' dicitur, cui turbatur pallore vultus. Desumsitque auctor e Plauto Epid. iv. 1. 33. 'Quid est, quod vultus te turbat tuns.' Sicut et Gellius l. xix. c. 1. pallido præ mortis metu adscribit 'coloris et vultusurbationem.' Simili fere constructione usus est Auctor l. v. p. 99. 'prægnationem maturaverat uterus' pro 'prægnatio uteri maturata est.' L. xi. p. 248. 'Me tegmine despoliaverat asinus' pro 'despoliatus tegmine asini.' Ex quibus omnibus patet, quam prave audacissimo conata reponere tentaverit Markland. ad Stadii Silv. i. 3. 103. 'eum letalis co-

lor turpaverat.' Nam, ut *turbare* et *turpare* crebro mutantur, sicut etiam in Mart. Cap. l. 1. p. 18. Boëth. de Cons. Phil. in f. 'Fronte turbatus,' ubi vide Comm. non tamen 'letalis color' erit leto similis, vel qualem habet mortuus; sed *letalis* est mortem adferens. Immo sic mutando omnia debia possumus quidem intellectu facilia reddere; sed et simul novos excudimus auctores. Ovid. Sic denique cum *ritalis color turbaverat*, &c.] Tacitus Annal. xv. de Paulina: 'Ore ac membris in eum pallorem albibentibus, ut ostentui esset multum vitalis spiritus egestas.' Ut color hic, quod in editis est plerique omnibus) legimus, videntur Ovidiana ista: 'In vultu color est sine sanguine;' et hanc Virgili: 'Labuntur frigida letho Lamentis, purpureus quondam color ossa reliquit;' nec non Seneca ista, 'Incerta inter vitam et mortem coloris facies est;' et hanc alterius Seneca in Hippolito: 'Et ora morti similis abduxi: color;' quibus adde Maximiani ista: 'Inficit ora Pallor, et exanguis funereusque color.' Ut color (præsertim cum vitæ addatur) scribamur, postulat hic Q. Curti locus: 'Pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis color reliquit;' et hic ejusdem Scriptoris lib. vii. 'Tam demum vitali calore moto membris aliquis rediebat vigor;' et hic Virgilianus: 'Omnia et una Elapso calor, atque in ventos vita recessit.' Est et color hic in Oron. Mæ. De voce *turbaverat* querendum, pro tempore non expedio me. *Priv.*

Nocturnus furios] *Morœa* et *Panthium* magna intelligit; sic et Horatius, venedicos fuminas et præstigiis magicis infusæ, appellat furias, illo versu: 'Horrærim voces furarum et facta duræ.' *Brevol.*

Frustulum panis] *Buccella*; diminutivum est a *frusto*, quod significat particulam. Virg. 'Pars in frusta

serant;' inde adverbium sunt, 'frustatim' et 'frustillatim.' Plautus in Curculione: 'Ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant.' *Idem.*

Neque durum ducere] Non potius significantius exprimere, quod interdum non venire solet in ægratis et anxiiis, ut scilicet cibis quodam velati lentore inharere fascibus, neque descendere possit in stomachum, neque superna repetere. Auctor est Plin. in xxviii. 'Si quid e pisce hæderit fascibus demissis in aquam frigidam pedibus cadere: si vero panis hæreat, ex eodem in utranque aurem addito pane, quod inharuerit decidere.' *Id.*

Ut mihi *frustulum panis*, &c. *mediis fascibus inhareret*] Seneca Thyeste: 'Præclusum cibum Tenere fances.' Juvencali: 'Interque molares Difficili crescente cibo.' Proverb. 23. in Græco: 'Ὅν ὑπόγειον ἔσται τῆς ἀνθρώπου, ὅπως ἐστὶν τοῦ σίτου.' Seneca lxxxiii. Epist. 'Non crevit in ore cibum, non in fascibus hæsit.' Ovidius: 'Crescit et invito lentus in ore cibum.' Onomasticum vetus: 'Frustulum, ῥαψῶς.' *Priv.* *Mediis fascibus inhareret*] Supra: 'Mollie cibi glutinosi mediis fascibus inharere.' *Idem.*

Brevitas ipse commentum] *Brevitas* est etiam in Pith. Gœlf. Fax. Par. et Edd. ante Valsenii sec. *ordibus* Oron. At Reg. et Palat. dant bene *ordibus*; neque opus est ob lib. iv. p. 63. 'advenarum studiosa celeberritas,' hic quoque *celebritas* reponere cum N. Heinio ad Ovid. lib. iv. Metam. vi. 46. Consule me ad lib. viii. p. 169. et Suet. Tib. c. 52. 'Celeberrime acclamatum est.' In Gœlf. Pal. non comparat ipse: *dein commentum* Pith. Ovid. *Brevitas commentum*] *Pascitas* simul eantium: duo tantum erant. Abusus est, quo Græce catachresis appellatur, quo verba finitima usurpat: hoc modo, 'Vires hominis breves sunt, oratio magna: longum in homine concilium:

paucus sermo.' Ita 'brevitas com-
meantium,' pro paucitas viatorum.
Beroald. *Crebritas commeanium, &c.*
Id est, vianum. Gloss. 'Ὀδοποιῶν,
iter facio, meo.' Onomast. vetus:
'Meo, ποσειδάμει,' *Pric.*

Metum mihi cumulat] Lib. II. 'Et
mihi formido cumulatior.' *Idem.*

De duobus comitum alterum] Cum
Pricæ ex Oxon. Cod. *comitem* præ-
tuli, quod jam legas in Ed. Junt.
post. item Coll. Wass. Vide ad p. m.
17. 'duobus comitum': quod hic cum
alterum posses construere. *Oud.* *Com-
itum alterum sine, &c.*] Bene Oxon.
Cod. *comitem alterum, &c.* *Pric.*

Sine alterius noxa] Modo culpa:
alias periculum damnumque signifi-
cat, ut in notis Servii fusius explica-
vimus. *Beroald.*

Satis detr. cibum] Cave, cum N.
Heinsio ad Ovid. Met. v. 450. repo-
nas cibi. Sæpe *τὸ satis* absolute po-
nitur, at substantivum ab alio nomine
vel verbo pendeat. 'Satis consilium,'
'satis fortunam,' 'satis otium,' 'sa-
tis spatium,' 'satis tempus.' Con-
sule, quæ laudant viri docti ad Ne-
pot. Epam. c. 4. § 6. Burm. ad Va-
ler. Flacc. iv. 546. Virg. Æn. iii.
848. Duker. ad Liv. lib. i. 16. 8.
Immo mox sequitur, 'satis summum
aquæ rorem attigerat.' Vitruv. lib.
v. c. 7. 'satis altitudinem habebunt
eorum conformationes.' Sic Mss.
Voss. Franck. et alii, non *conforma-
tiones*. *Oud.*

Cæci bonam partem, &c.] Id est,
magnam. Terent. Eunuch. i. 2.
'Bonam magnamque partem ad te
attulit.' Donatus: 'Hæc dicuntur
λεῖψανότιον.' Infra lib. viii. 'Con-
fecta bona itineris parte:' et x. 'Non
prius, &c. quam de ea bonam partem
sumperis.' *Pric.*

Avide devorator] Oxon. *optime d.*
Idem.

Lenius fluvius] Pith. Edd. Vicent.
Ald. et Junt. *lavis*, prave. Is enim
est celer; hic tardus admodum de-

scribitur. Lib. II. p. 23. 'In lenem
vibrantur undam.' Lib. iv. p. 66.
'serpentis leniter aquæ.' Adi me ad
Cæsar lib. i. B. G. 12. 'Influit in-
credibili lenitate.' De *levi* dicam ad
lib. iii. p. 57. 'membris leviter fluit.'
Oud. *Lenis fluvius, &c.*] Lib. vi.
'Sub ista, &c. platano qua mecum
simul unum fluentum bibit.' Plato:
'Ἡ δὲ ἀπὸ πηγῆ χαριστότατη ἐκδὲ τῆς πλα-
τάνου βεῖ μάλ᾽ ψυχροῦ ὕδατος. Μοε-
χὸς: Ἀβρὰρ ἐμὲ γλυκὺς ὕψους ἐκδὲ
πλατάνου βαθυφύλλου, καὶ πηγῆς φυλά-
σκει τὸν ἡγρότατον ἔχον ἁλόντων. Vide
xxiv. 19. Sirachidis. Calpurn. Siculo:
'Bullantes ubi fagus aquas ra-
dice sub ima Protegit.' *Pric.* *Lenis
fluvius*] Leniter et citra impetum
fluens. *Beroald.*

In speciem placida paludis] Palus-
tres aquas placidas esse et stagnan-
tes videmus, quas merito damnant
medici, utiliores quæ profundum existi-
mantes: quod et Plinius noster me-
morat lib. trigesimoprimum. *Idem.*

Ignavus ibat] Edd. Vicent. Ber.
Colin. Lugd. habent *ignavus*. Sed
amat Noster jungere varia adjectiva,
eaque pro adverbis adhibere. Vide
statim *opportus, &c.* l. ii. 26. 39. l. iii.
45. l. iv. p. 153. 169. l. vii. 145. l.
viii. 159. hisque locis Comment. item
Drakenb. ad Liv. lib. ii. c. 35. 'In-
fensa erat coorta plebs.' *Oud.* *Ign-
avus*] Lentius, contatiusque fluebat.
Beroald. *Ignavus ibat*] Horatius:
'Flumine languido Cecytus errans.'
Senec. Hippol. 'Ubi Mæander super
inæquales labitur agros piger,' &c.
Infra lib. iv. 'Ac valles amnibus'
(lege *agminibus*) 'stagnantibus irri-
gans, in modum sopiti maris, vel ig-
navi fluminis cuncta cohibebat.' *Pric.*
Placida paludis] Avienus Periegesis:
'In morem stagni placidæve palu-
dis.' Hegesippus iii. 26. 'Frigidior
placidæ paludis æquore.' *Idem.*

Argento vel vitro armulus in colorem
'Vitreis argenteus undis.' Calpur-
nius Eclog. ii. 'Virides qua gem-

meus undæ. Fons agit: ubi formam vitreæ scribendum. In vett. Catalogis: 'Fontanus laticos, et lucida pocula vitreo.' Infra hic lib. v. 'Fontum vitreæ laticæ placidum.' Ovidius: 'Vitroque magis pellucidus amnis.' *Idem. Argenteo, &c.* Avicenna ubi supra: 'Rhebas, argenteo similem qui porrigit amnem.' Infra lib. iv. 'Evanebat undas argenteas.' Julianus in Epistolis: 'Ὀψας, &c. ὡς ὡς ἔργον ἀγαθὸν ἄγαν: καὶ τὸ σὺν ἀργύρῳ ἰσχυρῶς.' Hesychius: 'Ἀργυροῦν λευκὸν ἰσχυρὸν ἔχοντα ἀργύρῳ.' *Idem.*

[*Emulus in colorem*] Laus aquæ fluvialis, quæ ita limpida erat, ut vel argentea vel vitrea videri posset. Antiqui 'aquilam colorem' dixere subalgrum, quasi inter album nigrumque intermedium: ab aqua, cuius incertus est color. Tria namque elementa sunt sine sapore, sine odore, sine succo: aqua, ær, ignis. 'Aquilæ' eleganti vocabulo dictus est aquæ vestigator et ductor. Plinius: 'Subesse aquis credunt, et hoc habent signum Aquileges.' *Beroald.*

[*Expleri laticæ fontis lacteo*] Minus bene Guelferb. quoque cum Ed. Scriv. *expleto*. Pro *lacteo* in Fax. *lapreo*. Conjecit Sopingius *Illico adsurgit*: melius certe Scioffie. At nil est mutandum. Consule Pricnum. *lacteo* enim *latex* significat purum et candidum, ac λευκός. Martian. Cap. lib. i. p. 6. 'fluvius lactis instar candidæque lucis:' et de eodem pag. 7. 'Illius lactei prænitens unda.' Sic enim e Mss. leg. non *renitens*: ac *nitidus* hoc sensu restituendum Claudiano Præf. in Rufin. vs. 10. ex Ovidii Ep. xv. 157. Met. lib. iii. 407. Rursus in Martiano p. 28. 'Peplum lactis instar fulgidum.' *Ond. Expleri*] Pro *exple te*: Imperativus est passivus, quem Veteres frequentor usurpant pro activo. Ovidius: 'Cingere littorea flaventia tempora myrtho.' *Beroald. Latice lacteo*] Aqua

pura et nitida. 'Latex,' ut ait Servius grammaticus, 'proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat.' Et vinum 'laticem' dicimus, quod lateat intra uvam. Denique omnis liquor 'latex' dici potest, sicut Lactretius dixit 'laticem abanthii:' et Ovidius 'laticem Palladiæ,' pro olei liquore: et Maro 'laticem Lyxum,' pro vino. Solinus quoque in Polyhistoris licentius paulo sic scripsit: 'Non coibant in corpus unum latex visum, et latex aquæ.' *Idem. Latice fontis lacteo*] Verum est quod Philo scripsit: Ὁ ὡραῖος, ὁ πύρρ' τις οὐδαμῶς τῆς αἰσχροῦς ἐστὶ βίαιος παραειρηλὸς νεο γὰρ ἐστὶν. Inde inter alios veterum proverbialia apud Juvenalem: 'Tanquam in mare fluxerit amnis Gargitibus miris, et lactis vortice torrens:' et tamen nil egerunt qui alias heic lectiones proposuere, cum hæc hyperbole id velit tantum, ut flumini summa commendatio quaeratur. Sic III. 'Lacteam cutim:' et x. 'Cupidines lacteos.' *Lactem* et ἀλάς poteris eandem exponere. Hesych. ἰάλα, ἰβά. *Fontem* pro *aquæ* videtur, quamquam παραπνοήτος, dixisse. Virgil. Georg. iv. 'Liquidæ manibus dant ordine fontes.' *Pric.*

[*Opertus pallio in pleniorum*] Flor. o. *paululum* in p. Elmenhorstius. Ita hæc verba nunc vulgo legas, fabricata primum et intrusa a Valennio, quorum tamen sensum vel constructionem a me non percipi libens profiteor. In Wass. et Ed. Wowerii, *op. paululum* in pl. In ceteris Mss. etiam Oxon. Florent. Reg. et olim editis videas: *opertus paululum pleniorum ripe marginem*. Omnino recte. Non ut jungas 'marginem complicitus,' quasi marginem manu prehensisset; quemadmodum cepit Beroaldus: sed 'opportus marginem est tacite et cum mora conspicatus,' postquam oculis notaverint pleniorum marginem, quo scilicet fa-

cilius in flumine bibere posset. Eo sensu verbum *opperiri* sumsit Auctor noster p. 8. 'Obliquo adspectu, quid rei sit, grabatuli solertia munitus opperiri: video mulieres duas.' Lib. II. p. 23. 'In saxo simul et in fonte leturam Dianam opperians visitur.' Lib. XI. p. 242. 'Id sacrum nec sollicita neo profana mente debebis opperiri:' nec aliter apud Valer. Flacc. lib. V. 893. 'Dixit, et opperians trepidam stetit:' ubi nil est mutandum. Clare lib. VII. 615. 'Opperians, ubi prima sibi daret agmina tellus.' Vide et lib. III. 184. *Ond.*

[*Complicitus in genua appronat se*] Ad bibendum nempe. Nemesianus Eclog. III. 'Pronus at ille lacu bibit.' Tantalus in Mortuorum dialogis apud Lucianum: 'Ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους: cui alter: Ὀντως ἀργὸς εἰ ἂν μὴ ἐπικρίψας πίνων; Sic πῶτος πίνων 2. 12. Philostratus. Hieronymus de Paulo et Antonio: 'Paululum aquæ in fonte prono ore libaverunt.' Martialis: 'Et bibis immundam cum cane promes aquam.' Infra lib. IX. 'Satis sitienter, pronus, &c. salutare illas aquas hauriebam.' Ait, in *genua*, &c. Judic. VII. 6. 'Ἐκαμψαν ἐπὶ τὰ γόνατα τοῦ πεινῶτος. Agatharcides de Ichthyophagis: 'Ἀπερευσάμενοι τὰς χεῖρας εἰς τὴν γῆν, καὶ θάψας τὰ γόνατα, βοηθὸν αἰτνοῦσι. *Pric.* Marginem complicitus] Significat, Socratem manibus apprehendisse tenacius marginem ripæ herbascentem, instar eorum qui aquam amnicam poturi apprehendunt herbam, complicantque marginem manibus, ne præcipites ruant in flumen. *Bersoid.*

[*In genua appronat se*] Eleganter dictum, pro eo quod est, inflectit genua: et, ut Veteres dicebant, 'ingeniculator.' In cælo signum est, quod Græco vocabulo 'Engonasis,' Latine 'ingeniculus' nominatur: de quo sic scribit Maternus Firmicus in VI. 'Ingeniculus, qui Engonasis, in extremis partibus Piscium oritur: hoc sidere

nati erunt mendaces, fugaces, callidi.' Ovid. dixit in VIII. Metamorphoseon: 'Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.' Ubi 'Nixus genu' eleganter significatur Ingeniculus, qui Hercules est, ut docet Hyginus: qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Æschylus ait, Herculeum cum Liguribus manus contulisse, et complures eorum sagittis confixisse, sed cum jam deficeret, defessum se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis. Jovem autem miserum filii, curasse ut circa eum magna lapidum copia esset, quibus se Herculeum defendisse, et hostes fugasse. Ita Jovem in similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. De hoc intelligi voluit Manilius in V. Astronomicon, illo versu: 'Nixa genu species et Graio nomine dicta.' Nam 'Nixa genu' Ingeniculum signat, 'Graio nomine dicta,' Engonasin designat, qui Græco nomine 'nixus genu' interpretatur: *ἑγγονάξιον* enim est, 'sæcto genua.' *Idem.*

[*Avidus affectans poculum*] Lucretius: 'Flumen item sitiens, vel fontem propter amœnum Adsidet, et totum prope faucibus occupat animum.' Et bene *avidus*. Æneid. VI. 'Avidusque refringit:' ubi Servius: 'Avidus, ut ostendat tantam fuisse avellendi cupiditatem, ut nulla ei celeritas satisfacere posset.' *Pric.*

[*Summum aque rorem attigerat*] Virgilius: 'Primaque libato summo tenuis attigit ore.' 'Aque rorem' hic, ut infra lib. IV. 'Vibrantiam fluctuum summum rorem calcavit:' et VIII. 'Cruorem præterfluentis aque rore diluere.' *Idem.*

[*Vulnus dehiscit in profundum patorem*] Ovidius II. Fast. 'Vulnus inane patet.' Statius: 'Vulnus hiat, magnæque patet via lubrica plagæ:' sic 'vulnus patens' IV. Egesippii. *Idem.* *Dehiscit*] Vehementer aperitur, et patet: 'hiacere' enim est hiare: id est,

aperire, quod Veteres 'hiatari' et 'hiatari' dixerunt. Laberius, 'Hiatantur fores' dixit, pro eo quod est hiant: id est, patent. Item Cælius: 'Sequere me tu, qui mihi ocellans hiantisque restas.' *Bersold.* *Patorem*] Hiatum et apertionem: nomen est a patendo deductum: cui consimile est 'vagos' pro vagitu, qua dictione usus est Ennius: et 'fluor' pro fluxu. *Idem.*

Repente de eo] In Pal. Fux. et Wase. *de eo repente.* Usi *de repente* Terent. Cicero, Sueton. alique præter Livium. Vide ad Suet. Tib. c. 28. Liv. lib. XXI. 41. 6. Corrigendus sic quoque videtur Frontinus lib. III. c. 7. in f. pro *decipiens.* Admodum deest Fux. *Oud.*

Spongia deolvitur] Ne scilicet per flumen transiret: quod Panthia superius cavendum esse præceperat, cum inquit: 'Heus tu spongia, cave in mari nata per flumen ne transcas.' A spongia verbum est Apitianum 'Spongiale,' quod significat spongia extorgera. *Bersold.*

Etamque parvulus admodum comitatur error] Lib. v. 'Ut per summam cutim roraverint parvulus sanguinis, &c. guttus.' *Pric.*

Exanimatum] Mode mortuum, alias conturbatum. Inter 'exanimatum' et 'exanimum,' ut ait Donatus, hoc interest: 'exanimatus' est conterritus, conturbatus, ut illud Terentianum: 'Ibi tum exanimatus Pamphilus:' 'exanimus,' est occisus: ut Virg. 'Corpes ubi exanimum.' Nonnunquam 'exanimatus' accipitur pro extincto et mortuo: ut hoc in loco, et apud Historicos persæpe. *Bersold.*

Cernuus] Editionum veterum lectionem *cernuus* affirmant quoque Oxon. et Palatin. quod defendit Floridus, quia supra jam dixerat Auctor, eum cernuum sen pronum se adplicuisse flumini ut biberet. Certe præstare videtur plusquam perfectum; unde Ed. Junt. post. addit *cernuus cernuus*

ref. ut *cernuus* active quasi sumatur. Præcedit enim *exanimatum corpus.* Et sic plane lib. viii. p. 158. Ed. *Pric.* 'Charite velat tentis perocosa, cernuit corpus, et obnubilavit animam.' Adde Parm. Indic. Plaut. De voce 'cernuus' vide Elmsh. Indicem, Drakenb. ad Sil. x. 256. et quæ laudavi in Misc. Observ. v. 2. ad Avienum descript. Orb. vs. 583. Severus de Mort. boam vs. 63. 'Vidi ego cernuum junicem gravidam.' Immo 'cernuus' vel 'cernulus cernere' jungit Nestor lib. ix. p. 208. 'Super mensam cernuus cernuus.' Sil. xvi. 418. 'Perfracto volvitur ore Cernuus.' Arnob. lib. vii. p. 246. 'Pro nos et cernuus rueret.' Quia tamen in reliquis Mss. et Regio est *cernuus*, ut edidit Colv. Vale. Scal. Elm. Scriv. *Pric.* malim hinc corrigere *cernuus* active. Socrates 'exanimatum corpus cernuus pene in flumen.' Vide Gravium ad Isidori glossas: 'Cernuus, precipitare.' Hinc passive *cernui* apud Solinum c. 17. 'Errita rabie cernui, velut propriam tarditatem voluntaria castigantes ruina.' Cap. 45. 'Ut de industria cernuus, ruina pariter et se et equitum affligeret:' ubi vide Salm. Adde Schottum ad Melam lib. III. c. 5. Mox ego altero Pith. Fux. Palat. Edd. Vic. Ber. Colla. Bas. Oud. *Cernuus*, &c.] Ausonius in Mosella: 'Cernuus subjectum præceps dat corpora in ansem:' nec Oxoniensis ergo, nec alii sequendi, qui *cernuus* legunt. *Pric.*

Vix et ægre] Fux. *imo et ægre.* Vir doctus quidam debebat et. Ferum quia Auctor corpe due adverbis sine copula jungit, ut supra 'carissæ nodule,' et vix crebro præponitur aliis particulis; ut 'vix denique,' 'vix saltem,' 'vix dum,' 'vix tandem,' &c. 'Vix pene' apud Auson. de Clar. Urb. Ep. 6. Sed non sine exemplo est *vix et ægre.* p. 11. 'Vix tandem et ægrotante patellent.' Flor.

lib. II. c. 10. 'captum sese vix et egre didicit.' Macrobio lib. I. Somn. Scip. c. 7. et I. Sat. c. 7. 'Vix egreque:' ut decuit Jac. Gronovius. Non dissimiliter Auctor ait in Flor. N. 19. 'Egre ac difficulter.' Oud. Vir et egre] Adverbia sunt difficultatem conatumque laboriosum significantia. *Beroald.*

Pao. 15. *Adtraxi]* Lipsius adpinxit *adtraxem* pro *adtraxissem*. Sed præteritum tempus pro plusquam perfecto, est frequentissimum. Vide et lib. VIII. p. 164. 'pænisime reddidit animam; sed egre manibus erecta suorum, remansit in vita.' Oud.

Pro tempore] Sunt res quædam ex tempore et ex consilio, non ex sua natura considerandæ, quibus in omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit considerandum est, et non quid fiat, sed quo tempore fiat, attendendum est: quod et M. Tn. docet in II. Rhetoricorum. *Ber. Ubi defleat pro tempore miscellum comitem, &c.]* Seneca VII. Epist. 'Eadem vitæ conditio est quæ balnei, turbæ, itinera, &c. alio loco comitem relinques, alio effores.' *Pro tempore* hic, ut lib. X. 'Prandioque pro tempore commento.' Et IX. 'Acceptusque pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio.' O. nomen. vetus: 'Pro tempore, *κατὰ χρόνον*.' 'Ut in præsens potuimus' Gellius X. 3. dixit. Hellodorus, (etiam in re funesta) *ἐξ ἧν δ κατὰ χρόνον*. Τὸ οὖρον τῆς θύρας (inquit) *ἐκ τῶν ποδῶν ἐκκρίνεται, καὶ τὴν πόρταν τὴν ἐκ τῶν σκευῶν ὡς γ' ἢ ἀποφορῶντες, καὶ τὰ κλειδιά διὰ τὴν ἑλπίαν ἐξ ἧν δ κατὰ χρόνον παρασκευάζονται, &c.* Ammianus lib. XXV. 'Sepulcris his, ut rerum angustia permiserunt.' Xenophon: 'Ἀρεῶς, VI. "Ἐθαπὼν ἐκ τῶν διαρχῶντων ἐν θένοντο κἀλλιστα. *Præ. Arænos]* Arænos ante Colv. jam exhibuit Ed. Junt. post. cum Mas. Pithæmano excepte. Latium non est *contingere humo* vel *humum arænos*. Quod

miror placuisse N. Heinsio, ad Ovid. lib. IV. Metam. vs. 261. 'Sedit humo nuda.' Oud.

In annis vicinis sempiternæ contem] Fuit, cum emendarem *sempiterno*, e Catone apud Charis. lib. II. p. 194. Ed. Putsch. 'Sempiterno monumenta posui.' Solin. c. 40. 'Sempiterno aves advolant:' et sapient. Sed considerans, Auctorem passim amare Adjectiva pro Adverbis etiam per Hypallagen, tutius censeo nihil mutari. Vide ad lib. VIII. p. 161. 'perpetuus conscientie stimulum.' Lib. X. 'necessariam successionem deferre:' pro perpetuo, necessario, &c. In Gualf. et Oxon. est *animis*. in Fox. *vicinis*: dein *nunc exulat a Pith.* et dat *hæc Arist.* Idem. *In annis vicinis]* Significat se in præcipitiis fluminis, et juxta fluvialem ripam humasse inter harenas defunctum Socratem. *Beroald.*

Eximis] Valde, et excellenter, supraque mortem hominum. *Idem.*

Avias solitudines] Inaccessas, invias, et via carentes. Lucretius: 'Avia Pieridum peragro loca:' sic et homo dicitur, 'avius,' extra viam rationis. Idem: 'Avias a vera longe ratione vagaris.' Notum est illud apud Rhetoricos doctores: 'Avium dilectio avium ducit.' *Idem.* *Per dicere et avias solitudines aufugi]* Gellius V. 14. 'In camporum et arenarum solitudines concessi.' Solinus c. 24. 'Cum in avium solitudinis secretum recesserant.' Sic 'avium solitudines' infra hic lib. IV. *Præ.*

Relicta patria et lare] 'Larem' pro domo usurpant: sunt enim Lares Dei domestici, de quibus alio scribit Tertullianus in Apologetico: 'Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis.' De laribus et larario, quod sacrarium domesticum est, plura in secundo Tranquilli commentario. Appuleius noster in libro de Deo Socratis: 'Lar,' inquit, 'dicitur familiaris, qui ex lemuri-bus

posteriorum suorum curam sortitus, pacato et quieto numine domum possidet.' *Beroald.*

Ultroneum] Spontaneum. Hieron. in epistola ad Marcellum: 'Tritum quippe est proverbium, Ultroneas putere merces.' *Idem.*

Nunc Etotiam...colo] Inhabito. 'Deos non ob aliud appellant Colicolas,' ut auctor est Augustin. in x. de Civitate Dei, 'nisi quod cælum colant: non utique venerando, sed inhabitando, quasi quosdam cæli colonos.' *Idem.*

Hæc Aristomenes] Scilicet, sermonatione satis longa fabulatus est. *Idem.*

Statim initio] Palat. Fux. Par. Guelferb. *statim* in *initio*, crebro errore. Vide me ad Frontin. lib. i. §. 8. §. 9. 'Initio statim noctia.' Comm. ad Suet. Cæs. c. 4. 'Initio statim.' Infra *aspius* recurrat, ut lib. iii. p. 54. 56. iv. init. Solin. c. i. 'Romani initio.' Sic bene Salm. cum Mss. optimis et Ed. Aldi. Vulgo in *initio*. Dein *sermones* Fux. Bertin. *Nihil enim, inquit, et nih. hoc t. mend.* forsan *isthoc* vel *istoc*. Vide ad init. 'In verba isthec.' *Ond.* Qui *statim initio*, &c.] Locutio Græca. Josephus 9. in Appion. *τῷ ἀρχῇ εὐθὺς* dixit. Philo in de Mosis vita *εὐθὺς ἐκ ἀρχῆς*. Plutarchus in π. *δευδαμ.* et Simplicius cap. 62. in Epictet. *εὐθὺς ἐκ ἀρχῆς*. *Pric.*

Sermonem respuebat] Respuere sermonem hominis, nihil aliud est, quam non approbare, neque recipere, perinde ac vanum et fabulosum. *Beroald.*

Vir, ut habitus et habitudo demonstrat, ornatus] Primo in Pal. Fux. Bert. Edd. Ber. Colia. Bas. &c. est in sing. *demonstrat*, ut lib. ix. p. 160. 'Ut indicabat habitus et habitudo, miles.' Qui vel unicus locus docet, male hic a Florido *habitum* et *habitudinem* exponi 'speciem et formam corporis,' licet sæpe *habitus* nupetur de corporis vel oris externa specie, unde non raro 'habitus vul-

tasque' junguntur. Sil. vi. 497. 'habitu juxta et velamine Poeno Desfermem.' Mel. lib. ii. c. 2. 'Indecens corporis habitus.' Adde Heins. *Misc.* Obs. v. 9. p. 284. et hic *Pricæum*, bene ὃ 'habitu' ad vestitum, 'habitudinem' ad corporis speciem, ac gestus, de *hæding*, referentem. Solin. p. 6. 'nisi discrepantiam' habitus, i. e. vestitus, 'indicaret.' Capitol. in v. Pertin. cap. 12. 'habitudine corporis pinguiora.' Ac simul liquet *ornatum* non deledum vel mutandum in *cordatum* aut *matum*, quod visum est Daviesio ad Cicer. lib. iii. *Tusc.* Disp. c. 17. sed significare honoribus insignem, quod patebat ex *habitu*, et bonis artibus instructum, quod colligebat ex *habitudine* et ingenio corporis filo. Quique idcirco pro sua gravitate minus fidem fabulis tribuere debebat. Adi Comment. Huc pertinent etiam loca seqq. p. 17. 'Te de ista corporis speciosa habitudine, &c. generosa stirpe proditum, et recte conjicerem,' &c. Lib. iv. p. 79. 'Virginem filo liberali, et ut matronatus' (ali *ornatus*) 'ejus indicabat, summatera.' Vell. lib. ii. c. 107. 'Dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens.' *Ond.* *Ut habitus et habitudo demonstrant*] 'Habitus' formam corporis et liamenta, ipsamque corporaturam significat. Livius: 'Habitum oris linamentaque intueri.' Plant. 'Qualis habitus oris?' 'Habitudo' quoque, ut tradit Featus Pom. habitus corporum significatur. 'Habitior' dicitur pinguior et corpulentior, apud Plant. 'Habitissimus,' pinguisimus. A. Gellius in iv. 'Equum nimis strigosum, et male habitum, sed equitem ejus aberrimum et habitissimum viderunt.' Ubi 'strigosus' equus accipitur pro macre, sive emaciato: 'strigosus' enim quasi *stringosus*, dictus ab eo quod corpora stringat. Livius 'equos strigosos' appellat, maiores et exiliiores. Præterea 'habitus' dicitur vestitus.

Plin. 'Qui ad nos legubri habitu ad-
venerat, et capillatior solito.' Apud
philosophos 'habitus' in alia signi-
ficatione usurpatur: Græce dicitur
ἔξω, de quo Aristoteles in secundo
Ethicorum satis multa. Ipse autem
habitus et habitudo sæpe declarant
hominis conditionem et dignitatem:
unde merito ornatum virum vocat, ex
habitu elegantis habitudinisque inge-
nue conjectura: ubi habitus referri
potest ad vestitum quoque, habitudo
ad corporaturam. *Beroald.* Vir, ut
habitus et habitudo demonstrant, ornatus]
'Habitus' (inquit Servius ad Æn. I.)
'apud Veteres dicebatur tam corpo-
ris, quam eorum quæ propter corpus
sunt: ubi ea, quæ propter corpus
sunt, vestes, vel amictum significant.
Sequentium temporum Scriptoribus
designat σχῆμα tantum, vel corporis
cultum: 'habitudo' corporis faciem
sive exteriorum figuram. Ausonius
in Panegyrico: 'Cujus nunquam e-
gressus auspiciator fuit, aut incessans
modestior? aut habitudo cohibitor,
aut familiaris habitus condecorior?'
Infra hic lib. ix. 'Quidam procerus,
et, ut indicabat habitus et habitudo,
miles e legione.' Onomasticon vetus.
'Habitudo, ἔξω.' 'Habitus, σχῆμα.'
Noster in Apologia: 'Colorem obli-
terat, habitudinem tenuat.' In de
Dogm. Platonis: 'Platoni habitudo
corporis cognomentum dedit.' Infra
hic: 'Speciosa corporis habitudine.'
Et ii. 'Qua corporis habitudine præ-
ditus est?' Pro ornatus inepte qui-
dam cordatus reponebat. Noster in
Apologia: 'Adest Corvinus Celer,
vir ornatus.' Senec. iii. 15. de Be-
nef. 'In quid lati viri ornati adhibiti
sunt?' Sic Plinii lib. ii. Epist. 20.
'ornata femina' utitur et I Tim.
iii. 2. Latine interpret. At multo
pejus ille qui vocem penitus expan-
gendam censuit. *Pric.*

Accedis huic fabulæ] Credis ne hanc
fabulam? Interrogative legendum est.
Beroald.

Fata decreverunt, &c.] Τὰς γὰρ μοι-
ρὰς ἀρπάζουσ ἔπος προῖσιν μὲν θύνα-
τον, ἐκπεύγῃσι δὲ οὐκ ἐφικτόν, ait Heli-
odorus lib. ii. p. m. 106. Vide Hero-
dotum lib. ii. et ix. Notas nostras
ad Minutium Felicem. *Elmenh.* In
hanc sententiam Seneca Ep. lxxxvii.
'Rata et fixa sunt' (fata) 'atque
magna et æterna necessitate ducun-
tur.' Noster mox lib. ix. 'Nec consi-
llo prudentis, vel remedio sagacia,
divinæ providentiæ fatalis dispositio
subverti vel reformari potest.' Quia-
mo 'inevitabilis fatorum vis enjus-
cunque fortunam mutare constituit,
consilia corrumpit:' ut est apud Vel-
leium Patere. lib. ii. Histor. *Brunt.*
Decreverunt, quod repositum cum seqq.
Colvius, firmant Mss. O. cum ante
ederetur in subjunctivo *decreverint*.
Bene quoque. At Mss. sunt sequen-
di. Liv. lib. vii. 13. 'Utenumque se
habet res:' ubi vide Drakenb. Flor.
lib. iii. c. 17. 'Utenumque dimicatum
est.' *Oud. Utenumque fata decreverint]*
In hanc sententiam ait Manilius:
'Fata regunt orbem, certa stant om-
nia lege.' Tertul. in apologetico:
'Scite,' inquit, 'fata stat Juppiter
ipse.' Idem significat Græcus ille
in hanc sententiam versus: 'Fatum
summum exsuperat Jovem.' Signifi-
cantly autem et proprie *Decreverint*
dixit: est enim *decernere*, constituere
ex potestate: unde 'decreta fatorum'
et 'siderum' dicta. Julius Firm.
frequens est in hac elocutione, ut di-
cat sidera decernere felicitates infæ-
licitatesque mortalibus: et Plin. ait,
'Deo semel decretum in omnes futu-
ros unquam.' Hinc 'senatus decre-
tum,' quod a 'consulto' Helius Gal-
lus sic distinguit, ut 'decretum' di-
cat particulam quandam esse senatus-
consulti, veluti cum provincia alicui
decernitur. Idem Firmicus Maternus
ait in primo: 'Fatum nobis vitæ ja-
nuas pandit, finemque vivendi fatalis
legis necessitas statuit. Et nihil non
positum est in fati potestate.' Seneca

quoque libro de Mundi gubernatione: 'Fata,' inquit, 'nos docent: et olim constitutum est quid geramus, quid feras.' *Beroald.* Utinam Fata decesserunt! Vide ad initium libri IX. adnotata. *Fris.*

Utu venire] *Utu venire* dant Gual-
terb. Palat. Flor. Reg. Oxon. Bertin.
non u. venire, quod est in Edd. ante
Colvium. De Deo Secr. 'Ut vide-
mus plerique *utu venire*.' At illic
Mas. plurimus *venire*. In Apol. 'Hoc
michi adversum tu *utu venit*.' Ibid.
inf. 'Sed cui hoc *utu venerit*.' Varro
lib. 11. de Ra Rust. c. 7. 'Quod *utu*
venit.' Aest. ad Herann. lib. 1. c. 14.
'In iudicio potest *utu venire*': licet
ibi in uno Voss. sit *venire*. Lib. 11.
c. 5. '*utu venturum*': ibi in Leid.
alio cont. Nep. in Hannib. c. 12.
'semper verum ne *utu veniret*.' At
illic Mas. plerisque *utu even*, sed in
Alcib. c. 4. 'id quod *utu venerat*.'
Hirt. B. Afric. c. 57. '*Utu venisse*
hoc civi Rom.' Cos. lib. VII. B. G.
c. 9. 'Hac de Veroringentorgeri *utu*
ventura.' Vitruv. lib. 1. c. 22. 'Rho-
diensibus *utu venire*': unde et c. Mas.
2. Voss. Franck. emendandus idem
lib. 1. c. 6. 'Quod in multis civitati-
bus non solet *venire*.' Vulgo *venire*:
quod impius quidem vulgo legas in
Cicerone. Sed ubique fore Mas. op-
timi Leid. ac Voss. a me visi habent
venire, paucissimi *venire*. Vide de
Invent. 1. 10. 43. de Senect. c. 3. de
Offic. lib. 111. 3. de Fin. lib. v. c. 2.
Alii 'usu' et 'usus venit' confun-
duntur. Adi ad Cicer. 111. ad Fam.
8. Ceterum male Vulcan. margini
adlevit *venire*. Pendet enim a verbo
'arbitrator.' Oud. *Utu venire*] Con-
tingere. *Venire*] Archaismos est.
Baronid.

Pene infecta] Quasi nunquam prius facta, et ob hoc incredibilia. *Idem.* *Mira et pene infecta, quae tamen ignota reata fidem perdunt*] Arrianus 1. 26. in Epictetum: Καὶ τί ποταφείσθης ὅταν ὁ κενὸς τὰς τῶν ἀποβληθέντων

Ep.; et tu dūquē vānū hūmānū vōlū
dūc, oīs tū parricidā vōū lēgōtur;
Cassiodorū VI. 19. de eodē artē
tractans: 'Pūtorum pūcia, valē-
tialia tūc cōdit, &c. nō ab igno-
rantibz pōtē pūragium pūtorū,
quod ratiōe colligitur.' 'Infecta,'
i. e. 'impossibilia.' Donatus ad III.
5. Eū. 'Amore cogente nihil est in-
fectum cupientibz.' Glossa: 'In-
fectum: abhorrere.' Fric.

Hercules] Certo, *medius solius* : ad-
verbium est iurijurandi, quod *Me-*
herculus dicitur, quod solis viris con-
venit. Feminae enim per *Herculem*
non jurant, et *Herculem* sacrificio
abstinere : de quo in commentariis
Propertii copiosius. *Boreald.*

Grates grates] Nullo iudicio Sciopp.
lib. 111. Sump. Lect. Ep. 12. Bertini-
ani Cod. lectionum praeferit, licet ipse
fateatur *Platinum esse grates gra-*
tias: ubi in Mss. etiam est *grates gra-*
tias, ut hic in Pith. et hinc eundem
errorum errat Parvus in Pen. lib. 1.
& ‘debere tibi multas *gratas grates*.’
Totum haec Appuleianum habemus
rursus lib. IX. p. 185. ‘Nam et ipse
gratas grates nunc meo memini :
sive *xepw μωρατάς*. Anton. Libet.
cap. 30. ubi male Wasse in Plauto et
Appuleio praeferit *grates grates*. Ad-
tam saltem debuit copula, ut in Trin.
iv. 2. 2. ‘Et *grates gratesque* ha-
beco.’ Oud.

Avocavit] *Advocavit* quoque *Oxon.*
Guelf. aliiq[ue], solemn[is] error[is]. Vide
Drak. ad *Liv.* lib. 1. c. 1. et infra
supra. Male vero Beroaldus explicat
'abstraxit,' 'avertit,' et *Florides*
'advntes tenuit,' cum significat 'de-
lectavit,' 'recreavit,' ut patet o[mn]i-
ac bene advertit *Elmeh.* in *Ind.*
Adde lib. 17. p. 89. 'Quivit sermoni-
bus ac inceptis libris *avocari*.' p.
88. 'Ab narrationibus lepidis *avoca-*
re:' ubi vide *Scopp.* et *Pric.* ac *Sal-*
mas. ad *Spertian.* *Hadrian.* cap. 15.
Munk. ad *Hyg.* *F.* 274. *Cort.* ad
Plin. lib. 1. *Epist.* 24. 'Modus raris,

qui avocet magis, quam distringat.' Dein *asperam Oxon. ac tardio Palat. Idem. Lepida fabula festivitate nos amovet*] Lib. IV. 'Ego te narrationibus lepidis, &c. avocabo:' ubi dicta ad p. 83. vide. *Pric. Avocavit*] Amovit, abduxit, abstraxit a sensu laboris per voluptarium sermocinationem. 'Comes' enim 'facundus,' ut inquit Pablius mimographus, 'in via pro vehiculo est.' 'Avocare' enim extromovere, alienare, avertere. *Virg. Oblectat hortas, avocatur, pascit, tenet.* Calistratus jurisconsultus tit. de nundinis: 'Avocatur,' inquit, 'agrorum cultores ab opere rustico:' et *Pomp. ait: 'Cum consules avocarentur bellis finitimis.'* *Beroald.*

Sine labore ac tardio crasi] *Ovid. XIV. Metamorph. 'Inde ferens lassos adverso tramite passus, Cum Duce Camæo fallit sermone laborem.'* Infra lib. II. 'Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur, &c. ad domum Byrrhæam pervenimus:' ubi dicta vide. *Pric.*

Que beneficia] *Rocto Scriverius et Elmenh. retinere veterum Edd. et aliquot Masterum lectionem, quod beneficium, licet etiam Oxon. Reg. Fax. cum Colv. Wowerio, Pric. Florido ostendant ablativum. Eleganti Graciano pro 'ob quod' verba 'inter,' 'gaudeo,' 'doleo,' 'mæreo,' habent accusativum. Adi Arnsian. Mess. apud Helna. ad Virg. *Æn. I. 441. Græv. Barm. &c. ad Sæton. Tib. c. 74. e Cod. Memm. et Voss. 'mortem ejus letatus est.'* In Fax. statum. *Oud.**

Vectorum momentum] Equum significat, qui merito letatus est se tantisper exoneratum fuisse sarcina necessaria cui, dum ille pellectus festivitate fabulatoxi, nititorque audiendi, proventus est usque ad Hypatam. *Beroald.*

Meis auribus] 'Provehi' dicimur eleganter et festiviter, quando audientes aliquid auditu dignum et delectabile, laborem pedum non sentientes,

tanquam aures nos vehant, non pedes. Dixit olim Xerxes Persarum rex, animum in auribus hominum habitare. Qui bene audit, voluptate perfunditur: qui vero male, is perturbatur et excandescit. *Idem.*

Provecto] *E Mss. Palat. Oxon. et Wass. reposui cum Pricæ tacente pervecto. Finem enim denotat, quo usque pervenerit. Statim p. 17. 'Equo, qui me strenus pervexit' ubi Scriverius male edidit pro. Lib. IX. p. 180. 'Domum color gradus pervectus' e Mss. De Deo Socratis p. 701. 'Equus me mollior pervexit.' *Sil. lib. V. 204. 'Delon pervectus Apollo.' viii. 125. 'cite passu pervecta ad Hætera' ubi nū mutandum. xvi. 519. 'pervecti simul ad motus.' Mamert. in Genethl. cap. 8. 'pervecti estis ad vos mutua desiderii celeritate.' Corrigendi sic e Mss. Cicero post Redd. ad Quir. c. 6. 'Cum parva navicula pervectus in Africam.' Alii *prov. prov. trajectus. Plin. lib. II. c. 27. 'tertio die ex Italia pervectorum Uticam' vulgo prov. Solta. p. 23. 'Equitantes paucam Pateolos neque pervoheret.' Sic enim Mss. 3. cum Ed. Ald. aliique: vulgo ead. Adi Gron. et Drak. ad Liv. lib. XXXI. cap. 20. 'Tranquillo pervectus Chalcidem:' ubi eadem confusio, nec non mo ad Cms. lib. II. B. Civ. c. 3. 'Freto Sicilia pervohitur.' Vide ad Cle. II. de Inv. cap. 17. Adde et Comm. ad lib. VIII. p. 163. 'Camporum spatia pervecti.' *Oud.****

Finis sermonis et itineris] Consimiliter Horatius: 'Brundisium nobis finis chartæque viæque.' *Beroald. In finis nobis sermonis, &c. fuit*] *Plinius I. Epist. 5. 'Hic fore nobis sermonis terminus.' Pric.*

Comites utriusque] *Ed. Junt. post. uterque. Cave audias; licet in Auson. Ep. XXIV. 9. legamus: 'uterque parentes:' ubi Grævius corrigit utriusque. Infra lib. IV. p. 77. 'Ramos oleagineos utriusque quantentes.' Lib.*

x. p. 220. 'dejerant utrique.' Sic enim Mss. plerique et Edd. Vett. lib. xi. p. 261. 'Consuluerunt in me sacerdotes utrique:' ubi iidem perturbant. Sed ad Serv. ad Æn. i. 98. et mea ad Cæs. lib. i. B. G. cap. 58. 'Utræque perierunt.' Miror enim vehementer Tollium, qui ait, se non credere, 'utrosque pedes' esse Latinum, ad Ausonii Epigr. 21. Solia. c. 20. p. 30. 'Melleum et Falernum; utraque,' &c. Sic optime in tribus vetustissimis libris, aliisque, et Ed. Delr. vulgo *utramque*. p. 38. 'Utræque Syrtis.' In Palat. Guelf. et Wass. *ad villam proximam*. in Fux. *ad villulam proximam*. In eodem et Pith. *abierunt*. Oud. *Nam comites utrique ad villulas proximæ lævorsum abiere*] Apposite Homilia in Julittam Martyrem D. Basilus: Οἱ εὐσεβεῖς, μίαν ὁδὸν πορεύμενοι, διὰ τὴν συνοχὴν μετ' ἀλλήλων διατρίβειν ἐνούται ἐπὶ τῆς συνθείας ἐπαιδὸν δὲ κοινὴν ὁδὸν διεξελθόντες καταλάβουσι λατὴν σχετιζομένην αὐτῇ, τῆς χρείας ἥδη ἀναγκαίους παρεχόμενης ἐκτρέπον, οὐ τῇ συνθείᾳ προσκαθεζόμενοι ἀμολοῖσι τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς κυρησάσης αὐτοὺς αἰτίας ὑπομνησθέντες πρὸς τὸ οὐκ εἶναι ἑαστος πέρας ἀποτρέπουσι. Pric.

Lævorsum abiere] Sinistram partem peregerunt: 'lævorsum' enim significat, ad lævam partem: adverbium est, sicut et 'sinistrorsum.' Horatius: 'Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.' 'Allorsum' dixit Cato, et 'illorsum,' pro in aliam partem, et in illam partem. Beroald.

Ingressu] *Ingressus* Palat. Pith. Fux. Guelf. Reg. Oxon. Wass. *Ingressui* placuit et Sciooppio Susp. Lect. lib. iii. cap. 12. ut Elmenh. et seqq. edidit. Sed recta est antiqua dativi inflexio *ingressu*. Confer ad pag. m. 25. 'Quod ingressu primum fuerit stabulum.' Male Reg. *quam prim.* Oud. *Ingressu*] Pro *ingressui*: casus dandi est, quo ita usi sunt Veteres, ut dicerent 'victu,' pro 'victui:'

'anu,' 'dominatu,' pro 'anui' et 'dominatui,' et cætera his consimilia. Lucilius: 'Quod sumptum atque epulas victu præponis honesto.' Virgil. quoque in Georg. ait: 'Quod nec concubitu indulgent.' Idem: 'teque aspectu ne subtrahere nostro.' Cæsar dictator in Anticato: 'Unius,' inquit, 'arrogantie superbique dominatūque.' Caput est apud Gellium in iv. Noctium Atticarum super hæc re scienter conditum: et Grammatici observaverant. Beroald.

Stabulum] *Canponam*: hospitium, de quo supra. Idem.

Et de quadam anu] Splendida locutio est, ut dicamus: 'Pércontor de te,' 'quæro de te,' pro *a te*. Ita M. Tul. decenter usurpat; 'Quæsi de mea Tullia quid egisset.' Ita Veteres omnes frequenter locuti sunt. Horatius in secundo Sermonum: 'Quærit de pueris, nam sit quoque facta lagena.' Idem.

Canponam] 'Canponam' tam mulierem dicimus, quam tabernam: ut docet Priscian. in quinto, *κατήλου*, hæc est, canpones appellat Plato in secundo de Republica, qui se in foro ad venditionem emptionemque constituunt, quos necessarios esse ait in civitatibus magnis, beneque institutis. Idem tamen in libris de Legibus, interdicat civibus canponationem, tanquam tota hæc res per peregrinos sit exercenda. Jurisconsultus tit. de nundinis, meminit Platonicæ sententiæ de canponationibus. Idem.

Percontor] Interrogo, perquire: verbum est a *contō* deductum, quo nauta utantur ad loca navibus opportuna: et ita scribitur per o. Si vero *percontor* scribitur per u et c, tunc dicitur ab eo quod a *cunctis* perquiratur: auctor Donatus in Hecyra commentario. Idem. *Ac de anu quadam, &c. percontor, &c.*] Quæ anu responsionem largam et prolixam reddit. Hesychius in Γρηγόριον Ἑβλαοι αἱ γράες, διὰ τὸ παντοδαποὺς ἀπορρ-

vous *qualis*. Pric.

Annuis] Nutu id esse significavit. Inter 'annuere' et 'nutare' et 'nictare' Veteres hoc interesse voluerunt, ut 'annuere' sit narium vel labiorum, 'nutare' capitis, 'nictare' oculorum: et ita Grammatici verbum istud Plautinum ex Asinaria interpretantur: 'Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat.' Sed hæc Grammaticorum subtilitas scrupulosior est, quam verior. 'Annuere', enim est, ipso capitis nutu approbare affirmareque: cuius contrarium est 'renuere': unde 'natus' et 'renatus.' *Pila* in primo Epistolarum: 'Nam ego simili nutu et renutu respondere voto tuo possum.' Græci dicunt *νύττω*. Beroald.

Quendam a primoribus] Mss. omnes, si Bertiuanum et Pithæanum excipias, item Ed. Junt. post. habent *primoribus*, quæ vox sæpiissime in *priores* est corrupta. Scriverius vero hoc loco et altero in fine hujus libri nimis audacter edidit *primatibus*: uti illic habent quidam libri. Sicut et statim *primus* edidit pro *primus*. At hic certe nil mutandum contra Codd. Adi Drakenb. ad Liv. lib. II. c. 38. lib. III. c. 36. 'primorib. patrum.' Suet. Aug. c. 79. 'Quidam a primoribus Galliarum.' Claud. c. 1. 'Municipiorum primores:' et in singulari Auson. Parent. xv. 7. 'Te primore vigens.' Adde Gronov. ad Gell. lib. I. c. 18. 'In primore libro' et quæ infra dicemus, lib. II. init. 'pedes currunt primores.' De voce *primate* et *primatibus* alibi. Amphiboliam autem ironicam atque verba inesse bene quoque notavit Barthius. In Edd. antiquis et Mss. præter Palat. Guelf. est *primus istic*. pro quo Elmenh. &c. tacite dedit *istic primus*. Oud. *Ex primoribus*] Summatibus; et primi ordinis hominibus. Beroald. *Milonem quendam a primoribus*] 'Ex τῶν ἀπέρων. Vide ad Act. pag. 123. et 130. notata. Pric.

Arrist] Quia scilicet Milonem a primoribus Hypatæ appellaveram. Beroald.

Primus istic] Ironice dictum, cum a contrario significare velit, infimum et sordidum fuisse Milonem, vix inter Hypatinos cives numerandum: cum esset exopolis, id est, extra muros urbis habitaret. *Idem*.

PAG. 16 *Extra urbem totam, et pomerium colit*] Male Colvius priscarum Edd. et Flor. sec. ac Pith. lect. exponit, uti sequentia docent. Eam si amplectaris, construes: 'qui colit extra pomerium et extra urbem totam;' ut 'colere' absolute dicatur, sicut passim 'gens colere' dicitur. Vide Davis. ad Cæs. lib. IV. B. G. c. 1. Sed vereor, ut 'colere' ita occurrat pro 'incolere,' 'habitare domum.' Regius et Fux. accedunt vulgari lectioni, qui *extra urbem totam et pomerium colit*: quæ eodem modo explicari posset. Sed præfero prolatam ab Elmenhorstio et Pricæo, deleta copula et, quam cum Oxon. et Guelferb. non habet Palatinus, bene servato τὸ *pomerium*: 'colit pomerium extra urbem totam.' Est enim, ut notum, pomerium tam ante, quam post urbis muros. Scilicet 'ante portam projecta erat domus:' ex p. 8. Scriverius edidit: *qui extra pomerium urbem totam et pomerium colit*. Quod non intelligo. Oud. *Extra pomerium*] 'Pomerium' locus est circa murum, quem in condendis urbibus consecrabant, quod spatium neque habitari neque arari fas erat: cuius verbi vim solum intuentes, post mœnium interpretantur esse. Sed ut ait Livius, non magis quod post murum esset, quam murus post id, pomerium Romani appellaverunt. Pomerium augures Romani ita definiunt: 'Pomerium est locus intra urbem effatus, per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani aspicii:' Ex septem urbis montibus, Aventinus

solus extra pomerium fuit, quasi ominosus, quod in eo monte Remus auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque a Romulo in auspicio sit: vel ob id, quod plebs eo secessisset, ut innuit Seneca in lib. de Brevitate vite. Mos fuit apud Antiquos, proferre pomerium agro non provinciali, sed Italico acquisito. Legimus apud historicos, Servium Tullium regem Romanum, Lucium Syllam, divum Julium, divum Augustum, protulisse pomerium. Claudius quoque ut inquit Corn. Tacitus, pomerium urbis auxit more prisco, quo his, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. *Beroald.* Qui extra urbem totam pomerium colit] Ita Oxon. Ms. Florentinus cum edit. Vicent. Qui extra pomarium et urbem totam colit. *Pric.*

Parvus optima] Nomen venerationis, quo anum canponam appellat. *Ber.*

Dic, oro, et cujatis sit, et q. &c.] *Berlin. rogo.* *Wass. oro te et.* *Palat. Guelferb. Edd. Elmenb. Scriv. Flor. carent. primo et contra styllum Auctoris, cum ceteris hunc pleonasmum sexcenties amantis. At sæpiissime copula ista excidit, crebro a me Mstorum et Vett. Edd. auctoritate restituta. Lib. II. p. 24. 'Et in cubiculum,' &c. et lib. XI. p. 261. Vide Indicem notarum. Tum cum Colvio, Vulcan. Elmenb. edidi e Mss. aliquot deversetur. Præpositio di hinc aliena est: ut abunde jam etiam tironibus innouit. *Oud.**

Videme, inquit] Dicticus est; demonstrat enim manu et gestu Milonis diversorium. *Beroald.*

Fenestras, quæ foris urbem prospiciunt, et altrinsecus fores p. respicientes angip.] Non satia capio, quid sibi hic velit foris. Exponit Floridus 'forinsecus.' Sed tunc abundat. Certe fenestræ intrinsecus nequeunt urbem prospicere. 'Altrinsecus' autem, pro quo in Fux. est alteram secus, non significat ab utra, sed altera parte, et

adversus. Ab una parte ad urbem versus non erant fores, sed semetipsum modo, ab altera parte versus angiportum quemdam fores. Hinc patet respiciunt, quod in Oxon. est, locum habere non posse: quando et altrinsecus fores accusativo forent iungendæ. *Prospicere* et *respicere* opponuntur. Adi viros doctos ad *Phedr.* lib. II. F. 5. de villa, quæ 'prospiciat Siculum et peraspiciat Tuscanum mare.' *Ovid. l. II. Met. 190.* 'Prospicit Occasus, interdum respicit Ortus.' Corruptum hoc verbum est l. VI. p. 117. 'Cajus imi gurgites vicinam fontem respiciunt:' valgo *desp.* ubi plura. Ex *demoratur*, quod etiam est in Oxon. et *Par.* videtur fingendum *decuratur.* Vide ad p. m. 53. 'deverteras.' *Oud. Altrinsecus*] In altiori parte, vel ex altera parte, vel potius ex utraque parte: hoc enim significat *altrinsecus*, apud auctores. *Beroald.* *Angiportum*] Quod exitum non habet, ac pervium non est, id *angiportum* appellarunt, quasi angustum, ab 'angendo' et 'perlu.' auctor M. Varro. In *Adelphis* ait Terent. 'Id quidem angiportum non est pervium:' id est, ut expedit *Donatus*, 'angusta et curva via:' quasi 'angiportus,' ut 'angicia:' illi, quod inter portas ait locus angustus, hoc est, inter domos, quas vel portas vel insulas Veteres dixerunt: de insulis in hoc significatu satis multa apud *Saetonium*. *Horatius* dixit 'angiportu,' tanquam nomen sit quarti ordinis: sic enim ait in *Sapphico* carmine: 'Flebis in sole levis angiportu:' ubi commentatores exposuerunt, 'angiportum' dici vicum sine exitu, angustum et flexuosum in modum anguis. *Idem.*

Diversatur] Habitat, colit. *Idem.*

Ampliter numatus] *Ridicula Sciopp.* l. III. *Susp. Lect. 12. munus* pro *muneratus*, *pecuniosus* prætulerat: cum sit error natus ex vera scriptura *numatus* a *numus*, ut est semper in *Mss.* antiquissimis. *Supra:* 'numatior re-

vortor.' Horatio quoque et Ciceroni 'bene nummatus.' Gloss. 'Nummatus, *πολυχρηματος*.' Oud. *Ampliter nummatus*] Bene nummatus. Græce dicitur 'polychrematos' et 'polyphasios,' quod genus ait Plaut. esse honoratissimum, in Captivis. *Beroald.*

Sordis infima] Juvenalis Sat. xiv. vs. 124. 'Cogit minimas ediscere sordes:' et Horatius: 'Sordidus a tenui multum distabit.' *Elmenh.* Recte *Pricæus* jungit *sordis infima infamis*. Sic lib. iiii. 'Disciplina periafames.' L. iv. p. 64. 'Mædix roris.' L. iv. p. 70. 'Virtutis præcipuis.' p. 76. 'Streptus inquietus:' uti legendum. p. 86. 'Ægra corporis, animi sancia.' L. v. p. 102. 'Corporis infirma.' Flor. N. 6. 'Flaxos vestium, et frugum pauperes.' De Deo Socrat. 'falsum sententiæ.' Ac passim similia apud alios. Hinc non mutandum cum *Witheo* est in *Seneca Herc. Fur.* 916. 'Nobilis Dircen aquæ:' nec *Statio l. v. Silv.* iiii. 108. 'obscurus famæ:' ut est quoque in *Ms. Dorvillii*. Vide *Markl.* Mox *denique* exsulat a *Reg. Oxon. Fox. Oud.* Et *sordis infima*] *Avaros* homines et deparcos merito sordidos appellant, cum avaritia ad inaniam usque corporis grassetur: ut per illam anam neque virtutis, neque virium, neque corporis, neque animi adit cura: victus autem sordidus a tenui victu distabit, *Ofello judice*, ut ait *Horatius. Beroald.* Et *sordis infima, infamis homo*] Sic editi, sed tollenda interpunctio. Lib. iiii. 'Maleficæ disciplinæ perinfames:' lib. ii. 'Fætigatlonis sancius:' viiii. 'Pecuniarum locuples:' x. 'Gravedinis compertæ famosum:' et in de Deo Socrat. 'Profana Philosophia turba.' *Pric.*

Sub arrabone æri] Sub pignore. 'Arrabonem' pignus Veteres dixerunt, quod alio nomine 'arram.' *Torent.* 'Ea relicta huic arraboni est pro illo argento.' *Claudius Quadrigarius* in *annalibus*, 'arrabonem'

dixit obsides: et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque visa est, ut curiose pensitat *A. Gellius*. Sed nunc 'arrabo,' ut idem *Gellius* autumat in xvi. in sordidis verbis haberi cæptus, ac multo rectius videtur *arra*. De *arra* frequens est mentio apud *Jurisconsultos*: et *versiculus* ille notissimus, 'Utilis hæc, arram si dederitis, erit:' et nunc vulgo ita usurpatur, cum in quotidiano sermone negotiatorum sit: 'Da arram,' pro, pignus. *Plin.* in xxxiii. 'Nondum,' inquit, 'erat arra velocior:' de annulo loquens, qui ad sponsiones exiit, et pro pignore opponitur. De arrabone ait *M. Varro* hæc: 'Arrabo sic dicta, ut reliquum reddatur hoc verbum a Græco ἀρραβών.' *Beroald.*

Exiguo lare] Domuncula et tuguriunculo. Hoc proprium est divitis sordidi, ut exiguo lare includatur, dissimulatur opulentia, simulatur inopia. *Saturnus*, auctore *Firmico Materno*, si fuerit in secundo signo ab horoscopo per diem, reddit abscondos, latentes, et animo pauperes, et habere se aliquid semper negantes. 'Infruniti est,' inquit *Seneca*, 'jactare divitias: timidi, abscondere.' *Idem.* *Exiguo lare inclusus, et ærugini intentus*] Lib. iv. de alio similis notæ homuncione: 'Parva, sed satis munita domunculo contentus, &c. aureos folles incubabat.' *Pric.*

Ærugini intentus] Rei nummarie incubans, inhiansque: æruginem enim pecuniam intelligi voluit, quæ ex ære fit: ita *Horatius*: 'At hæc animos ærugo et cura peculi Cum semel imbuerit.' *Juvenalis*: 'Si reddat veterem cum tota æruginē follem.' Est autem 'ærugo' proprie, rubigo æris: sicut 'ferrugo,' ferri. *Æruginis* magnus est usus, pluribusque fit modis, ut docet *Plinius* noster in xxxiv. *Vitruvius* quoque in septimo ait, ex lamellis æreis in aceto

obturatis fieri æruginem: cum autem ex ære signato, fit nummi usus et pecunia: unde et ærarium, et tribunal ærarii, et æra militum, et obærat dicti. Hinc fit, ut 'ærugo' quoque pro ipsa pecunia accipiatur. Cruda ærugo vulnerariis emplastris miscetur, et callum fistularum erodit. *Ber.*

Cum uxorem etiam calamitatis sua comitem habeat] Colvium secutus est Vulcan. utr. Ed. et sane ita dant quoque Reg. Fux. Palat. Guelferb. Pith. Oxon. in quo *et cal.* In Wass. item *habeat*, quando rescribi deberet *habet*, ut esset ἀρχαῖκός pro *habitat*: de quo vide Plautinum Parmæ Lexicon, ac plurimos. Atque ita variatur in Septimio de B. Troj. iv. 15. 'Cui sepulcrum extruendum his,' (sic Ms. non *ab his*) 'qui in eo loco agebant, mercede locat:' ubi in Ms. Voss. *habebant*; in Periz. *habitabant*. Sed *agebant* rectum, ut e 2. Mss. et Ed. Obr. reponendum l. i. c. 3. pro *degebant*. Sic tamen hic Appuleium scripsisse, mihi non persuadetur. Scriverius edidit: *ær. intentus cum uxore, quam c. s. comitem habet*. Mallem: *quæcum c. s. comite habitat*. Dein unam Pal. et poscit Reg. vitiose. *Ond. Calamitatis*] Avaritiæ. Quid enim calamitosus avaro? qui in omnes malus est, in se pessimus: cui tam deest quod habet, quam quod non habet: qui inter opes inops degit vitam calamitosam. *Beroald.*

Præter unicam ancillulam] Consimiliter Lucianus in asino aureo tradit, se unum esse hospitio Hypatani Hipparchi, qui *μὴν θεράπειαν τρέφει, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετήν, μόνας*: id est, ancillam et uxorem solas domi alebat, cum esset (ut ipse ait) *φιλαργυρότατος*, id est, avarissimus mortalium. *Idem.* *Nec præter unicam passit ancillulam*] Hæc sola Domino familia erat: ut Phædrus de Æsopo loquitur. In voce 'passit *κυριολογία*' est. Juvenalis: 'Quot pascit servos, quot possidet agri Jugera.' Sidonius iii. 13.

'Inter hæc tamen ipse avarissimus quemquam non pascit.' Seneca Epist. xvii. de paupertate loquens: 'Nec circumstant illum turbæ servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas:' et Epist. xx. 'Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascet.' *Pric.*

Habitu mendico] *Mendicanthiis* Pithæan. *mendicantis* Edd. ante Colv. *mendici* Vulc. Ed. sec. Scriv. Sed *mendico* elegantius: quod firmant Florent. in quo *mendico his* (f. pro *is*) Rex. Fux. Pal. Guelf. Oxon. &c. Cic. l. iii. de Orat. c. 24. 'Instrumentum mendicum.' Quomodo passim adjective 'maritus,' 'socius,' et alia occurrunt; licet sæpe turbetur in illis, ut videbimus. Similiter l. ii. 31. 'feciale officium.' iv. 69. 'fortunas populares.' vulgo *secialis* et *popularium*: ubi plura. l. v. 97. 'germanus complexus:' pro germanarum sororum compl. l. v. p. 94. in Mss. nonnullis 'medicam personam.' Suet. Calig. cap. 19. 'Quadrigario habitu:' ubi vide. Sic et Mss. plerique in Veget. l. iv. c. 20. 'mechanico ingenio.' *Ond.* *Et habitu mendici semper incedit*] Lib. iv. de altero illo: 'Pannosus et sordidus.' *Pric.*

Ad hæc ego risu subjicio] Ceterum si xana sunt *risu subjicio*: *Benigne, inquam*, verbum *inquam* additum erit idiotismo loquendi, de quo dixi ad Suetonii Cæs. c. 32. 'Eatur, inquit, jacta alea esto, inquit.' L. v. p. 105. 'Tu quidem, inquit, &c. Ego vero, aiebat,' &c. Serv. ad Virg. l. iii. Æn. 450. Comm. ad l. v. 548. 'fatur, ait.' Et sic fere: 'sermonis vicem refero: Tibi quidem, inquam.' Lib. iii. p. 50. Vide et pag. 56. 77. Alibi dicit *subjiciens*, vel addito vel omisso verbo. L. ii. p. 28. 'Hæc verba risu secutus et ad hæc ego subjiciens, aio:' ubi vide plura. Supra: 'subridens aio:' Ik antwoorde al lachende. Hoc enim 'subjicere.' Virg. Æn. iii. 314. 'pauca furenti Subjicio.' Nequaquam

igitur cum Pricæo putem, hic repomendum esse *risum*; licet ita dent quoque Reg. Fux. Palat. Oxon. Par. Nam tunc magis necessarium esset participium, vel copula et interponenda. *Risum pro cum risu*, quasi adverbialiter dicitur, ut *cursu* pro *cursum*, et alia. Vide Drak. ad Liv. l. ii. 66. 'Cursu subeunt.' Oud. Ad *hæc ego risu subicio*] Ita omnes excusi. Ego contra omnes contendo *risum* legendum. A. Gellius xvii. 3. 'Enimvero majorem illi risum subjiciunt.' 'Risum et cachinnum subjicere' etiam Lucilius dixit. Hæc conjeceram, cum *risum* etiam in Oxon. Ms. scriptum offendi. *Pric.*

Benigne, &c.] 'Benigne' Ironice dixit, sed et proprie. Miles. vi. 'Te comiter excipiet ac benigne.' Horat. 'Vescere sodes. Jam satis est. At tu quantumvis tolle. Benigne.' Terent. 'Nil apud me tibi defieri patiar, Quin quod opus sit benigne præbeatur.' ubi Donatus: 'Benigne, large.' Horatius: 'Benignus Deprome Sabinum.' Scholiastes: 'Solito remiasius.' Contra 'maligne,' pro 'parce,' 'restricta manu.' Valer. Maximus: 'Neque virtus haustum saum cum aliquo personarum discrimine largum malignumve præbet.' Catullus: 'Non inquam mihi tam fuit maligne, Ut Provincia quod mala incidisset, Non possem octo homines parare rectos.' Onomasticon vetus: 'Malignus, φειδόμενος.' Hinc parco etiam ac frugi homini *benignus* oppositus. Plautus Trucul. 'Benignusne, an bonus frugi aies.' Ibidem: 'Atque est benignus potius quam frugi bonæ.' In vet. eod. Onomastico: 'Benignus, εὐαθέριος.' Hæc talia obiter monuisse non inasper habemus, ut quæ frustra (ni fallor) quærantur in excusis Vocabulariis. *Idem. Benigne et perspicue*] Liberaliter et nitide: adverbialiter sunt: ironicos legendum. *Beroald.*

Peregrinantem cum tali] Sic Edd.

Vett. et Ms. Pith. A Colvio est *peregrinantem cum t.* quod Vulc. Scal. Wower. recepere. Sed dativo verbum, ut alibi, Auctor jungit: p. 17. 'Qui mihi tantum concillavit hospitium.' Ibid. in f. 'Volensque me artibus ei conciliare.' Hinc alii præsens quidem tempus bene receperunt, omisere vero *et cum*. In Bertin. est *peregrinaturum cum t.* Flor. Pal. Oxon. cum Lipsiano, *peregrinantem cum t.* At Reg. Fux. *peregrinantem certe t. viro.* Non male; nisi velis, *peregrinantem virum tali, &c.* Dein Oxon. *nec funus.* Oud.

Nec fumi] Senec. Epist. LXXIV. 'Intervenerant quidam amici propter quos major fumus fieret.' Infra hic lib. ii. 'In domo, in qua totjugis diebus ne fumus quidem visus est ullus.' *Pric.*

Nec nidoris nebulam] In domo avari et sordidi nunquam culina colitur, nec edulia lautiora discoquuntur, quorum nidor nares permeet. Plantinus Euclio, aridior pumice, divum atque hominum inclamat fidem de suo tigillo, fumus si qua exit foras. Idem minitans Staphilæ aniculæ inquit: 'Si ignis vivet, tu extinguere extemplo.' Est autem *nidor*, odor qui ex edulis coctis olfactum excitat in tantum, ut quandoque desideremus illud Catullianum: 'Quod cum olfacies, Deos roga bis, Totum ut te faciant Fabulle nasum.' De nidore epularum illud celeberrimum: 'Captum te nidore suæ putat ille culinæ.' Græce dicitur *κνίσσα*. Unde illud Hom. ex prima Iliados rhapsodia: *κνίσση δ' οὐρανὸν ἤκεν ἐλισσομένη περὶ καπνῷ*. Interdum *nidor* pro putore ustrinæ accipitur, ut apud Virg. 'Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' *Beroald.*

Modico secus] Non longe a campo. *Idem.*

Jan. firmiter oppressulatam pulsare vocaliter] Notat morem antiquum; apud

quos, si quis ostium pulsabat, etiam forinsecus solebat clamare. Libanius in Invido fol. 329. Ἐξελθὼν ἰσθεν, καὶ κεκλεισμένως ἰδὼν τὰς τοῦ γείτονος θύρας, οὐκ εἰσὼς ἐν, προσελθὼν κρούσας ἐκάλουν. ὅς δὲ οὐδαὶς ἀπήκουε, πᾶν σφόδρα κέκτων καὶ βοᾶν μάλιστα ἤκουσα παρὰ τοῦ τῶν ἰσθῶν ἀπίστου. Vide Heladiam apud Photium fol. 875. Minutem Var. Lect. l. i. c. 17. *Elmenh.* Vide Pricæm, et Elsner. ad Joannis Apocal. cap. 3. § 20. Καὶ κρούω. ἴδω τις ἀκούσθ' τῆς φωνῆς μου. *Oud.* *Oppressulatam*] Clansam, et pensilis immissis munitam. *Beroald.* *Januam firmiter oppressulatam*] Infra lib. iii. 'Pensilis injectis, et uncino firmiter immissis.' Pollux i. 8. Τὰ εἰς ἀσφάλειαν, κλειθρα, μοχλοί, &c. ἐπιβλητες, &c. *Pric.*

Pulsare vocaliter incipio] In Oxon. *velociter*: male, Act. 10. 17. Ἐπὶ ὅσῳσαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα, καὶ φωνήσαντες, &c. Libanius (*Elmenhorstius* adductus): Κρούσας ἐκάλουν. Menander: Τὴν θύραν κούφας ἐγὼ καλῶ τιν' αὐτῶν. Apud Snidam in ἀπόστο. Infra lib. ix. 'Sux domus januam jam pulsat, jam clamat,' &c. Et alibi eodem libro: 'Ut illis intervocaliter clamantibus nullus respondit Dominus, jam forem pulsare validius,' &c. *Idem.* *Pulsare vocaliter*] Morem expressit usitatissimum, ut scilicet qui pulsat ostium etiam forinsecus, inclamet. Lucianus: ἐγὼ κέκτων προσελθὼν τὴν θύραν. Ego accedens januam pulso. *Beroald.*

Tandem adolescentula quædam procedens, &c.] Act. 12. 13. Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν, προσῆλθε παιδίσκη θνακούσα. Pollux iii. 8. ex Lysia: Ἐξελοῦσα ἡ παιδίσκη τὴν θύραν ἀνοίγνυσσι. *Pric.*

Hæus tu qui tam fortiter fores verberasti, &c.] In Helena Euripidis, annus Mænelæo pulsante: Τίς πρὸς πύλαισιν; οὐκ ἀπαλλάξῃ δόμων, Καὶ μὴ πρὸς ἀλλοίσις ἰσθητὰς πύλαις Ὅχλον παρέξεις δευπρίαυς; Apud Aristophanem ille

in Nubibus: Τίς ἐστ' ὁ κούφας τὴν θύραν; Ἀμαθὴς γε νῆ νῆ Δι' ὅστις οὐκ αὖτις σφόδρα Ἀπερμαρμένως τὴν θύραν λελακτικας. *Plant. Trucul.* 'Quis ille est qui tam proterve pedes nostras arietat?' et *Pseudolo*: 'Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo.' *Idem.*

Sub qua specie mutuari cupis] Hieronymus tom. vi. in Matthæum, cap. 21. 'Posuerant numularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam, proque usuris accipiebant varias species.' *Elmenh.* *Sub qua specie mutuari cupis*] Sub quo pignore: quorum multæ sunt species. Usus est verbo jurisconsultorum, qui ita scribunt tit. de rebus creditis: 'Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, (alloquin aut commodatum erit, aut depositum), sed idem genus:' hoc autem ideo dixit puella, tanquam nullus unquam accederet domum Milonis, nisi qui pecuniam mutuatitiam, vel potius fœneratitiam oppositis pignoribus sumere vellet. Mutuum autem a fœnore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur. Hinc ait Plantianus amator in *Asinaria*: 'Nam si mutuas, non potero: certum est, sumam fœnore.' Paulus jurisconsultus: 'Mutuum,' ait, 'appellatum ab eo, quod de meo tunum fit.' Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensura consistunt. 'Mutuari' autem non significat mutuum pecuniam dare, ut semidocti litteratores opinantur: sed mutuum sumere. Macrobius ait de Virg. quod scilicet ad excolendam æquædam ab antiquioribus 'mutuatne sit,' id est, mutua usurpaverit: et hæc est proba et erudita eloquentio: adverbium est 'mutuo' usitatissimum: est et 'mutuiter,' minus frequens, quod idem significat. Varro: 'Vive, meque ama mutuiter.' *Beroald.*

An tu solus ignoras] Ita Septim. de B. Troj. l. i. c. 22. 'An vos soli igno-

ratia? *Oud.* *An tu solus ignoras, &c.*] Infra lib. iv. 'Tunc solus ignoras?' &c. Cicero in pro Milone: 'An vero Iudices vos soli ignoratis?' &c. *Pric.*

Meliora, inquam, ominare: et post responde. Dic, oro, as] Bembino Codici accedit Pithæanus. *Ominare* recte defendit ex Asclepii Dialogo *Pricæus*. Lactant. lib. vi. cap. 25. 'Bene, bene ominare, o Asclepi.' Dein *dic, oro*, quæ recipere Colvius et Vulcanius, confirmata a Mss. Reg. Fux. Per. Guelf. irrepere o præcedentibus, ejecto *inquam*, quod illi tum abigere debuissent. *Potius* recte servant Mss. mei. *Inquit* est in Fux. Verum cuncta, *mel. inq. om. et pot. responde*, non comparent in Guelferb. *Oud. Meliora, inquam, ominare]* 'Meliora mente concipe: ut Seneca Herc. Fur. locutus. Idem Thyeste: 'Omina quæso Sint leta procul.' Noster in Asclepii Dial. 'Melius ominare o Asclepi.' Horatius: 'Male ominatis Parcite verbis.' Ergo falsi qui hic ex Ms. M. i. *nomina* reponerant. *Pric. Meliora ominare]* Non solum Deorum voces Pythagorei observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ majores nostri (ut ait M. Tul.) plurimum valere censebant. ideo ait Appul. ad ancillam: *Dic quæso meliora verba: itidem apud Macrob.* 'Bona verba quæso,' Prætextatus ait: Antiqui *ominare* et *ominari* dixerant, in eadem significatione. Pomp. 'Ita sit et tibi bene, qui recte ominas: est autem *ominari*, quasi verbis divinare et augurari. *Beroald.*

Et post responde] Legerim, et *potius responde*: ut in Bembino Codice. Infra lib. vii. 'Quin potius effaris ubi?' &c. hæc autem cum proxime præcedentibus non agnoscit Oxon. Ms. *Pric.*

Offenderim] Hæc vetustorum librorum tam manu quam typis expressorum est lectio, nisi quod pro *offendam*,

quod Wowerius et sequentes tacite rescripserunt, in Palat. et Guelf. sit *offenderam*. *Oud. Offenderim]* Inveniturn sim. *Beroald.*

Questionis] Inquisitionis. Terent. 'Cave in questione sis.' *Idem. Sed quæ causa questionis hujus]* Infra hoc libro: 'Quæ causa tibi peregrinationis hujus?' *Pric.*

Corinthio Demea] De Corinth. Guelf. Eleganter Brantius e Lips. codice *Demea viro* conjecit, *Demea daumviro*. Accedit enim Palatinus et Guelferb. Contra *ad eum* exsulant a Regio, Fux. et Oxon. Optime, si hinc ita legamus: *Litteras ei a Corinthio Demea daumviro reddo. Tà scriptas ad eum* explicationis causa interpolate addi potuere. Vide Cic. pro Fonteio c. 4. lib. iii. ad F. Ep. 11. vii. Ep. 5. 'Litteras mihi dantur a te.' Comm. meos ad Cæs. lib. i. B. Civ. c. 1. 'Litteris a C. Cæsare Cosa. redditus.' Ceterum pater quidem Appuleii Madaurensis fuit duumvir; ut ex Apologia notum est. At ille non fuit Thesous, sed pater Lucii; sub ejus persona hic latet Appuleius p. 17. Mire non Brantias modo, sed et ceteri interpretes, inprimis Floridus, hic cæciverunt: ut jam monitum initio. *Oud. A Corinthio Demea]* Imitatur Lucianum, qui ad hospitem Hipparchum literas Decriani sophistæ defererebat. *Beroald.*

Ibidem opperiminor] Me male exsulat ab Edd. ante Elmenh. præter Scriverianam. L. viii. p. 60. 'nutricem istam meam ad fores opperire.' *Opperire* in Oxon. *Opportune* Wass. In Palat. *operinimio*. Reg. Fux. Guelf. *operimino*. Verissimum est vel *opperimni*, vel *opperiminor*, ut et est in Pith. Edd. Vett. item Junt. post. ac Scriverii, quod prave matari jussit Beroaldus, non capiens, hic ad fores adstitisse duos, Lucium, ejusque servulum; de quo vide ad p. m. 13. 'puero unico sequente.' Latius docet Bocichemus Ep. 72. Dein rursus ab-

est a Wass. *passulatis* Fux. *Oud. Operimino*] Elegantius *leges Operitor*, quod significat expecta et præstolare. *Beroald.* *Dum annuncio, inquit, hæc, ibidem operitor.* Sic excusi plerique, et nemo de hac lectione dubitat, quæ tamen falsissima est. Scribe et distingue hoc modo: *Dum annuncio, (inquit) hic ibidem operitor.* Cicero ih pro Roscio Amerino: 'Qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum præsidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur.' Solinus c. 11. 'Hic ibidem campus Eneensis, in floribus semper.' *Infra lib. iv.* 'Parati sumus hic ibidem pro cavea ista excubare.' *Florid. iv.* 'Ut solent Poëtæ hic ibidem varias civitates substituere.' Et in *Apologia.* 'In media quæstione hic ibidem pro Tribunali.' Lucianus in hac ipsa narratione, *μεῶν με αὐτοῦ.* Conjecturam etiam adfirmatam vidimus ab Oxon. Ms. *Pric.* *Hic ibidem operitor, &c. modico deinde regressa, &c.* Plato in *Phædone*: 'Ἡμῶν ἐξελθὼν ὁ θυραγωγός, &c. εἶπεν ἐπιμύθεον, &c. οὐ πολλὸν δ' οὐδὲν χρόνον ἐπισχῶν ἦεν, καὶ ἐκέλευσεν ἡμᾶς εἰσελθαι. *Idem.*

Rursum foribus oppessulatis] *Plant. Amphitr.* 'Oppessulatas ante fores graditur.' *Idem.*

Intro capessit] *Plautus*, alique sic sæpius loquuntur; unde facile id ferrem in *Nostro*, si *Mss.* subscriberent, licet eandem locutionem in eo non offenderim. Scilicet primus ita tacite edidit *Wowerius*. At *Scrivenerius*, *Pricæus*, et *Floridus* invertunt *intro se cap.* Verum *se* est in *Ms.* nullo, nec *Ed. veteri*, uti nec *Elmenh.* in *Oxon. intro capessere.* *Palat. Pith. Fux. Guelf. intro capessum.* An scribendum: *intro capessit se vel cap. riam*, aut potius: *intro facessit*: ut est apud *Nostram* innumera loca. Et quidem junctim cum dicto, ut hic. *Lib. ii. p. 30.* 'Et cum dicto facesso, et cubiculum meum contendo.' *p. 36.* 'Et cum dicto

consignatis illis tabulis facessit,' &c. Atque in significatione motus ad locum. *Lib. vi. p. 116.* 'Cnbitum facessit:' uti et legunt viri docti *p. 114.* 'Domum facessit' pro *secessit*. Sic et alii. Vide *Nonium* in hac v. *Livium. l. i. c. 47.* 'Facesse hinc.' *Curt. lib. x. c. 2.* 'Facessite hinc ocina.' *Sil. l. xi. 107.* 'Ocina urbe facesse.' *Oud. Modico deinde regressa*] *Infra lib. viii.* 'Ille modicum moratus, refert se.' *Pric. Modico deinde*] *Post paulum. Beroald.*

Rogat te, inquit, &c.] *Lib. iii.* 'Ecce quidam introcurrens famulus, rogat te, inquit, tua parens *Byrrhæna.*' *Infra hoc lib.* 'Rogat te hospes.' *Pric.*

Intuli me] *Frustra*, ex vitiosa scriptura *intuli*, conjecerat *Gruterus lib. iv. Snspic. c. 9. intetuli, ἀρχαῖα.* *Mss. O. et Edd. Junt.* quoque dant *intuli.* Vide *Pricæum*, et *Passerat.* ad *Cic. pro Cæc. c. 5.* 'Se ipse inferebat et intrudebat.' *Burm. ad Valer. Flacc. l. 488.* 'Ille ut se carinus intulit.' *Suet. Cæs. c. 81.* 'Avem Pompeianæ curiæ se inferentem.' *Sil. xvi. 139.* 'ubi se vallo intulerat.' *Sic 'refert sese.'* *Lib. ix. p. 252.* 'Transferre se.' *Horat. lib. i. O. 30.* *Mox admodum deest Coll. Voss. Oxon. Fux. Dein commode Pith. Oud. Intuli me*] *Lib. vi.* 'Pulvinaribus se proximam intulit:' et *ii.* 'Me nescius forum *Capedinis* intuli.' *Virgilius*, a quo sumpsit, ita sæpius loquitur. *Pric.*

PAG. 17 Exumque accubantem exiguus admodum grabatulo, &c. invenit] *Gellius xix. 20.* 'Atque ibi qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio *Græciensi.* *Idem. Accubantem*] 'Accubare' verbum est convivale. *M. Tul.* 'Qui mihi accubantes in conviviis.' *Fait enim mos priscorum*, ut cubantes in lectulis cœtarent: qui mos apud *Græcos Turcasque hodie quoque* est usitatissimus: unde 'discumbere' et 'accum-

bare,' et 'aenbare,' 'recnare' naurpata. Scribit Val. Maximus, feminas cum viris cubantibus sedentes cœnitare consuevisse. *Beroald.*

Exiguo grabatulo] Lucianus consiliter, *κατέκιστο ἐπὶ κλινίδου στενοῦ*, id est, discumbebat in lectulo admodum angusto. *Idem. Commodum*] 'Tunc, id horæ, eo momento : de hac dictione in superioribus satis multa. *Idem.*

Assidebat pedes uxor] *Penes*, quod e Luciano correxit Beroaldus, exstare in nonnullis Codicibus testis est Becichemus Epist. 73. recte *pedes servans*. Nam qui adsidet ad pedes accumbentis, sedet penes enim. Quare nimis temere Scriverius Beroaldum *qua in δούλει* est secutus. Quæ enim Scriverio adscribuntur in Anecdosis pag. 7. descripsit ille tantum e Colvii nota in privatos usus. Qualia innumera schediasmata illic ineptissime, tamquam Scriveriana, circumferuntur. Ceterum non sedebat in gremio mariti, ut explicat Colvius. Uxores et amicæ, de quibus hoc dicitur, jacebant quasi in gremio discumbentium. Alia ratio est sedentium. Pro more Græco Milonis grabatulus discubitorius modo capax erat unius hominis. Ideo debebat in sella uxor sedere, rursusque decedere, quum venerat hospes : quia alia ei non erat propter mariti avaritiam sella. Optime hæc exposuit Ferrarius in Elect. 1. 19. Sic mulier sedet in sella ad pedes accumbentis mariti, plane uti hic, in Marmore Græco inter Marm. Oxon. N. 76. 'Adsidere' passim Accusativo vi præpositionis jungitur. Adi Heins. ad Valer. Flacc. lib. v. 546. 'Me gravis adsidet hostis : ' et Virg. lib. xi. Æn. 311. 'Maros adsidet hostis.' Cort. ad Balmst. B. Jagurth. c. 11. 'Adherbalem adsedit.' Plura vide ad Nostri locum lib. ix. p. 188. 'Lanificio districtam adsidebat.' Sic etiam *pedes adroluta*, lib. vi. p. 111. Mox

heem Oxon. hem Wass. pro en. Ond. Assidebat pedes] Sedebat ad pedes. Ego autem corrigo *penes* pro *pedes* : ut significet, uxorem penes, id est, juxta maritum Milonem assedisse : conveniatque cum verbo Luciani, qui ait, *γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθήστο πλησίον*, id est, uxor autem ipsius prope assidebat. *Beroald.*

Mensa vacua] Ex Luciani filis textura concinnatur : ille enim ait, *καὶ τράπεζα μὴδὲ ἐν ἔχουσα παρέκιστο*, id est, mensa nihil continens adjacebat. *Idem.*

Bene, ego] Quasi dicat, Gratias ago pro hospitio oblato. *Idem.*

Illico] Statim. *Eis*] Lege, ei : scilicet Miloni. *Idem.*

Prosperiter] *Prosperiter* est etiam in Pith. Fux. Oxon. et Edd. Vicent. Junt. pr. *prosperiter* Wass. *prospiciter* Palat. *perspiciter* Gneff. Latinum satis est *prosperiter*. Consule Priscianum lib. xv. col. 1010. Sed ab hoc loco est alienum, et *properiter* sæpe usus est Appuleius. Adi ad lib. v. p. 117. lib. vii. 149. Auson. Parent. 27. 'Properiter obiit.' Eadem confusio in fine lib. ii. 'Adpellata propere Byrrhena.' Dein *consiliavit* Fux. *Ond.* *Prosperiter*] Legendum *properiter*, quod significat propere et festinanter. Catullus : 'Animula miserrima properiter adit.' *Beroald.*

Decedere] *Perperam* Fux. cum Ed. Floridi *discedere* ; quod ipse explicat *abire*. Milo non jubebat abire uxorem, sed modo surgere de sella, ut ejus locum occuparet Lucius. Male etiam Wass. mox *in* debebat. Non enim voluit Milo, ut assideret Lucius ad locum uxoris, sed in ipso loco. *Ond.* *Jubet uxorem decedere, utque in ejus locum assideam jubet*] Plutarch. Sympos. ii. 1. 'Ἐπανοῦμεν δὲ καὶ τὸν Ἀλκίνοον ὅτι τὸν ξένον ἱσθρεῖ παρ' αὐτὸν, τὸν ἀναστήσας ἀγαπήνορα λαομείοντα, ὅς οἱ πλησίον ἦστο, μάλιστα δὲ μιν φιλέσκειν. Luc. xiv. 8. Ἀδὲς τοῦτοφ τόπον. *Pric.*

Etiam nunc] Abest ab Oxon. Ms. *Idem. Eam]* Corrige, *etiam*. Beroald.

Verecundia contentem] Pudor et verecundia homines facit contabundos et renitentes: nec non fari prohibemur ex pudore: nude non ineleganti epitheto dictas infans ab Horatio: quia nos infantes efficiat, et mutos. 'Infans namque pudor prohibebat plura profari.'

Lacinia] Veste. De 'lacinia' et 'laciniosa' convalle jam dictum est. *Idem.*

Detrahens] Mallet *Pricæus trahens*, ut infra. At vulgatum longe est significantius, seu deorsum trahens. Vitiöse vero Edd. Vic. Ber. Juntinæ, Ald. Colla. Bas. habent *abrepta*. Lib. III. p. 49. 'adrepto pallio.' Lib. IV. p. 82. 'saxo adrepto:' quibus locis, ut ubique, eadem est confusio. *Ond.* *Arrepta lacinia detrahens]* Forsan *trahens*, ut infra, 'Clementer me trahere adoritus.' *Pric.* *Adside isthic]* Jacob. 2. 3. *Ἰδὲ κἀὐτὸν ἴδε.* *Idem.*

Nulla est fibula anne suffic. &c. licet] In omnibus Edd. vetustis usque ad Vulc. Ed. sec. est, *n. est fibula, anne*; nisi quod in Ald. sit, *sesula an.* Scalliger sive Vulc. sec. cum Wowerio (*nulla est fabula*) nec. Frigide et ridicule, licet Fux. det, *nulla fabula*, nec displiceat Ferrario lib. I. El. c. 19. qui olim conjectit, *nulla est cellula*. Seriverius edidit, *nulla est sellula, ac ne*. In Pitheano quoque est *nulla est fibula*. In Flor. pr. Gnelferb. Palat. et Zabarellæ, *nulla cocibula*, Oxon. *esibula*. Nisi obstaret littera *e*, facile amplecterer Beroaldi, Gruteri, Lindenbrogii emendationem, *sessibula*, ab Elmenh. *Pric.* Florido receptam, vel Tollii, *nulla sedilia*. nunc malo: *Nulla est sedecula* vel *sedicula*, e Cic. lib. rv. ad Att. 9. ubi vide. Vel: *nulla, en / sedilia*. *Sedilium* voce usus est Auctor lib. v. p. 98. Pro anne Gruterus insuper conjecerat *aliæmve*. Grosiotius qn. i. e. quando, *ne a*.

Oxon. *aut ne*. Sed *ac ne* recte correxit Colvius; ut arripuerit Elmenh. allique, confirmatum a Florent. pro var. lect. *ne* exultat ab utraque Ed. Junt. et Ald. *Ne* significat, 'ne quidem.' Quæ ultima vox sæpe ex interpolatione addita. Gell. lib. x. c. 2. 'ac ne oris quoque serenitatem.' Vide et lib. xvii. 2. infra lib. II. p. 24. item lib. III. p. 45. 47. 'Ne omnino mihi notos.' lib. VII. p. 50. 'Ne istud.' Lib. IV. p. 66. 'Ac ne cauda:' vulgo addunt *quidem*. lib. VIII. p. 164. 'ac ne procul saltem ulli,' &c. lib. x. p. 220. 'Ac ne humanum:' ut leg. lib. XI. p. 257. 'ac ne momentum quidem tenue:' ubi *quidem* non agnoscent tres Mss. Plura vide apud Cæs. lib. VII. B. G. c. 8. 'ac ne singulari homini.' Drak. ad Liv. lib. XLV. 36. 9. et Bern. ad Petron. c. 9. 'Cajus ne spiritus parus est.' Sic alibi 'ne ipse.' Alioquin passim nec ponitur pro *ne quidem*; de quo ad lib. III. p. 48. 'nec ipse,' ut pleræque Edd. lib. v. p. 95. 'Ac nec ulli alii.' *Ond.* *Sessibula, ac ne sufficientem]* *Sessibula* bene legebat Beroaldus: *esibula* (quod vero proximum) habet et Ms. Oxon. *Idem* liber, *aut ne s. Pric.* *Nulla est fibula]* Causa redditur cur vocaverit Appuleium, ut assideret in uxoris sella. Quoniam, inquit, nihil satis clausum, satisque munitum est ab incursum latronum qui nullas nobis sellas reliquas fecerunt: et ita *fibula* accipitur pro claustrum et obice. Sed elegantior lectio est, et verior: *Sellula*, sive *sessibula*: ut ait sensus, nullam aliam domi suæ esse sellam sive sedile, præ metu latronum, qui sunt in causa ne supellex idonea paratur: eat enim *sellula* diminutivum a *sella*, quasi parva sella: *sedes* autem, et *sedile*, et *sella*, et *subsellium*, et *solium*, a *sedendo* dicuntur, d. littera in *i* conversæ. M. Varro et Festus Pompeius auctores. *Selliquæstrum* quoque *sedilia*, ab idoneis scriptoribus ap.

pellantur, a *sedendo* et ipsa dicta. Hyginus: 'Cassiopea sedens in selliquastro collocata est.' idem alibi ait: 'Inter sidera sedens in selliquastro constituta est.' Menda est in codicibus impressis, in quibus passim legitur *silliquastro*, pro *selliquastro*. Magna enim differentia est in significato inter *silliquastrum* et *selliquastrum*, quamvis in scripto sit pusillum dissidium: est enim *selliquastrum*, ut jam docuimus, sedile: *silliquastrum* vero herba est hortensis, quae alio nomine *piperitis* appellatur, cujus meminit Plin. in XIX. et XX. lib. Natral. historiae. *Beroald.*

Feci] Ut iussit Milo, assedi in uxoris sella. Quoniam incidit mentio sedilis, declarandum est Gellianum verbum, in quo plerique omnes haesitant: in XVIII. Noctium Atticorum sic scriptum est: 'Offendimus eam cubantem in symphodio græcizant: ubi lege in *scimpodio*, et expone in sedili, vel potius in grabatulo. Græci enim *σκιμρόδες* vocant scabellum et grabatum: cujus diminutivum est *scimpodion*. Lucianus: τῷ δὲ παιδὶ τὸ σκιμρόδιον αὐτοῦ παραθήσω, id est, servo tuo grabatulum ipsi conveniens apponam. *Idem.*

Et sic] Loge, etc. Verba sunt Milonis ad Lucium. *Idem.* *Et sic*] Absunt ab illo Codice, ut et ab alio quodam, fidem Colvio faciente. *Prie.*

Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitudine, *hæc. conjicerem*] Theocrit. XXV. Eidyll. Ἐπεὶ οὐ σέ γε φημι κακῶν ἐξ Ἑμμεται, οὐδὲ κακοῖσιν ἰουκόντα φέρονται αὐτὸν, Ὀλὸν τοι μέγα εἶδος ἐκπύπτει. Euripides Ione: Γενναῖότης σοί, καὶ τρέπων τεκμήριον τὸ σχῆμ' ἔχεις τὸδ', ἥ τις εἰ ποτ' ἂ γένωι. Γυνὴς δ' ἂν ὡς τὰ πολλὰ γ' ἐσθράπτου πέρι τὸ σχῆμ' ἰδὼν τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής. De Mose Philo: Ὅφιν ἐνέφηνεν ἁρτωιότηραν ἢ κατ' ἰδέσθην. Heliodorus II. Τοιοῦτός ἐστι τῆ μορφῆς, καὶ τοσοῦτος ἰδεῖν τὸ μέγεθος, ὡς βαβαῖον τῇ θείᾳ τὸ γένος.

Idem v. Ἄνδρα καὶ ἐκ πρώτης ἐντελέως ἐγγένειαν ἐμφαίνοντα. Et VII. Ὅτι μὲν γὰρ Ἕλληνας καὶ τοῦτο ἔγνων, καὶ ὅτι τῶν ἐν γεγονότων πάρεστι τοῖς ἑωυμένοις τεκμαίρεσθαι· βλέμμα γὰρ οὕτω λαμπρὸν καὶ εὐσχήμων ὥς τις ἄμα καὶ ἐπύρατος ἐγγενέας ἐμφασιν παρίστανται. *Idem.*

Deque hac prorsus virginali verecundia, hæc.] Plinius lib. v. Epist. 16. de Fundani filia: 'Snavitas puellaris enim virginali verecundia.' Hieronymus de Nebridio: 'In primo ætatis flore tantam verecundiam fuit, ut virginalem pudorem vinceret.' Cicero: 'Adolescens timidus, virginali verecundia præditus.' Apud Eundem in de Divinatione: 'Ubi illa paulo ante sapiens virginalis modestiæ?' Scholiastes vetus de Persio, in vita ejus: 'Fuit morum lenissimorum, verecundiæ virginalis.' Donatus ad v. 2. Eunuch. 'Pudicitiam ac verecundiæ virginalis statum.' *Idem.* *Virginali verecundia*] Landamus in juvene verecundiam; est enim virtutis color. Plaut. 'Adolescentem decet esse verecundum, Argyrippe': sed in sene, ut ait Arist. in 4. Eth. digna laude non est: cum non omnem deceat ætatem verecundia. Optimum autem verecundiæ epitheton est, ut virginalis appelletur: est enim virginum prope peculiaris pudor. Claudianus: 'Flammea sollicitum prævelatnra pudorem.' Maro quoque de Lavinia virgine scribens, affectum naturalem decenter expressit: 'Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem Subjectit rubor, et calefacta per ora cucurrit.' *Beroald.*

Generosa stirpe proditum] Glossarium: 'Γενεῖας μεγάλης: generosus.' Infra lib. IV. 'Genere Thracio proditum.' *Prie.*

Et recte] Copulam ab Oxon. recte exulare censet Pricæns, sicut abest a Palatino, Fux. Guelferb. Immo perperam. *Et valet et quidem.* Belg. En dat wel. De Philos. Mor. p. 618.

e Mas. 'prudentem et recte arbitrat.' Plura Nostri et aliorum exempla vide ad lib. vii. init. 'bestiam et quadrupedem.' ad Hirt. B. Afric. c. 10. 'Magnas copias et insidiosam nationis.' Oud. *Et recte conijcerem*] Melius *et* abest ab Oxoniensi Ms. *Pric. Recte conijcerem*] Conjectarem, conjectatorie cognoscerem. *Beroald.*

Sed et meus Demous eadem literis pronunciat] Male mutarunt quidam in *perro nunciat*. *Pronunciat* non heic aliud quam 'dicit,' 'nunciat.' Vide infra ad lib. iv. notata. *Pric. Eadem te*] Scilicet esse generosa stirpe genitum. *Beroald.*

Gurgustiolij] Tuguriunculi, casulæ, domunculæ. 'Gurgustium' enim, cuius diminutivum est 'gurgustiolum,' significat genus habitationis angustum, a 'gurgulione' dictum. *Idem. Brevitatem gurgustiolij nostri ne spernas obsecro*] Apud Virgilium: 'Aude hospes continere opes.' In Eclog. Calpurnij: 'Ne contemne casas et pastoralia tecta.' Onomasticon vetus, 'Gurgustium, olulidov.' *Pric.*

Majorum domum dignatione tua feceris] Philo in de Victimis: 'Ἡ τῶν τροφῶν ἀφαισὶς ἐπικρατεῖ τὸν ἐσθίου, &c. *Idem. Dignatione tua*] Domus non solum domino honestatur, sed etiam hospitum dignitate nobilitatur: hodieque gloriarī solemus, domi nostræ fuisse hospites illustres: ut verum sit illud Sidonii: 'Gloria magna viri, gratia parva loci.' *Beroald.*

Specimen arrogantis] Gloriam tibi vendicabis ex humanitate, quoniam laudaberis non sprevisse tenue hospitium. *Idem.*

Contentus lare parvulo] In hanc sententiam est illud Virgil. 'Aude hospes contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo, rebusque veni non asper egenis:' et illud Nasonis: 'subiere minores Sæpe casas superi.' *Idem. Si contentus Lare parvulo*] Juvenalis: 'Nam cum sis conviva mihi

promissus, habebis Evandrum, venies Tyristhius.' Ubi vetus Scholiastes: 'Cum sis vir magnus, excipieris tamen a me hospitio paupere, ut scilicet Hercules ab Evandro.' Vide P. Chrysologi Serm. 26. *Contentus* dixit, non sine emphasi. Virgilius: 'Argolica hæc galea contentus abito:' ubi Servius: 'Contentus, quasi parvo munere.' In Oxon. hic, *alisonis hospitium*: et inter lineas positum, *ullius hominis*. Communis lectio a Politiano est, Miscell. cap. 24. *Lare parvulo*, ut supra heic, 'exiguo Lare,' Horatius 'parvo lare' dixit. Persius 'lare presso.' Noster in Apologia 'Lare gracili.' *Pric.*

Thesi illius cognominis patris tui] Hinc liquet, patrem Appuleij appellatum esse Thesum: est autem sensus: 'Si hospitium meum non spreveris, videberis esse imitator Thesei illius inclyti et famigerati, qui olim non erubuit uti hospitio Hecales rusticæ vetulæ, quæ illi apposuit olera, vel potius herbas sylvestres pro eduliis, veluti asonchon et crethmon, ut scribit Callimachus, et retulit Plin. Corrige autem pro *Ales anus*, *Hecales anus*: sicut in lib. Annotationum corrigendum esse docuimus. Hæc est illa Hecale, quæ in carmine obsceno signatur, cum ait, 'Æqualis tibi quam domum revertens Theseus repperit in rogo jacentem.' Hecales meminit et Plutarchus in Theseo. De hac opinor intellexit Ovid. in libris de Remedio sic scribens: 'Cur nemo est Hecalem, nulla est quæ ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera panper erat.' Scio in codicibus Ovidianis *Hecatem* legi, non *Hecalem*. *Cognominis*] 'Cognomines' dicuntur, ejusdem nominis: ut docet Servius, enarrans illud Virgilianum: 'gandet cognomine terra:' hinc Plantus in Bacchidibus: 'Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?' Theseum appellat cognominem patris Appuleij: quia et ipsius

pater dictus est Theseus. *Beroald.*

Æmulaveris] Imitatus fueris: locutio vetus. Antiquitus enim 'æmulare' pro 'æmulari' dicebatur, sicut 'lactant' dixerunt pro 'lactantur,' et 'præliant' pro 'præliantur,' et 'convivant' pro 'convivantur,' et hoc genus probe infinita, quod multorum exemplis satis liquet, et Grammaticorum observatione declaratur. 'Æmulari' autem est imitari, et invidere: unde 'æmulationi' dicitur imitatio virtutis cum laude: est et ægritudo, si eo quod quis concupiverit, aliis potior, ipse careat. *Idem.*

Hecales anus] Certissimam hanc Beroaldi emendationem, de qua videatur quoque Becichemus Ep. 70. ex Mss. et Ed. Veneta A. 1493. sic emendans, item t. i. Fæc. Crit. p. 235. ab Aldo, Junt. aliisque receptam, firmat Florent. unus. *Hecaleanus* Reg. Fnx. Pith. Guelf. Palat. Coll. G. Voss. *aleanus*. Oxon. *alisonis* et inter litteras *ulius hominis*. Vide ad Anthol. l. i. p. 139. 'Ἐκάλῃ φιλοζέλου καλῇ', et Kust. ad Suid. v. 'Ἐκάλῃ. Oud. Non est aspernatus H. a. h. f.] Illi 'Non fuit opprobrium facta sine arte casa.' *Pric.*

Photis] Apud Lucianum ancilla hospitii Hipparchi Palæstra non incite appellatur, tanquam omnis luctæ veteris scia et gnara. Photis vero Appuleiana videri potest dicta ἀπὸ τοῦ φωτός, quod significat lucem et lumen, tanquam esset lucida puella, et ardescens in venerem. *Beroald.*

Conde] *Crede* Pith. De hac confusione dixi initio hujus libri. Esse vere proprium hic *condi*, quis nescit? Sed majore observatione dignum est, quod hic deat *in cubiculum*; cum statim sequatur: 'rebus *in cubiculo conditis*.' Sed et alibi dixit cum *Accusativo*. Lib. vi. p. 123. 'Somno *in pristinam sedem recondito*.' Virg. G. iv. 65. 'Sese *in cunabula condent*.' Plin. lib. viii. c. 12. 'Caput *in ipsas naves conduit*.' Sic

enim cum Mss. Hardnini etiam Voss. et Leidd. c. 15. 'Conditio in corporis vaginas unguum mucrone.' Confer Solin. p. 36. ubi inepte pro *gradientes*, qui est Nominativus, *radiantes* ex Ed. Ascens. legit in Obse. p. 176. Solin. p. 17. 'Cephisos *in maria conditur*:' vel, ut in aliis Mss. et Edd. est, *se in maria condit*. p. 24. 'sui dissimilis *in maria condatur*.' Fabrett. Inscript. p. 751. 'In hanc ollam conditus.' Avian. F. 31. 4. 'In anfractus conditur inde suos.' Adde Barm. ad Suet. Ang. c. 100. Misc. Obs. v. vii. p. 239. Dein *ex prompt.* rescripsi cum Edd. Colvio prioribus, non *e*. Palat. Guelferb. et *prompt.* Ms. incertus *promptario*, ut apud Anson. Ep. xxi. in f. 'musicum *promptarium*.' Oud. Cum *fide conde*] Fideliter repono. *Beroald.* *Susceptas sarcinulas cum fide conde*, &c.] Cum *fide*, fideliter: Sic 'condere cum fide,' t. 7. Columella. et lib. iii. Noster, 'cum fide proferre:' quod post eodem libro, 'cum fide memorare.' Terentius Adelph. 'cum fide obsonare' dixit. 'Conde cum fide' autem, ad ancillam signatissime dictum. Pollux iii. 8. 'Ἡ ταμεὶα τῆς πλοτεως τρομα. *Pric.*

In illud cubiculum] Lucianus Græce inquit, ὁδὸς κοίτην: id est, 'da cubiculum.' Interpres Luciani hallucinatur, interpretatus, 'Da tunicam:' videlicet deceptus proximitate vocis et literarum: si quidem Græce χιτὼν est tunica, κοίτην vero cubiculum. In significato autem tam distant κοίτην et χιτὼν, quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. *Ber.*

Ex promptuario] Cellarium significat, ex quo promuntur usui necessaria, a promendo dictum: sicut et *promos* dici voluerunt, ministros qui præsent cellæ promptuariæ, ut promant de intus usuaria: et *condos*, qui condant: auctor Fulgentius Placides. Hinc Plantinum illud: 'Sum promus condus, procurator peni.'

Appuleius in apologia, 'promum librorum' eleganter vocat miniatrum a libris. Symmachus 'promptuarium' decenter appellat ingenium, perinde ac repositorium thesaurumque doctrinarum. Verba Symmachi ex epistolis hæc sunt: 'Utinam mihi falsis laudibus blandiariis, cum ais te aliquid ex nostro desiderare promptuario.' Plantus dixit carcerem, 'promptuariam cellam.' *Idem.*

Unctui] Ad unguentum, in balneis enim oleo corpora perungebant, quod in lecytho continebatur: sic enim vocaverunt ampullam oleariam, quam Cyprianus 'capsacem' nominat, Juvénalis 'guttum': cuius meminit M. Tul. in libris de Finib. et nos scripsimus in libro Annotationum. Loti distringeantur strigilibus, mox tergebantur linteis, quæ M. Varro appellat 'termentaria,' quod corpore terantur: de quibus Epigrammatarum poëta: 'Non tam sæpe teret linteæ fullo tibi.' *Idem.*

Et linteæ tersui] Petronius: 'Jam Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis.' Item: 'Videō Gîtona cum linteis et strigilibus.' Nec de aliis sentit Martialis lib. x. 'Linteæ ferret Apro vacuus cum vernula nuper, Et supra togulam lusea sederet anus.' Vel Seneca Epistol. xcv. 'Vetemus linteæ et strigiles Jovi ferre et speculum tenere Junoni.' *Colo. Tersui*] Ad tergendum. Plinius in Epistolis: 'Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.' *Beroald.*

Huc eidem usui] *Hæc* est in Edd. O. ante Colvium, qui bene e Matorum plurimorum lectione *huc* conjecit *huc*, ut lib. x. 'Hæc eadem uxor.' De Phil. Mor. p. 602. 'Hæc eadem procurat.' p. 620. 'Hanc eundem.' Passim hæc pronomina jungi videas. Tib. 1. 2. 59. 'Hæc eadem dixit.' Nemes. Ecl. iv. 68. Adi ad Cæs. lib. 11. B. G. c. 6. *Hoc* Pith. *Ussus*

in Ed. Beroaldi typothetarum vido. Sept. de B. Troj. 1. 20. 'Festinaret eamque et quæ nuptiis usui essent, mittere.' Sic recte Ed. Obrecht. al. *mitteret*, vel *mitterent*. Minime vero est necessarium, quod existimat Priæus ex lib. 11. p. 36. *allisque locis*, addi vocem *necessaria*. Vide Elment. ad p. 32. 'Quod unctui, quod tersui:' me ad p. 25. 'primum ingressui stabulum.' Forte et lib. XI. p. 262. *quod usui foret*. Oud. *Eidem usui*] Schicet balneario: ad balneare autem instrumentum pertinebant et strigiles, de quibus plurima mentio est apud scriptores. *Beroald.*

Profer] *Proferas* ostendant etiam Fnx. Guelf. Oxon. et Wasm. quod defendi satis potest, licet sequatur imperativus *produc*. Sæpe enim amant varios modos jungere optimi scriptores. In lib. x. p. 223. in Mss. *plerisque* et Edd. Vett. 'insultare me perdocuit, quodque esset apprime mirabile, verbis natum commodarem.' Suet. Cæs. c. 88. 'obstrui placuit ac ne senatus ageretur.' Vellei. lib. 11. c. 24. collatus cum Wopkens. Misc. Obs. viii. p. 37. Adde Drakenb. ad Liv. lib. xxxix. 14. 9. me ad Cæs. lib. 11. B. G. c. 10. 'reverti constituerant et convenirent:' unde patet errasse Grævinum ad Cicer. 11. lib. in Verr. c. 4. 'Hoc statuerunt aut istius injurias per vos ulcisci et persequi, aut, si vobis indigni essent viis, quibus opem auxiliumque ferretis, urbes ac sedes suas relinquerent:' ubi contra Mss. et Edd. Vett. *refinxit relinquare*. Nec secus solent Græci. Adi Momker. ad Hygini Astron. lib. 1. c. 8. D'Orvillii Vannum Criticam pag. 66. Immo sic Imperativum et Subjunctivum copularunt optimi quique. Adi Burm. ad Valer. Flacc. lib. v. vs. 16. eaque elegantia aliquoties reddenda Anonio, ut in Protrep. præf. vs. 18. 'Disce libens, tetrici nec præceptoris habenas Detestere nepos.' Sic enim in utroque Ms. Leid. non *detes-*

tere. Epigr. 119. 'Extremis da singula crimina, et illum Bis numeres.' Male Voss. Cod. chartac. et Edd. pp. *numera*. In Ludo 7. Sapient. Pittaci: 'Plures amicos re secunda compara, Paucos amicos rebus adversis proba.' Ms. Coll. Voss. *compara*. Erasmus. *compares* et *probes*. Scribo *compara*, et *proba*. Ceterum pro *ociter* male in Fux. comiter. Ond.

Ocyter] Velociter. Beroald. *Ac simul e prompt. oleum unctui, et lintea teram, &c. huc eidem usui profer ocyter*] In Colloquiis vet. *Σάβαν* eis τὸ βαλανεῖον, ξέστραν, προσθήιον, ποδεκμήγιον, λήνυθον. Hæc sunt quæ cætera vocat Appuleius Noster. Lexiphanes Lucianus: *Σὺ δὲ, ὦ παῖ, σπλεγγίδα μοι, καὶ βίρσαν, καὶ φασάνια, καὶ βέρματα ναυστολεῖν* eis τὸ βαλανεῖον, καὶ τοῦτ' ἴλοντρον κομίζεω. Suidas: *Σπλεγγίδες, καὶ καταμάγεια τὰ* eis τὸ λούσθαι *χρεῖα, καὶ ξέτρα, καὶ λήνυθος, καὶ βέρματα ναυστολεῖν* eis τὸ βαλανεῖον. Arrianus iv. 11. in Epictetum: 'Ἀμφιχων μὴ ἀπὸ τοῦ ἱππέως καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐσθήτα συνοχῆς ὑπολατρεσθῆναι τι περὶ τὸ σῆμα ῥυπαρὸν, καὶ δειματὸν ἀποκαθάρσεις: διὰ τοῦτο ὄναι, ἔλαιον, χεῖρες, δόδιον, ξέστρα, πύρον. 'Oleum unctui,' ut apud Horatium: 'Oleum nemon' hæc ocys affert?' et in Historia Susanna: 'Ἐνέγκετε δέ μοι ἔλαιον, &c. ὅπως λούσωμαι. 'Lintea teram,' ut apud Plautum, 'Linteumque externi.' Sequentia *huc eidem usui, &c.* variis modis vexantur. Ms. Oxon. *hæc e. u.* Ego vocem excidisse crediderim, scribendumque: *huc eidem usui necessaria*. Miles. 11. 'Jube Domina cuncta, quæ sunt usui necessaria, nobis exhiberi:' et x. 'Ad vasa illa compluria gestanda quæ Dominis regiones plusculas pererrantibus erant necessaria,' &c. et xi. 'Quæ forent ad usum teletæ necessario præparanda.' Nec interim aliorum auctoritates neglectui habendæ. Hieronymus contra Jovinianum i. 'Multa esse quæ matronarum usibus ne-

cessaria sunt.' Servius ad Georg. i. 'Ante præparabis hæc omnia, quæ in illius rei sunt usum necessaria.' Ammianus xxiv. 'Cum usui necessaria abunde sibi quisque collegisset.' Perpende et verba Suidæ jam supra adducta. Proprie hæc autem Dominus ad ancillam. Artemidorus i. 66. *Σπλεγγίδες, καὶ καταμάγεια, καὶ ξέστρα, θερμόντας σημαίνουναι. Πρίε.*

Satis arduo itinere atque prolixo, &c.] Lib. 111. 'Montis arduo vertice, et prolixo satis itinere,' &c. *Idem.*

Satis arduo itinere fatigatus] Lucianus: *πέμπε αὐτὸν* eis βαλανεῖον, *οὐχὶ μετρίαν γὰρ ἐλθλὺθεν ὁδὸν*, producit, inquit, ipsum ad balneum, non enim parvam viam fecit. Beroald.

His ego auditis, &c.] Oxoniensis, et alius Ms. *His ergo auditis. Prie.*

Itineris ubique] Veteres igitur peregrinantes balnei utensilia ad usum sibi usum secum habebant. Ab hoc more capiet lacem Plauti locus Mercatore: 'Cui. Tollo ampullam, atque hinc eo.' Loquitur adolescens, perfectionem adornans. Et ampulla inter balnearia, quod alibi notamus ad hunc ipsum. *Coleb.* Non idem significare *itineris ubique*, et *itinerum ubique* videtur, ut prius significet hoc solum iter, in quo nunc erat peregrinans, alterum significet quodvis iter. Hinc *itinerum* legit cum Prieæo Is. Toussaintins in Conject. ad Lactantium de M. Persec. editis per Isacum Cuhai. Sed similiter ait l. vii. p. 130. 'nusquam raris.' Plaut. Capt. v. 2. 5. *ubi loci*, pro locorum. Immo 'ubique loci' est apud Prudent. Apoth. vs. 118. ex emendatione N. Heinsii. Sed et 'ubique imaginis' Flor. N. 7. est in Ms. Ceterum *ritis nos com.* haud male e Bertin. Cod. recepere Elmenh. Seriver. et Florid. Ond. *Quæ itineris ubique nos comitantur*] Cauti ac frugi viatores, ut supra monui, quæ usui erant circumferebant secum. Apud Lucianum ille: 'Ἴππος δέ με κατήγε, καὶ τὰ σκεύη. Σε-

nec. Epist. LXXXVII. 'M. Cato Censorius cantherio vehebatur, et hippoporis quidem impositis, ut secum utilia portaret.' Pro itineris legendum *itinerum* puto: sic in Apologia 'ubique littorum.' Et Florid. i. de Alexandro M. 'Ut ubique imaginum summus esset:' ubi etiam pro *summus*, *onus* reponendum videtur: inspiciatur contextus loci. *Pric. Itineris ubique*] In omni itinere. Sic enim dicimus, 'ubique locorum,' 'ubique gentium.' Ipse alibi dixit, quod minus frequens est, 'Ubique imaginum,' pro in omnibus imaginibus. *Beroald.*

PAG. 18 *Plane quod est mihi summe principium*] *Fux. summum præcipuum.* Ex vitiosa lectione Roaldus prociuit simpliciter, *Quod est mihi summum.* Sed *summe præcipuum*, pro quo *principium* est in Edd. Rom. Vic. Ber. ac Junt. pr. optime e Mss. jam olim emendavit Becichemus Ep. 73. Advetbium enim istud *summe* amavit Appuleius. Vide Indicem. Dein male in Ed. Scriverii est *procezzit.* Adi ad p. m. 63. 'me usque ad portam pervectio:' ut scribi debet. *Ordum* mox in Mss. et Edd. aliquot. Adi Orthographos. *Numis* pro *numulis* in Oxon. *actibus* in Pith. ac *reconditis* in Palat. *Oud.*

Sirenne] Naviter et perniciter: 'strenna mora' dicitur a Curtio quæ cito conficit. *Beroald.*

Hordeum emitto] Lucianus: *κριθὸν τιμῇ eis τὸν ἵππον*: id est, pretium hordei pro equo. Græce enim *κριθή* dicitur hordeum, et *ὀποκοριστικὸς κριθῶν*, quasi hordeolum. Hordeum autem quadrupedum refectibus vita tradidit, ut auctor est Plinius. Juvénalis: 'Et infundens jumentis hordea lassis.' Ex hordeo fit ptisana, Hippocratis præconio celebrata. Apud Indos panis ex hordeo præcipuus fit: et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur, apparet antiquissimum in cibis hordeum fuisse, ex quo polentam Græci præ-

cipuum conficiebant. De panibus Hordeacis meminit Galenus libro de Alimentis primis. Plinius sic ait: 'Panem ex hordeo, antiquis usitatum, vita damnavit.' *Idem.*

Cibatu prospicerem] Mox post, 'cænæ affatim piscatus prospexeramus.' *Elmenh. Ut aliquid cibatu prospicerem*] Lib. ix. 'Nec, &c. vitæ nostræ prospicies, et aliquid cibatu parabis?' *Pric.*

Cupedinis] Item Pith. et Guelf. Eadem varietas lib. ii. p. 21. 'Forum cupedinis me iatoli:' ut mox in *Fux. me in forum cupedinis reducens. Cupiditatis Fux.* hoc loco. Varro lib. iv. de L. Lat. p. 34. 'Forum Cupedinis, a Cupedo, quod multi Forum Cupidinis a cupiditate.' Adi *Beroald.* Dein Wowerius tacite edidit. *opiparum.* Vide ad lib. ii. p. 32. *Oud. Forum Cupedinis peto*] Scholiastes ad Equit. Aristoph. 'Ὁ κύκλος Ἀθήρσιν ἐστὶ καθ' ἅπαν μύκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσήγοριαν λαβόν. ἔθθα δὲ πεπρόσκειται χωρὶς κρέων τὰ ἄλλα ἔθθα, ἑκατέρωθεν δὲ οἱ ἰχθύες. *Pric. Forum Cupedinis*] Numerius Cupes sive Cupedinis et Marcellos, consules Romani, ob latrocinium damnati, actique in exilium sunt, bona eorum publicata et ædes dirutæ: ibique ædificatus est locus, in quo vendebantur ea quæ vescendæ causa in urbem erant allata: itaque ab altero 'macellum,' ab altero 'forum cupedinis' appellatum est: auctores M. Varro et Donatus. Alii a cupiditate 'forum cupedinis' dici autumant locum, ubi esculenta et poculenta veneunt. Alii forum piscarium hoc nomine significari tantummodo arbitrantur. De foro cupedinis Festus Pompeius. Cæterum inde 'cupedinarii,' quorum meminit Terentius, dicti omnes qui esculenta vendunt, et poculenta. Symmachus 'forum cupedinarium' appellat. 'Coëmpta,' inquit, 'ex foro cupedinario.' *Cupedinis* Antiqui lautiores cibos nominabant, sive a cupiditate,

sive a cupidinis foro. A. Gel. in septimo: 'Atque has antiquæ vorsum indagines cupediarum majore detestatione dignas censebimus.' Idem in sexto: 'Convectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.' M. Tul. ut sentit Nonius, 'cupediam' dixit pro cupiditate, cum sit in quæstionibus Tusculanis: 'Avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritis, temulentia, cupedia, et si quæ sunt similia.' Sed quod cum venia Nonii dictum sit, 'Cupedia' dicitur a Cicerone non simpliciter quæcunque cupiditas: sed opinatio vehemens de ganea, tanquam lautiores cibi sint valde expendendi. 'Forum' autem a ferendo dictum, quo feruntur quæ vendere velint: ubi quod generatim, additum ex eo cognomen, ut forum olitorium, forum piscarium, forum boarium. *Bersald.*

Piscatum opiparem] Pisces copiosos et pretiosos. 'Opiparam' enim copiosum significat: 'opipare,' copiose et abundanter. M. Tul. in III. Officiorum: 'Opipare a Pythio apparatus convivium.' Dicitur 'opiparus' et 'opiparis,' in secundo et tertio ordine. *Idem.*

Et percentato pretio, &c.] Gellius IX. 4. 'Accessi tamen, percentatusque pretium sum.' *Pric.*

Quod centum nummis indicaret] In lib. VIII. Cod. de rescind. vend. 'Et quod emptor viliori comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant; vixque post multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem hac quod obtulerat addente, ad certum consentiant pretium,' &c. Et nota heic *indicaret*. Onomasticon vetus laudatissimum, 'Indicatura, τιμήσις.' At pro *indicaret*, *indicaretur* respone. *Idem.* *Indicaret*] *Æstimaret*, et, ut valgo dicitur, *appretiaret*. Utendum enim interdum est vulgari-

bis verbis et vernaculis dictionibus, ad rem dilucidandam, juxta Græcæ vetus verbum et pervulgatum, quod ait, ἀμαθότερον πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον: hoc est, indoctius loquere, et apertius. 'Indicare' autem verbum negotiationis est, et rebus venalibus accommodatum, quod in mercibus distrahendis usurpatnr, quando ille, cuius est merx, pretium facit rei quam venumdat: et in hunc significatum accipiunt Latini vetustissimi scriptores. Plautus in Aulularia: 'Venio ad macellum, rogitō pisces, indicant caros.' Idem in Persa: 'Indica, fac pretium:' et mox: 'Age indica prognariter.' M. Tul. in tertio de Officiis: 'Cum postulasset ut sibi fundas, cuius emptor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset, dixit se pluris æstimare.' Nonius Marcellus parum prospicienter pensitavit verbum Ciceronianum, exponens 'indicare' pro addicere et promittere; cum non tam vendere significet, quam æstimare, et pretium facere rei venalis, quæ res proprie pertinet ad venditorem, ut ipse dicat quanti mercem suam vendat: unde ait Plautinus leno in Persa: 'Tua merx est, tua indicatio est:' ubi 'indicatio' accipitur pro æstimatione ac pretio, et (ut dici solet) appretiatione, quæ et 'indicatura' nominatur. Plin. in præmio Nat. Historiæ: 'Hæc fiducia operis, hæc est indicatura.' Item lib. novissimæ: 'Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura.' Idem in XXVIII. signate, ut omnia, inquit: 'Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit, jubent.' Quod significat, quanti æstimatus, et quantum a venditore pretium petitum sit. Sed ut ad Appuleium revertamur, sensus est: Piscatorem petiisse centum nummos pro pretio piscatus expositi: quod cum immodicum Appuleio visum foret, emit pisciculos viliores, pretio viginti dena-

riorum. *Beroald.*

Aspernatus] Errant et Pricmus, in-
dicaretur reponi volens, et Elmenh.
decepti voce quod. Illud enim pro-
nomen esse putarunt, cum sit con-
iunctio. *Aspernatus* erat, quod, i. e.
quia indicaret pisces centum numis,
quos tandem præstinavit xx. dena-
rii. Nam non recte de aliis piscibus
locum capit *Beroaldus*. Nec enim
dicitur 'indicare pretium,' sed 'pis-
ces pretio,' ut pag. seq. 'Tam magno
pretio pisces frivolos indicatis.' Cic.
lib. iii. de Off. c. 15. 'Ut sibi fundus
semel indicaretur,' quanto scil. esset
pretio. Adde exempla apud *Be-
roald.* In Fux. eat, *Quod num. cen-
tum aspernatus indic.* Oud. *Præstina-
vi*] Expone emi, ut supra. *Beroald.*

Denarii præst.] Oxon. Lips. Reg.
Fux. Edd. Vic. Ber. Junt. Ald. Co-
lin. Bas. Colv. Vulc. pr. *denarios*,
prave et sine sensu. Res præstina-
tur sive emitur numis, non numi præ-
stinantur. Plaut. Pseud. i. 3. 86.
'Ego eo in macellam, ut piscium
Quidquid eat pretio præstinem.' Sæ-
pissime occurrit apud Nostrum, ut
lib. iv. 74. ubi plura, lib. viii. bis, et
crebro lib. ix. Flor. N. 9. et Indic.
Præstinari pessime in Edd. Vic. Junt.
pr. Ald. Oud. *Præstinavi*] Expone
emi, ut supra. *Beroald.*

Commodum] Pith. *commode*. Hic
Rittershus. ad Gunth. Lignr. lib. iii.
vs. 602. legisse videtur inepte a modo,
i. e. posthac. Nullus enim exstat lo-
cus in Appuleio similior. Oud. *Com-
modum*] Ipso eodemque temporis
momento. *Continuatur*] Subsequitur.
Beroald.

Egredientem continuatur] *Degredien-
tem* mallet Lips. *Comitatur* est mera
glossa, quæ irrepsit item in Martian.
Capell. lib. viii. p. 297. 'Stilbon li-
cet solem ex diversis circulis comite-
tur.' In Mss. multis *continat*. Sed
Leid. pr. a m. pr. *continetur*. Lege
continetur, ut p. 304. 'Jupiter Har-
monien venire præcepit, tuncque

alias in ordinem continuari.' Vide
Nonium p. 98. Ed. Merc. Non enim
persuadet mihi Salmas. scriptum ab
eo et aliis *continari* pro *continuari*, in
Plin. Exerc. p. 176. et ad J. Capitol.
Pertin. c. 12. Vide etiam in Plin.
Exerc. p. 387. Alterum *continuat* de-
fendi posset, quia sæpissime auctor
activam formam amat prædeponenti,
ut 'æmulare,' 'altercare,' 'comitare,'
'adulare,' 'contemplare,' 'stabulare,'
'auspicare,' 'percontare,' 'relictare,'
'grassare,' &c. Adj. ad lib. iv. p. 70.
xi. p. 252. Et sic pro *comitare* dixit
Avianus F. 16. 'Threiciam volucrem
fertur Junonius ales Communi sociam
continuisse cibo:' pro quo male con-
jecit vir doctus *contemeruisse*, notatus
ideo a Wopkensio in Misc. Obs. v.
vii. p. 217. uti habent et Mss. F. 89.
6. Vide eundem ibid. p. 235. Sciopp.
in Susp. Lect. iv. 16. Malim tamen
credere, notam syllabæ *ur* excidisse,
de qua vide Burm. ad Suet. Calig. c. 7.
quia omnibus locis servatur deponens
a plerisque Mss. ut latius videbimus
ad finem lib. v. 'Eam Juno et Ceres
continuantur.' p. 109. Oud. *Inde
me commodum egredientem continuatur*]
Apud Lucianum peregrinus ille, Ἡδὴ
τῆς θέας ἄλλυ ἔχοντι, καὶ διαπορεύοντι
βαδίζον οὐκ ἔδει, τὸ ἔδεισαν ἐπὶ ξένης ἀπὸ-
τηροῦ με κέρως, ἔνδρες ἐκ παλαιῦ χρόνου
συνήθευ. 'Commodum egredientem'
eat, tantum quod, vel, ipso eodem-
que tempore: exponente ad Eunuch.
Donato. *Pric.*

Condiscipulus apud Athenas, &c. mens]
Florid. iv. 'Quendam ex his qui mi-
hi Athenis condidicere.' *Idem.* *Apud
Athenas Atticas*] *Emphaticoteron* At-
ticas dixit, vel differentie causa,
cum tamen fuerint Athenæ: ab una
dicti Athenæi, ab altera Athenienses,
a tertia Athenæopolitæ: auctor M.
Varro in lib. de analogia primo. *Be-
roald.*

Agnitum, &c.] Apud Virgilium:
'Veterem Anchisen agnovit amicum.'
Pric.

Post aliquantum multum t.] In Pith. *aliquantulum multum.* in Flor. Fux. Reg. Oxon. Edd. Junt. post. et Valc. pr. est, *aliquantum multum.* Sed recte Palat. cum Colv. Roaldo, Salmasio, Valc. Ed. sec. Elmenh. et seqq. *aliquam multum.* Adi et Pricæum ad Apol. p. 160. Gron. ad Gell. lib. III. c. 10. 'aliquam multos libros.' Infra lib. v. p. 105. 'aliquam multum viæ.' Restituendum quoque e Msto Pith. in Apol. p. 108. Ed. Pric. 'Mulierem aliquam multo natu majorem.' Vulgo *alioqui.* Oud.

Invadit, ac comiter deosculatus] Nota hic obiter morem antiquum osculandi amicos et hospites: de quo videndus Stewechius, et Muretus ad Catullum p. 23. *Elmenh.* *Invadit]* Aggreditur: et in bonam partem accipitur. *Beroald.* *Comiter]* Hilare, suaviter, benigno. *Idem.* *Amplexusque ac comiter deosculatus, &c.]* Ammianus lib. XXII. 'Osculo susceptam Rectorem Provincie, &c. jam inde a studiis cognitum Atticis.' Plato in Euthydemo: 'Ἐρωτάμενος αὐτὸν, ἄρε διὰ χρόνου ἐπαυκός. Pric.

Mi Luci] Prænomen Appuleii est Lucius, quo prisci nominatim quempiam appellantes utebantur. Horat. 'Quinte puta, aut Publi, gaudent prænominē molles Auriculæ.' Eos qui lace nati essent, Lucios dicebant: sicut Manios, qui mane: auctor M. Varro in libris de Analogia. Pueris non prius quam togam virilem sumerent, puellis non ante quam puberent, prænomen imponi moris fuisse, auctores tradunt. Liber homo, ut Quintilianus docet, prænomen; nomen, cognomen, tribum habet. Hinc a Juvenale dictum est, 'Tanquam habeas tria nomina:' hoc est, tanquam liber sis, et ingenuus. Cui sententiæ subscribit illud Ansonii: 'Tria nomina nobiliorum Romulus et Remus, conditores urbis Romæ, neque prænomen ullum, neque cognomen habuerunt.' *Beroald.*

Delph. et Var. Clas. -

Sat pol diu] Satis longum tempus est: et interponit iurandum *Pol,* quod significat certe, quasi per Pollucem Deum: sicut *Ædepol,* quod iurandum (ut inquit Gellius) et viro et fœminæ commune est: quamvis M. Varro asseverat, antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem dejerare solitos, sed id iurandum fuisse tantum fœminarum. *Idem.*

Intervisimus] *Intermisimus* est etiam in Palatino. *Te delet.* Lipsius, post quod male vulgo plenam ponunt distinctionem, sequente *At.* Solus Scriverius Scioppij emendationem recipit, *intervisimus te, ac Hercules, &c.* Malim tamen et vel *atque.* Oud. *Intervisimus]* Quasi ex intervallo invisimus. Alias 'interviso' significat totum video: hæc enim particula 'Inter,' totum significat: ut 'intercipit' apud Terentium, pro totum caput: 'Interbibere' apud Plautum, pro totum bibere. 'Interlegere' vero agricoltationis scriptoribus est, poma per intervalla decerpere, ne turba oneret parentem. Palladius: 'Si apissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, ut alimentum cæteris succus æquiparet.' *Beroald.*

Hercules exinde e Vastio magistro digr. sumus] Legendum: *Hercules exinde cum Astu a magistro.* Donatus ad Eunuchum Terentii pag. 191. 'In astu, in urbem de Pyreo. Sic Athenienses vocabant urbem: unde ipsi incolæ *ἄστου* vocantur.' *Elmenh.* Elegantissime Stewech. et jam ante Beroaldus Ep. 73. emendarunt: *Exinde ut ex astu a magistro d. sumus;* si rationem habeamus illorum codicum, qui carent *cum,* et exhibent *e Vastio m.* uti est in Pith. Edd. Rom. Ven. Vic. Ald. &c. usque ad Colv. Errat enim Stewechius, scribens ibi *legi cum.* Sed in nota Beroaldina et Ed. Scriveriana exstat: *Exinde cum a Vastio m.* quasi Vastius esset magistri

nomen, satis ridicule. Melius hinc formares nulla mutatione nisi τὰς *v* et *b* (quas litteras semper confundi, nemo nescit) ab *Attio* m. sive Attico, δῶρτόν βιβασκῶν. De vocibus Græcis ab Auctore adhibitis vide ad l. 11. 'bammatum pastu,' et crebro. Verum reliqui Mss. ut Flor. Reg. Palat. Oxon. Wass. consentiunt Lipsiano, et præbent simpliciter, exinde cum *a* (Fux. ab) *magistro dig. sumus*, (nisi quod exinde exsulet a Palat.) ac secuti sunt Vulc. Wower. ceterique. Mallm: ex. cum ex astu *a mag.* Sueton. in vita Persii: *Sed mox ut a schola magistriusque divertit.* In Gramm. c. 4. *A grammaticis e ludo transit:* uti quidam legunt. *Stimus* male in Ed. Scriv. Oud. *Hercules*] Mediusfidius. 'Hercules,' 'mehercules' iusjurandum per Herculem, per quem soli viri dejerant, sicut fœminæ solæ per Castorem. Mos fuit antiquorum Romanorum, ut pueri per Herculem dejerantes id sub dio facerent non sub tecto. Causam refert Plutarchus in problematis, quia scilicet Herculem ferunt non umbraticam vitam domi egisse, sed foris ac sub dio semper vixisse. Vel illud potius per hanc rem occulte agitur, ne pueri insuescant dejerare, sicut Favorinus existimabat: hoc enim, dum sub dio progrediuntur et in propatulum, quasi de industria moram efficit, et deliberandi dat spatium. Præterea proditum est, Herculem cum primis religiosum fuisse, et ad iusjurandum verecundissimum: quippe qui semel in omni vita iuraverit. *Beroald.*

Cum a *Vestio magistro*] Post digressum ex schola literaria, in qua fuerunt condiscipuli, nunquam nisi hac hora se Appuleium invisisse significat. Vestis nomen est doctoris, sub quo in condiscipulatu litteras Græcas didicerat. *Idem.*

At, quæ causa peregrinationis hujus] Virgilius: 'Circumstant animæ dextra lævaque frequentes, Nec vidisse semel satis est, juvat usque morari,

Et conferre gradum, et veniendi dis-cere causas.' Infra hic: 'Percontatur, &c. etiam causas peregrinationis mem:' et v. 'Percontanti causas adventus sui, sic inft.' *Pric.*

Crastino die] Servant *die* Mss. O. contra Appuleii morem. Vide Indicem, et *Pricæum*. Ita l. 111. p. 46. in *hodiernum*. Ma. Fux. e glossa præbet in *hodiernam diem*. Oud. *Crastino die*, &c.] Ita et Oxon. Codex. Glossarium: 'Crastino die, *αὔριος*.' Et tamen *crastino* simpliciter in Appuleio legerim. Infra lib. 11. 'Quam largus imber crastino aderit!' et v. 'Hunc igitur jugulari crastino placeat.' Interpret vetus l. Reg. 20. 5. 'Ecce crastino sunt Calendæ.' *Pric.*

Sed quid istud? &c. nam, &c.] Quibus alter, 'Anonam curamus, et ædilem gerimus.' *Æneid.* vi. 'Quis strepitus circa comitum!' Servius: 'Propter ædilitatem.' *Idem.* *Sed quid istud?* Ex cultu, crebroque famulatio, quod circa Pythiam condiscipulam videbat, sic interrogat. *Beroald.*

Voti gaudeo] Deest nihil, ut cum Elmenh. putat Floridus. Græca est locutio, ut 'lætari malorum,' 'augi animi,' &c. Sic l. 11. p. 28. et alibi, 'recreari animi,' l. v. p. 90. 'Animi consenesco.' Lib. 11. init. 'Vereor fœminæ,' ubi vide Stewech. Male igitur est etiam in Edd. nonnullis Vett. *Quid istud voti? gaudeo. q. i. novi. g.* Gulielm. Mox et *lizas*. Male copula abest a Coll. Voss. Fux. et Oxon. in quo *lizas*. Observa *lizas* dici pro lictoribus seu adparitoribus ædilitis. Gloss. 'Liza, *ἀρπαγες*.' Oud. *Voti gaudeo*] Ex animo gaudeo: te voti compotem factum esse lictor. Constructio prisca: ita Virg. in xi. 'Nec veterum memini, lictorve malorum,' quod figura Græca dictum esse ait Servius. *Beroald.*

Nam et *lizas*, et *virgas*, et *habitu prorsus magistratus congruentem*, &c.] Lib. x. 'Nam et pinnulis, et sagittis, et habitu cætero formæ præclare congruebant.' *Pric.*

Et lixæ et virgæ] Lælius Bisciola Subsecivar. Lib. xiv. cap. 21. Servius ad iv. *Æneid.* fol. 330. 'Virga insignis potestatis est. Nam ideo et ea magistratus utuntur, dicta, quod vi regat.' *Edmenk.* *Lixæ]* Modo ministros magistratui servientes. Alias 'lixæ' ministri sunt militares, quorum officium est ut militibus aquam subministrant, quam Veteres 'lixam' vocaverunt: unde 'elixum' dicimus, aqua coctum. Alii 'lixas' a Lyca, Herculis puero, appellatos dicunt: quidam a liguriendo questum, cujus gratia exercitum sequantur: apud Livium, miles gregarius seditionis princeps appellatur a Scipione 'se-milixæ,' quasi semimancipium, nomine sordido et ignominioso: quod et in secundo Suetonii commentario annotavimus. Silius ait, 'lixarum vulgus' esse 'inutile marti.' 'Lixula' vero quamvis diminutivum a lixa esse videatur, non tamen parvum lixam servulumque significat, sed, ut docet M. Varro, 'lixula' et 'se-milixula' dicuntur cibi ex farina, caseo et aqua commixti, vocabulo Sabino. *Beroald.* *Virgæ]* Quas ministri magistratuum præferunt. Quærit Plutarchus in questionibus, cur magistratuum virgæ securibus alligatæ præferantur. An quia signum est, non oportere magistratus iracundiam dissolutam esse, sed cohibitam? An dum virgæ dissolvuntur ad plectendum, interea mora et tarditate ira magistratus infringitur, et impetus mitigatur? Ex arbore betula, quæ candore atque tennitate præcellit, fiebant hæ virgæ. Ideoque Plinius xvi. 'betulam' appellat 'terribilem magistratuum virgæ.' *Idem.*

Hæbitum] Vestitum, qui in magistratibus conspector erat, et prope peculiaris, ut toga prætexta: de qua sic ait Livius in xxxiv. 'Magistratibus in coloniis municipiisque togæ prætextæ habendæ jus est: nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mor-

tui.' Præterea tunica palmata, et toga picta, erant consensum triumphantiumque gestamina. *Idem.*

Annonam curamus] De præfecto annonæ scribit Livius in quarto, aitque Lucium Minutium primum creatum annonæ præfectum, cum fame laboraret res Romana. Hic non tam significatur præfectus annonæ fragmentariæ, quam macelli. Annona enim non solum ad fruges, sed etiam ad obsonia refertur: unde 'annonam macelli' dixit Tranquillus: et a M. Tullio scriptum est: 'Petarem annonam in macello carerem fore.' Sætyrographus quoque licenter quidem, sed decenter dixit: 'His opibus nunquam cara est annona veneni.' Cæsar in commentariis 'naves annontinas' vocat, quibus annona frumentaria comportatur. Ab annona 'lex annonaria' est dicta, pertinens ad annonam. Olim Clodius legem tulit annonariam, quæ (ut inquit Pedianus Asconius) summe popularis fuit. Vegetius 'annonarias expensas' vocat, eas frugum pabuli species, quas provinciales militibus expendunt. *Idem.* *Annonam curamus]* Ammianus lib. xxviii. 'Progressus ad curandam Urbis annonam.' Vide Lips. Elect. i. 8. *Pric.*

Edilem gerimus] Papinianus: 'Ideo condemnatus quod artio rem annonam sedilitatis tempore præbuit.' L. xviii. D. de compensat. Facere non possum, quin hic conjecturam meam proponam de Planti loco Pseudulo, qui sic vulgo legitur: 'Principio Hedylum tecum ago, quæ amica est frumentariis, Quibus cunctis montes maximi acervi sunt frumenti domi. Fac sis sit delatum hoc mihi frumentum, hunc annum quod satis Mihi, etiam familiæ omni sit mæx, atque adeo ut frumento affluam.' Notant viri docti alias legi, *Principio edillum.* Ego divinabam scribendum: *Principio, Edilis sum tecum ago, &c.* Ego, inquit, varia hic imperabo: ac primum, ut sedilia, ædicam, quæ ad rem

annonariam. Sic joculariter de parasio Captivis: 'Euge, edictiones ædilitas hic habet quidem.' Nec minus et Sticho: 'Sine suffragio Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit.' Cole. Pessime Scaliger sive Vulc. Ed. sec. e Vet. Onomastico exhibet *ædilatum*, cum elegantissime dicatur eodem sensu *ædilem gerere*, ut monuit Barth. ad Claud. III. Cons. Honor. vs. 156. et docuere eruditi ad Flor. I. I. 1. 31. Valerium M. IV. 1. 4. 'Qualem consulem gessit:' ad Vellei. Pat. I. II. c. 95. et quos laudat Arntzen. ad Plin. Paneg. c. 44. 'principem geris.' Contra Sopingius in marg. in Plauti Sticho I. 2. 29. legebat, *Ædilem hic quidem gerit*. Apud Livium I. III. c. 65. in vetustissimo Ms. Harleiano pr. exaratur *tribunum gerit*, pro *tribunatum g*. Infr. I. IX. 'incinctus balteo militem gerebat.' Oud. *Ædilem gerimus*] Reposuit Jos. Scaliger *ædilatum*. Est sane in vet. Onomastico '*Edilatus, horreola*:' at rectior altera lectio. Infra lib. IX. 'Hic incinctus balteo militem gerebat.' Pric. *Ædilem gerimus*] *Ædilitatem*, sive (ut Veteres dicebant) *ædilatum* agimus. De ædilibus relege quæ scripsimus in primo Tranquilli commentario. In hoc loco significatur ædilis, is qui edictiones ædilitas habet, ad moderanda pretia cibariorum, qui *agoranomus* dicitur: ita enim Græci appellant præfectum fori, et obsoniorum quæ in foro venduntur, ut justo scilicet et moderato pretio dividantur: *ἀγορὰ* forum Græce, et *ἀγορὰς*, unde *agoranomos*, quasi lex et regula fori, rerumque in foro venallium. Plato in sexto de Legibus: curatores appellat rerum venallium eos magistratus, qui fori venditionisque curam habuerint. In hanc sententiam est illud Plautinum ex Captivis: 'Euge, edictiones edilitas hic quidem habet, mirumque adeo est nisi hunc fecerunt sibi Ætoli agoranomum.' Idem in Curculione: 'Nec strategus, nec tyrannus quisquam,

nec agoranomus.' Ubi '*strategus*' significatur dux exercitus, Græco vocabulo. Scribit Dionysius Halicarnasæus, ædiles tribunorum ministros fuisse: eosque et annonæ forensis, ut affatim suppeteret, curam habuisse: similesque, inquit, quodammodo sunt apud Græcos agoranomis. Pomponius Jurisconsultus prodidit Julium Cæsarem ædiles duos constituisse, qui frumento præessent, et a Cerere Cereales appellatos. Præerant etiam ædiles cibariis, quæ in popinis cocta venduntur. Ob hoc dixit Seneca in libro ad Gallionem de vita beata: 'Voluptatem invenies latitantem sæpius, ac tenebras captantem circa balnea et sudatoria, ac loca ædilem metuentia.' *Ædiles* sacrosanctos et dici et esse, Livius Festusque notificant. *Beroald*.

Absonare] Legendum est *obsonare*, quod significat obsonia parare: unde '*obsonatores*' dicti, cœmptores obsoniorum, de quibus copiose diligenterque perscrupimus in libro Annotationum. Dixit Seneca obsonatoribus notitiam esse subtilem dominici palati: apud Plautum in Mostellaria, '*obsonare pollucibiliter*' significat, parare obsonia lauta et copiosa. '*Pollucibiliter*' idem pollet quod splendide et magnificenter: et '*pollucibilem cœnam*' appellat Macrobius, intelligi volens lautum, adjectivalem, esculentam. '*Pollucibilitas*' quoque dicta pro lautitia, et epularum magnificentia. Demiror Fulgentium in Mythologiis, '*pollucibilitatem*' interpretari humanitatem: nisi forte humanitatem capit pro benignitate aut largitate, qua in apparatu convivali uti soleamus. Plautinum testimonium, quod Fulgentius citat, nihil admodum falcit roboratque hominis interpretamentum, cum Plantina verba a nobis sint, non a Fulgentio. '*Polluctum*' quoque Herculis Antiqui dixerunt, sacrificium quod Herculi decuma data fiebat, quod erat splendidum: et '*pollucere*' est, li-

bamenta Herculi in aram porricere. Corrigenda est obiter apud Macrobi. dictio mendosa: sic enim passim in tertio Saturnaliū scriptum est: 'Proprie autem catilones dicebantur, qui ad pollutum Herculis ultimi catillos ligabant.' Tu illud *ad pollutum*, immissa litera *c*, lege *ad pollutum*: sic enim significatur Hercules sacrificium, cum *pollutum* dicatur maculosum et sœdum. 'Catilones' autem (ut id quoque Macrobii verbum intelligas) Antiqui gulosos appellabant, a carne videlicet catulina, quam esitavisse, hoc est, comedisse Romanos, Plauti fabulæ sunt indicio. Plin. quoque in *xxix.* auctor est, catulos lactentes existimatos esse adeo puros ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur: jus catuli namque in cœlis Deorum poni solitum: unde Lucilius catilonem appellat piscem lupum: quasi lignitorem et gulosum, qui sterces sectaretur. *Idem.*

Commodabimus] Potest et, qui ædilis est, facere ut minoris obsonia amicus comparet, cum ipse præsit rebus venalibus. Plato lib. *viii.* de Legibus, præcipit censoribus venalia curæ esse, ne quid vendatur ematurque plaris minorisque quam lex iusserit, quam rerum venalium mensuræ et pretia constituta sint. *Idem.*

Carnæ affatim piscatum] *Ms. affatim piscatus.* Nihil mutavi tamen. Sic lib. *vii.* 'Ac ne vinum quidem potuit affatim habemus.' Sic 'parum fidem' dixit Plantus Bacch. 'Postremo, si pergis parum mihi fidem arbitrarier.' Caius noster: 'Satia tempus ad quæstum faciendum, unde ali possit, habeat.' L. *xix.* D. de oper. libert. *Colv. Piscatum* defendunt etiam loca Nostri lib. *iv.* p. 68. 'Affatim cuncta præsto sunt.' p. 78. 'Recens hordeum affatim largita est.' Item Sallustii B. Jug. c. 47. Ed. Wass. 'commeatum affatim.' Sumeretur sc. *affatim* per se adverbialiter, ut 'sa-

tis,' 'parum,' de quibus vide supra p. m. 59. et ad Flor. N. *xvi.* item Wopkens. ad Justin. lib. *i.* c. 8. 'Vinum affatim reliquit.' Septim. de B. Tr. *ii.* 6. 'Frumentum aliaque necessaria affatim portabantur.' Solin. p. 19. 'Quæ affatim mari incito expiuntur.' Sed tamen, cum optimi scriptores et in primis Plantus, quem Noster æmulatur, iungant Genitivum *et affatim*, ut Men. *iii.* 1. 10. 'Affatim hominum.' Mil. *iv.* 1. 33. 'Affatim divitiarum:' ac Mas. Flor. Oxon. Palat. Reg. Fux. in quibus deest *affatim*, et alii dent *piscatum*, malim hic *Colvium* et *Volcan.* Ed. sec. ceterosque sequi. Infra l. *ii.* p. 33. 'Ustensilium pollemus affatim:' ut quidem est in Mas. tribus, et Edd. Vett. Nam reliqui et illic habent *utensilibus.* Oud. *Affatim*] Copiose, admodum, abundanter: adverbium est. Sallust. in Jugurtha: 'Frumentum et alia omnia quæ usui forent, affatim præbita.' Hanc dictionem prima acuta, non media, Veteres pronuntiabant, ut docet Gellius: nec non Probus grammaticus hunc Plauti versum prima acuta legere solebat: 'Aliorum est affatim qui faciant:' conjungitur sæpe cum genitivo, ut apud Livium: 'Habetis affatim lignorum.' *Beroald.*

Succussioque] Concussu et agitato ejectis. *Idem.*

Quisquilias] Verba sunt Pythiæ ædilis, qui pisciculos viles conspiciens, frivolosque coemptos ab Appuleio, eos quisquilias appellat, quasi spurcicias piscium, et purgamenta. 'Quisquilis' enim purgamenta dicuntur, ut docet Servius in primo comment. Georg. et, ut auctor est Pompeius Festus, 'Quisquilis' putantur dici, quicquid sarcinulorum follorumque minutim cadit ex arboribus velut quicquid cadis. Nævius: 'Abi, deturbate saxo quisquilis, quid est?' Plinius, volumine sextodecimo, 'quisquilium' vocari tradit frutices par-

vos aquifoliz ilicis. *Idem.* At *has quisquillas* Bene heic *quisquillas*. Juvenalis : 'Etiam cum placis emetur.' Scholiastes : 'Etiam in rebus levissimis.' *Pric.*

Quanti parati] Item Junt. pr. Eadem confusio est apud Liv. l. 11. c. 34. 'Quanti frumentum plebi daretur : ubi vide, et Gronovium ad Ausonii Ep. xc. 'Quanti depressi damna pudoris cument.' Beëth. l. 117. Cons. Phil. pr. xi. 'Quanti æstimabis? Infiniti, inquam.' Sic lege e *Mss.* de quo alibi. *Oud.*

Piscatori extorsimus accipere viginti denarios] Hoc erat quod Horatio 'cara pluces avortere mense' : ubi 'avortere' est 'omere' : et 'mense' piscatoria intelligenda. In *Paræmiis Græcis* : *Ῥαυιδὸν ὄντωρ ἐπὶ τῶν ἐθελῶν, καὶ πολλοῦ πιπρασκόμενον.* 'Vix' (inquit) 'extorsimus,' &c. *Idem* Horatius *Serm.* 11. 'Vix tamen eripiam,' &c. Ubi *Scholia* : 'Vix extorqueam, persuadeam.' At in *Glossis* pro, 'Extorsimus, *ἔστωρξμεν*,' crediderim *Excusimus* legendum. Potest in *Appuleio* etiam acciperet legi. *Infra* lib. v. 'Extorquet a marito cupitis annuat : et viii. 'Extorquet tandem, lurore et illuvie collapsa membra, lavacro, &c. confoveret : nec ideo tamen immutanda communis lectio. *Scriptor Fulgentii vitæ* cap. 28. 'Huic, &c. nullus aliquando extorsit cujuslibet generis carnes accipere.' *Claudianus* : 'Vix extorquebis amari.' *Tertullianus* de *Judeis* : 'In crucem Jesum dedi sibi extorserunt.' *Pric.*

Arrepta dextra me in forum reducens] *Harpocration* : *Ἀρδύειν, τὸ μάρτυρα τὸν νεώποδρα, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ ἔλκειν.* *Idem.* *Postliminio*] Verbum juris. Titulus est apud *jurisconsultos*, 'de captivis et postliminio reversis : ubi *Paulus*, quid sit postliminium, scienter explicat his verbis : 'Postliminium est, jus amissæ rei recuperandæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ,

inter nos ac liberos omnes populos regeoque moribus legibus constitutum.' Nam quod bello amissimus, aut etiam circa bellum, hoc si cursus recipiamus, dicimus postliminio recipere : idque naturali æquitate introductum, ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redisset, pristinum jus suum reciperet. In bello et in pace postliminium est. Postliminio redeunt, homo, navis, mulus, cistellarius, equus, equa quæ fræna recipere solet, id est, domita : ut auctor est *Boëtius* in *commentariis Topicorum*. *Marcellus jurisconsultus* negat arma postliminio reverti, quod turpiter amittantur. De postliminio receptis copiose scribit *Gallus* lib. 1. significationem quæ ad jus pertinent : quod autem sit ipsam postliminii jus, potest ex ipsius nominis interpretatione cognosci. Postliminio enim redit, quisquis captus ab hostibus ad patriam remeaverit. Namque dum captivitatem hostium patitur, jus civium amittit : omnia autem jura recipit, si postliminio revertatur. Itaque 'postliminii' vocabulo quedam reversio significatur, ut docti autumant : qui ex adverbio 'post' vim nominis interpretantur : reliquam vocabuli partem, protractionem solam et additamentum esse ostendentes, tanquam 'liminium' nihil significet, sicuti 'Tullium' supplementum est in 'meditullio.' Igitur *Appuleius* 'postliminio' scite et decenter dixit per adverbium, quasi reversionem quandam et reditum significans in forum capediæ : de quo paulo ante satis multa. *Beroald.*

Et a quo, &c.] Exsulat copula ab *Ed. Bas.* pr. prave. Sæpe solet et præfigi interrogationi, præsertim indignantis *Cic.* pro *L. Manil.* c. 15. 'Et quisquam dubitabit?' *Ovid.* lib. 111. *Am. El.* viii. 'Et quisquam ingenuas etiam nunc suscipit artes?' ubi vide *Heinsium*, *Vechner.* in *Hel-*

lenol. l. ii. c. 13. Giphanium in Ind. Lucret. Voc. 'Et quantus,' 'Et quis?' Pro istorum in Fux. *disorum*. Oud.

Nugamenta] Quod supra 'quisquiliis' dixit, nunc 'nugamenta' appellat, ex varietate elocutionis elegantiam captans: sicut Virg. in iii. *Æneid.* nunc sylvam, nunc virgulta, nunc vimina, nunc arborem dicit, pro eodem. Plin. in xvi. 'nucamenta,' per litteram c, appellat panniculas quasi quasdam, dependentes ex ramis abietis et picem: verum 'nugamenta' a nugis, 'nucamenta' a nuce inclinari videntur. *Beroald.*

Demonstro senium. In angulo *sedebat*] Verissime Florent. Pithæanus et Bertin. atque Edd. Vett. usque ad Collin. præbent *sedebat*, sine pronomine qui, addite a Collin. Bas. pr. sec. dum alii librarii non capientes elegantiam locutionis abruptæ hic fecere *sedentem*, ut Reg. Oxon. Palat. qua in lectione Colvium temere secuti sunt editores præter Roaldum, qui recta profert locum e p. 4. *Cont. meum conspicio, Humi sedebat.* Sæpissime ita loqui amat Appuleius, licet hic illic infarserint pronomen. Lib. ii. p. 24. 'Offendi meam Fotidem, Suis dominis parabat viscum.' Ita Cod. Bertin. 'Vulgo *qua s*, pag. 36. 'Conspicor quemdam senem. Insistebat lapidem:' ubi in nonnullis idem mendam. L. iii. p. 47. 'Conspicio prorsus totum populum. Risu cachinnabili diffuebant, nec secus illum.' Sic ibi quoque Mss. plerique et Edd. *priscæ*. Recentiores mutarunt in *diffuentem*. Lib. v. pag. 107. 'Puto puellam, si probe memini, Psyche nomine dicitur, efflictum cupere.' L. viii. p. 261. 'Arrepto flagro. Semiviris illis pr. gestamen est.' Ita Ms. D'Orvill. Vulgo *quod semis*. Lib. ix. p. 185. 'Quales illi, &c. debiles. Circa præcepta capita demersi,' &c. ubi male Heins. infarsit qui. L. xi. pag. 244. 'Vidi et ursam mansuem, cultu matronali sella vehobatur, et simiam.'

Sic cum Mss. aliquot et Edd. Vett. item Junt. Ald. &c. non *qua s*. Neo secus alios scriptores locutos, probant viri egregii, quos laudavi ad Suetonii Oth. c. 9. 'Ad Castoras (loco nomen est) vicit.' Vide et Heins. ad Virg. *Æn.* ii. 342. Hinc patet, quam inepte et otiose istud pronomen Davis. contra Mss. optimos, etiam tres Leidd. inserat Ciceroni l. i. de N. Deor. c. 36. 'Velut Ibes. Maximam vim serpentium conficiunt,' &c. Ita antiquissimæ membranæ Plinii l. vii. c. 43. 'Copiola reducta est in scenam, &c. Producta fuerat tyronio.' Vulgo, *qua prod.* L. viii. c. 58. 'Præter phalangium. Arapei id genus. Dicemus suo loco.' Sic Mss. tres. Vulgo, *Arapei, de quo.* L. x. c. 33. 'Tertium est earum genus. Rippas excavant.' Ita Mss. Leidd. aliique; non *qua r*. Anson. in præf. Centonis nuptialis: 'Vir meo iudicio eruditus, Nuptias quondam ejusmodi ludo descripserat.' In Ms. Vulgo qui a. intrusum, ut connecterent præcedentibus. Sed male. Incipit enim narrare occasionem scripti centonis. In vii. Sapientib. ac Solone vs. 26. 'Inveni Aglaum. Fines agelli proprii numquam exceaserat.' e Ms. omnium veterrimo; ibique bene Tollins innotet. Alii qui addidere. Colum. l. ix. c. 13. 'Sæpe etiam vitio, *φαιδαίνας* Græci vocant, interenat.' Sic Ms. Sangerm. Vulgo, *quod Graci φ.* Solin. cap. 1. p. 5. 'Cum in viris plures (dentes) sint, in feminis pauciores. *Κυνοδόντας* vocant. Et quibus.' Sic legendum e Ms. Vulgo *quos xvi. al. hos*: ac male Salmas. quoque omisit et. C. 17. 'Gens, &c. Hyperboreis similes. Dicunt Aramphæos.' Sic Mss. O. Male vulgo, *similis, quos d.* et Salm. *similes dicunt* iunxit. Cap. 27. p. 27. 'Monstrum. Crocotæ nomen est.' Vide Salm. et sic Leid. pr. pag. 38. 'Major Syrtis ostentat oppidum. Cyrenas vocant.' Oud. *Seniculum*] Senecionem: a senē enim

sit diminutivum 'seniculus' et 'senecio.' Afranius: 'Tu senecionem hunc satis est si servas anus.' *Beroald.*

Pro aedilitatis imperio] Quod valebat plurimum in improbis mercibus, et iniquis pretiis coarguendis, coercendis. D. Hieronymus: 'Ab aedilibus, quos ἀγοραῖμους Græci appellant, penditum coerceretur rabies.' Plautus Rudente: 'Novi. Neptunus ita solet: quamvis fastidiosus Aedilis est. Si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.' Qui locus hinc lucem capiet. Jactat aedilis improbas merces, ut hic pisciculos, pluri, quam par est, venditos. De mensuris etiam cognoscebant, quæ æquæ: iniquas frangebant. Persius Satyra i. 'Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Areti aedilis iniquas.' Juven. Sat. x. 'Hujus qui trahitur prætextam sumere mavis? An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas, Et de mensura jus dicere, vasa minora Frangere pannosus vacuis aedilis Ulubris?' Ulpianus: 'Si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi jusserit, siquidem iniquæ fuerunt; Sabianus distinguit: utrum scit conductor, an non. Si scit, esse ex locato actionem; si minus, non. Quod si æquæ sunt, ita demum eum teneri, si culpa ejus id fecit aedilis.' Lib. xiii. D. Locati. Et hæc quidem de aedilium in his rebus potestate et officio. Ad quæ addi potest Callistrati locus in lib. xii. D. de Decurion. Colo. Ad aediles cura fori rerumque venalium pertinebat, et hi solebant fallacis venditum occurrere, improbasque illorum merces proturbare. Plato de Legibus lib. vi. fol. 276. Suidas in voce ἀγοραῖμοι. Brissonius in Lexico juris, verbo 'aediles.' *Elmenh. Pro aedilitatis imperio]* Pro potestate magistratus. Magna est in oratione Latina varietas hujusce particulæ *Pro*: aliter enim dicitur Pontifices pro collegio decrevisse,

aliter testem pro testimonio dixisse, aliter pro rostris, aliter pro tribunali, aliter magistratum pro potestate intercessisse. Istam autem varietatem ejusdem quidem fontis et capitis, non ejusdem tamen esse finis, non insubtiliter disaserit Gellius in x. et ita facile putabit, si quis habeat bonorum scriptorum notitiam celebriorem. *Beroald.*

Jam, inquit, jam nec am.] Tam jam, ut Græcorum ὄβρις ἡρα, veram lectionem censet Pricæus. Atqui istud tam jam pro tantopere jam, quod probat etiam Cort. ad Plin. lib. ii. Ep. 3. Tam blandior, tacite primum editum est a Colvio, et hinc receptum in Ed. sec. Vulcan. &c. Sed nullus dubito, quin proflaxerit e typothetarum errore. Nec probro tamen Gruteri, tamen jam, in Snaspic. v. 10. In Mss. Bertin. Flor. Fux. Reg. Pal. Oxon. est: *Inquit. Jam jam.* In Pith. Edd. Vett. item Vulc. pr. *Jam jam, inquit.* Quod revocavi. Passim eandem vocem per Epixenxin repeti ab Auctore vidimus jam supra. Adi et p. m. 55. 'Jam jam, grabatole, inquam.' Hic autem post nec incipit codex membranaceus Celeb. Viri mihi quæ amicissimi J. P. D'Orvillii. *Jam. nostris quidem* Fux. Guelferb. Odio pro omnino in Pith. *Oud. Tam jam nec amicis, vel omnino ullis hospitibus parcitis]* Lib. ii. 'Isthic vero nec viventibus quidem ullis parcitur.' In Oxoniensi tamen nullis hospitibus. *Tam jam* Græcorum est ὄβρις ἡρα; quod non advertens Gruterus tamen jam reposuit. *Pric.*

PAG. 19 *Parcitis? Quid t. m. pr. p. fr. indicatis]* Qui vere etiam dant Ms. Dorvill. Edd. Wower. et seqq. Idem error irrepererat supra: 'Infestari vias? quid?' pro vias, qui. Tam indicatis Bas. pr. ut Pricæo placebat, *venditatis* Ms. Dorvill. cum Ed. Colv. Vulc. Wower. At Palat. Guelf. Zabar. Oxon. Pith. Fux. Par. et Edd. prius servant *indicatis*, rectius, ut

bene judicat Ferrar. lib. 1. Elect. c. 20. Vide ad p. m. 69. 'Quod c. numis pisces indicaret.' *Oud.* Qui tam magnis pretiis pisces frivolos venditatis] Oxon. Quid tam magnis pretiis pisces frivolos indicatis? Antiphanes: 'Ἐὰν γὰρ ἴδω ἥλικον Ἰχθύν ὅσον τιμᾶσι, πῆγνυμι. 'Pisces frivolos,' *σάρπη* ἰχθῆνα. Vide ad Matth. XIII. 48. dicta. *Pric.* Pisces frivolos indicatis] Supra docuimus, quemadmodum indicare non tam significat vendere quam aestimare, et pretium facere rei venalis. Castigatio est ædilis in piscatores, quod magnum nimis pretium petant pro pisciculis vilioribus nugatoriis: id enim est 'frivolum:' cum 'frivola' sint proprie, vasa fictilla quassa. Unde dicta 'verba frivola,' quæ minus sunt fide subnixæ: et 'res frivole,' quæ nullius pretii sunt, contemptibiles scilicet, et abjiciendæ. *Beroald.*

Florem] Hypatam significat, quæ veluti flos et metropolis erat Thessaliam. *Idem.*

Ad instar] *Ad instar*, ut primus edidit Elmenhorstius, confirmatur Mss. Bertin. Oxon. Pith. Fux. Guelf. et Zabarellæ, teste Ferrario lib. 1. El. c. 20. Atque ita passim loquitur Auctor, licet hic illic librarii vel editores omiserint *ad*. Lib. II. p. 26. 'Ad instar speculi.' p. 34. 'Ad instar oratorum.' lib. IV. p. 72. 'Ad instar circumforaneæ domus.' p. 81. 'Ad instar Attidis:' ubi vulgo exulat, sicut et lib. IX. p. 196. 'Ad instar testudinis.' Lib. VII. p. 185. 'Ad instar tyrannicæ potestatis.' Rursus lib. IX. p. 190. 'Ad instar scoparum.' Item 'ad instar filii.' pag. 205. Solin. pag. 19. 43. 'Hunc ad instar colunt numinis.' Sic Mss. 8. et Edd. Cam. Salm. in aliis deest *ad*. p. 48. 'Ad instar Egyptii amnis.' Ad Servium ad *Æn.* II. 15. sibi obloquentem *Æn.* VI. 866. et XII. 923. Ibiq. Burm. et ad Suet. Cæs. c. 84. Item Vossii Etymolog. *Pricæ* autem conjectura *scop-*

pulire, nata est ex eo, quod in Ed. Vulc. sec. non inveniatur copulam et *sc.* quæ tamen in Mss. et ceteris Edd. recte comparet. *Postuli* Ms. D'Orv. *Oud.* *Instar solitudinis*] Sensus est: Civitatem, quæ alioqui florentissima est et primaria, facitis veluti desolatam viduatamque cultoribus, caritate cibariorum. Illa enim loca naturaliter frequentantur ab hominibus, ubi annona vilis est, et edulia minimo constant. *Beroald.* *Instar solitudinis*, &c.] Alexander apud Q. Curtium: 'Veni in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem.' In Proverbiis Græcis: 'Ἀγρὸς ἡ πόλις' ἐπὶ τῶν παρανομοῦντων. 'Ἐπιχαρμος, ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς. In Epistolis Heracliti nomen præferentibus: 'Ἐρηλίαν ἀδρὴν (πόλιν) πεποθήκατε διὰ τῆς κακίας. Cod. Oxon. hic, *ad instar solitudinis*. In sequentibus pro *scopuli*, malim *scopulive* legi. *Pric.*

Edulium caritate] Glossæ: 'Caritas, τιμότης πολλοῦ πωλούμενον.' lege, *Caritas* τ. *Carum*, π. πωλούμενον. *Idem.* *Edulium*] Corrige *edulium*, hoc est, cibariorum. *Beroald.* *Caritate*] Pretii enormitate. *Idem.*

Deducitis] Perperam in nonnullis est *ducitis*, *deducis*, ac *deducitis*, quod est in plerisque Mss. et explicari potest cum Florido: 'Redigitis urbem Thessaliam florentissimam ad formam solitudinis.' Præfero tamen cum Groslotio, Stewechio, et Elmenh. *diducitis*, i. e. differtis, infamatis. Lipsius conjecit quoque *dewritis*. In Pith. est *deducitis*. *Oud.*

Sed non impune, &c.] Simili plane modo Petronius Arb. 'Sed non impune. Jam enim faxo sciatis,' &c. Minandi formula, qua et hic Noster sæpe usus alias. *Brant.* *Sed non impune*] Hieronymus in Epistolis, non ad sensum tantum, sed et loci locutionem: 'Ab ædilibus, &c. vendentium rabies coerceretur, nec erat impune peccatum.' *Pric.* *Sed non im-*

pame: jam enim faxo scias, &c.] Lib. iv. 'Sed non adeo gaudens ista, quæcunque est, meos honores usurpabit: Jam enim faxo,' &c. *Idem. Faxo]* Faciam. *Beroald.*

Meo magisterio] Nostro est etiam in *Mss. meis* et *Ed. Vulc. sec. aive Scal.* ac seqq. *meo* dant Oxon. et *Edd. priores.* De magisterio vide Gron. ad *Liv. lib. xxiv. 25.* et nos ad *Sueton. Tum debes Pith. debent Fux. Guelf. Oxon. et D'Orvill. de quo modo, præcedente alio verbo, vide ad Cms. lib. 11. B. Civ. cap. 82. 'Quemadmodum res processit, fortasseque cur præteream?' Burm. ad Lucan. lib. 1. 126. 'Quis iustius induit arma, Scire nefas.' ix. 563. 'Quære, quid est virtus: ac sic 2. Mss. Bentley. et Leid. in Horat. 1. 11. 2. 'Quæseris, quem finem Di dederunt.' Vide et ad Sueton. pag. 989. 990. lib. 11. p. 35. 'Nec quisquam desinere poterit, quantas latebras comminiscuntur: ubi in Reg. antur. Lib. v. p. 95. 'Videsne, quantum tibi periculum velitat fortuna.' Lib. x. p. 197. 'Accepi, quemadmodum homo curiosus cuncta cognovi.' Variant autem, ut sæpe, *Mss. Ovidii lib. viii. M. 892. 489. Plin. lib. xxiv. 4. 'Hoc nescio an Romanum fuit inventum: ubi tamen præfero Leidd. membrarum scripturam, fuerit, ut ibid. paullo post: 'Nescio an primi posuerint.' Oud. Sub meo magisterio]* Magistratu et ædilitate. 'Magisterium' enim aliquando accipitur pro ipso magistratu: ut apud *Plin. dicitur magisterium equitum, pro ipsa dignitate magistri equitum. Ita 'magistri' dicuntur, majores magistratus: unde 'magister populi' apud Antiquos is dicebatur, quem nos dictatorem dicimus: auctores M. Tul. Seneca, et Varro. 'Magistrare' enim moderari est, et regere, unde 'magisteria,' et 'magistri' et 'magistratus' dicti. M. Varro et Paulus jurisconsultus autumant, magistratus dici**

quasi per diminutionem, a magistris, tanquam minores hi magistri sint. *Beroald. Quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coerceri]* Vide 1. Petr. 2. 14. et bene *magisterio.* In lib. LVII. ff. de V. S. 'Quibus præcipua rerum cura incumbit, et qui magis quam cæteri diligentiam et sollicitudinem rebus quibus præsent debent, hi magistri appellantur: quin etiam ipsi Magistratus, per derivationem a magistris cognominantur.' Hinc sæpe in Codice *magisteria potestas.* Onomasticon vetus: 'Magisterium: ἀρχή.' Paulus Fosti abbreviator: 'Magistrare, regere, temperare, moderari: unde magistri non solum Doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum: quia omnes hi magis cæteris pollent.' *Pric.*

Officiale suum] Onomasticon vetus: 'Officialis, ὁ τοῦ τοῦ καθ' ἑκάστην.' Glossarium: 'Ταθύτης, Apparitor, officialis.' *Idem. Officiale]* Ministram. Antiqui prætores, quia cum officio mittebantur in provincias, 'officia provinciarum' neminaverunt: unde 'officiales' dicti apparitores, ministrique ipsorum magistratuum: et hæc est vera verbi significatio. Vulgo 'officialia' accipitur pro ipso magistratu. Julius Capitolinus 'officia Palatina' appellat, intelligi volens officiales, hoc est, ministros imperatorios, sic enim scribit in Gallienis: 'Cum iret ad hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur.' *Beroald.*

Obterere] Contorere, concutere, ignominie causa. Plautus in *Reudante* evidenter ostendit ædilis officium hoc fuisse, ut merces venales, si improbe forent, jactaret concutaretque, sic enim scribit: 'Neptunus quarevis fastidiosus ædilis est, si quem improbe sunt merces, jactat omnes.' *Idem.*

Seruitudine] Severitate ædibitateque castigatoria: sicut quoque ut

hil interest, 'suavitudo' dicas an 'suavitas,' 'sanctitudo' an 'sanctitas,' 'acerbitudo' an 'acerbitas,' 'castitudo' an 'castitas,' ita nihil refert, 'severitudo' dicas an 'severitas.' Plaut. in Epidico: 'Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudinis?' Ubi 'caperare' significat, rugis frontem contrahere et asperare: unde 'caperata frons' dicta, pro tristi et severa. *Idem.*

O Luci] Appuleius significatur. *Id. Seniculi*] Piscatoria. A sene diminutivum nomen: cui subest occulta contemptio. *Id. O Luci, &c.*] 'Gaudent prænominis molles Auriculum.' *Prie.*

Prudentie] Ironicus: intelligi enim vult a contrario, imprudentem fuisse Pythiam ædilem, qui tali consilio Appuleium privaverit, et nummis quos impenderat piscatori, et cæna, cum pisces pedibus minister obtrivisset. *Beroald.*

Valido] Oxon. Guelf. *valido. Calido* ironice probat etiam Ferrarius lib. 1. El. c. 20. *valido* conjecit Barth. lib. xxxv. Advers. cap. 1. Sed nihil verius est emendatione aliorum et Pricæana *calido*, confirmata a m. sec. Cod. D'Orvilliani. 'Validum,' 'calidum' et 'callidum,' consilia æque bene dici possunt pro re de qua agitur, ut videbimus suis locis, ut lib. iv. p. 70. 'Remedium e re nata validum,' (sic vulgo) 'communiacimus.' Paulo post: 'Callido decepti astu.' Lib. v. p. 95. 'Validum consilium requiramus:' ubi certe nihil mutandum. Frequentissime autem inter se confunduntur. *Adi Comm.* ad Sil. xv. 337. ad Liv. lib. xxxv. 32. ad Valer. Flacc. lib. 1. 266. *Burma.* ad Lucan. v. 511. *Cort.* ad Cic. lib. iii. ad Fam. 8. 'Quod si me astutiorum fingit, quid potest esse calidius?' sive ferocius et inconscientius. Est enim 'calidum consilium,' extemporaneum et cito raptum præ mentis agitate calore, et quidem hic juvenili ac præcipiti. *Adi et*

Davis. ad Cic. lib. i. de N. Deor. cap. 25. 'Nihil horum, nisi calide:' ubi et *callide, valide*, in *Mss.* de Invent. l. ii. c. 9. 'Idcirco aliquem calidum vocari, quod temerario et repentino consilio sit.' Plaut. Mil. Gl. ii. 2. 70. 'Hanc rem age: res subitaria est. Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito.' Gell. lib. vii. cap. 3. 'Confidenter et nimis calide.' Ejus ingenii homo vocatur *θερμόβουλος*. *Æliano* lib. viii. de An. cap. 17. Immo C. Ritterbus. ad Gunth. lib. 1. 665. et Barth. lib. vii. Advers. c. 19. *calidum* hic jam probarunt, exemplisque confirmarunt. Contrarium ei est *frigere*. Sil. xvi. 598. Dein *as munis* Pith. *Oud. Valido consilio*] Ita Cod. Oxon. germanam scripturam puto *calido consilio*. Plautus Milite: 'Cedo calidum consilium cito.' Hirtius inter Epistolas Ciceronis ad Atticum, xv. 6. 'Exerentur ne quod calidius consilium insant.' Aristophanes Pluto *θερμὸν ἐμὸν*: ubi Scholla: *ἡπαρδοφον, ἡ τολμῶν*. Sic Lælius xxxv. 'consilia calida et audacia' dixit: ubi omnes plerique vulgati *callida* legunt. *Prie.*

Lautus] Mædo lotus in balneis: alias splendida et nitida: unde et lautitia dicitur, epularum magnificentia. Epigrammaticus poeta: 'Lanta quidem cæna est, fateor, lautissima.' Locus extra urbem Romam dictus est 'Lautum:' quia cum illuc aqua fluere, lavandi usum exercebant. *Beroald.*

Ad hospitium M. et de cubiculo] Vulgo *cubiculum*. Colvius. *Cubiculum*. Alii *cubiculo*. *Elmenherstius*. Aliquot sane Codd. ut Flor. Pal. Oxon. Pith. Fax. cum Edd. ante Colv. præbent *cubiculum*, ut respondeat *res ad hospitium*, quare id restituere *Elmenh.* et *Scriven.* Sed *Lipsiano* et Edd. Colv. Vale. Wower. *Prie. &c.* accedunt Reg. Guelf. et Par. *cubiculo*, ut lib. iii. p. 60. 'Angulo concesseram stabuli.' Sæpissime autem va-

rios casus uni verbo jungi, frequenter monuerunt viri docti et aliquoties in Appuleio occurrit lib. II. p. 23. III. p. 41. IV. p. 78. ut ostendi olim ad Hirt. Hb. VIII. B. G. c. 46. Adi et ad Suetonii Vespas. c. 19. 'Sicut Saturnalibus, ita per Kalendas:' et Virg. Ecl. v. 6. G. II. 414. 'Per silvam et riplis,' Burma. ad Æn. I. 41. Sic Salmas. legit quasi e Mss. in Solino p. 36. 'In usum mensarum vel medelis.' Vulgo, *medela magis*, ut in Mss. meis, nisi quod in optimo Voss. vel *medela magis*, verissime Vitruv. lib. I. cap. 2. 'Fana constituantur Æsculapio, Saluti, et eorum Deorum.' Oud.

Rogat te (inquit) hospes] Lib. II. 'Rogat te (inquit) tua parens Byrrhæna.' Pric. *Hospes*] Milo significatur: hic enim *hospes* accipitur pro eo qui recipit: alias pro eo qui recipitur: hinc illud notissimum: 'Non hospes ab hospite tutus.' Græce *ξένος* dicitur: unde *ξένος* 'Jupiter,' hospitalis, quem invocat Dido Virgilliana illo versu: 'Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' Beroald.

Abstinentiæ] Parsimonie, vel potius avaritiæ: modo ad vituperationem, alias ad laudem ponitur. *Idem*.

Somno diluendam] Moraliter locutus. Contingere enim fere semper solet, ut lassitudo magis somno discutiatur quam cibo: et ut homo de lassatus ex itinere magis somnum cupiat, quam coenam. *Idem*. Non cibo sed somno censerem diluendam] Apud Heliodorum ille lib. v. 'Ἐποὶ τῆν ἐκ τῆς ὁδοπορίας, &c. κάκιστον ὄνειρον ὅραται τοῦτον ἐστὶν παραμυθητόν. Pric.

Isto accepto] Cum hæc accepisset, audivissetque ex Photide Milo. Beroald.

Et injecta dextra] Lib. I. 'Injecta manu, ut adsurgat enitor.' Lib. IX. 'Manu pistori, &c. injecta.' Et XI. 'Injecta dextra ducit me.' Pric.

Clementer me trahere adoritur] Lib. III. 'Clementi violentia secum at-

trahit.' *Idem*.

Dum contor] Remoror, et quasi resisto. Beroald.

Non prius discedam quam] Hieronymus in Hilarionis vita: 'Non prius mulier discessit quam ille pollicitus est.' Pric.

Et dictum jurejurando secutus, &c.] Lib. III. 'Et verbum facto secutus,' &c. *Idem*.

Ingratis] Grossetius et Pricæus *ingratis*. Certe *ingratis* comicum est, ut docet Grævius ad Cic. IV. Verr. 9. 'Dicent ingratis,' i. e. invite; licet sæpe librarum vel contra metrum *ingratis* dederint. Adi ad Plaut. Cas. II. 5. 7. 'Vobis invitis atque amborum ingratis.' Ter. Eun. II. 1. 14. 'Ingratis ut dormiam,' Heaut. III. 1. 37. 'Ea coacta ingratis,' quibus locis stare nequit *ingratis*, ut monuere viri docti. Bis quoque Ed. Junt. post. sic exhibuit in nostro, ut lib. II. p. 49. 'et ingratis licet retexi.' Lib. VI. p. 129. 'Ingratis ad promptum recurrens exitium:' ac Florid. lib. II. de Hab. Doctr. Plat. p. 628. 'Vi et ingratis.' Sed Mss. et Edd. *ingratis*, ut constant in lib. II. p. 34. 'Ingratis cogeant effari.' Adi et Lambin. ad Lucret. lib. III. 1002. v. 55. Bos ac Staver. ad Nepot. Themist. cap. 4. § 4. 'Ingratis cogentur.' Symmach. lib. I. Ep. 26. 'Ingratis scævo proboque laudabilis es.' Sed illic veter. Cod. Ausonii Voss. habet *ingratis*. Junctim vi atque *ingratis* est in Plant. Mil. Glor. II. 5. 39. 'Immo vi atque invitam ingratis, Nisi voluntate libis, rapiam te domum:' ac Gellio lib. XVII. cap. 1. 'Ea ingratis vi ac necessitate naturæ nobis accidant.' Scipio apud Isidor. lib. II. Orig. cap. 29. 'Vi atque ingratis coactus:' ut legendum. Nam male J. G. Voss. in Rhet. lib. v. delet quasi ex glossa τὸ *coactus*. Obvia enim est locutio 'vi cogere,' quæ vox male excidit Ed. Davis. Cæsaris lib. I. B. G. cap. 6. 'Vel vi coac-

turos.' *Oud.* *Ingratis obedientem*] Lego, *ingratis o.* Donatus ad Eunuchum: 'Ingratis, non ultro significat, quia ultronea grata sunt.' Donatus ad 1. 1. Andr. 'Perducuntur necessitate coacti.' *Pric.* *Ingratis*] Iovium et nolentem: adverbium est, et, ut ait Donatus, significat non ultro: sicut 'ingratus' significat inuitus et coactus: quæ enim ultronea sunt, 'grata' sunt, 'ingrata' vero, quæ ab inimiciis fiunt, ac recusantibus. Plautus in *Amphitryone*: 'Hæc heri immodestia coëgit me, qui hoc noctis a porta ingratis excitavit.' *Beroald.*

Grubatum] Græce κλυδιον Lucianus appellat. *Idem.* *Ad illud*] Quasi contemptibilem et fastidiendum. Hæc enim pronomina, *Iste* et *ille*, ut scienter inquit Donatus, sæpe ad contemptum aut ad odium referuntur. In pronominiibus magnum est pondus. Virgil. 'ille Sichenus Inpius ante aras: ille:' hoc est, scelestus et nefarius, ut Donatus exponit. *Idem.*

Residents] Mibi. *Idem.*

Quam salve] Quam prospere, quam feliciter: adverbium est, in hac loquendi consuetudine frequens. Apud Livium quærit maritus de Lucretia: 'Satin salve?' Illa respondens: 'minime,' inquit, 'quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia?' Apud eundem in x. 'Satin salve,' inquit Appianus: 'Luci Volumi, ut sese iuniores habent?' *Idem.*

Quid uxor] Brevis interrogatio, quæ tamen multa complectitur, dum quærit quid agat uxor Demæ, quid filii, quid tota familia. *Idem.*

Vernaculi] Male *Pricæus* conjicit *vernulae*. Eodem intelliguntur. Glossa. 'Vernaculus, θρεπτήριον, οἰκογραφὴς,' &c. Sic 'vernaculæ apes,' 'vernacula poma,' &c. Petronio c. 38. Priap. Carm. 20. Pro 'verna' usi sunt: etiam Inscriptionum fabri et Ambrosius et Prosper Aquitanicus,

Vide et Beroald. ac Cl. Cannegius. de Nomin. c. 11. p. 64. *Oud.* *Quid vernaculi*] Scilicet agunt. 'Vernas' autem servos dici voluerunt, qui, ut ait Pompeius Festus, ex ancillis nati essent vere, quod tempus anni maxime naturalis sæturæ est. Inde 'vernula,' et 'vernaculus' voce diminutiva, servus dictus: hinc 'vernaculum,' domesticum appellant, et domi quasi nostræ natum ac peculiare. M. Varro lib. de analogia novissimo: tria genera verborum esse prodidit: 'unum vernaculum ac domi natum, alterum adventitium, tertium nothum. Vernaculum est,' inquit, 'dominatum: ut sutor et pistor.' Idem in tertio de Re rustica: 'Præterea quoque volucres, cum partim adventivæ sint, ut hirundines et græves: partim vernaculæ, ut gallinæ ac columbæ.' Columella in gallinaceis probat 'fecunditatem vernaculam,' hoc est, nostratum et domesticorum gallorum. A 'verna' fit adverbium 'vernaliter,' quod significat serviliter. Horatius in secundo Sermonum: 'nec non vernaliter ipsis Funditur officiis prælambens omne quod affert.' Ubi exposuit Acron, 'Vernaliter,' id est, luxuriose: quæ interpretatio an satis proba sit, ipse viderit. Nonius Marcellus 'Vernaliter' exponit, pro adulatorie, a vernis, quibus hæc vivendi ars est. A Cicerone dicta est 'festivitas vernacula,' pro urbano lepore, salibusque Romanis. *Beroald.* *Quid vernaculi*] Cum præcedat de uxore et liberis, putem *vernula* legendum. Infra lib. VIII. 'Tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, &c. desolata.' Et XI. 'Familiæ ac vernulæ.' Habet *vernaculi* tamen Oxon. Ms. *Pric.*

Causas peregrinationis] Consimiliter Hipparchus Lucianum interrogat, quæ illa sit via, et quo proficiscatur. *Beroald.* *Percontatur accuratius causas etiam peregrinationis meæ, &c.*] Lib. VIII. 'Aliud de alio non desinit quæ-

rere, denique de mansuetudine etiam mea percontatur anxia.' Seneca Epist. LXIV. 'Varius nobis sermo fuit, &c. nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens.' Cicero in de Universit. 'At primum quidem tempus salutationibus, reliqua percontatione consumpsimus.' Claudius autem hunc primum librum Noster, ut et suum Virgilius: quem heic, ut omnibus paginis, perite exprimit. Ita ille: 'Nec non et vario noctem sermone trahebat Infelix Dido, longumque bibebat amorem, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa: Nunc quibus Auroræ venisset filius armis, Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.' *Prie.*

Ubi protuli In D'Orvill. ut prot. crebra variatione lib. VI. p. 115. 'ubi primum' et 'ut primum,' ac passim. Drakenb. ad Liv. lib. XXIII. c. 15. 'Ubi signa canere cœperunt.' Dein Edd. Junt. Ald. et jam et de patria. Ms. D'Orv. Jam quod patr. Forſan: Jamque et de patr. Fax. p. mea. Oud. *Protuli* Pertuli habent cum Bert. Palat. Pith. Fax. omnes Edd. ante Colineam. Sed perperam id prætulit cum Roaldo Tollius. 'Aliud est perferre causam' lib. VII. p. 139. Vide potius ad p. m. 51. 'Proferens vera.' et lib. IV. p. 84. 'Perlata fabula.' *Idem.* Pertuli] Enarravi atque percensui. *Beroald.*

Præside] Quis scilicet sit præses provinciarum nostrarum. Romani enim præses provinciarum rectores misistabant: quo nomine et proconsules et legati Cæsaris, et omnes provincias regentes appellantur. Est enim præsidis generale nomen, ut jurisconsulti prodiderunt: præses autem provinciarum sume celebrat Appuleius in Floridis et Apologia, Orfitum, et Severianum, et Maximum Claudium. *Idem.*

Scrupulosissime explorans] Infra lib. V. 'Scrupulose curioseque percon-

tari non desinit.' *Prie.*

PAG. 20 In media verba somnulentum desinere] Ut solent nimio plus æquo ad fabulandum provocati. Hoc idem faciunt etiam aliorum garrullitate oppressi. Theophrastus loquaces ait narrationes suas in tantum extendere, *ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἑρπετίζουσαν ἢ πορρίζουσαν.* Statius Theb. x. 'Errare oculi, resolutaque colla, Et medio affatu verba imperfecta relinqui.' Quæ diverso quidem argumento prolata, non male tamen Appuleianis quaerant. *Idem.* Somnulentum desinere] Expressit id quod naturaliter accidere solet, ut somnolenti et jam dormitantes in mediis verbis deficiamus, veluti balbutientes: nec explicate satis explanateque loquamur. *Beroald.*

Nequidquam] Edd. Junt. Ald. nequidquam. Vic. Ber. Colin. Bas. pr. nec quicquam. At id significat nihil. Hic 'frustra.' Sæpe tamen ita corrumpere. Vide Drak. ad Liv. v. 43. ix. 18. Vir doctus maluit nequidquam: nti crebro est in Mss. integerrimis. Adi eundem ad lib. XL. 47. 9. me in VV. LL. Hirt. lib. VIII. B. G. c. 19. Sed Analogia et Ellipsis, quæ in hoc verbo est, suadent addi d. Contrahitur enim ex ne ad quidquam, vel ne quidquam sc. fit. Consule Gron. ad Liv. XLII. 64. Oud.

Incerta verborum salebra balbutire] Lib. x. 'Ore semiclauso balbutiens nescio quas affanias effutire.' *Elmenh.* Verborum salebra] Asperitate. Verba enim salebrosa et asperata merito dici possunt in balbutiente et somnolento, propterea quod neque facile, neque expedite, neque tota enunciantur, quasi aspredine quadam et salebra atque offensaculo fistulam spiritali offendit. 'Salebras' appellant asperitates et loca aspera. M. Tullius in quinto de Finibus: 'Venit ad extremum, hæret in salebra.' Idem de Oratore: 'Alter sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit.' Hinc salebrosus dixit. Virg. 'non tam

METAMORPH. LIB. II.

Dum Hypatæ loca singula curiosius contemplatur, Byrrhenam matronam opulentam recognoscit: statumque in ejus domo faberrime factam explicat: a qua commoñitus, ut ab uxore Milonis hospitii caveat, perinde ac maxima margarum, in ancillæ amorem propensus labitur, cum qua complexus et colluctationes veneris referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ apparatus describitur. Inibi inseruntur et fabellæ convivales, licentiosique cachinni constrepentes: mortui custodia: custodis nares auresque præsectæ: mox regressio Lucii nocturna ad hospitium, non sine sudore et cæde, qua non tam homicida factus est quam utricida. *Beroald.*

[*Ut primum*] Appuleius post somnum excussam in Milonis Hypatini hospitio, singula loca illius civitatis cepit curiose contemplari: utpote magis noscendam cupidissimus: et cum videret se esse in media Thessalia, quæ domicilium et officina est magicarum vanitatum, existimabat, quicquid spectaret, id totum vi cantilium esse in alias effigies transfiguratum. Ex hac contemplandi curiositate incidit in matronam summam, nomine Byrrhenam, cujus opulentia et cultus graphice referuntur. *Idem.*

[*Sol novus diem fecit*] Cains Matins apud Agellium lib. xv. c. 21. 'Jam jam albicassit Phœbus, et recentatur Commune lumen hominibus voluptasque.' *Elmenh.* 'Novus sol' est renascens. Vide Misc. Observ. vol. II. pag. 96. et Cædam ad Virgilii Georg. I. 288. 'Aut cum Sole novo terras inorat Eous.' Claudiano in Pescenn. O. 2. 'Novo Phœbo.' Allo

sensu sive de primo anni die dixere alii. Vide Burm. et Serv. ad *Æa.* VII. 726. Item Aussen. de Urb. XIV. 'Brumque novo cum Sole tepentes:' ut ibi legendum alibi decebimus. Virgilius quoque ultimo loco de prima ætatis parte posuit. *Ond.* [*Sol novus*] Recenter exortus. Virg. 'Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.' *Beroald.*

[*Emersus*] Optimo verbo est usus, tanquam sopitus mersus sit in barathrum oblivionis. *Idem.*

[*Anxius alioquin*] Tò alioquin delet Bertinus. *Elmenh.* Hinc Scrivorus aliique uncis eam vocem incluserunt: sed perperam. Neque hic, sed infra *suspensus alioquin*, ea vocula caret Bertinus. At passim hanc inserit Auctor. Supra: 'Sititor alioquin novitatis.' p. 12. 'Putris alioquin et vetus fania.' p. 26. *Ed. Pric.* 'Lepida alioquin et dicacela puella.' p. 32. 'Inquies alioquin et petulans.' Lib. III. p. 46. 'Potulentus alioquin.' Lib. IV. init. 'Insolitum alioquin:' ubi et aliis locis deest eidem Codici. p. 59. 'Pannosus alioquin.' p. 72. 'In prospectu alioquin adtonitum.' Lib. V. p. 102. 110. Lib. VIII. p. 158. 'Præceps alioquin et temerarius.' Adde *Indic. Floridi*, et Comm. ad Sueton. Vitell. c. 1. In *Edd. Ald. Junt.* post. *alioqui*. Tum Oxon. dat *alioquin nimis c.* sine copula. Dein Guelferb. *quæ rata.* *Ond.* [*Anxius alioqui*] Ordinatio verborum sic struitur: Anxius curiose singula considerabam. *Beroald.*

[*Thessaliæ loca tenere, quo artis magicæ*] Scholiastes Horatii Epode v. 'Thessalia regio est Græciæ vicina; ubi magia viget plurimum, et herbæ magicæ abundant. Quare ab aliqui-

bus illa dicitur inventum Thessaliam.

Hinc D. Chrysostomus in Epist. Pauli ad Ephesios cap. 4. homil. xv. *Thessaliam* pro venefica ponit, iniquiens: *καὶ ἀπειλεῖς θύρεαν, καὶ μύρια πρότερον λαιδορρομαίῃ τῇ ἁθλίᾳ καὶ ταλαιπώρῃ, Θεσσαλίᾳ θρασυτέρῃαν προστάσαν καταλίσσας*. Plin. lib. xxx. c. 1. Suidas *Θερραλὴ γυνή. Εἰμενή. Media Thessaliae locus*] Tanquam Hypata in mediotriblo Thessaliae sita sit. *Beroald.*

Natione cantamina] Significat artem magicam sedes habere originales in ipsa Thessalia, perinde ac ibidem nata sit, non aliunde advecta. Ita Lucanus in sexto Pharsaliae cantamina, hoc est, incantamenta magica, veluti nativa atque vernacula peculiarioraque Thessaliae fuisse demonstrat. Menander quoque apud Græcos, 'Thessaliam' cognominavit fabulam, complexam ambages foeminarum detrahentium Lunam. Antumat Plinius, magicam in Perside inventam a Zoroastre, transisseque illinc ad Thessaliae urbes. Hinc Plautus 'Thessalum venedictum' scite dicit, intelligi volens maximum præstigiorem, omnisque magici ludibrii gnarissimum. *Idem.*

Celebrantur] Colivum secuti sunt reliqui: ac Lipsiano Codici accedunt Flor. Pal. Oxon. Gneff. &c. Sed non abhorreo ab Indic. *celebrantur*, ut servat Fux. D'Orvill. cum Edd. prima. Que enim hic valet 'ubi,' 'quo loco.' Tum Fux. *hujus civ.* Oud. *Phobianque illam*] Snaudi reputans: hoc est, recolens. *Beroald.*

Civitatibus] Hypatæ. *Idem.*

Id esse credentem] Lucius habens persuasissimum, in Thessalia plurimum pollere magicas artes, erodebat, quæcumque videbat, ex esse omnia vi cantaminum transformata, demutataque. *Idem.*

Ferali murmure] Magico cantamine, susurrantinoque pestifero. *Idem.* *Omnia proterum, &c.* in aliam effigiem translata] Florus iv. 12. 'Ea denique in Germania pax erat, ut mutati homi-

nes, alia terra,' &c. *Pric.*

Lapides quos offenderem, de homine duratos] Quid credendum sit de transformationibus, quas arte Dæmonum hominibus videtur accidere, docet nos Augustinus. de civit. Dei lib. xviii. c. 18. et de *spiritu et anima* c. 26. fol. 618. lib. ii. ad Simplic. Quæst. 3. et in Question. Vet. et Nov. Test. Qu. 27. Bodin. de magorum dæmonomania lib. ii. cap. 6. Del-rio Inquis. Mag. lib. ii. cap. 18. *Εἰμενή.* Cave, ne cum Oxon. et Par. Cod. mutes participium in *duros*. Lib. v. p. 94. 'Duratos in lapidem digites.' *Λαθροῦς* Luriano. Hinc autem pertinet quoque locus Minucii Felicis cap. 20. 'De hominibus et feras omnes et de hominibus arbores atque flores.' Sic lege cum Scheffero Miso. Obs. vol. rx. p. 166. *offenderam* Ms. D'Orvill. *Oud.* *Lapides de homine duratos*] Lucianus in hanc sententiam, *θεωρασθαι τὴν παραδοξὴν, ἣν περὶ μόνον ἄνθρωπον, ἣ λυθόμενον* Cupiebam, inquit, spectare aliquid inopinabile, vel hominem volaticum, vel lapideum. *Beroald.*

Aves indidem plumatas] Pricus, qui invenit in Oxon. in *idem*, conject legendum *ibidem*. Sed bene Beroaldus et Floridus explicuere 'ex *ibidem* hominib.' ut lib. iii. p. 57. 'Impartire nobis unctulum indidem:' i. e. ex illa pyxide. Supra p. 14. 'Aliquid indidem sumo.' Lib. x. p. 225. 'De stanno vasculo, &c. meque indidem largissime perfricat.' p. 250. 'Indidem de potionis gustavit ampliter.' Plura vide ad Gell. lib. vi. c. 10. 'Indidem Megaris erat.' ad Cæs. lib. vii. B. G. c. 62. 'Indidem pervenit.' ad Flor. lib. iv. c. 12. 48. 'Totam indidem implexus Cantabrianam:' ubi Mss. præbent *in diem*, et citat Freinshemius hunc locum. Mox Palat. Fux. cum Ed. Junt. post. *simil. foliatus*. Oud. *Indidem*] Ex homine. *Beroald.*

Foliatus similiter] Scilicet ex humanis corporibus: tanquam homines

potentia magica in lapides, in aves, in arbores, in fontes transfigurari possent: sicuti metamorphosis poetica multiformiter tradit. *Idem.*

Latice] Aquas. Supra dictum est, laticem dici omnem liquorem. *Idem.* *Fontanos latice*] In Vett. Catalectis: 'Fontanos latice, et lucida pocula vitro.' Virg. 'Sparserrat et latice simulatos fontis Averni.' *Prie.*

De corporibus humanis] Frustra corporibus tentant viri docti. Ipsa hominum corpora in fontanos latice mutata innuit Appuleius, instar Arethuse apud Ovid. lib. v. Met. 633. 'Ceruleæque cadunt toto de corpore guttur, Quaque pedem movi manant lacus, eque capillis Ros cadit, &c. In laticem mutor.' Vel Byblidis apud eundem lib. ix. vs. 663. 'Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis Vertitur in fontem.' Vel Egeria lib. xv. 549. 'Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis Mota, soror Phœbi gelidum de corpore fontem Fecit, et æternas artus tenuavit in nuda.' Quomodo et Proteus 'Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum Flumen erat,' apud eundem lib. viii. 736. Dein in *statuas* Pith. *Oud.*

Fluxus] Solutos, liquefactosque. Allusit ad naturam aquarum, fluidam ac fluentem. Alias fluxus dicitur molli et effeminatus, ut Martialis: 'Cinædo evirator fluxo.' A Cypriano fluxura accipitur pro libidine, et mollicita veneria; scribit enim, castitatem exarmaturam esse fluxurarum: hoc est, libidinum. *Beroald.*

Statuas et imagines] *Statua* proprie lapidea est, sive ænea, et ex quacunque materia solidiore. *Imago* cerea est, et picta. Sed sæpe indiscriminatum ponuntur. Sensus est: Ex personatione magicæ disciplinæ crededam incredibilia: et ut Lucianus dixit Græce *ραβδοῦχα*, hoc est, inopinabilia: quod imagines ambalsrent, boves pecudesque loquorentur: quod

sane prodigiosum est, et contra naturam, *Idem.*

Incessurus] Ambulatorias. *Idem.*

Id genus pecua dictura] *Id genus* exsulat ab Par. et Fux. sed prave. p. 23. 'Surculis, lapillis, et id genus frivolis.' Adi ad l. viii. init. 'ceteris omnibus id genus viris.' Tum perperam Reg. Fux. *pecora*. Alterum magis amat Auctor, ut lib. vi. p. 117. 124. 'Gregalia pecua.' Lib. ix. p. 201. 'Pecua trucidando.' p. 244. 'Pecua etiam cujuscemodi.' Adi etiam Beroald. et Drak. ad Liv. l. v. c. 48. 'vulgatis velut in pecua morbis.' Schwartz. ad Mamert. Genethl. c. 9. 'pecua agrique deserta.' quod malo. Hinc *pecuaria*. Adi ad Virg. G. iii. 65. Auct. ad Herenn. l. iv. c. 34. 'Cuiam præsidio pecua credemus.' Sic e Mss. legendum Leidd. Vulgo cui. In primo ibi *pecuaria*. In aliis *penuria pecora*. Solin. cap. 22. 'Ut pecua nisi interdum a pastibus arceantur.' Sic legendum e Mss. optimis. Deiu *dicturas* est in Pith. *dicturas* in Reg. Fux. Oxon. D'Orvill. per syllepsin. Verissime. Adi Burm. et me ad Suet. Cæs. cap. 75. 'Conjunctiones conventusque nocturnos esse sibi notas.' *Oud.* *Id genus*] Hujus generis. Eloquentio elegans, scriptoribusque usitatissima. 'Id genus,' hoc genus, pro ejus generis, et hujus generis. *Beroald.* *Pecua*] Vetustissimi *hoc pecu* singulariter, et *hæc pecus* pluraliter dicebant: ut docet Priscianus in sexto. Nonius Marcellus: 'Pecua,' inquit, 'et pecada ita ut pecora, Veteres dixerunt.' Plautus in Mercatore: 'Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutrire.' Idem in Rudente, 'Squamosum pecu,' pro piscibus posuit: et Solinus in Polyhistore sic refert: 'Ita pabulosa, ut pecua, nisi interdum æstate a pastibus arceantur, ad periculum agat satietas.' Mendosi codices non *pecus* habent, sed *pecuaria*. Nævius in gymnastico: 'Homines, pecua, belluæ.

que.' Hinc 'pecuarius' homo dictus a M. Tullio, qui habet pecuarias grandes: hoc est, qui pascit armenta et greges, ex quibus exuberant uberes quæstus. M. Varro in secundo de Re rustica: 'Et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, et in Reatino equarias.' Et hoc est quod intelligi voluit Porcius Cato, agricolationis totius scientissimus, qui quærenti, quid maxime in re familiari expediret, respondit: 'Bene pascere' quid secundum: 'Satis bene pascere:' hoc enim verbo declaravit, rem pecuariam esse in agricolatione quæstuosissimam. *Idem.* *Dictura præsagium*] Apud priscos in prodigiis erat, bovem loquentum esse: quo nunciato senatum sub divo haberi refert Plin. qui aliubi quoque sic tradit: Canem loquentum in prodigiis, quod quidem annotaverim, accepimus: et serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius. Invenitur in annualibus, olim in villa Gallerii locutum esse gallinaceum semel: quæ omnia quia fiunt contra quam est nota natura, prodigiosa existimantur, credunturque facere præsagium: hoc est, prognosticon rerum futurarum. *Idem.*

PAG. 21 *Jubaris orbe subito vent. oraculum*] Friget valde hoc adverbium: quod et sensisse videtur Pricæus, malens *lucido*. De qua voce dicam ad l. ix. p. 196. 'Rota solis lucida diem peperit:' ubi minime opus est reponi *lucidam*. Sed nec id satisfacit hic loci. *Muto*, vel simile, sententiæ acumini responderet. *Oud. Jubaris orbe*] Solis globosum corpus significat. *Beroald.* *Et jubaris orbe subito venturum oraculum*] Ita et Ms. ille: at malim *lucido*: sic infra lib. ix. 'Rotam Solis lucidam' dixit. *Pric.*

Venturum oraculum] Quæcumque incredibilia impossibiliaque naturaliter sunt, ea credebatur Appul. fieri posse Hypatæ magici cantaminis vi atque potentia. *Beroald.*

Attonitus, immo, &c. stupidus] Probabilis est Oxon. Cod. lectio *obstupidus*, ut lib. i. p. 19. 'Consternatus ac prorsus obstupidus.' Vide Pricæum, et Gron. ad Gell. v. 1. 'Attonitos et obstupidos,' seu *obstipidos* e Mss. teste Heinsio ad *Æn.* i. 513. Plaut. Mil. iv. 6. 39. 'Adstitiati obstupida.' Mox *cuncta* deest D'Orvilliano. *Attonitus*] Stupefactus. *Attonitos* proprie appellamus, ut auctor est Corn. Celsus, quorum et corpus et mens stupet. Quod genus mali fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: hunc 'apoplexiam' Græci appellant. De attonito Servius sic: 'Attonitus proprie dicitur, cui casus vicini fulminis, et sonitus tonitruum dant stuporem.' *Beroald.* *Immo vere*] Correctio est. *Idem.* *Attonitus, immo vero, &c. stupidus*] Seneca Natur. quæst. ii. 27. de tonitru percussis: 'Quidam vero vivi stupent, et in totum sibi excidunt, quos vocamus attonitos.' Florus ii. 12. 'Attonitum adhuc, tanquam subito malo stupentem.' Pro *stupidus* tamen non male *obstupidus* legas. Sic 'attonitos et obstupidos' v. 1. A. Gellius. Sic supra l. Miles. 'Consternatus ac obstupidus:' et 'studio obstupidum' Pacuvius apud Nonium Marcellum. *Pric.*

Cupidinis mea] Cupiditatis, scilicet magis noscendæ. Interdum masculino genere *cupido* accipitur pro cupiditate. Horat. 'cupido sordidus anfert.' *Idem* in Sermonibus: 'At bona pars hominum decepta cupidine falso.' *Beroald.*

Dum luxu temulento simil] Errant viri docti, Palatino Cod. adscribentes Gruteri conjecturam margini adlitam; quam in contextu expresserunt Scriverius et Floridus: *inceas, temulento similis*. Becichemus Epist. lxxrv. ait, in suis Mss. simpliciter legi, *dum temulento vel tenui vento simul*: unde resectis ceteris emendat, *dum temulento similis*. Vide Colv.

Et sic pag. 34. 'Dum amenti similis accelero vestigiam:' in Flor. N. 16. 'Cogitanti similis.' Eatque adjectivum *similis* in Mss. plerisque. Huc facit Censorinus de Die Nat. cap. 12. 'Tibiciniibus permissum urbem personatis temulentisque pervagari.' Verum Ms. Lipsiano accedunt Regius et Guelferb. *dum luxu temulento similis*: unde nata est Scaligeri conjectura *lixæ*, in Vulcanii Ed. sec. jam lecta, et a J. Menrsio quoque prolata lib. iv. Exerc. Crit. cap. 17. quam arripuit etiam Pricæus, motus Isidori loco in Glossis: 'Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat.' ubi vide Grævium. Sed amplius Mss. viii. et Edd. Vett. præbent *in luxu*. Hinc Wasseo incidit *semilixæ*, ex Livii lib. xxx. cap. 28. 'Statorius semilixæ.' Sopingius conjecit *in luxu*. Solent enim hæ voces passim confundi. Adi Comm. ad Propert. lib. ii. 23. 79. Livium lib. i. 57. Verum enim vero, cum optimis Mss. Florent. et Bertin. cum Edd. primis exhibeant: *dum in luxu nepotali simul* vel *similis*, et Pithæanus det, d. *in luxu nepotalem simul*, existimo, utramque vocem esse admittendam, quarum alteram altera exclusit, et legendum: *dum in luxu nepotali, temulento similis*. Sive dum iustar vel modo et habitu luxuriantium nepotum, seu per luxum nepotalem, et ebriosimilis. Passim Nostro abundat præpositio *in*, ubi causa vel instrumentum actionis intelligitur. Vide ad p. 3. 'In mollitie decorus.' Et egregie huc pertinet lib. xi. p. 249. 'Comitare pompam in ovanti gradu.' *Nepotalis* vocem jam illustravit Beroaldus. Ammianus Marcell. Nostri imitator, ait l. xxxi. c. 5. 'In nepotali mensa discumbens.' Editor Junt. post. vulgavit utrumque: *dum temulento similis, in luxu nepotali simul*. Sed tunc mallet: *dum in luxu nepotali, simul temulento similis*: quomodo habebimus omnia, quæ in Mss. inve-

niantur. Oud. *In luxu nepotali*] 'Luxus nepotalis' significat immodicam profusionem, et victas largitatem: 'nepos' enim prodigus dicitur: unde 'nepotalis' derivatur. Eleganter a Tertulliano dictum est, 'Aristippus in purpura nepotatur': pro eo quod est, luxuriatur, et lautius vivit. 'Nepotatus' quoque, ut apud Tranquill. annotavimus, dicitur ipse luxus atque prodigentia. Beroald.

[*Ostiatim*] Per singula ostia: adverbium est: consimilia sunt 'templatim,' 'vicatim,' 'pagatim,' et id genus prope infinita. Quintil. in v. 'Scrutanda singula, et velot ostiatim pmsanda.' *Idem. Dum lixa temulento similis ostiatim singula pererro*] In editis *luxu* erat, pro quo bene Scaliger *lixæ* substituit. Isidorus in Glossis: 'Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat.' Heliodorus ἀλίαν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ σχολὴν ἐκρίβεσθαι vocat. Censorinus, 'urbem temulentas pervagari.' 'Ostiatim singula pererrare,' hec, est quod Petronius dixit, 'per totam civitatem errare, atque omnes porticus circumire.' Solomo cap. 3. Cantici, ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις κυκλοῦν. *Pric. Ostiatim*] Onomasticoon vetus: 'Ostiatim, κατὰ θέρας.' Lactantius ii. 16. 'Et omnes ostiatim domos occupant.' *Idem. Forum cupidinis*] Forum piscarium, et in quo esculenta venduntur: relege quæ in primo commentario copiosius annotata sunt super hac dictione. Beroald.

[*Et ecce mulierem quampiam*] Lucian. Κἀν τοῦτῃ γυναικὶ τινα ὄρε προσέειπεν ἔτι πᾶν εὐποροῦμένῃ, δυνάμει δὲ τῆς ὀδοῦ συμβαλεῖν ἡμέτρια γὰρ ἀνθινὰ καὶ παῖδες συγχροὶ καὶ χρυσίον περιττόν. ἐς δὲ πλησιέστερον γήγορμαι, προσαγορεύεσθε μὲ ἡ γυνή, καὶ ἀμειβεσθαι αὐτῇ ὁμοίως. *Elmenh.*

[*Famulatione*] Accedunt Reg. Fax. Guelph. Oxon. D'Orvill. Sed tum *famulatio* debuit scribi a *famulitium*,

quo turbam servorum notat Noster. Vide Flor. N. 22. item Martianum Cap. lib. vi. p. 237. viii. p. 271. 'famulitium Veneris.' et alibi suspensim. Eadem varietas l. vi. p. 114. 'Una de famulatione Veneris.' In Glossis 'famulatio, *θεραπεύεω*.' jam Pricæo citatia. Male etiam in Oxon. est sequenti: in Par. *gaudentem*. Oud.

Famulatione] Famulorum ancillarumque multitudine, quod et famulitium dicitur, ut idem Appuleius ait in Floridis: 'Frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo.' Græce ait Lucianus, *ταῖς τοῖς οἰκοῦντος*, id est, frequentes ministri. *Beroald.* Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione] Aristænetus l. 8. *Ἡ γυνὴ τὴν ἐν ἀγορᾷ προϊούσα, &c. ἐνδὲ τῶν αἰκονῶν περιστοιχίζετο κούρη.* Bardesanes de Bactrorum mulieribus, (apud Eusebium): *Ἰσηπεροῦμεν ἐνδὲ ταυδίσκων καὶ νεαρίων μᾶλλον ἢ οἱ ἄνδρες.* 'Frequenti' (inquit) 'stipatam famulatione.' Virgil. de apibus: 'Stipantque frequentes:' ubi Servius: 'Quodam quasi satellitio ambiunt.' Onomast. vetus: *Σαυατοφύλαξ*, satelles, stipator.' Ibidem: *Δαυαφύλος*, stipator, satelles. 'Famulatio' heic est 'famulitium,' ut et vi. 'Una de fumulatione Veneris.' In dicto vet. Onomast. 'Famulatio, *θεραπεύεω*.' Pollux iii. 8. *τὸ δὲ τὰς τοῖς οἰκονῶν, θεραπεύεω.* Ms. Oxon. *sequente*, quod non amplector. Florid. ii. 'Lectum genus, frequens famulitium.' Infra lib. iv. 'Officio frequenti cognatorum et affinium stipatus.' Virgilius supra adductus, 'Stipantque frequentes.' Pric.

Accelerato vestigio] Infra: 'Dum accelero vestigium.' *Elmenh.*

Aurum in gemmis] *Mirum* Fux. et in gemmis Pith. Quia debuisset ex Scioppii opinione lib. iii. Susp. lect. c. 18. potius dici *gemmas in auro*, ille, sequentibus Elmenhorstio, Scriverio, et Pricæi contextu, prætulit e Cod.

Bert. cui accedere videntur Anglicani, in *genis*; ut intelligantur inanes, ex auribus in genas, si Dis placet, dependentes. Sed quis umquam inanes locavit in *genis*; aut quis Latine dixit *aurum inflexum in genis*? Ad hæc aurum solum tunc temporis parum ornamenti vel dignitatis erat auribus matronarum, elenchos et margaritas tum certatim gestantium. Quare unice veram puto vulgarem ante lectionem, et intelligi monilia *χρυσόδερα*, sive auro vincta et inclusa, quibusque aurum circumflexum, et incurvatum ac circumdatum est. Possuntque tam 'inaures,' quam 'collaris torques,' et 'crinalla' ornamenta designari. Ac passim hæc in re 'aurum' et 'gemmæ' junguntur; ac 'de gemmis auro inclusis' adi Jurisconsultos, et Isidori Glossas in v. *Ban.* Eleganter Ovid. lib. v. Met. 51. 'Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus, ornabant aurata monilia collum.' Lib. iii. Art. 128. 'Vos quoque non earis aures onerate lapillis, Nec prodite graves insuto vestibus auro.' Virgil. lib. x. Æn. 184. 'Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum; Aut collo decus, aut capiti.' Senec. Med. va. 572. 'Aure textili Monile fulgens, quodque gemmarum nitor Distinguit aurum, quo solent cingi comæ.' Juvenal. 8. vi. 458. 'Nil non permittit mulier sibi, turpe patat nil, Cum virides gemmas collo circumdedit, et cum Auribus extensis magnos commisit elenchos.' Adde Val. Flacc. vi. 669. &c. et Pricæum. Sed et sæpe Noster junxit, ut p. 26. 'Auro; veste, gemmis exornata mulier incedat.' Lib. v. p. 98. 'Auro facto, gemmosisque monilibus onustas sorores.' item p. 94. ut conjecit Lipsius, ita exhibet Ed. Vulcanii sec. 'Aurum in gemmis implexum sive circumvolutum. Verum eo sensu construit cum aliis Appuleius id participium tertio casu: ut videbimus ad

lib. III. p. 53. 'Colloque meo manibus ambabus inplexa.' Plin. l. XXIII. 3. 'Crinibus aurum inplexum.' Nec raro *infecti* et *inplecti* confunduntur. Vide Davis. ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 17. Ac de verbo *confiteri* consule Barm. ad Petron. cap. 41. 'Lyænum Eviumque confessus.' Oud. *Aurum in gemmis*] Lucianus: *λυδρία ἀνθὺν καὶ χρυσίον πεπνυγμένον*, id est, vestimenta florida, et aurum copiosum. Beroald.

Inflexum] Scilicet in gemmis. Sabinus jurisconsultus ait, gemmas inclusas auro cedere. Etenim cedit, cuius major est species. Unde si margaritæ auro ornandi gratia adhibitæ sunt, auro cedunt: si contra, aurum margaritis cedit. Idem, ut Ulpianus inquit, et in gemmis est, annulis inclusis: sed si gemmæ, ut habiliter geri possint, inclusæ auro fuerint, tunc aurum gemmis cedere autumat Paulus. Idem.

Hic intextum] Moris olim et etiamnum vestes auro intexere. Hier. Ep. XXII. de custo. virg. ad Eustoch. 'Quæ maritorum inflammantur honoribus, quas Eunuchorum greges sepiunt, in quarum vestibus attenuata in filum auri metalla texuntur.' Ovid. III. Met. vs. 556. 'Et pictis intextum vestibus aurum.' Cydonius de contemnenda morte pag. 11. τὸ δὲ αὐτῇ μηχανᾶται καὶ περὶ τὴν ἀμπερόσην, οὐ πρὸς τὰς τῶν ἑρῶν μόνον υπερβολὰς τοῖς ἡματιοῖς φραττόμενος· ὁλίγη γὰρ ἂν ἔδει πρὸς τοῦτο φραστίδος. νῦν δὲ ἀκεῖνο μὲν τῇ φύσει καὶ ζῳαῖς ἀπερίβλεπτον· ὁ δὲ λόγος πολλὰν κἂν τοῖς ἡματιοῖς ἐξέυρει αὐτῇ τὴν ἀβρότητα, καὶ γῆς καὶ θαλάσσης διαφοράν ἐδείκνυσε, καὶ ἄνθος ἐξέυρει καὶ χρυσὸν συνήφηνε, καὶ παντοδαπῶν ζῶων τε καὶ φυτῶν θέας ἐν τοῖς αὐτοῖς διέγραψε, καὶ ἡματιῶν θέας ἄλλοις ἀπένειμεν, ὥς ἂν ἑκαστός γένους ἢ ἀξίας, ἢ ἡλικίας ἔχων τυγχάνῃ. Etmæh. Cyprian. de bono pudicitie: 'Vestibus aurum intexere quasi pretio est vestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata ri-

gida faciunt metalla?' &c. Virgil. VIII. Æn. 'chlamydemque auro dedit intertextam.' Beroald. *Hic intextum*] Scilicet in tunicis. Aurum intexere vestibus, invenit Attalus rex: unde nomen Attallicis: auctor Plin. in octavo. Fiunt ex auro textili vestimenta, siue alia materie: quali paludamento indutam Agrippinam vidisse se refert idem Plin. netur enim aurum, ac textitur lanæ modo, et sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. Beroald. *Aurum, &c. hic intextum, &c.*] Lib. IV. 'Vestes sericæ intextæ filiis aureis.' Eneid. IV. 'Tyrioque ardebat morice læna Demissa ex humeris, dives quæ munera Dido Fecerat, et tenui telas discreverat auro.' Scripitor de bono Pudicit. in Cypriani Operibus: 'Vestibus aurum intexere, quasi pretio est vestes corrumpere. Quid inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla,' &c. Infra hic lib. IV. Hieronymus ad Eustoch. 'Quos Eunuchorum greges sepiunt, in quarum vestibus attenuata in filum auri ramenta texuntur.' Basilii (Hemil. εἰς τ. κλοντούσας) de uxore sumptuosa: Χρυσὸν, τὸν μὲν χαλκεύουσα, τὸν δὲ ἐκφυάουσα. Gloss. 'Intertextum, παρόφαντον.' Prie.

Matronam confitebatur] Ex cultu ornatuque matronali apparebat, eam esse matronam summam. Cultus magnificus, ut Græco versu testatum est, addit hominibus auctoritatem. Beroald. *Aurum in gemmis et in tunicis, &c. matronam profecto confitebatur*] Justinus lib. XX. 'Ut matrona auras vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponeret.' Capitolinus in Galieno: 'Gladiatores pompabiliter ornatos cum auratis matronarum vestibus.' Hieronymus ad Demetriadem: 'Ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum, &c. ad quæ ardent et insaniunt studia matronarum.' Idem I. contra Jovinianum: 'Multa

esse quæ matronarum uisibus necessaria sunt: pretiosæ vestes, aurum, gemma, &c. Propertius: 'Matrona incedit census induta nepotum.' 'Constitabatur,' est, ostendebat, palam faciebat. Juvenalis: 'Mors sola fatetur Quantula sunt hominum corporacula.' Idem: 'Et quos præcipue fugiam properabo fateri.' Et alibi: 'Mollissima corda Humano generi dare se Natura fatetur.' Seneca Epist. cxx. 'Non ille gradus lassitudinem facit in quo deficiamus, sed ille proficitur.' Cyprinus Epist. 62. 'Quantum dedecoris et criminis confitetur!' Lactantius vii. 7. 'Ea ipsa ratio qua constare ac regi omnia sentiantur, solertissimæ mentis artificem confitetur.' Seneca Suasor. i. 5. 'Confessio servitutis est, iussa facere.' Hoc sensu infra heic viii. 'clamare' occurrit. 'Quem circum capellæ pascentes opilionem esse profecto clamabant.' *Pric. Matronam p. constitabatur*] Virgilius: 'Quæ te sola puer multis e matribus unam Prosequitur.' Ubi Servius: 'E matribus, e nobilibus: nam Matres non nisi nobiles dicimus, unde et Matronæ dictæ.' Clemens de rebus Petri: *Τὴν εὐγενῆ τὰς ἐπιφανείας, καὶ ὃς ὁ λέγος ματρῶνας οἷα καλεῖν. Idem.*

Jam gravis in annis] Ms. D'Orvill. *en / ann.* a Vulc. Ed. sec. exsulat τὸ *in*. Vide *Pricæum*. Sed contra Apuleii stylum, ut jam monui, et l. xi. latius videbimus. Ex Sophoclis Ajace, apud Suidam in *Δρόσργος ἐν γῆρᾳ βαρὺς*. Immo p. 27. 'Vini in ætate pretiosi:' quo loco adi *Pricæum*. L. iv. p. 81. 'Major in ætate.' L. vi. p. 112. 'in laboribus defessus:' ubi rursus alia vide. *Oud. Hujus adhærebat lateri senex jam gravis annis*] Ut matronam decebat. Seneca Controversa. ii. 7. 'Matrona quæ se adversus sollicitatores tutam volet, prodeat instantum ornata, ne immunda sit: habeat comites ejus ætatis, qui impudicos, si nihil aliud, verecundia

annorum submoveant.' Macrobi. Saturn. ii. 5. 'Averterant in se populum in spectaculo Livia et Julia comitatus dissimilitudine: quippe cingentibus Liviam gravibus viris: hæc juventutis, et quidem luxuriosæ, grege circumsedebatur.' Et nota, in hoc, et Senecæ loco, 'matronarum comites:' sic 'matronæ' et 'comitis' mentio in l. xv. ff. de injur. 'Senex gravis annis:' ut infra viii. 'Senex annis gravatus.' Plinius lib. vi. Epist. 20. 'Se et annis et corpore gravem.' Calpurnius iv. Ecloga: 'Num precor informis videor tibi? nūm gravis annis?' Theocritus: *Πολλοῖσι βαρὺς περὶ δὲν ἐναυτοῖς*. Virgilius: 'Annis gravis, atque animi maturus Acestes.' Isidorus Orig. xi. 2. 'Quinta ætas, senioris: id est, gravitas: quæ est inclinatio a juventute in senectutem.' Scholiastes ad Sat. ii. Juvenalis: 'Vir gravis' (id est, annis gravis) 'corrumptitur a juvenibus.' Ait, 'adhærebat lateri.' Martialis: 'Deinde hære tuo lateri, præcedere sellam.' Hieronymus ad Furiam: 'Nec procurator calamistratus, nec formosus collactans, nec candidulus ac rubicundus assecle adhæreat lateribus.' Infra hic lib. ix. 'Nequissimæ anus adhærens lateri temerarius adulter.' *Pric.*

Est, inquit, Hercules hic Lucius] Delevi pronomen *hic*, auctoribus Mss. quinque. Uncis jam incluserat Scribentius. In Ms. Oxon. *Et tu, inquit, Hercule Lucius*. Reg. Fox. *En / inquit, Hercules! Lucius*. Quod verum censeo. Auctorem notrum maluisse dicere *Hercules*, quam *Hercule*, vel *me Hercules*, infra probabimus. *Oud.*

Et offert osculum] Sic 'osculum offerre' lib. xxxiv. Justinus. *Pric.*

Obgannit] D'Orv. *obgannit*. Oxon. *obgannit*. Par. *aggannit*. Sic 'aggarrare' Martino Cap. iiii. At imitatus Noster est Terentium Phorm. v. 8. 41. 'Ei quod ad aurem obganniat.' Vide ad l. v. p. 107. 'in aures

ganniebat.' *Oud. In aurem obganuit*] Ita Mart. 'Gannis in aurem semper omnibus Cinna.' Unde et 'obganire' ductum est, quod significat murmurare. Et 'gannitio' apud Veteres significat canum querulam murmurationem. 'Gannitum' quoque nonnulli humanam vocem vocaverunt. Unde 'obganire in aurem,' est secreto loqui, et veluti immurmurare. Afranius: 'Gannire ad aurem punquam didici.' *Beroald.*

Quin, inquit, etiam, ipse parentem t. accedis et saluta] *Ipsae sine τῷ vel exhibent Flor. Reg. Fux. Oxon. Par. D'Orvill. et ipse Lips.* Ac recte quidem *ipse pro ipsam*, quod est in Edd. Vett. Sed vel non temere damnum, ab iisdem et aliquot Mss. expressam. In Pith. *vel ipsam*. Emphatica eam particulam addi vel puerisciunt. Vide ad l. iv. p. 82. 'Vel anxiatum iri:' et seq. *τῷ ipse*. Cic. l. ii. Ep. ad Fam. vi. 'Vel ex hoc ipso.' Nam male vulgo separant *inquit etiam*: prius senex mulieri in aurem obganuit, ut alloqueretur Lucium, sed tum conversus ad ipsum *inquit etiam*: 'Quin vel ipse accedis parentem?' Dein perperam *accedis* eat quoque in Guelf. et D'Orvill. et *salutes* in Fux. *saluta* in Guelf. *Quin* sensu adhortantis jungitur indicativo. Adi ad l. iii. p. 46. 'Quin aggredimur.' *Realdu*, qui inseri e codice volebat *prope*, ut infra, videtur ob oculos habuisse verba p. 23. Ed. Pric. 'Et utpote pignori meo longe provisum cupio,' ac legisse, ut *prope pign.* *Oud. Vel ipsam parentem*] Verba sunt senis, hortantis Appuleium, ut matronam saluteret, veluti parentem ac matrem: id enim venerationis nomen est. *Beroald.* *Accedis, et salutas*] Luc. xxii. 47. Ἠγγισε τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν. Josephus Bell. Jud. i. 20. Ἠγγισεν, ἕς ἀνωδάμωτος. Florid. iv. Noster: 'Adeunt ac salutant,' Pric.

Vereor ign. m. femina] *Ἀρχαϊσμός. Elmenh.* Male Beroaldus existimat

extrinsecus subintelligendum esse *me offerre, tradere*, vel simile quid. Genitivum enim Appuleius posuit antiquo pro Accusativo: cuius exempla aliquot ex Afranio, Pacuvio, Accio, Varrone protulit Nonius cap. de numer. et casib. et quidam legunt etiam in Plauto Mil. Gl. iv. 6. 61. 'Mei veretur.' Vide etiam J. Palmer. Spicil. in t. iv. Thes. Crit. p. 733. et Stewech. infra ad voces 'porcum opimum.' Pith. *michi ign.* *Oud. Vereor, inquam, ignota mihi femina*] In Menecimo Plantina: 'Certe hæc mulier aut insana est, aut ebria Messenio, Hominem quæ ignotam compellat me tam familiariter.' Orantius sequiorem sexum in Commositorio instruens, 'Oderit ignotis audax attollere vultus.' De Augusto Nicol. Damascenus: Ἀντιφρόνη, &c. ὅς τις ἔδει δρόμον εἶναι, &c. χαλεπὸν ἦν. Adde Joh. x. 5. Pric. *Ignota mihi femina*] Extrinsecus subintelligendum, *me offerre, vel tradere, vel aliquid simile. Beroald.*

Rubore suffusus] Passim Appuleium adhibere præpositionem in pro *per* sive sensu causæ, modi, vel instrumenti, monni jam sapius: quod mutare non debuerat Salm. in Solim. p. 18. 'Adolevit puer in spiritu regii sanguinis:' ut eat in Mss. optimis et Edd. Vett. Et sic eam participio mox, 'in aspectu micantes.' L. vi. p. 112. 'In laboribus defessa.' Quia tamen Mss. Flor. Lips. Palat. Bert. Reg. D'Orv. non agnoscent hic loci præpositionem, neque Edd. Vett. præter Juntinas et Aldinam, vix ausim eam hic admittere. Vide ad Virg. G. i. 430. In D'Orvill. male *fusus*. Ex Aldina lectione faciebat Groslotius in *ruborem* s. *Oud. In rubore suffusus, &c.*] Petronius: 'Perfusus ego rubore,' &c. Ovidius: 'Subitusque invita notavit Ora rubor.' Idem: 'Confusa pudore Senai me totis erubuisse genis.' Virgilius: 'Plurimus ignem Subiecit rubor, et

calefacta per ossa cucurrit.' Seneca Epist. xi. 'Ubi se collegit, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere.' *Pric.*

Rejeto capite] Temere nimis mutarunt hæc viri docti quidam, in quibus perperam omnino Vulc. Ed. sec. et Wower. ediderunt *relecto*. Rectius omnino foret, quod cum Colvio conjecit Lipsius, et edidit Scriverius, *dejecto*, sive in terram submisso vultu, ut solent pudibundi. Vide ad Suet. Aug. cap. 79. Hinc in simili plane re Aëbill. Tat. l. vii. p. 453. *εἰς γῆν κερταύουσα*. Verum hic plus fecit Lucius, nec tantum præ pudore vultum submisit, sed nolens nec audens accedere, vel oculos in Byrrhæna defigere, avertit se Lucius, et resistens caput in tergum rejecit. Ac videtur Auctor respexisse ad Græcum *ἐκτρέφουσα*, præ pudore faciem avertere. Utrumque reverentia causa junxit Herodianus l. iii. c. 11. *Μῆδ' εἰς ἀδρὲς βλέπων, ἀλλ' ἀποτρέφουσα καὶ ἀδρὲς βλέπων*. Huc pertinet quoque circumversio corporis in adoratione. Vide Brisson. de-Form. l. i. p. 37. 'Rejicere' passim hemo dicitur ea, quæ in dorsem versus removel. Vide ad Phædr. Fæb. 83. Similiter puella, quam mediam a tergo amplexus erat amator, se convertens, 'rejecit se in eum' apud Terent. Andr. l. i. 1. 109. ut apud Mart. Cap. l. ix. p. 302. 'Resupina paululum recliniæque pone consistentis sese permisit amplexibus voluptatis.' Sic enim leg. e Mss. Vulgo *consistens* sine sensu. Sic 'se in grabatum rejicere' Petron. c. 91. ubi vide Burm. Contra de annuente videbimus in loco, quem hic citant viri docti, p. 223. Ed. Pr. e Mss. esse legendum: 'Quod nollem, relato; quod vellem, dejecto capite monstrarem.' *Oud.* *In rubore suffusus, rejecto capite rectiti*] Officium mutam salutationis præ verecundia vitavit. Apposite Seneca pater jam citata controversia: 'Fe-

rat jacentes in terram oculos, adversus officiosam salutationem inhumana potius quam invereconditas, etiam in necessariam resalutandi vicem multo rubore confusa.' Scripsimus in Appuleio nostro *rejecto*, non *dejecto*. Ita et Cod. Oxon. Infra lib. x. 'Verbis autum commodare, ut quod vellem relato, quod nollem dejecto capite monstrare.' quo et loco *rejecto* scripserim. *Pric.*

Obtutum in me conversum] D'Orv. *reversa*. Palat. Guelf. *conv. in me*. Minus autem bene edidit Scriverius *obtutu*. Est enim Græcismus notissimus et Auctori frequens, 'conversa obtutum,' sive conversos in me habens oculos vultumque. L. viii. p. 158. 'Toro faciem impressa.' Alibi 'revincta corpus,' 'infectus manus,' 'æstuans narea,' &c. Vide ad l. viii. p. 172. 'Faciem pigmento deliti.' De *obtutu* vide Burm. ad Val. Flac. vii. 88. 'Obtutu consurgit ab alto:' de Deo Socr. 'Obtutu hebeti visuntur.' Solin. p. 36. 'Obtutu terram contuentur:' p. 37. 'In obtutu sine notatione contendit.' *Oud.* *Obtutum in me conversum*] Infra heic: 'Omniumque, &c. obtutus in unum quempiam, &c. conferuntur.' Et, 'Obtutum acerrimum in me destituit.' *Pric.* *Obtutum conversum*] Oculis in me defixis. *Bereald.*

En, inquit] Verba matronæ Byrrhæne ad Appuleium, quem recognovit ex lineamentis vultuque materno; nihil enim dubium est (ut Columellæ verbis utar) quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit: et parentum notæ plerumque natis inhererent. *Idem.*

Salvia] Nomen est matris Appuleii. Alias herba est cana, odorata, mentæ similis: vulgo nota. Herbarii Græce 'Elelisphacon' vocant: a qua fortassis 'salvium' deducitur, quod genus est liquaminis sive potionis, cujus Columella et Plinius meminerunt. Quidam pro *salvium* legunt, sed *salviam*, a saliva, hoc est, succo, in-

clinata dictione. *Idem.*

Generosa proles] Miror, Vulc. Ed. sec. Elmenhorst. Scriverium, &c. potuisse huc ultimæ voci substituere *proles*. Quod si vel maxime in quibusdam Mss. reperiretur, glossam tamen esse pateret satis. Sed Mss. bene retinent *probitas*, et optime defendit Præm. Est enim verecundia matris, in ore Lucii elucens, cujus signa dederat per ruborem ingenuum et capitis refectionem. Enigetur voce simul et mater et filius maxime laudantur. Immo sic legendum esse docent sequentia, *sed et cetera corporis*, quæ non cohærent, si *proles* scripsisset Auctor. Ineptius multo Woverius novam vocem finxit *probitas*. Ond. En, *inquit, sanctissima Salve matris generosa proles*] Virgilius v. 'Veterumque agnoscent ora parentum.' Idem viii. 'Et totum lustrabat lumine corpus.' ubi Servius: 'Paterna in eo lineamenta cognoscens.' Communis lectio *proles* non est incommoda. Virgilius: 'Deum certissima proles.' Et, 'Salve vera Jovis proles.' Posset et *soboles* legi: sic infra hinc lib. x. 'sobolem generosam' dixit: præterea vetorem tamen scripturam, *generosa probitas*: quomodo et clare legitur in Oxon. Cod. 'Probitatem' vocat maternam in Lucio oris verecundiam. Statius: 'Dulci probitate rubentem.' Idem de Crispini puero: 'Tuus hilaris probitas, et frons tranquilla,' &c. Plinius xxxvii. 2. de Pompeio: 'Illius probi oris, venerandique per cunctas gentes.' Donatus ad t. 1. Andriæ, 'vultus probitatem' dixit. Sic Seneca Epist. lxxvii. 'vultum probum.' Jam et *adprobus* in linguæ Latinæ usu 'probi oris,' ἀδελφῆς 'improbus' dici, qui bonos terant Scriptores facile concedent mihi. *Præm.*

Sed et cetera corporis exæquabiliter ad regulam, quædam. a. adfigunt, sunt congruentia] Vitiosæ cetero Edd. Ber. Col. cuncta Flor. pr. Pal. Guelf. et

Beroaldi notæ cum Ed. Scriveril. Non male. Eadem varietas l. iii. p. 61. Dein quod Colvinus dedit e Ms. Lipsil, cui favet Palat. *inexplicabiliter*, omnes dein secuti sunt pro *exæquabiliter*, quod, probante G. Vossio, ante vulgo edebatur, vel *exæqualiter*, ut in Bas. pr. Sic 'inexplicabilis voluptas simulacri divini' l. xi. p. 267. i. e. ἀπρόσθετος, ἀνεκδιήγητος, seu quæ verbis explicari nequit. Vulgo etiam 'inexplicabilis admiratio' de Mundo p. 707. Ed. Flor. et 'inexplicabilis aitis' de Phil. Mor. p. 613. Sed cum duobus illis locis non in laudem, at vituperium loquatur, malim ibi cum aliis Mss. *inexplebilis*, Gr. ἀπληροτος, ut de Phil. Mor. p. 699. Apol. p. 437. Flor. N. 20. Florus l. iii. c. 21. Vide Burm. ad Lucan. l. i. 609. 'Plenus abijt visu.' Immo cum in ceteris Mss. sit *inexcrecabiliter* vel *exæcrecabiliter*, in Reg. *inexacerabili*, Fux. *inexaciabili*, Heinsius aliquando conjecit *exasciabiliter*, sed dein maluit, en! *exæquabiliter*. At non inepte suspicari licet, ab Auctore relictum fuisse *inextricabiliter*, cujus vocis meræ glossæ sunt *inexplicabiliter* vel *inæquabiliter*, ut maluerunt alii. Est enim *inextricabiliter* tam apte, tam pulchre, ut nequaquam *exæquari* vel *explicari* queat. Belg. *onnavolgtijk en onuit drukkelyk*. L. x. p. 216. 'Morbi inextricabilis vetero implicitus' ubi in Mss. aliquot etiam *inexcrecabilis*. Plin. l. v. Ep. 9. dixit 'inexplicabili morbo.' L. xi. p. 257. 'Fatorum inextricabiliter contorta retractas licia:' ac sæpius Appuleius hac voce utitur eodem sensu, quem præbet vox *inexplicabilis*, de qua adi Periz. Misc. Obs. V. viii. T. 1. Corrupta etiam hæc vox in *explicabile* contra metrum erat apud Sil. Ital. l. iv. 585. 'Inextricabile litus.' Virg. Æn. vi. 25. 'inextricabilis error.' Solin. c. 29. 'Ad quam diu iter inextricabile fuit:' ubi in Voss. qu. etiam *inexplicabile*: ex Plinii l. v. c. 5. Sopinius

autem conjecerat ad marginem, *Polyleti ad regulam*: ut respexerit Auctor ad regulam Polyleti, de qua apud Lucian. *περὶ ὀρχήσεως* I. II. p. 308. et de morte Peregrini t. III. p. 331. aliosque. Sed passim simpliciter *ad regulam* seu *πρὸς κανόνα*, et ad *amussim* dicitur. Vide Gruter. Ceterum adsentior viris doctis, in quibus Sopingius, Salmasius, N. Heins. illa, *qua d. a. affingunt vel adfigunt*, aut *adoignant*, vel *effingunt*, *sunt*, delentibus, uti nata ex glossemate hominis explicantis *τὸ regulam*. Nec compareret *τὸ sunt* in Palat. Oxon. Par. Fux. Reg. D'Orvill. *Sin* Pith. E textu jam eiecerunt Vulc. Ed. sec. Scriv. Pric. Florid. Oud. *Equaliter ad regulam*] Quasi dicat, cuncta corporis in Appuleio membra congruere maternis membris, veluti ad amussim, quæ regula est fabrorum, qua architecti utuntur ad opus probandum: de qua ait et Maro: 'nil ut deliret amussis.' *Bersuad.* Sed et cetera corporis *ad regulam inexplicabiliter*, &c. *congruentia*] 'Ad regulam,' *πρὸς κανόνα*; exactissime nempe et faberrime facta. Theophrastus ad Philipp. III. 16. 'Ὁ κανὼν οὐτε πρόσθεν ἔχει, οὐτε ὀπίσθεν. Niceph. Gregoras lib. x. de Logotheta Metochita: Πάντα (τοῦ σώματος) σύμμετρα κεκτημένοις, ὥσπερ ἐπὶ κανόνι καὶ σταθμῇ τῆς φύσεως τελειοσυγγραφέως ἀπὸ τῆν τε ἡλικίαν ἡμοῦ πῦσιν, καὶ ἀπὸ καθ' ἑκάστα τῶν μελῶν καὶ μερῶν. Ammianus de Juliano Imperat. 'Humeris vastis et latis, ab ipso capite usque ad unguum summitates lineamentorum recta compage.' Suetonius de Tiberio: 'Latus ab humeris et pectore: cæteris quoque membris omnibus usque ad imos pedes æqualis et congruens.' Herodianus de Commodō, τὴν ὕψιν ἀξιοθέσπετος σώματος συμμετρία. De puittaco Noster in Floridorum Excerptis: 'Corpus tam concinnum, ut neque oppido parvum, neque nimis grande sit, sed quantum satis ad usum decoremque.'

Contra de Caio Suetonius: 'enormi corpore:' id est, ad regulam sive normam minus congruo. Sic 'flexi et enormes vici' apud Tacitum xv. Annali. Gloss. 'Ἀνοήτος, &c. enormis.' In vet. Onomast. 'Enorme, ἄμεινον.' Pric.

Succulenta proceritas] Dictiones præposteræ, quæ ita in ordinem redigendæ sunt: *Inenormis proceritas, succulenta gracilitas*: ut, quasi per antitheton, singulis singula opponantur: quæ locutio splendida est. Vult enim significare, in Appuleio fuisse corporis proceritatem, sed inenormem, hoc est, moderatam, non immodicam: et ob hoc decoram fuisse gracilitatem, sed succosam, ut ita ex contrariis fiat temperamentum formositatis. Tale enim corpus habiliissimum est, ut ait Corn. Celsus: nam longa statura, ut in juvenia decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile autem corpus infirmum, obesum, hebes est. Talis statura quadrata ab eruditissimis nuncupatur, de qua scripsimus in x. commentario apud Suetonium: qui tradit, Vespasianum fuisse statura quadrata. *Inenormis* significatur non enormis: hoc est, non nimia, neque immodica. Cic. in Topicis: 'privativa' appellat, quæ Græcè *στερητική* dicuntur, in quibus adjecta est præpositio *in*: hæc enim syllaba cum fuerit apposita, demit fere aliquid ex ea vi quam esset res quælibet habitura, si *In* syllabam præpositam non haberet: ut humanitati 'inhumanitas,' dignitati 'indignitas.' *In* namque adposita id de quo dicitur humanitate ac dignitate privavit. Unde et Boëtius scienter, hanc orationis particulam 'privatoriam' syllabam vocat, in quarto commentario Topicorum. Sicut autem *enormis* dicitur grandis et prolixus, ita *inenormis* proceritas significatur statura quidem longa, sed non enormitate deformis, et quæ mediocritatis temperamento decora sit. Consimiliter 'gracilitas

succulenta' dicitur, cum neque nimis gracile, neque nimis obesum corpus est: quæ res hominem venustat. 'Succulentum' dicimus succo plenum, et quasi succosum: quod tamen neque obesum aut pingue sit: qualis habendo laudatur. Sidonius Apollinaris tradit, Theodericum regem fuisse collum non obesi, sed 'succulenti.' *Beroald.* *Insuper proceritas*] *Laetianus* in de Saltat. *Μῆνις ὀφθαλμοί, καὶ πρὸς τοῦ μετρίου διαμέγεθος, μήτε ταπεινὸς καὶ ταπεινὸς τὴν φύσιν, ἀλλ' ἑμμετρός διαμέγεθος.* Sidonius de Theodorico: 'Corpore exacto, longissimis brevior, procerior eminentiorque cæteris.' 'Decoram proceritatem' Tacitus *Annal.* dixit. Ejusmodi vocant Græci *κακωνοσμήνην ἡλικίαν*: de qua, et id genus cæteris exactam venustatem implentibus, videantur quæ ad predictam Sidonii Epistolam annotavit in de *Pictura Veterum*, eruditione, vitæque integritate vir illustris, Franciscus Junius. 'Insuper proceritatem' antem dum dixit Noëter, Suetonium sectatus est. De Vitellio ille: 'Erat quim in eo enormis proceritas.' *Pric.* *Succulenta gracilitas*] *Maximianus*; 'Quærebam gracilem, sed non quæ macra fuisset.' *Lucianus* in de *Gymnasia.* *Τὴν ἔξω οὖν βαρὺς καὶ κατασπαρμένης, οὖτε περιελαθὴς εἰς βάρος· ἀλλ' εἰς τὸ σύμμετρον περιγεγραμμένος.* Idem ibidem: *Οὖτε πολὺσαρκος, οὖτε εἰς υπερβολὴν λεπτός.* Et in hac medietate laus. *Celsus* II. 1. 'Gracile corpus infirmum, obesum hebes est.' *Idem.* *Ruber temperatus*] *Plinius* I. *Epist.* 14. 'Facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusus.' Sidonius ubi supra: 'Lactea cutis, quæ propius inspecta juvenili rubore suffunditur.' *Statius*: 'Purpureo suffusus sanguine candor.' *Petronius*: 'Mellea purpureum depromunt ora ruborem, Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis.' *Servius* ad *Æn.* VIII. 'Formosus dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.'

Ita locus ille corruptissimus emendandus. *Theophylactus Simocatta*: *Αἱ παλαιαὶ οὖν κατέφθοροι, γυναικίδες γὰρ οὖτε πάλιν ἐχρόσθητι τὴν εὐπρέπειαν ἐκαστήγως.* *Idem.* *Ruber temperatus*] *Galenus* de *μικροτέχνη*, inter signa crasæ, hoc est, complexionis, vel (ut Latini loquar) constitutionis bonæ, enumerat colorem ex rubore candoreque concretum, capillos flavescētes, et modice crispes. *Beroald.*

Flavum] *Flavi capillitii* magna olim cura, magnus honos. *Statius* *Achil.* I. vs. 162. 'Fulvoque nitet coma gratior auro.' *Ovidius* de *Cydis*: 'Hoc faciunt flavi crines et eburnea cervix.' et lib. II. *Fast.* de *Lucretia*: 'Forma placet, niveusque color, flavique capilli.' *Elmenh.*

Capillitium] Coma et capilli. Sic enim a 'capille' dicitur 'capillitium': ut a 'famulo' 'famulitium,' a 'satellite' 'satellitium.' *Beroald.*

Inaffectatum] Ipse in *Apologia* capillos sese habuisse tradit non amenes ac delicatos, nec ad lenocinium decoris promissos, quales *affectati* dicuntur, cum affectatione quadam et cura studiosè colantur ab his qui (ut ait *Seneca*) 'soliciores sunt de capitis sui decore quam de salute: qui inter speculum pectinemque occupati sunt, qui concinniores esse maluit quam honestiores, qui rempublicam suam turbari minus curarent quam comam.' *Archigenes* medicus *cosmotica*, hoc est, medicamenta ad capillos venustandos composuit: quibus docet, flavos et crispes capillos *Seris* spuma calis, myrrha commixta. *Galenus* quoque non parum multa commemorat *cosmotecorum*, quæ nigricant, candicant, rufiant capillos: quæ *feminarum effeminatorumque* peculiaris cura est: atque vidisse mulieres complures immodica affectati capillitii curiositate defunctos, cum caput hujusmodi pharmacis medicamentisque letifera frigiditate vexant. 'Calliblephara' dicuntur a

Græcis, et a Plin. nostro, medicamenta, quibus oculorum palpebræ et supercilia venustantur, et capilli inflectantur: quod et alibi annotavimus. *Idem.* Flavum, &c. *capillitium*] Infra lib. x. 'Flavia crinibus usquequaque conspicuus.' In Veterum Cataleotis: 'Capillulos, Flavos, lucentes ut aurum nitidum.' Tertullianus de Cultu femini. cap. 6. 'Ecce (inquiunt) pro albo vel atro, flavum facimus gratiæ faciliorem.' Herodianus de Commodo: *Κόμη ἦν φέσκει ξανθὴ καὶ οὐλῃ.* Ælianus de Atalanta: *ξανθὴ ἦν ἀπὸ τῆς ἡ κόμης, οὗ πολυπραγμοσύνη καὶ βαφαίς, καὶ φαρμάκων, ἅλλ' ἦν φέσκεις ἔργον ἢ χρῶδι.* 'Inaffectatum' heic est, quod in re simili Petronius 'suo flexum ingenio' vocavit: vel (ut Noster de hoc ipso capillitio suo in Apologia) 'ad lenocinium deboris minime compositum.' *Pric.*

Oculi cæsi] Cærulei, viridisque coloris. Cæsius enim color viridis cæruleusque significatur, quem et alio nomine 'glancum' nuncupant: a Latinis veteribus 'cæsia' dicta est, quæ Græcis 'Glancopis' dicitur: ut Nigidius ait, de colore cœli, quasi 'Cœlia.' Catullus 'cæsiutn' leonem appellat, a colore oculorum cæruleo. Corn. Celsus in vii. 'Pupillæ,' inquit, 'color vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba sit.' Aristot. in primo de Animalibus, cæsiutn in oculis colorem alius esse tradit, alius caprinum, quod morum optimorum indicium est, et ad cernendi claritatem primatum obtinet: et hoc est quod intelligi voluit Plin. cum ait in xi. conditos oculos clarissime cernere, sicut in colore caprinos. *Beroald.*

In aspectu micantes prorsus aquilinos, quoque versum floridi] *In aspectu* verissime exhibent Mss. omnino omnes et Ed. Junt. post. pro quibus duabus vocibus male Vulc. Ed. sec. sive Scaliger et Wow. junctim expresserunt *inaspectu*, sive intuitu. 'In aspectu' passive significare potest 'cūm

adspicias,' ut apud Vitruv. l. iii. præf. 'Non sunt industria neque adparentia in adspectu.' Male ibi exsulat præpositio ab Ed. Lætitii. l. vii. c. 3. 'Fulgentes in adpectu imagines.' Hygin. Astron. l. iv. c. 16. 'Ξρίβου tetus scato lumine, sed in adpectu non magnus.' Sic enim Mss. et Ed. Munker. non *adspæctum*. Ad hæc *non* exsulat ab aliis, et in Cod. Voss. scribitur, i. a. *nagnus*, forte *nagnus*, *μυκρός*. vel active, per frequentem præpositionis pleonasmum, de ipsius Lucii adpectu, ut hic aumen- dum esse probat adject. *aquilinum*; ut apud Silium l. viii. 564. 'Flagrabant lumina miti Adspæctu.' Plura e Nostro vide apud Pricæum, qui monet, nonnullos legere in *adspæctum*, de quo vide ad pag. 32. 'In adspæctum dirige.' Sed hos ego nullos scio. Sed ante Vulc. Ed. sec. legebatur vulgo, in *adspæctus aquilinos*, vel corrupte, ut in Edd. Junt. pr. Aldi, *aquilonis*. Sic enim viri docti in Mss. invenerunt *aquilinos*, quod exstat etiam in D'Orvilliano, putarant, se emendasse, dum pejus corruerunt. *Aquilini* exaratur etiam in Palat. Reg. Oxon. Guelf. probante Pricæo, nec male. Sed aliud quid latere videtur, atque ad sequentia pertinere 'quoque versum floridi;' ut quidem est etiam in Ms. Palat. Guelf. (in quo *versum*) et Par. rescripsitque Colvius: quum in prioribus Edd. item Mss. Bertin. et D'Orvill. a manu sec. sit *floridus*: quod vel ad ipsam Lucium, vel ad ejus incessum referebat duriuscule Beroaldus. At varis lectiones *aquilino*, *aquilinos*, &c. moment aliud ab Appuleiana esse manu. Inque optimis membranis Florentinis invenitur, *aquilino*, *os q. v. floridum*, et in Pithæano etiam, *aquilinos q. v. floridum*. Hinc opinor rescribendum: in *adspæctum micantes, prorsus aquilini; os quoque versum floridum*. Adi me ad Suet. Aug. c. 79. et de 'florido ore' Broukh. ad Tib. l. 1. 16. Porro pro *micants*

in Bertin. est *mutantes*, in Reg. *minores*, quod nescio qui probare poterit Roaldus. *Micacore* posset verum videri: uti ait Elmenh. scribi in Codd. lib. x. p. 234. 'Oculis' (Minervæ) 'in aspectu micacibus.' Sed falso. Nam *micacibus* illic habent et bene: ut illic videbimus. Lib. III. p. 56. 'micantibus oculis.' Lib. v. p. 109. 'micantium oculorum.' Adi Pric. Sil. lib. XI. 341. 'lumenque corusco Igne micat.' Oud. *Micantes*] Fulgentes et mobiles. In *aspectu aquilino*] Aquila clarissima oculorum acie præcellens est, ut Plin. in x. et Appuleius in *Floridis* prodiderunt: unde 'aspectus aquilinus' dictus, quo acutissimus clarissimusque significatur. Antiqui aquilum colorem, qui est fuscus et subniger, ab aquila dictum esse autmant: alii ab aqua denominaverunt, cujus incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus: 'Aquila,' inquit, 'acie oculorum valens sedulo advolat.' Halietus, quod aquilarum genus est, et interpretari potest marina aquila, inter cæteras clarissima oculorum acie præditus est: pullosque adhuc implumes cogit intueri adversus Solis radios; et si conniventem flentemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum ac degenerem: illum, cujus acies firma contra steterit, educat. Hoc intelligi voluit Silius, cum ait: 'Phæbea dubios explorant lampade fœtus.' Beroald. *Oculi in aspectu micantes, &c.*] Maximianus: 'Grata, micans oculis, nec minus arte placens.' Pollux II. 4. 'Ὀφθαλμοὶ λάμποντες, φωσφόροι, &c. μαμαργαὶς ἀφίοντες, ἀγλήν, αὐγήν. Rectum autem, in *aspectu*, non *aspectum*, ut nonnulli legerunt. Interpret vetus Judith. XI. 19. 'Non est talia mulier super terram in aspectu,' &c. Infra hic lib. x. 'Oculis in aspectu micacibus.' Et XI. 'In humano jam meo aspectu attonitus.' Τὸ in abundat. Pric. *Prorsus aquilinos*] Melius

Oxon. Ms. *aquilini*. Idem.

Quoquo versum floridus] Ex omni parte corporis speciosum, et decenter amabilem Appuleium fuisse significat, et hic erit distinguendum, ut *floridus* ad hominem referatur. In hanc sententiam est illud Tibulli, in laudem Sulpitii depromptum: 'Plam, quicquid agit, quoquo vestigia movit, Componit furtim sequiturque decor.' Potes connectere et cum subsequenter, ut ita sensus ordinetur: Quoquo versum floridus incessus. Post laudationem superiorum membrorum, laudatur et incessus, ex eo quod floridus esset, nec affectatus: quancunque in partem vestigia moverentur: 'impudicum' enim, ut inquit verissime Seneca, 'ostendit incessus, et relatus ad caput digitus.' M. Tul. præcipit in primo de Officiis, cavendum esse, ne incessu molliorem simus, ne similes pomparum ferculis videamur. Quin etiam in Decretis canonicis, d. XL. monentur sacerdotes, ut incessu ornati sint, ut gravitate itineris mentis maturitatem ostendant. In compositio enim corporis, ut August. ait, qualitatem indicat mentis. Unde Sallustius inter cætera hoc quoque Catilinæ probro dedit, quod ejus incessus modo citus, modo tardus foret. Laus ergo incessus in homine est, ut immeditatus sit, neque affectione infractus, suspensusque. Scribit Julius Firmicus, eos, qui Pleiades habent in horoscopo, molliter ambulantes vestigia suspendere; eosque pœnitere, quod viri nati sint. Ambrosius olim clericum, ne sibi unquam præiret, commonefecit: quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos sanctissimi hominis feriebat, qui mox ab ecclesia recessit: in cujus incessu lucebat imago quædam levitatis, scurrilisque discursatio. Gressus autem probabilis est, ut idem Ambros. refert in primo de Officiis, in quo sit species auctoritatis, gravitatis pondus, tran-

quillitatis vestigium. *Beroald.*

Immeditatus] Edidit Scriverius, *sed immed.* Cur ergo supra non reposuit, *flavum, sed inaffectatum capill.* ubi eodem modo copula et inseritur? Cave vero mutes *immeditatus*, licet in Oxon. et Ed. Vicent. sit etiam *immediatus*. In Flor. N. 17. 'Avium immeditatos sonores:' nbi olim idem vitii, male defensum ab Er. Puteano, insidebat. *Oud.* *Immeditatus incessus*] Ovidius: 'Est et incessu pars non temenda decoris.' Cantic. Solomonis 7. 1. *Τὶ ὁραῖσθῃσαν διαβήματά σου ἐν βροδῆμασι σου!* In veteri Epigrammate: 'Sermone lepidio, tum antem incessu commodo.' Cicero 1. de Officiis: 'Cavendum est, autem ne aut tarditatis utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus nimias suspiciamus celeritates.' Idem 11. de Finibus: 'Si vultum, si incessum fingeres, quo gravior viderere.' 'Composita gravitate incedere,' Ammianus ib. xxviii. dixit. *Pric.*

O Luci] Abest exclamandi particula ab Edd. Bas. Colv. Wow. contra *Ms.* Sed et p. 23. 'O Luci carissime.' p. 24. 'O Luci.' Lib. xi. p. 255. &c. Eadem varietas in *Ms.* quoque lib. 111. p. 56. et lib. v. pag. 126. Ceterum Barthius lib. xxxiii. Adv. cap. 23. nomen *Lucii* putat esse amatorum aut amasionum, adlato Terulliani loco in Apol. c. 8. 'Qui juvenis, quam Lucius, quam amasius.' At Cl. Haverk. ibi legit *pucius* vel *pucius*. *Oud.* *Ego te Luci meis istis manibus educavi*] Aristænetus 1. 26. *Τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, ἣν τοῖς ἐμοῖς ἀγκύλαις ἀνέτρέφον.* Infra hic lib. vi. 'Adolescentem istum, quod meis manibus alumnatus sit, profecto scitis omnes.' Vide ad Act. 20. 34. notata. *Pric.*

Quid ni] Dictio comica est, quæ significat, cur non? Hor. 'Militia est potior quid ni? concurrat hora Memento.' *Beroald.*

Non modo sanguinis, verum alimentorum etiam socia] Lib. iv. 'Meus aliqui consobrinus, mecumque primis ab annis nutritus et adultus.' *Pric.*

Socia sui] Recte viri docti ejecerunt denno *sui*, uncia a Scriverio inclusum: licet Lipsiano codici suffragetur D'Orvill. Sed in Pith. est *sociam*: unde vir doctus conjecit *socium*. In Oxon. *etiam alim.* *Oud.*

Nam ex familia Plutarchi ambas prognata sumus] Voluit dicere, 'Genus ambarum se sanguine findit ab uno.' *Γένος δὲ μοι ἐνθ' ὅθεν ὅθεν σοι.* *Idem.*

Et eandem nutricem simul bibimus] 'Ομογάλακτες Arist. lib. i. Polit. eodem lacte nutriti, collactanei. *Brant.* Sic et *ὁμογάλακτοι* Longo in Pastor. lib. iv. p. 111. Male in Regio, Fux. *eadem nutrice vicinus.* Ceterum videtur *nutricis* vox de mamma posse capi. Adi P. Victor. lib. xx. Var. cap. 5. Barth. lib. xxxiii. Advers. cap. 12. Pier. ad Virg. lib. 111. Georg. 55. Is. Voss. ad Catull. Nupt. Pel. et Teth. vs. 18. 'nutricum tenuis.' Nec tamen ita hic sumas necesse est. *Oud.* *Eandem nutricem*] Idem lac nutritum hausimus. Vult intelligi, se fuisse collacteos. 'Collacteus' enim dicitur, qui uno eodemque lacte educatus est: auctor Caper grammaticus. *Beroald.*

In nexu germanitatis, &c.] Hieronymus: 'Individua mihi germanitatis caritate connexus.' Anmianus xxii. 'In nexum germanitatis a Maximo dilectus.' 'Necessitudinem germanitatis' Arnobius iv. et Lactant. vi. dixerunt. *Pric.* *Innexu*] Vinculo: una dictio est. *Beroald.*

Una coaluimus] Simul crevimus, adolevimusque: hoc enim significat 'coalescere': sicut 'inolescere' est coagmenti, 'exolescere' evanescentis, ut docet Agretius. *Idem.*

Aliud nos quam dignitas] Bas. pr. pro *quam* dat *præter*, quod valet *præterquam*, ut Libr. *περὶ ἐμπνεύσεως* 645. Ed. Flor. 'Præter quod acce-

pit: et alibi sapius. Vide ad Cma. lib. i. B. G. c. 5. 'Præter quod secum portaturi essent.' Sed in ceteris nulla est varietas. Oud.

Discernit] Disceparat, disjungit. *Hæc*] Mater scilicet Appuleii. *Beroald.*

Christinus] Nam proconuli nupta? num prædidi? num senatori? Hi passim et præcipue in juri nostri libris *Clarissimi* vocati. *Colo.*

Privatas nuptias] Semel positum *nuptias*, his debemus accipere: ut sit sensus: illa mater tua clarissimas nuptias fecit, ego vero privadas nuptias. Fœminæ autem nubentes clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur: ut scribit Ulpianus. Radiis enim maritorum consurgere uxores dicuntur. *Beroald.*

PAG. 22 *Byrrhena*] Lucianus pag. 342. καὶ φησιν, ὅτι 'Ἀβροῖα ἐμὴ, εἴτινα τῆς οἷς μητρὸς φίλων ἀκούεις, καὶ ἐμὰς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γινόμενους φίλους, ὅσους οὐκ ἐκείνη αὐτῇ. οἱ οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλβεῖς, ὃ τέκνον; ἀλλὰ σοὶ μὲν, ἔφη, πολλὰ χεῖρας' αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀντὶ φίλων ἐγκαλῶν, ὅτενα φεύγων τὴν ἐκείνου οἰκίαν. ἀλλὰ τῇ γυναικί, ὃ φιλότατη, κατέργομαι παρὰ σοί. τοὶ δὲ, ἔφη, καὶ κατὰ γῆ; παρὰ Ἰνπέρην τῇ φιλαργίᾳ, ἔφη; μηδαμῶς εἶπον, ὃ μήτηρ, τοῦτο εἶπες. λαμπερὸς γὰρ καὶ πολυτελής γέγονεν εἰς ἐμὴ, ὅστε καὶ ἐγκαλῶμαι ἂν τις τῇ τρυφῇ. *Etimæh.* *Byrrhena illa*] Apud Lucianum consimilis matrona 'Ἀβροῖα, hoc est, Abroæ, nuncupatur, quæ amicam familiaremque Luciani matris sese fuisse demonstrat. *Beroald.*

Educatores] Non solum ergo mulieres, verum etiam viri educandis pueris olim adhibiti. Noster lib. x. 'Ad quemdam compertæ gravitatis educatorem senem protinus refert.' Imperator Institut. lib. i. Tit. qui et ex quib. cau. man. non po. 'Veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem,

aut educatorem, alumnus alumnamve, aut collectaneum manumittat.' *Colo. Educatores*] Glossæ: 'Τροφῆς. nutritor, educator,' &c. In lib. vii. de manumiss. vindict. 'Si collectaneus, si educator, vel capsarius.' Infra hic lib. x. 'Ad quemdam compertæ gravitatis educatorem.' *Prio.*

Fiducia] Cum fiducia, hoc est, fidentor, et, ut vulgo dicitur, fiducialiter. Lucianus in hanc sententiam: τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλβεῖς; id est, quid igitur apud me non devorteris? *Beroald.* *Accede itaque hospitium fiducia*] In Plautin. Tracul. 'Cur obsecro ante ostium pro ignoto alienoquæ adstas? I intro: haud alienus tu quidem es.' *Fiducia* nomen est pro verballi. Sic in vet. Onomast. 'Fiducia, τὸ ἀσφάλειον.' Addit Byrrhæna, 'imo proprium Larem.' Apud Plautum Menechm. 'Mihî mira videntur Hic te stare foris, fores cui pateant Magis quam domus tua, domus cum hæc tua sit.' In Ejsdem Mostellaria: 'Perambula sedes oppido tanquam tuas.' *Prio.*

Sermonis ipotus mora rubore digesto] 'In verba jam fidentior,' ut infra lib. ix. loquitur. Ovid. vi. Metam. 'Subitusque invita notavit Ora rubor, rursusque evanuit, ut solet aër Purpureus fieri, cum primum aurora movetur, Et breve post tempus candescit Solis ab ortu.' *Idem.* *Rubore digesto*] Sequestrata verecundia, et depulso rubore, qui faciem occupaverat. *Beroald.*

Inquam, parens] Malit *Prærens*, inquam, mi parens: ut alibi. Sed lib. i. in f. 'Remoto, inquam, joco, parens optima, dic: deî officii officii Fux. Oud. *Parens*] Mater: reverentiæ nomen: sic et Lucianus, ὃ μήτηρ. *Beroald.* *Absit, inquam, parens ut Milonem hospitem, &c. deservam*] Cicero de Verre: 'Hæc ut audivit,' (de pulchra nempe Philodami filia,) 'sic exarsit, &c. ut statim ad Philodamum migrare se velle diceret. Hospes Ja-

nitor, qui nihil suspicaretur, veritum ne quid in se offenderit, hominem summa vi retinere cepit.' Theophylactus ad 10. Matth. ubi de Christo discipulos emittente: Καλεῖται προσέρων, καὶ μὴ ἐξ οὐδὲς οὐδὲν ἀμείβων, ἔω, &c. δέξαι τοὺς πρῶτον δεξαμένους ἑσθίτω. Pro parens, melius mi parens legas. Infra lib. iv. 'Parce, inquam, mi parens,' &c. Sic ix. 'mi horilis.' *Prie.*

Officis integris] Tanquam officium mutiletur, si hospes deseratur. *Beroald.*

Quoties] Ita malui cum Ed. Junt. post. et viris doctis aliorum auctorum editoribus; licet in Mss. ubique a addatur librorum more, ut sit multis vocabulis, de quibus ad Casarem dixi. *Oud.*

Apud te devortat] Perperam apud exstat ab Ed. Junt. pr. In Ms. D'Orv. Gaelf. est *divortat*, Fax. *devortat*, in Ed. Wow. *divortat*. dev. esse scribendum hoc sensu, constat inter eruditos. Mox hujus sine modi prave D'Orv. et et aſſibi. Vide ad lib. ii. p. 28. m. p. 54. *Idem. Devortat*] Verbum est hospitale: sic et Plautus in Psendolo: 'Ego devortor extra portam huc in tabernam.' *Beroald.* *Quoties itineris hujus ratio nascitur, nunquam erit ut non apud te divortat*] Vide 4 Reg. 4. 8. apud Latinum Interpretem. *Prie.*

Altercamur] Altercationem quasi quandam usurpamus, vicissatim intendentes, depellentesque. *Altercari* pars est rethoricæ disciplinæ, constans aut intentione aut depulsione. Præcipit Quintilianus in vi. ut bonus altercator vitio iracundiæ careat, et ne turbidus et clamosus sit. Valet in altercatione plurimum acumen. *Beroald.* *Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur, &c. ad domum Byrrhenæ pervenimus*] Infra lib. vi. 'Dum sic mecum fustem quatens benignus jocatür comes, jam domus eorū extremam lorica perveneramus.' Ibi-

dem: 'Dum secum mitissimi homines de mea nece altercantur, jam ad domum perveneramus.' Achilles Tattius lib. vi. Ταῦτα διαλεγόμενοι, παρήσαν ἐπὶ τὸ τῆς Δευσιππῆς θαλάμιον. Philostratus III. 15. Διαλεγόμενοι κατὰ τῶν δρωμένων, ἐποῖα εἰλόθησαν, ἀφικόμετο ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Scholiastes ad Plutem Aristoph. Παραπαραγραφὴ ἐπὶ εἰς τὴν οὐκίαν ἐβόησαν, τοὺς δὲ λόγους ἀκούοντες πάντας ἐν τῇ ἐσθῇ ἔλεγον. Lucianus Icaromenippo: Τοιαῦτ' ἔργα διακίδοντες, ἀπαυσιμῶς ἐς τὸ χωρίον ἔθου θει ἀπὸν καθέστησαν, &c. Virgilius: 'Talibus inter se dictis, ad tecta subibant Panporeis Evandri.' Terentius: 'Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum venimus.' Plutarchus Conviv. 7. Sapient. 'Ἐν τοιοῦτοις λόγοις γασόμενοι καὶ ὄδον, ἀφικόμεθα πρὸς τὴν οὐκίαν. Seneca de Vita brev. cap. 9. 'Sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio, iter facientes decepit: pervenisse se ante sciunt quam appropinquasse.' Vide Luc. 24. 28. *Prie.* *Jam ad domum Byrrhenæ pervenimus*] Propertius: 'Et jam ad mandata venimus ecce domum.' *Idem. Sermonem altercamur*] Mutarunt in *alternamus*, at injuria. Glossæ: 'Altercatio, &c. ἀμοιβαῖοι λόγοι.' Sic 'sermonem altercabilem conserere' apud Arnobium. *Idem.*

Atria longe pulcherrima, columnis, &c.] Ammianus lib. xxii. 'Atriis columnaribus amplissimis.' *Idem. Atria longe pulcherrima*] Descriptio est Byrrhenæ domus; cujus atria cum primis extollit, quæ proxima jannis sunt. Indicat M. Tul. epistola quadam ad Quintum fratrem, atriolum quasi minusculum atrium fieri solitum in majoribus ædificiis, in quibus est atrium majus. Atriorum longitudo quomodo formari debeant, docet Vitruvius. Grammatici atrium ab Adriaticis populis, sive ab atro fumo deduci autmant. Græci in ædificiis non utebantur atriis. *Beroald.*

Columnis quadrifariam stantibus] Quadratum atrium fuisse significat: sicuti in magnis domibus cavum ædium, peristylonque conspiciamus. *Undique columnis septum:* quæ quadrifariam, hoc est, in quatuor partes excurrunt. Columnæ autem in angulis stantes, hoc est, ultimæ, dicuntur *antes*, quibus fabrica maxime sustentetur. Præcipit Vitruvius in III. columnas angulares crassiores faciendas esse quam medianas, propterea quod graciliores esse videntur aspicientibus. Columnarum genera quatuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, et Corinthiæ, quæ cæteris graciliores: præter has sunt Atticæ, quæ ternis angulis quadratæ. Græci *στέλον* columnam dicunt. Inde *te-trastylon*, *decastylon*, a numero columnarum. Inde et *pycnostylon* dictum ædificium, in quo densæ spissæque sunt columnæ. *Idem.*

Attollebant] Accedunt Mss. Becichemi Ep. LXXIV. D'Orv. Oxon. Par. cum Edd. Scal. et Scriv. quod non temere proserihere debuerat Pricæus. Recte N. Heinsius mutavit sententiam, qui olim conjecerat *alternabant*, adscriptis Ovidii et Nostri exemplis. Lib. III. Trist. I. 61. 'Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis:' et inf. pag. 31. 'Frequens alternat poculum.' Passim enim *tolerare* pro *ferre*, *gerere*, *tenere* usus est Appuleius; (vide Indicem;) et atria non tam attollunt statuas, quam sustinent et gerunt in suo vacuo ambitu. In Pal. etiam Guelferb. Bertin. ac Pithæano est *ac tolerabant* vel *tollerabant*; ut sub prioribus intelligas *erant*. Sunt Edd. quæ distinguant post *statuas*; quæ vel sic capiendæ sunt Victoris signa. Quomodoque vero distinguas, perperam *facies* dicuntur *inherere* et *credi volare*, et omnino opinor corrupta esse *facies quæque*, ut ante Stewechium, vel *facies quæque*, nti dein editum fuit, et videtur in Mss. esse plerique, sive

in quamcumque partem. Lib. VI. p. 127. 'quaqua decideres:' si quidem hæc ibi vera est lectio. Lib. XI. p. 240. 'quaqua tamen palmæ perfuebat ambitus,' dein p. 267. 'Quaqua tamen viseres:' et sæpissime. Adi etiam ad p. 26. 'Eximie quaqua feminæ:' ad lib. XI. p. 262. 'Quaqua raso capillo.' Verum pinne non explicantur *quaqua*, sed *utrimque*. Guelferb. simpliciter habet *que*, in Ms. Pith. *quæque*. Par. Anglico legitur *faciemque* p. Hinc forsitan legendum: *attolerabant statuas palmaris Dea faciem, quæ* p. per vulgarem Græcismum pro *facie*, vel in *faciem*: quod forsitan reponendum. Plura de eo ad finem libri III. 'In asini faciem fœna rodebam.' Si quis vel sic *quaqua* retinendum putet, legat, *quæ pinnis quaqua expl.* Heinsio vox *facies* etiam corrupta videbatur. Oud. *Deæ palmaris]* Victoria significatur, quæ a palma arbore 'Palmaris' nominatur: quam in certaminibus victoriæ signum placuit esse. August. in IV. Victoris Deæ meminit, quæ favente et propitia, ait gentes omnes subditas futuras, etiam Jove feriato. Idem, alibi ludens, vel potius illudens ait: 'Si Victoria Dea est, cur Deus non et triumphis et victoriæ jungitur, vel maritus, vel frater, vel filius?' A palma quoque manus dicitur 'palmaris,' ut apud Quintilianum 'in pariete palmato.' 'Palmare' vestigium dictum, quod ex palmæ impressæ nota factum sit. Bernold. *Attollerabant statuas, &c.]* Scribe *attollebant*. Sic infra VIII. 'præcatus sudes attollebant:' et ibidem: 'vacuam faciem attolle.' Iterum: 'Attollentes immanes gladios:' et XI. 'Attollens canis cervices arduas.' Pric.

Pinnis explicitis] In singulis columnis angularibus singula erant simulachra Victoris, ex lapide effigata: tam fabre, tamque eleganter, ut pennis expansis volare viderentur. Idque decenter: figuratur enim Victo-

ria alata, pinnataque. Unde et 'præpes' est cognominata a poetis. Victoriolas aureas simulachrorum porrectis manibus sustineri solitas, M. Tullius Valeriusque notificant. *Beroald.*

Sine grassu pilæ] Vulgo hæc exponunt, absque motu pilæ rotundæ: satis frigide, et sine sensu, ut arbitror. *Beroaldus* legit *volubiles*, i. e. volatiles facies, dum tamen pilæ maneat immobilis. Inepte, si quid video; et tamen ita maluit etiam *Grossetus*, et ediderunt *Colvius* et *Wowerinus*, immo *N. Heinsius* coniecit: *niscæ grassus pilæ volubiles, et inst.* *Pilæ volubilis* dicitur globus seu σφαῖρα rotunda, quæ quasi circumvolvi videtur, ut jam vidit *Colvius*. De dogm. *Plat.* l. 1. 'Vicenalis sphaera: hujus forma fluida et volubilis.' ut legi debet. *Virg. Æn.* vii. 383. de turbine puerili: 'mirata volubile baxum.' *Veget.* lib. iv. cap. 8. 'Saxa maxima pendere formaque volubili.' Cap. 17. 'Rotæ lapsus volubilis.' In *Guelferb.* sic *est grassus*. Ut in *Fuxensi*, sic in *Regio Cod.* est *supergrassus*, rectius sane, nisi illa glossa sit vel explicatio verioris lectionis in *egressus*; ut coniecit *Lipsius* ad oram *Ed. Colv.* et alius vir doctus ad *Ed. Juntin.* ac *Schlickeratus*. Quod expono, 'in fine et margine rotundi globi, columnis inpositi, quasi pendentes statuz.' Quales *Victoriæ* effigies seu sigilla frequentia sunt. Vide *J. Suetii Antiq. Neom.* p. 140. ac passim in nummis occurrunt. Vide et *Lil. Gyrard.* *Synt.* x. de *N. D.* Similis fere est *Phædri* descriptio de Occasione lib. v. F. 8. 'Cursu volucris pendens in novacula.' vel *Fortunæ*, quæ 'fluxa pilæ credit vestigia' apud *Avien.* in *Arat.* p. 89. *Ed. Grot.* de qua vide *Salm.* in *Plin. Exerc.* p. 872. et *Heinsius* apud *Barm.* in *Catal. Lat.* tom. i. p. 195. *Ampel.* cap. 8. mirifice narrat: 'Inter columnas est *Victoria* ferrea pendens sine aliquo vinculo in aëre ludens.'

Et sic quatuor statuz *Victoriæ* ταντάρι: πάρος describuntur, eis 'Ολυμπον καὶ θάλασσαν, καὶ εὐρόφορον γραπτόν τόπος, *Gaii Romani* in *Anthol.* lib. i. p. 104. *Ed. Brod. Oud. Pilæ*] *Columnæ*: a 'pilæ' sit adverbium 'pilatim,' quod per *columnas* significat: quo utitur *Vitruvius. Beroald.* *Volubiles*] Laus structuræ, ut volubiles volaticæque viderentur effigies *Victoriarum*, cum tamen pilæ essent stahiles. *Idem.* *Grassu pilæ volubilis*] *Chrysostomus Orat.* i. de *Dea* ista: *Οὐ μὲν ἐπὶ ξυποῦ ἀντήν, οὐ δὲ ἐπὶ τῆς σφαίρας.* et post: 'Ἡ δὲ σφαῖρα (μυνηθεὶς) ὅτι εὐκολος ἢ μεταβολὴ ἀντὶς ἐστὶ. *Pric.*

Plantis roscidis decitantes] *Rosidis Fux.* In *Oxon. decitantes*. Nihil muto, et expono cum *Indice Elmenh.* 'deproperantes' a 'citare.' *Sopinius* explicabat 'devolventes.' *Beroaldus* inepte decorantes, et venustantes, quasi frequentativum a 'decere.' *Divinarat Heinsius*: *plantis procius testantes* vel *cernuantes* vel *titubantes* vel *cespitanes*. In *Guelferb. plantisque r.* *Oud. Decitantes*] Nove dictum, sed eleganter: pro eo quod est decorantes, venustantesque. Forma frequentativa, ab hoc verbo 'Decet,' 'decitat:' unde *decitantes* inclinavit. *Beroald.*

Nec ut maneant inhaerent, et jam volare creduntur] *Lege: at jam.* Non ita (inquit) inhaerent pilæ illi, ut infixæ maneant, at tali arte exprimuntur, ut jam volare credantur. *Virgil. Æneid.* viii. 'Ipsa videbatur ventis Regina vocatis Vela dare, et laxos jamjamque immittere funes.' ubi *Servius*: 'Jamjamque, scilicet aviditate fugiendi: et bene jamjamque addidit, quia tempus operis in pictura declarare non poterat.' Alibi *Virgilius*: 'Orpheaque in medio posuit, sylvasque sequentes.' ubi *Servius*: 'Non secutas, sed, quasi adhuc sequentes, ut artificis peritiam laudet.' *Pric.*

Ecce lapis] Ad. Beecichem. Ep. 78. 74. et viros doctos ad Tacit. Ann. lib. xii. cap. 47. Sed *e contra* medii mvi est Latinitas, ac barbarorum sordes olet. Vide Burm. ad Virg. *Æn.* i. 78. Nec video, quid hic illud *contra*, ut est in Ed. Scriv. vel *e contra*, quod est in omnibus Edd. ante Colv. sibi velit. *Ecce* dant Mss. tantum non omnes: quare puto, Auctorem hic quoque, ut sexcenties, reliquisse: *Et ecce lapis*. Vide lib. i. p. 3. 12. 13. 17. 19. 20. et plura congesta ad lib. iv. p. 78. 'Et ecce plurimi:' ubi itidem, ut alibi, copula erat elapsa. Confunduntur quoque *ecce* et *contra* p. 26. 'Et contra Solis aciem.' Oud. *Lapis Parius*] Paros insula est una ex Cycladibus, marmore nobilis: quæ primo Plateam, postea Minoida vocaverunt: auctor Plin. in iv. Idem scribit in xxxvi. marmor Parium fuisse candidum, ceptumque appellari lapidem Lychnitem, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur. Ob candorem lapidis Parii Virg. 'niveam' Paron appellavit, qui alibi quoque ait: 'Pariisque lapis circumdatur auro.' De lapide Pario sic refert Strabo in x. Paros lapidem producit, quem 'Parion' appellant, ad marmoreas sculpturas aptissimum. Quintil. in ii. 'Etsi Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallet rude.' Ex Paro fuit Archilochus poëta, iambici carminis repertor. Mendum est apud Strabonem, apud quem non Archilochus, sed Antilochus, Parius fuisse legitur. Ob hoc dixit Horatius in Epistolis: 'Parios ego primus Iambos Ostendi Latio.' ubi exposuit Porphyrio, 'Parios iambos' dici quasi Archilochos: quia Parios fuit Archilochus, iambici carminis repertor. *Beroald.*

In Dianam factus] Oxon. *Diana*. Sed contra Nostrum stylinm. p. 33. 'Succinum cavatum in capides.' ibid.

'Gemmas formatas in pocula:' et similia passim. In notis N. Heinsii ad Valer. Flacc. lib. v. 188. citatur *fractus*, typhothetarum, credo, vitio. Nam ipse, probante, ut videtur ad Silium l. vi. 522. A. Drakenborchia, scribi hic voluit *factus* ad Ovid. lib. iv. ex P. i. 32. 'Bellica Phidæa stat Dea facta manu:' ubi etiam *facta* contra Mss. mavult. 'Opera manu facta' est formularis locutio, et *facere* de statua bene dictum patet ex Horatio lib. i. S. 6. 1. 'Cum faber incertus, lignum, faceretne Priapum, Maluit esse Deum.' Virg. iii. G. 28. 'pugnam ex auro solidoque elephantio Gangaridum faciam,' &c. Claudian. de L. Stil. vs. 22. 'facta metallis Oppida.' Sed ad Burm. et me ad Sueton. Ner. cap. 21. 'Dearum personis effectis ad similitudinem.' Dein *profecto lucul. Fux. Oud. In Dianam*] Simulachrum. *Beroald.*

Signum] Statua, simulachrum. *Id. Luculentum*] Nitidum, pulchrum, perspicuum: a luce dictum. *Lutulentum* vero, cænosum sordidumque, a luto. *Idem.*

Veste refatum] Ed. Junnt. post. *relatum*. Pessime. Significat a vento quasi flante renudatum, veste remota, sive, ut clarius legetur, *reflata*, ut 'reflato sinu' lib. iv. in f. et lib. x. 'laciniam ventus reflabat:' quæ loca jam citavit Pricæus. Lucr. iv. 936. 'Aër reflatur.' Vide et Heins. ad Ovid. Met. x. 591. ubi vitiose *vegetus* citatur: 'Aura refert oblata citis talaria plantis.' Oud. *Veste refatum*] Quasi flante vento renudatum. Consimile est id quod scribit Plin. Venerem rejectam nudamque a Praxitele factam fuisse, inter cæteras statuas famigeratam. 'Reflatus' nomen est quarti ordinis, quo significatur flatus contrarius et noxius. M. Tul. in epist. ad Atticum: 'Navis relata in Uticam reflatu.' *Beroald.* *Veste refatum*] Lib. x. 'Quam quidem laciniam curiosulus ventus satis

amanter nunc lasciviens refabat,' &c. et iv. 'Vibratis hinc inde laciniiis, et reflato sinn.' Claudianus de statu Anapii et Amphinomi: 'Rejectæ vento chlamydes.' Onomasticon vetus laudatissimum: 'Refatus, ἀντιπροσ.' *Pric.*

Procursu vegetum] In de Deo Socratis: 'Ad speciem honestus, ad cursum vegetus.' *Idem.* *Procursu vegetum*] Laus statuæ, quæ procurrare et moveri videbatur. Canes utrimque secus a lateribus statuæ erant fabrefacti ex eodem lapide, canes quasi laterones: hoc est, latera Dæ cingentes. Dianæ enim sunt dicati canes, utpote Dæ venatrici. Hinc 'turba Diania' dicuntur, poetica periphrasi. Laribus quoque canes assignantur: ut docet Ovidius in *Fastis*. *Beroald.*

Canes utrimque secus] *Secus* hoc sensu illustratur ad Suet. Aug. cap. 44. 'muliebre secus omne.' Nihilominus male hoc loco, ut opinor. Alibi 'utrimque sexus' dixit. Lib. xi. p. 244. Levioris momenti est dicere, 'canes utrimque sexus fuisse.' 'Utrimque secus' significat ab utraque laterum parte, a dextra et sinistra Dæ. Lib. ix. in f. p. 308. 'Gliscit utrimque secus contentio militum, &c. adseverantium, et illius negantis:' ubi etiam in Edd. multis est *utrimque*. Lib. x. p. 210. 'Utrimque secus jactatæ laterum vicissitudines.' p. 214. 'Utrimque secus allegationibus examinatis.' p. 220. 'Utrimque secus sermone prolato.' Sed in his tribus exemplis N. Heins. ad Ovid. lib. v. Met. 450. citat *utrimsecus*, ut legit Lips. quasi dictum foret ut 'circumsecus,' 'altrimescus,' 'extrimescus.' Vide Voss. in *Etymol.* v. *Secus*. Menken. in *Misc.* Nov. Lips. v. III. p. 4. p. 687. &c. Sed alia in iis est ratio. 'Utrimsecus' esset ab utraque parte, sive una duarum, si Latine ita dici liceret; cum Auctoris sensus flagitet ab utraque parte. Immo Lucret. ait lib. iv. 937. 'Quare u-

trimque secus cum corpus vapulat.' Lucil. lib. xxii. Satyr. 'Zopyrion labeas cædit utrimque secus.' Annian. Marcell. lib. xxi. cap. 12. 'Missilibus vicissim se petunt utrimque secus alte locati.' Solin. cap. 10. 'Hujus latera urbes utrimque secus ostentant.' C. 27. 'capite utrimque secus nitibundo:' ubi male id exponit Camers. Martian. Capell. lib. vi. p. 228. 'Lineæ punctis utrimque secus includuntur.' Eidem passim dicitur 'undique secus:' ut p. 196. 198. 201. 275. &c. unde e *Miss.* etiam id restituentum p. 234. 'Undique secus constipato agmine.' Vulgo *secum*. Vide et Solin. cap. 27. p. 38. 'Lucus emicat, undique secus agris arentibus.' Sic leg. cap. 51. 'colles undique secus objecti.' Ne mutes cum Strachtmei. Anim. p. 176. *Lapis*, minus bene Ed. Bas. pr. *lapides*. Adi omnino Heins. ad Virg. *Æn.* vi. 209. In Ed. Vicent. *oculis*. Sed id correxit jam Becichem. Ep. 71. *Ond.*

His oculi] Laus artificii, manuumque artificia, quæ veritatem sic fuerant imitata, ut mutæ ac inanimales formæ vivere ac moveri viderentur: quasi fiant ex natura, quæ fieri videntur ex arte. Canes autem hi potissimum laudantur, veluti generosiores, qui oculis sunt nigrantibus aut ravis. Columella, villaticum canem describens, ait eum esse eligendum, qui conspectu terreat, qui dejectis et propendentibus anribus sit, vasti latratus, sonorice. *Beroald.* *His oculi minantur*] Supra: 'Oculis in aspectu minacibus.' *Pric.*

Aures rigent] *Prick-ear'd curs.* Infra lib. vii. 'Porrectis auribus, &c. rudivi fortiter.' *Idem.*

Nares hiant] Seneca Hippol. 'Naresque hincis haustibus patulæ fremunt.' Vide quæ pag. 113. ad Apologiam notata. *Idem.* *Nares hiant*] Patulæ sunt. 'Nares' autem appellari putant, quod per ea quasi foramina, odoris cujusque nari, hoc est, periti

flamus. Sed melius dici a Græco videntur, per inversionem litterarum, quod Latinis consuetum est : ut *ῥῆνες*, *ῥῆνη* tener, et multa hujusmodi. Ad vestigandas feras accommodatissimus est canis, nares sagax. *Beroald.*

Ora savium] Huc spectant ista in Glossario: *Ὅταν κῶον ἀπειλῇ δ-λακτῶν*: *Hirrit.* et illa, *Κυνὸς ἀπειλῇ ὅτε δλακτεῖ*: *hirrit.* lege, *hirritus.* *Pric.*

Sicunde latratu] Suffragatur Guelferb. *Lapidis* deinceps ediderunt omnes, et citavit *Drak.* ad *Sil.* II. 417. *Liv.* II. 64. In prioribus, et *Mss.* quantum scio, reliquis est *lapidis*. Quod vitium passim in hoc adjectivorum genere usu venit, ut 'aëris,' 'regis,' 'gladiatoris,' &c. pro 'aëriis,' 'regiis,' 'gladiatoriiis.' Nisi quis defendere vellet per loquendi figuram, qua Genitivus pro adjectivo seu prædicato ponitur, de quo vide ad *Suet. Aug.* c. 94. p. m. *Ed.* 328. 'Tunica lati clavi.' *Val. Flacc.* v. 467. 'Sideris ora ferens' ubi *Heins.* malebat *siderica.* *Infra lib. VIII.* pag. 155. 'Tegumentis frondis.' *Pric.* *frondeis.* *Lib. IX.* 179. 'Veneris collectationibus.' *Stew. Veneris.* Immo mox, 'inter medias frondes lapidis Actæon,' sive *lapideas.* Verum et illic rectius cum aliis puto legi, *lapideus Actæon.* In *Ms. Fux.* ibi *lapis.* *Oud. Siende*] Si ex aliqua parte, ex aliquo loco: adverbium est: ut 'alicunde' apud *Plautum*, quod significat ex aliquo loco. *Beroald.*

Signifer] Corrige *signifex*, hoc est, statuarius, et signi, hoc est, simulachri factor: ut enim ab arte 'artifex,' ab auro 'aurifex,' sic a signo faciendo *signifex* denominatur. Alio nomine 'significans' dicitur ab eodem, sic scribente in dæmonio *Socratis*: 'Sed non pudet me esse significum: nisi forte velis legere *significem*, ut 'artificem.' A *Marciano* quoque in nuptiis *Phlolo.*

giæ signifex usurpatur pro statuario, et artifice signorum: consimiliter *Sidonius Apollinaris* in *VI.* Græcia cementariis pictoribusque illustris. *Divus August.* in *lib. de Grammatica*, sic refert: 'Ad hanc formam delineabilis aurifex, artifex, carnifex, et alla.' *Idem.*

Sublatis canibus in pectus arduis] Sic jam olim emendavit e suis *Mss.* *Becichemus*, et expressit *Ed. Junt.* post. quibuscum faciant *Mss.* mei omnes. Similis est locutio *Ovidii lib. X.* *Met.* 338. 'Celsum in cornua cervum:' et vs. 753. 'Spatiosum in guttura mergum:' quod bene propugnat *Bentlei.* sed prave *torvus* substituit ad *Manil. lib. II.* 246. 'Ariesque in cornua tortos:' ubi vide plura, et apud *Burm.* ad *Lucan. lib. IX.* 512. me ad vs. 719. 'In geminum surgens caput Amphisbæna:' item *Barth.* ad *Stat. II.* *Theb.* 128. 'Tigris Horrui in maculas.' i. e. maculis distinctos pilos subrigit. *Juven. S. IV.* 128. 'Erectas in terga sudes.' Corrigendus etiam est *Plinius lib. VIII.* cap. 40. e *Mss.* 'mox in cervicem adsultans.' Alii aliter legunt. Offendit tamen me quoque conjunctio *τῶν sublatis arduis*; licet 'arduis insurgens' inveniatur apud *Silium lib. X.* 260. Et nisi legas *sublatum*, facile accedo *Roaldo*, eam vocem, ut glossam *τῶν arduis*, expungenti. Sed obstat locus *lib. VII.* p. 149. 'Arduaque cervice sublimiter elevata.' In *Palat. Guelf.* et *Pith.* vitiose *impetus arduis.* *Oud.*

Sublatis canibus] *Signifex* ita figuraverat canes ex lapide, ut sublatis pedibus prioribus, impetum facere et procurrere velle viderentur: pedibus vero posterioribus innixi consistebant, quæ omnia ad laudem signorum mirique artificii dictæ sunt. *Beroald.* In quo summum specimen operæ fabrilis egregius ille *signifex prædixit*, &c.] *Sirachides IX.* 20. 'In manu artificum opera laudabuntur.' *Pric.*

Current priores] Si Mss. addicerent, mallet *primores*: quia sic solet Appuleius, ut l. III. in f. 'Quantum extensis primoribus pedibus adniti poteram:' ubi in Edd. aliquot etiam *prioribus*. L. IV. p. 83. 'Primore digito in erectum pollicem residente.' Ibi consule Colvium lib. VII. p. 143. 'Ardus capite et sublimis cervice, primoribus in me pugilatur unguis.' L. X. p. 323. 'Sublatis primoribus pedibus:' ubi eadem confusio, pro more. Adi ad lib. I. p. 15. Ed. Pr. Plin. l. XI. c. 37. 'primores dentes:' ubi in Mss. aliquando *priores*, aliquando *primos*. Cic. pro Cael. c. 13. 'Primoribus labris.' Sil. l. XI. 143. 'Primori Marte.' E Mss. ita etiam legendum in Hyg. Astr. l. III. c. 5. 'Primoribus digitis.' C. 9. 'In pede primori dextro.' C. 31. 'In utrisque pedibus primoribus.' Solin. c. 45. 'Equi primores pedes:' ubi in duobus recentioribus Codd. *priores*, e Plinii l. VIII. c. 42. *Oud. Pedes imi resistunt, currunt priores*] Philostratus de lepore Icon. 2. *Ἐδθηται ἐν τῶν σελῶν, δροκυῶν τοὺς πορθίους*. *Current* est, videntur currere, ut supra, de Fortunæ statuis, 'Jam volare creduntur.' Julianus Epist. VIII. ubi de Alexandri venantis effigie: 'Ὁ δὲ ἄνθρωπος (αὐτοῦ) ἐν ἡμέρᾳ τῶν ποδῶν τῇ βίᾳ τὴν στάδων φεύγων, ἐν τῇ τῆς ἀνεργίας κλοπῇ τῇ τέχῃ κινεῖται.' Cassiodorus VII. 15. 'Mirabitur formis equinis etiam fervores inesse: crispatis enim naribus, ac rotundis constrictisque membris, auribus remulens credat forsitan carius appetere, cum se metalla novit non movere.' *Resistere*, est fixum stare immotumque. Sic VIII. 'Draconem supinato illi mandentem resistere.' Quintilian. x. Decl. 'Invitus vaneacebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens.' Seneca cx. Epist. 'Nec ob hoc resistimus,' aut circumspectus pedem posuimus.' Tacitus Annal. xv. 'Diffugiunt imprudentes, at quibus altior intellec-

tus, resistunt defixi.' *Pric.*

Pone tergum] Post tergum, a tergo. *Beroald.*

Dea] Dianæ, ex Pario lapide effigiatæ. *Idem.*

Muscia et h.] *Par. immistis et h.* Ed. Junt. post. *musicis*: unde ibi vir doctus conjecit, *muscidis herbis*. Sine dubio, quod *musci* in plurali haud facile invenitur. Quid si legas, in *spelunca modum muscidae, herbis, &c.* ut 'musculi pumices,' sive musco vestiti apud Sidon. Apoll. l. VIII. Ep. 16. pro quo alii maluerunt *muscosum*, ut Virgil. Ecl. VII. 45. Propert. l. II. El. 15. in f. *Oud. Muscia*] Sicut a Virg. 'muscosi' fontes dicti sunt, quia naturaliter musco herba obumbrantur, ita et spelunca lanugine musci viridiore et arbusculis vestitæ conspiciuntur. A 'musco' fit verbum 'muscare,' quod significat convelare et contegere musco, quo prope peculiariter usus est Columel. Idem scriptor in v. 'muscum' ferro distringendum et eradendum esse, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, situque et veterino macerat. Idem in vi. supra insitos surculos 'muscum' imponendum esse tradit, et ita alligandum ne pluvia dilabatur. 'Muscus' qui in aqua fuerit, Plinio teste, podagra illitus prodest. *Beroald.*

Herbis, et foliis et virgulis] *Par. virgultis*. Oxon. D'Orv. et incertus cum Ed. Bas. pr. *virgultis*, ut monui ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 73. 'viminibus et virgultis integebatur.' Et sic emendare sibi visus est N. Heinsius. Atque ita hic generale nomen Auctor subjecisset *herbis et foliis*, ut *herbis et virgultis vepribusque* obsitum rivum ait Liv. lib. XXI. c. 54. Flor. N. 1. 'Spelunca frondibus obumbrata.' Malim tamen *virgultis* retinere, sive parvis virgis et viminibus. Ovid. lib. III. Met. vs. 29. 'Est specus in medio virgis ac vimine densus.' Deminutivo hoc usus est Auctor lib. x. et l.

xi. init. 'Trajectæ mediæ paucae virgulae.' Eadem est confusio in Vitruvio l. ii. c. 1. 'De luto et virgultis facere loca, quæ subirent, et furcis erectis et virgultis interpositis.' Utrobique Mss. duo Voes. et Franck. *virgulis*. Dein *arbutatis* D'Orvill. Fax. Ill. Heinsius coniecit et *labruscis*, e Virg. Ecl. v. 7. 'Aspice ut antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis.' Vel quia pomorum postea meminit, 'et arbutis.' Ibid. 'Sargit et in solis formosior arbutus antris:' ac sæpe. *Ord*.

[*Splendor*] Parior lectio est *Splendet*: ut sit sensus, umbram signi, hoc est, ipsius status, propter nitorem lapidis Parii, qui purissimus est, intus splendescere. *Beroald*.

[*Pao.23 Sub extrema margine*] Dicitur 'hic margo,' et 'hæc margo,' masculino genere et feminino. Hinc fit verbum elegans 'Emargino,' quod significat extremitates supervacaneas auferre, et margines ulcerum erodere: quo verbo utitur noster Plinius; *Margem* Britannii et Galli vocant pinguem terram, quæ injecta aluntur agri: cum sit quidam terræ adeps, et pinguitudo. *Idem*.

[*Faberrime*] Elegantissime, perfectissimeque: adverbium est, deductum a 'fabre,' quod significat polite et nitide: 'adfabre,' quod valet valde fabre, nitideque. Pronunciatur prima acuta, sicuti 'admodum' et 'adprobe' dicuntur: quod Ammianus poeta sentiebat, et probat Gellius. E diverso 'infabre' dicitur, ineleganter et impolite. Horatius: 'Quod sculptam infabre, quod fustum durius esset.' *Idem*. *Uox faberrime polita, &c.*] Ammianus lib. xxix. 'Oblato thorace polito faberrime.' *Pric*.

[*Ars æmula naturæ*] Auther Rhetor. ad Herennium lib. iii. 'Ars imitatur naturam.' Plin. l. xxxiii. 'Accessit ars picturæ, didicit homo naturam provocare.' Chalcidius in Platonis Timæum p. 268. 'Imitantur naturam

ars et disciplina.' *Elmsh.* *Ars æmula naturæ*] Imitatrix, studiosa effector: artem enim naturam imitatur, eamque usque quaque effingere ac representare contendit: libro iii. Rhetoricorum ad Herennium: 'Imitatur,' inquit, 'ars naturam, et quod ea desiderat inveniet, si quod ostendit sequatur.' Celebratum est Eupompi pictoris responsum, qui interrogatus quem sequeretur antecessentium, dixisse fertur, demonstrata hominum multitudinis, naturam ipsam imitandam esse, non artificem. Plato volumine decimo de Legibus tradit omnia natura et arte fieri, artemque ipsam simulachra veritatis genuisse. Me ista condente, artem æmulam naturæ esse evidenter ostendit maniceps meus Francia, inter pictores aurifex maximus, inter aurifices pictor absolutissimus, utroque in opere mirandus artifex atque fecundus; cejus tabulæ multæ oculos tenent animosque spectantium: palmam habet tabula Franciæ illa, quæ dici potest exopolis, id est, extramurana; eam namque extra muros in æde Misericordiæ suburbana dedicavit aedus aureum nostrum, et decus antistitem, precotarius Bentivoli Antonius Galeacius: qui omni vitæ colore torissimus, liberalissimusque, in primis religionis cultor illustris, cum pergrinationem Hierosolymariam feliciter obliisset, e vestigio curavit ut tabula hæc manu Franciæ picta, omni-que pretioso cultu exornata, dedicaretur: quæ nihil absolutius plerique omnes judicant. In templo quoque divi Jacobi spectatur tabula altara, eodem artifice nobilitata, quam illustrissimus princeps noster Jo. Bentivolus, et ipsius religiosi cultus servantissimus, in sacello suo dicavit, quam æmulæ artifices non sine livore suspiciunt. In his Franciæ tabulis ars æmula naturæ in tantum cognoscitur, ut vultus imaginum spirantes vivere et anhælare videantur. Hæc

obiter dicta sint de artifice nunquam satis laudato, cujus manus certantes cum manibus priorum, tam in pictorum quam artificum opificio, naturam in primis representat; artes autem ipsam naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt: pictura vero, peculiariter ex discordibus pigmentorum coloribus confusione medietatem temperatis, imagines, his quæ imitatur similes, facit. *Beroald.*

Cum mustulentus autumnus] L. IX. 'Post mustulentas autumni delicias.' Columella l. x. de cultu hortorum; 'Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis, Sordibus et muste spumantes exprimit uvas.' Vide Bæthium lib. 1. de Consolat. Philos. Nonnum Dionysiac. l. x. Oppianum de Venat. lib. 1. Arnob. l. 1. *Elmsh.* Mustulentus autumnus] Optimum autumnus epitheton, ut mustulentus dicatur, propterea quod hoc tempore 'spumat plenis vindemia labris,' at ait poeta: et ab Ovidio decenter dictum est; 'Stabat et autumnus caleatis sordidus uvis.' Cyprianus, verberum novitate luxurians, autumnus dixit neutraliter, sic scribens in epistola ad Demetrianum: 'Nec adeo arboris fructibus autumnus fecunda sinit.' Nec minus venuste Porcius Cato 'autumnitatem,' autumnus tempestivitatem: sicuti Antiqui 'olivitatem' dicebant, quando olea leguntur: et 'figitatem' fructus fici maturitatem. 'Fidicula occasu suo autumnum ipsohant,' ut ait Plinius in decimo octavo, Autumnat Festus Pompeius, 'autumnus' dictum esse ab augendo, quod tunc maxime augentur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Consensus medicorum autumnale tempus infamat veluti pestiferum, noxiumque. Causas refert Galeus in expositione Aphorismorum duas potissimum: quarum altera, quia eodem die aliquando frigus est, aliquando calor: altera, quia mali chymi, hoc est, mali pucci in

corporibus id temporis exuberant, ex pororum fructuumque eam largiore. Corn. Celsus in secundo: 'Ex tempestatibus,' inquit, 'optimæ æquales sunt, sive frigida, sive calida: pessimæ, quæ variant maxime: quæ sit, ut autumnus plurimos comprimat: nam fore meridianis temporibus calor, nocturnis atque matutinis simul etiam vespertinis frigus est: corpus ergo etestate, et subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur. Ob hoc dixit Ovidius, 'inequales autumnus.' Idem alibi ait; 'Cum modo frigoribus premimur, modo salvimur æstu, Aëre non certe corpora languor habet.' Dicitur autem 'mustulentus' ea formula, quæ vinolentus, fœculentus, turbulentus. Plantina dictio est: sic enim scribit ille: 'Ita mustulentus ventus nares obtigit.' *Beroald.*

Qui Dea vestigia discurrentes, &c.] Idem Oxon. Codex; q. D. vestigia discurrent. *Pric.*

In l. vibrantur undam] Palat. a m. pr. et Oxon. dant undam. Par. in lra. undantur undam. Reg. Fux. in lra. undam undam. In Guelph. quoque lraem. Significaret, fontes vibrari contra superincidentes frendes; at illis potius vel earum umbra vibrat undis et tremit in illis, ut Sil. l. II. 662. 'Resplendet imagine flammæ Æquor, et in tremulo vibrant incendia ponto.' Hæc egregie faciunt doctorum virorum Commentarii ad Valer. Flacc. lib. v. 109. 'Pelago tremit umbra Canopea.' Sil. l. VII. 148. 'Sicut aquæ splendor radiatus lampade Solis Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans Luminis, et tremula laquearia verberat umbra:' ubi intelligitur umbra aquæ innans laquearibus, ut lib. XIV. 668. 'Splendet lucente profundo Mulsiber, et tremula vibratur imagine pontus.' Contra, ut hic, umbra rostri innans in mari. Sil. VI. 358. 'Micat æreus alta Fulgor aquæ trifidi splendentis

in æquore rostri.' Rutil. l. i. Itin. 284. 'Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.' Et illic consule Comm. et ad Auson. Mos. 190. item ad Virg. *Æn.* vii. 9. Rectius igitur vulgatum retinebimus in *lenem undam*; sive lenissime se movent et transulis undis micant. Passim *lenis unda* dicitur. Adi ad p. m. 59. 'lenis fluvius.' Dicitur autem in *lenem undam* locutione plane Appuleiana, rei modum et speciem significante. Vide ad lib. i. p. 3. 'In mollium decorus.' Lib. vii. p. 137. 'Veste in sinu abundante.' Virg. l. xi. *Æn.* 770. 'aënis In plumam squamis:' ubi vide Servium. *Unda* autem aliquoties ablit in *umbra*. Vide Drakenb. ad Sil. l. iv. 68. et VV. LL. ad Lucan. lib. v. 687. vi. 716. ix. 818. 'Stygias descendis ad umbras.' Qui locus admonet me, contra pro undis Statio reddendas esse *umbras*, l. iii. Silv. 5. 37. 'Qualem te nuper Stygias prope raptus ad undas, Cum jam Lethæos audirem comminus amnes, Aspexi.' Ubi quis non videt ineptam repetitionem *râv undas* et *amnes*? Sed egregie Codex D'Orvillii servavit *umbras*. Quod miror fugisse acutissimum Marklandum. *Oud.* In *lenem vibrantur undam*] Lib. iv. 'Vibrantium fluctuum summum rorem calcavit.' In Oxon. tamen *umbram*. Sic infra hic, 'in lenem umbram deprimitur.' *Pric.*

Credes] Ms. D'Orv. *credent*. Legi posset *crederes* cum *Pricmo*, vel *credas*: uti vel 'putes' aut 'putares' in illa dubitationis formula millies a Nostro alisque dicitur. Vide Drak. ad Sil. ii. 417. 430. v. 390. Burm. ad Phædr. F. 55. Ovid. xi. Met. 63. 'brachia veros Esse putes ramos.' Verum tamen et hic non spretum fuisse Futurum Indicativi modi tempus, patet ex hoc ipso loco paullo supra, 'eum putabis de faucibus lapideis exire.' Vide et l. v. init. 'jam scies.' *Oud.*

Vitis pendentes racemos] *Ut vite* Al-

das cum Junt. post. ita expressit *for-*
san ex notula Beroaldi *tamquam in vite*
pendulos; eamque lectionem unice
veram existimo, confirmatam a Co-
dice Reg. et Fux. In ceteris, item
Edd. primis, ac Junt. pr. Bas. pr. est
rare, nimis generaliter. Brantianum
versè hic locum habere nequit. Præ-
cesserat enim jam 'uvæ dependent,
quas ars emula naturæ veritati simi-
les expressit,' et sequitur 'inter ce-
tera veritatis.' Verisimilinus coniecit
Putschius *rape*. Nam ibidem præ-
mittitur, *uvas* dependisse 'sub ex-
trema saxi margine.' Virg. *Ecl.* iv.
29. 'Incultisque rubens pendebit sen-
tibus uva.' Sed in ea lectione me
male habet vocula *ut*, quæ tunc abun-
dat, vel legendum, *illos ab rupe pen-*
dentes r. De ipsa re vide ad Stat.
lib. i. S. 3. 17. 'Nemora altacitatis la-
cubare vadiis; fallax resonat imago
Fronibus, et longas eadem fugit
umbra per undas:' ubi f. leg. *fuit*.
Certe non cum Markl. *unda per um-*
bras: eadem unda non est, sed *eadem*
umbra. Nihil tamen in notis monet
Markl. Auson. Mos. 194. 'Tota na-
tant crispis juga motibus, et tremat
absens Pampinus, et vitreis vindemia
target in undis; et ad vs. 223. 'Vi-
treo reddit sub gurgite formas, Et
redigit pandas inversi corporis um-
bras.' In Palat. et Guelph. est
racemos. In Oxon. *agnitionis*. Idem.
Ut vite] Tanquam in vite pendulos.
Racemos] Non solum de vitibus, sed
de aliis quoque plantis 'racemos' di-
ci, testis est Plinius in declino sexto,
de hedera scribens: 'Alia,' inquit,
'densius acinus, et grandior racemus,
in orbem circumactis, qui vocantur
corymbi:' a 'Racemo' fit 'racemo-
sum,' quod significat racemiam plenam:
inde et 'racematio,' qua dictione sig-
nificantur vindemiarum reliquæ: sic-
ut messibus peractis superest spici-
legium. Tertullianus scite usurpat
hoc verbum translatione oppido quam
decenti, cum ait in Apologetico:

'Post vindemiam parricidarum racematio superstes.' De spicilegio ait M. Varro proverbialiter, 'Nemo reprensus qui e segete ad spicilegium relinquit stipulam.' Idem in primo de Re Rustica: 'Ad corbem messi facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam.' Beroald. *Vite pendentes racemos*] Junius Phylargyrus ad II. Georg. 'Videtur Virgilius opinionem illorum sequi, qui in honorem Liberi patris putant oscilla suspendi, quod ejus ait pendulus fructus.' *Pric.*

Credes illos, &c. inter cætera veritatis, nec agitationis officio carere] Philostratus Icon. I. Μη γεγράφθαι δοκῶν αὐτοῖς, εἶναι δὲ, καὶ κινεῖσθαι. In Apologia Noster: 'Et motus, qui præcipua fide similitudinem representat.' Horatius: 'Prælia rubrica picta, aut carbone, velut si Revera pugnent.' Scholiastes: 'Ita bene pietos, ut illos dimicare crederes.' Josephus in descriptione Regiæ a Solomone structæ: Καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ κάλλος ἐπὶ τρισσεύχῳ ἦν ἐνυφασμένον, τῇ δὲ μορφῇ γλυφῆς παρείχετο θαυμάζων ἐπιστήμη, ὅψ' ὃν πεποιήτο δένδρα καὶ φυτὰ παντοῖα σῶματα τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς ἐκκεκραιμένοις αἰγῶν πετάλοις, ὥς ὑπενεῖν αὐτὰ καὶ σαλευέσθαι δι' ὑπερβολὴν λεπτότητος, &c. Ait, 'inter cætera veritatis.' Nicaphorus Gregoras lib. VIII. Ἐν ταῖς (ἐν ταῖς ζωγραφικαῖς τέχναις), &c. εὐρήσκειν σκηνὴν ὑποκρίσεως γέμουσαν, καὶ ἑμωσγένους τοῖς χρώμασις ἐπιπλανωμένους ἔχουσαν ΤΟΥ ἈΛΗΘΟΥΣ τὰς ἐμφάνσεις. Petronius: 'Protogenis rudimenta cum ipsius Natura veritate certantia.' Isidorus XIX. 16. 'Sunt quædam picturæ quæ corpora veritatis studio coloris excedunt, (accessum scripserim.)' et fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt.' Cicero in Bruto: 'Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi, nondum Myronis satis ad veritatem adducta, quæ tamen non dubites pulchra dicere.'

Tertullianus II. advers. Marcionem: 'Imago, cum omnes lineas veritatis exprimat, vi tamen ipsa caret.' Idem cap. XXX. in de Resurrect. 'Figmentum veritatis in imagine est.' Pro credes lege crederes: sic X. 'Græderes fluctuare vaporibus febrium.' et I. 'Diceres Dei medici baculo,' &c. Tacitus (quem ubique sectatur Noster) 'Crederes lætari,' &c. Annal. XVI. Idem.

Nec agitationis] Sensus est: Racemi lapidei veros racemos ita repræsentabant, ut in undis subiectis agitari, ludere, moveri viderentur. Beroald.

Frondes lapidis] Frondes ex lapide fabrefactæ significantur. Idem.

Actæon simulacrum] Scal. sive Vulc. Ed. sec. ejecerat simulacrum, uncisque incluserat Scriverius: rectius certe hoc quam scriptura. *Actæonis*, ut cum Mss. Anglic. edidit Pricæus; cum sequatur *projectum*, non *projecti*, vel *projectum*. Sed ne credas etiam *simulacrum* esse glossemam, ecce! sic Græce locutum Ælian. lib. V. An. 47. Λίδον, ψπεροῖν ἐνελργαστο γλύμμα σάβρος. Immo et Virgil. Ecl. III. 40. 'In medio duo signa Conon: et quis fuit alter?' Et sic per appositionem Schefferus edidit in Hyg. Astron. II. 17. 'Delphin simulacrum.' Sed alii et Mss. *Delphini*. De *lapis* vide pag. præc. *Oud. Actæon*] Actæonem a Diana in cervum deformatum fuisse, quia nudam viderat in fonte lavantem, et a canibus suis discerptum mordicus quis ignorat? Fabula apud poëtas notissima. Laudatur ab Apuleio inter cætera Byrrhæne domus ornamenta, simulachrum Actæonis, ex marmore factum tam fabre, tam scienter, tam graphice, ut obliquo aspectu, et in tergum reflexo, jam cervus factus, videretur expectare Dianam sese in aqua fontana lavatam. Mythologi tradunt, ideo fugi Actæonem in cervum esse transfiguratum, quia timidus fuerit, quasi corde cervino præditus: ideo a canibus

deveratum, quia dum venaticos canes pascit, venationis studiosissimos omnem substantiam perdidit. Plin. nos-ter Actæoneas et Cippum in Latina historia fabulosos retur. *Beroald.*

In dorsum projectus] *Inde jam pr.* reperias in Guelf. Palat. Reg. Fax. Oxon. Par. D'Orvill. Hinc *in deum* coniecit quoque G. Vossius, et edidit Scriverius, atque in notis præposuit Pricæus. Recte. Nam Actæon *in dorsum* projectus videre nequivit Dianam in fonte. Nisi sequeretur Dianam, posset credi scriptum hic olim fuisse *Deanam*; ut sæpe fit in veterimis membranis. Sic in fragmento Plinii Longobardico lib. 11. c. 85. ac sæpe restat in Inscriptionibus. Vide Grut. Inscr. pag. 139. Donii Inscr. Etrusc. p. 67. Bert. ad Ortelli Tab. de Gallia. Quin et *Deana deaura* pro *Dea* occurrit. Adi Montfauc. D. Ital. p. 229. Sed et *dorsum* aliunde est corruptum. Bertin. *in dorsum*. Ed. Junt. post. *in deum dorsum*. Pith. *obtusum in deum eum*. Flor. pr. *in deum versum*: unde lego, *in d. dorsum*. Nam præpositio 'versum,' 'vorsum,' 'versus' crebro sic construitur. Consule Comm. ad Vell. lib. 1. 16. 'in Italiam versus.' Longol. ad Plin. lib. x. Ep. 32. 'in urbem versus:' nos ad Front. lib. 1. *Strateg.* c. 4. § 11. 'in Italiam versus:' et alibi. Deim Ma. incertus, *perrectus*. Pith. mox, *visus erit*. Oud. *Cariæ obtutus in Deum projectus]* *Ascaræpas*. Vide ad 1. 25. Jacobi notata. Scriptor de Pudicitia bono: 'Nihil consideretur cariose in alienis vultibus.' In Oxon. et alii Mss. *Inde jam p. Pric.*

In cornum ferinus] Logo *ferinus*: ut ita eleganter nominetur Actæon, quasi in ferinam corvinamque effigiem transfiguratus. A 'fero' enim, 'ferinus' dictus. *Beroald.*

In fonte] Fontem, quo se lavit Diana, ita describit Ovid. 'Fons sonat a dextra, tenni perlucidus unda, Margine gramineo patulos succinctus hi-

atus.' *Idem.*

Hæc identidem rimabundus] Ms. D'Orv. *hic pessime: hæc* Pith. Sæpe adverbia in *bundus* retinent casum sui verbi. Vide Voss. de Amal. lib. 111. c. 9. Comm. ad Suet. Tib. c. 65. 'Speculabundus signa' et crebra apud Nostrum; et docebimus ad lib. 17. p. 74. 'Mirabundi bestiam:' ubi male intraserunt ad. Quem locum miror, nec a Brantio, nec a Priemo prolatum; dum hic quoque legi voluit *mirabundus*, ut temere edidit Scriverius. Nam *rimari* Nostrer sæpiissime ponit pro 'adtentem contemplari,' ut liquido probabo ad lib. v. pag. 89. 'Prolectante studio visionis rimatur singula.' Vulgo et illic *miratur*. De Deo Socratis pag. 667. Ed. Flor. in Mss. 'intellectu eos rimabundi contemplanur.' Alii *mirab.* Pith. mox *delectator*. Oud. *Identidem]* Frequenter, subiade. *Beroald.* *Rimabundus]* Speculabundus, vehementerque contemplans: nomina enim in *bundus* desinentia, non tam significant similitudinem, ut Orammatici hallucinantur, quem vim et ceptam et quasi abundantiam rei: sicuti in notis Sorvii, citatis classicorum scriptorum testimoniis, diligenter annotavimus. *Idem.* *Dum hæc identidem rimabundus eximis delector, Tna sunt (inquit Byrrhæus) cuncta quæ vides]* Apud Horatium ille: 'Quicquid mihi, quicquid et horum Caique domi est, id crede tam.' Infra lib. v. 'Quid (inquit) Domina tantis obstrepentis opibus? tna sunt hæc omnia.' *Æneid.* 17. Dido ad *Æneam*: 'Quid ei non arva aliena domesque Ignotas peteres?' ubi Servius: 'Aliena, blande: quasi hæc jam tna sint.' Pro *rimabundus* coniecimus *mirabundus* scribendum: post, alii viro docto id in mentem venisse deprehendimus. *Pric.*

Sermone secreto] *Sermoni* margini adleverat Grossetius. In Pith. est *sermones*. Hinc vir doctus coniecit rectius, *sermonis secreto*. Oud. *Ca-*

teros sermone secreto præcepit decedere] Phædra apud Senecam : 'Commodis panem precor Særetas aures, si quis est, abeat comes.' *Præc. Sermone secreto]* Ne arbitri dicta eorum arbitrari possent : itidem Plautus in Captivis : 'Ut sine hisce arbitria nobis dotis locum loquendi.' *Beroald.*

Diapaisia] In diversa semetis, amandatioque. *Idem.*

Per hanc deam] Dicticus est. Dianam autem significat, ejus signum in medullis domus Byrrhenæ visebatur. *Idem.*

Ut anxie tibi metuo] Lucianus : 'Ἡ δὲ μετέπειτα, καὶ με τῆς χειρὸς λαβόμενα ἔγει τοῖς πόρτοις, καὶ λέγει πρὸς ἐμὲ, φιλέηται μοι, ἔφη, τὴν Ἰππάρχου γυναῖκα πύργῳ μηχανῶν μέγας γὰρ ἐστὶ δασις καὶ μέγας καὶ πᾶσι τοῖς νόμοις ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμὸν. καὶ εἰ μὴ τις ἀπακούσῃ αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλὰς μεταμέμφασεν εἰς ζωᾶ, τοὺς δὲ τὸν αὐτὸν ἀπέλασε. οὗ δὲ καὶ νόμος εἰ τέκνον, καὶ καλὸς, ὅσπερ εὐθὺς ἀρσέναι γυναῖκα. Καὶ ξένος, πρῶτα εὐκαταφρόνητον. Ἐγὼ δὲ πιστέμενος, ὅτι τὸ πάλαι μοι ζητούμενον, αἶμα παρ' ἐμοὶ κἀνήται, προσείχον αὐτῇ εὐδὴν ἔτι. ὅς δὲ τότε ἀφείδην, ἀπῆλθον οὐκ ὀκνῶν, ἀλλὰ πρὸς ἐμαυτὸν ἐν τῇ ἰδέῃ ἔγει δὲ σὺ ὁ φάσκων ἀνθυμῶν ταύτης τῆς παραδέξου θέας, ἔγειρά μοι σπαντὸν, καὶ τέχνην ὀρίσκει σοφῆν, ἥ τούτῳ τούτῳ, ὡς ἀφῆς. καὶ ἐπὶ τὴν θεραπείαν τὴν παλαιότεραν ἤθη ἀποδοῦν τῆς γὰρ γυναικὸς τοῦ ξένου καὶ φίλου πόρῳ ἰσπανοῦ, καὶ ταύτης κυλιέμενος, καὶ γυναικὸς ἔμενος, καὶ ταύτῃ συμπελάμενος, εὖ ἴσθι, ὡς βέλους γυνώσκῃ. Δούλοι γὰρ τὰ δουλοῦν ἀνίστανται καὶ καλὰ καὶ ἀσχηρὰ. *Εἰσενεχ.* *Ut anxie]* Quam sollicitè, quam vehementer : ita Virgilius : 'Ut vidi at perii, ut me malus abstulit error]' *Beroald.* *Tibi metuo]* Metuitur homini, quem diligimus ne periclitetur, tanquam amico : metuitur hominem, ne nobis noceat, tanquam inimicum. *Idem.* *Anxie tibi metuo]* *Supra* lib. i. 'Eximie metuens mihi' et iv. 'Irem Deum metuens.' Sic

'alii timere' Sallustius Catilinario. In Senecæ Hippolite : 'Anxiam me cura sollicitat tui.' Paulus ad Colossenses : Ἀγῶν περὶ ὑμῶν ἔχω. *Præc.*

Et, utpote pignori meo, longe provisum cupio] Cæsar ad milites suos apud D. Cassium : Ἀγαθὸν τε ὑμᾶς, καὶ ἐθέλωμεν' ἂν, ὡς πατὴρ παῖδας, καὶ σέζεσθαι, καὶ εὐδοξῶν. Vide I Thesa. ii. 11. *Id.* *Utpote pignori meo]* Tanquam filio ex me ipso nato : filii enim pignora sunt, et nexus quidam : ut tradit Aristot. in viii. Ethicorum. *Cave]* A malis artibus Pamphilæ. Consimiliter Luciano suadet matrona Abrota, ut caveat ab uxore Hipparchi in magia præcellente, φυλάττου, ἔφη, τὴν Ἰππάρχου γυναῖκα πύργῳ μηχανῶν, μέγας γὰρ ἐστὶ δασις καὶ μέγας. 'Cave,' inquit, 'tibi ab uxore Hipparchi omni studio : maga enim est potens, et impudica.' *Beroald.*

Pamphilæ] Verissime Colvius conjecit *Pamphilæ*, more Latino. Nam etiam Reg. Pal. Fax. Gualf. Oxon. D'Orv. præbent *Pamphilæ*. Valer. *Ædit.* apud Gell. lib. xix. c. 9. 'Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis.' Et Gell. lib. xv. c. 17. 'In commentario Pamphilæ.' Lib. xi. c. 23. *Pamphilæ* : ut *Pasiphæa* lib. x. p. 224. Sed constant tamen sibi libri pag. seq. 'a cantela Pamphilæ abfui.' Verum innumeris locis tum Prosaici, tum Poëtæ nomina Græca feminina in η, ης, ην expresserunt promiscue vel Græca e, æ, æν, vel Latina terminatione a, æ, æν, ut in eodem Cod. Voss. Hygini Astron. lib. ii. c. 24. 'Crinem Berenices,' et 'Berenicæ patrem.' Virg. *Ecl.* x. 12. 'Aoniæ Aganippæ.' Sic etiam Cod. Medic. et ad Virg. *Æn.* iii. 488. 'Andromachæ testentur amorem.' Vide ibi N. Heins. Auson. in Technop. p. 484. 'Andromachæ glos.' Cic. i. de Div. c. 13. 'Andromacham Ennii ab ea posse describi.' Propert. ii. 7. 88. 'Antigonæ tumulo :' ibi vide Broukh. Cic. iii. de Nat. D. c. 21.

'Piero natæ et Antiopæ.' *II. Acad.* 7. 'Antiopam esse aiunt aut Andromacham.' *Auson.* in *Technop.* in f. 'Crisis velat Antiphilæ.' *Eidem* in *Nomina.* 'Aphrodita et Philomela.' pag. 486. 533. 'Closter filius Arachnæ.' *Plin.* lib. vii. c. 56. sic enim cum *Chiff.* *Leid.* antiquissimus exhibet: 'Ariadnæ amores.' *Pomp. Mel.* lib. ii. c. 7. 'Arsippi et Arsinomæ filius.' *Ovid.* iv. F. 70. 'Circæ nomina litus habent:' ut in optimis libris. *Plin.* lib. vii. c. 2. 'Simile et in Italia Marseram genus durat, quos a Circæ filio ortos ferunt.' Ita lege e *Reg.* et *Leidd.* *Mss.* vetustissimis, non *gentis d. q. a Circes f. o. sercant.* *N. Heins.* legit *observant* ad *Virg. Æn.* iii. 386. 'Æmæque insula Circæ:' nbi vide plura huc pertinentia, et ad lib. viii. 139. 'Cyllenæ vertice.' *Lib.* xiii. c. 16. 'In deliciis Circæ.' Sic *Leid.* pr. in quatuor *Circe*, non *Circes*. Vide etiam *Salm.* ad *Solin.* p. 667. *Gell.* lib. xvi. c. 11. 'Gens in Italia Marsorum orta esse fertur a Circæ filio:' uti et exaratur in *Mss.* *Voss.* *Fest.* v. *Romam.* 'Latinum Telemachi Circæque filium:' et in *Mss.* *O. Solini* p. 11. ubi vide *Salmas.* p. 60. Atque ita *Plauto*, *Horatio* *Circam*, *Circa*. *Adi Salm.* ad *Solin.* p. 543. *Broukh.* ad *Propert.* ii. 7. 83. *Bentleii.* et *Cunningh.* ad *Hor.* lib. i. O. xvii. et *Ep.* xvii. 17. 'Volente Circa:' et corrige *Ciceronem* lib. iii. de *N. D.* c. 21. 'Qui Colchis fertur Æetam et Circam procreavisse.' Sic *Mss.* tres *Leid.* *Bibl.* non *Circen.* *Virg.* lib. iii. *Æn.* vs. 111. 'Mater cultrix Cybelæ:' ibi rursus *Heinsius* consule. *Pervigil.* *Ven.* i. vs. 9. 'Ipse Amor, puer Dionæ.' *Cic.* iii. de *N. D.* c. 23. 'Jove nata et Diona.' Hinc corrigendus *Martian.* *Cap.* lib. ix. p. 306. 'E famulatio Dionæ.' Sic tres *Leidd.* *Vulgo* *Dione*. *Plaut.* in *Pseud.* i. 2. 65. dixit quoque *Dircam*. *Septim.* de *B. Troj.* lib. vi. c. 4. 'Erigona victa dolore.' *Cic.* lib. i. de *Inv.* 50. 'Eri-

phyla auro viri vitam vendit:' ut est in optimis *Codd.* uti *Ennio* apud eundem lib. i. de *Div.* c. 20. 'Euridica prognata.' *Plauto* in *Cist.* i. 1. 50. 'Hecala' vel 'Hecata fœa.' *Infra* lib. xi. p. 241. 'Bellonam alii, Hecatam isti.' Nam ita e *Mss.* legendum suo loco videbimus. *Vulgo* *Hecaten.* *Cic.* lib. iii. de *N. D.* c. 18. 'Quo modo potes, si Latonam deam putas, Hecatam non putare?' Ita inveni in veterrimis membranarum duabus *Voss.* non *ex.* *Horat.* ex *Edit.* *Cunningh.* lib. i. S. viii. 33. 'Hecatam vocat altera.' 'Harmoniz monile' et 'Harmoniz decus' *Mss.* plurimi *Statii* lib. ii. *Th.* vs. 268. 273. *Auson.* *Cap.* *Cruc.* aff. vs. 26. 'Harmoniz cultus.' *Passim* *Helena*, *Helena*, *Helenam* occurrere nemo nescit. Hinc eadem ex venerandæ vetustatis membranarum *Voss.* restitue in *Grypho* vs. 10. 'Triplexque Helenæ cum fratribus ovum.' Insuavis ibi est sonus syllabæ es: et idem ex ipso *Virgilio* lib. i. *Æn.* 650. in *Centone* ait: 'Ornatus Argivæ Helenæ.' *Sept.* de *B. Tr.* vi. 10. 'Hermionam Menelai in matrimonium susceperat:' ita *Mss.* et *Ed.* *Artop.* ut et c. 12. 'Confirmato cum Hermiona matrimonio.' *Vulgo* *nem* et *æ.* *Vide* *Solin.* p. 18. Idem scribit lib. iv. c. 22. 'Petitū Hesione,' et, 'Hesione quippe Danaï filiam:' ut est in *Mss.* et *Ed.* *Artop.* *Vulgo* *Pleionam.* *Hygin.* F. 89. 'Hesione sors exisset:' quod frustra alii mutant, et *Cl. Valckenar.* in *diss.* de *Byrsa* mavult *nes sors*. Contra hæc ipsa terminatio ex optimis *Mss.* a me et *Heinsio* in *Advers.* p. 192. restituenda est *Lucano*, ut vitetur nimias sibilæ litteræ s concursus, lib. ix. 970. 'Adspicit Hesione scopulos, silvasque, latentes Anchiam thalamos.' *Vulgo* *nes.* In *Propertio* etiam lib. ii. 20. 47. e *Mss.* plerisque rescribendum *Lernæ palus*, pro *Lernæ*. *Adi* *virum* *Doct.* in *Misc.* *Obs.* v. v. p. 305. et *passim* *Lernæ*. In *Statio* iti-

dem lib. i. Silv. III. 5. 'Nec gravis adspexit Nemees frondentis alumnus Talia hiems tectis:' malim cum D'Orvill. *Nemee*: ut Virgilio lib. viii. *Æn.* 295. 'Vastum Nemeæ sub rupe leonem:' citato per Lutatium ad Stat. lib. i. Theb. 355. 'Jam Nemea, jam Tænareis contermina lucis Arcadiæ capita alta madent:' ubi in aliquot Mss. item vidi *Nemee*. Val. Flacc. lib. viii. 125. 'Inachia Nemeæ antra.' 'Niobæ filiorum' Gell. lib. xx. c. 7. Suet. Ner. c. 21. 'Niobam:' sicut eidem cap. 12. 'Pasiphaam,' de cuius vocis aliarumque Latina terminatione illic vide plura, et ad Aug. cap. 65. 'Phœbæ patrem.' Sic Omphala apud Hygin. lib. ii. Astron. c. 14. 'Ripam frugibus orbat. Pro quo facto ab Omphala,' &c. ubi in Ms. Voss. a *ripa*; unde emendo *arva*. 'Parthenopæ' Solin. p. 9. ut recte e Mss. O. Salmas. reposuit. *Penelope*, *Penelopam* Mss. antiquissimum a me, tum aliis collati in Horat. lib. ii. S. v. 76. 80. Epist. i. 2. 23. 28. quibus locis consule Bentlei. *Penelopa* Cic. III. de N. D. c. 22. Et sic lege ex antiquissimo Codice Asson. Epist. ix. 14. 'Penelopæ nebulonum mensa procoram.' Monuit jam Heins. ad Virg. *Æn.* viii. 139. Item Septim. de B. Tr. vi. 6. 'Cognoscit Penelopam,' et, 'de Penelopa ejusque pudicitia.' Sic Mss. et Ed. Artop. non *Penelope*. Longe plurimi etiam Codd. et meliores Propertii l. ii. El. 28. 48. habent: 'Nec tu Persephonæ conjux sævior esse velis.' Similiter passim *Semela*, *Semelam*, *Semela* in optimis libris per me et alios visis apud Horat. l. i. O. 19. Tibull. iii. 4. 45. 'Proles Semelæ Bacchus,' ubi adeatur Bronkh. et Drak. ad Liv. l. xxxix. 12. 'In luco Semelæ.' Hygin. Astron. ii. 5. 'Semelam matrem.' Accius apud Non. v. 'Affari' et 'Simulanter.' Voss. Anal. lib. ii. c. 2. Genitivus restituendus est quoque Martino Capellæ pag. 3. ubi

Mantice dicitur 'Pronoë major filiarum:' in uno Codd. *Pronæb*, sed in tribus *Pronæa*. Vere. *Πρόνοια* Ciceroni et aliis. *Oud.*

Carminis sepulchralis] 'Sepulchrale carmen' magicum est, quo utebantur ad sepulchra, ad manes eliciendos, in necromantia: quale est illud Lucani, quod Erichtho magarum maxima immurmurat ad sepulchrum: 'Enmenides, Stygiumque nefas, umbræque silentum.' Tibullus: 'Manesque sepulchris Elicit.' *Berwald.*

Surculis et lapillis] *Scite surculos* dixit, et *lapillos*: quoniam talibus rebus vis magica inest. Pythagoras atque Democritus consecrati magos, herbas magicas non paucas celebrare, portentosa tradentes: in primis 'Agiaphotim,' quam et 'maritidem' vocant: magos ea uti, cum velint Deos evocare. 'Gelotophilida' quoque herbam memorant, quæ si bibatur cum myrrha et vino, varias observari species, ridendique finem non fieri: unde et nomen. Gemmæ quoque et lapilli a magis complurculi memorantur: ut 'ananchitis,' qua in necromantia dicunt evocari imagines Deorum: ut 'atizoe,' necessaria magis regem constituentibus: ut 'heliotropium,' porracei coloris, quam gerentem admixta herba heliotropio conspici negant: ut 'glossopetra,' linguæ similis humanæ, quæ lenocinanti necessaria creditur. Innumera sunt prope surculorum et lapillorum genera, quibus magicæ vanitates fulciuntur, quas Platonicique nobiles adstruunt, et in primis Proclus: qui scribit, sympathia quadam mutua et cognatione rerum terrenarum ad cælestia, posse talia effici: ideoque sacerdotii veteris auctores miscebant plura invicem, quia videbant simplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen singulatim sufficientem ad numinis evocationem: quam ob rem ipsa multorum commixtione attrahebant su-

pernos influxus: nonnunquam herba una vel lapsus unus sufficiebat ad divinum opus: sicut carduus credebatur sufficere ad subitam nominis allicujus apparitionem: in lapidibus enim et herbis luminum supernorum participatio est. *Idem.*

Inhalatio] Afflatus, anhelata verborum magicorum saterath. 'Inhalare' enim est, veluti halitum inspirare: ut 'exhalare,' halitum emitte, quod morientium est. M. Tul. in Pisemum: 'Cum isto ore fetido terribilissimam nobis popinam inhalantes.' *Idem.*

Isis Tartari et in vet. Chae] Accedunt membranae Palat. Guelf. Oxon. Par. Reg. Lips. Bertin. quo modo o suis correxit Becichemus Epiat. LXXI. et edidit Scriverius. D'Orv. Cod. in *ima Tartara*. Nolim tamen contra Florentinos Codd. quidquam mutari. De casuum variatione vide ad f. lib. 1. 'Ad hospitium et cubiculo me reporto.' Lib. iv. p. 71. 'Non secus suis, sed in alienos Lares abjiceret.' Imitati et in eo sunt Graeco. Sic Apoll. R. 1. 1009. *Ἐπιδόρα μὲν φανάβοι, ὡδὴς δ' αἰς βόας ἑπιδόρα*. iv. 1704. Adi J. Gronov. ad Arrian. lib. vii. c. 6. *Oud. Chae*] Chaos (quod carminibus poetarum cantatissimum est, de quo ait Lucanus: 'Et chaos innumeros avidum confundere mundos') appellatur confusa quaedam ab initio, informisque materia, hians patensque in profundum. *Bernold. In vetustum Chae submergere novis*] Ita Palat. Ms. et Vicent. editus: male in recentioribus quibusdam, *submergit*. Cassiodorus cap. 9. de Anima: 'Quantum proficiamus cum rectis, tantum deteriores novimus esse cum pessimis.' Isidorus Orig. v. 27. 'Gladus, sine graviore cruciatus, compendiosa morte vitam finire novit.' *Pric.*

Mergis] In Regio et Par. etiam *mergit*: cum Edd. Vulc. et Wow. *demergit* Fax. Sed recte ceterorum Codd. et priscarum Edd. lectionem

vindicavit quoque Pricæus, quem consule, et Gron. lib. iv. Obs. c. 22. *Iastra* lib. v. p. 94. 'Nec uti recte divitiarum copia novit.' Immo hoc Hb. pag. 25. 'Et ollam et lectulum saave quatero novi.' *Oud.*

Cum quemquam] *Prave* Colv. et seqq. pro *simul* ediderunt cum; nec adstipalenter Palat. Reg. Fax. in quo *quemque*, Oxon. et phwes. In Guelferb. nam *cumque quemque*. Mera enim est glossa verbe vocis *simul*, sive simulac, quum, quam cum Edd. prioribus servant quoque Florentini et Pithæus; quod patet e Cod. D'Orvilliano, in quo est *simul cum quemque*. Pro *cum quemquam* conjecterat non male Heinsius *quemcumque*. Ad hec in Pith. Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. est *conspexit*. Quod, quamvis subjunctivum eo sensu Nil voci addi videri possit ex Comm. ad Cæs. Nb. iv. c. 26. Drak. ad Liv. lib. vi. c. 1. Lamb. ad Horat. l. O. iv. 17. &c. tamen ob frequentem Nostri nam pæne præfero, ut lib. iv. p. 65. 'Simul cum prostratum desperi.' Lib. vii. p. 137. 'Simul namque sonum percepit.' p. 149. 'Quam simul conspexi.' Lib. viii. p. 172. 'Me simul domi conspexit.' Lib. ix. p. 203. 'Qui simul incensi sunt.' In eadem voce, auctoribus Mss. sæpè etiam est emendandus Vitruvius. Ex Gr. lib. 1. c. 6. 'Simulac autem fervere ceperint.' Latine aures hoc non tulerint Vitruvii ætate. *Simulac* atque saltem dicendum fuisset. Sed Mss. Voss. et Franck. dant, *simul autem ut fero*, sicut lib. ix. c. 7. 'Simulque ut sunt ab eo tacta, dissiliunt.' At illic Voss. sec. et Franck. carent ut, uti hic Ed. Junt. Verissimè. Amat Auctor jungere *simul autem pro simulac vero*. Sic lib. xi. c. 8. 'Simul autem humida potestas fuerit excreta.' Sic lege, non *excreta*, ut malebat vir doctus; de quo alibi. Lib. xi. c. 9. 'Simul autem vetustate sunt arides factæ,' &c. Lib. viii. c. 2. 'Si-

mei autem plus humoris habet: et crebrins. Hinc repono etiam lib. viii. c. 3. 'Simul autem latius sunt sporti' ex Mss. Voss. Cotton. Franek. Vulgo, *s. atque*. Lib. vii. c. 1. 'Quæ simul ac undecim aut duodecim sunt factæ: immo *simul autem* cum Franek. vel potius cum Voss. per polysyndeton *sunt und.* Non enim semper sequitur *autem*, ut lib. vi. 1. 2. vii. 1. 'Querri simul ac humorem perceperant.' Dele *ac* Mss. Voss. Franek. jubentibus. C. 4. 'Simul cedit, accrescit.' Ita rursus Voss. Cotton. Franek. Vulgo, *s. atque* c. Idem. Cum *quenquam conspexerit speciosæ formæ juvenem, &c.*] De Eadem lib. xii. 'Nec unquam magis artis hujus violentia nititur, quam cum scitalæ formulæ' (mel. *formæ*) 'juvenem libenter adspexit.' *Pric.*

Capitur] Male Roaldus prætulit *capitur*. Ea potius est glossa rarioris hoc sensu verbi *sumitur*, sive ultro *capitur*: ut 'sumere animos,' arma, 'bellum' millies dicantur illi, qui ultro et sponte primi se irritant et accingunt. *Uritur*, vel *consumitur*, *absumitur* hic locum non habent. Pak. *sumitur*. D'Orvii. *sumitur*. Vide nam aliud quid lateat. Sed et Pontan. in Anal. i. 4. *Oud. Sumitur*] *Capitur*, illaqueatur. *Beroald.* *Venustate*] Pulchritudine: acyrologia est: venustas enim proprie feminis assignatur, sicut dignitas viris. M. Tullius in primo de Officiis: 'Cum pulchritudinis due genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.' A *venustate* fit verbum *Venustare*, quod significat decorare et exornare. Ambrosius in 1. Hexameri: 'Ideo primum fecit Deus, postea venustavit, ut eundem credamus ornasse qui fecit.' *Idem.*

In eum, &c.] Vide Musæum de Herone et Leandro vs. 69. *Elmenh.*

Defectus] Deflectit. *Oculum*] Qui

Delph. et Ver. Clas.

in amore dux, et amoris origo est. Oculis impediens, impudici cordis nuncius. 'Oculi,' ut verissime scribit Quintil. in declamatione quæ inscribitur Cæcus in limine, 'nos in omnia quotidie vitia præcipitant: mirantur, adstant, concupiscunt.' Lucianus in hanc sententiam: *καὶ τὰς τοῖς ὕλοις διδίδου τὸν ὀφθαλμὸν*: id est, omnibus adolescentioribus injicit oculum. *Beroald.*

Servit blanditiis] Ovidius Amor. iii. 'Et mihi blanditiis dixit, Dominumque vocavit.' *Pric.*

Pedicis] Laqueis, quibus sicut pedes illaqueantur, ita amatoris animus alligatur. Virg. 'Tunc gruihus pedicas et retia ponere cervin.' Livius libro xxi. 'Ut pleraque velut pedica capta hærent in dura et alta concreta glacie.' *Beroald.* *Amoris profundi pedicis æternis alligat*] In vet. Epigramm. *Πυρὸς ἔσπορος ἂν ἀδύμιος*. Lucretius i. 'Veterno devinctus vulnere amoris.' Bene et *pedicis*. Proverb. 7. 22. de incanto juvene: 'Ὁ δὲ ἐμπροσθεν αὐτῇ (meretrici) κερφωθεὶς. Infra Nb. xi. 'Cum me Fotis malis incapistrasset erroribus.' *Pric.*

Minus morigeros] Terent. i. 5. Andr. 'Seu tibi morigera fuit,' &c. Donatus: 'Hoc quasi amanti utile fuit.' *Id.*

Fastidians] *Ut villes* edidit Scriver. sed male. Recipienda erat, ut jam vidit Sopingius, Mss. lectio *fastidio*, quæ firmant quoque Reg. Fux. Oxon. Pith. Par. D'Orv. Propter ipsorum fastidium magis isti vilescent juvenes, eosque ideo illa odit, et quibusvis adficit suppliciiis. Lib. x. p. 215. 'Indignatus fastidio novercæ juvenis.' Mox τῷ et ante *quodvis animal* caret Fux. alios pro *anim.* Pith. *Oud.*

In saxa, in pecua] Lucianus: *καὶ πολλοὺς μεταμορφώσει εἰς ζῷα*: id est, Et multos transformat in animalia. *Beroald.*

Puncto reformat] 'Ἐν στρογγύῃ χρόνου. Luc. 4. 5. ad quem locum de puncto plura. *Pric.*

Apul.

5 X

PAG. 24 *Hæc tibi prædico*] Timeo, ut *trepidare* quid alicui pro metuere, sollicitus de aliquo esse, Latinum sit. Alio tamen sensu hæc explicari nequeunt. Nam quod Beroaldus etiam adjective exponi posse putet pro *festinanti*, errat. Nusquam enim Lucius Byrrhæna indicarat se 'trepidare.' Non ergo eum 'trepidam' poterat vocare. Præterea tum abundat conjunctio *et*: quam vel sic cum Florent. malim delere, quam recipere interpolatam, ut reor, scripturam Codd. in quibus et D'Orvillianus, item Edd. Ald. et Junt. poster. *trepidanda*: præfero Fux. Cod. lect. *trepida*, ego Byrrhæna, vel *trepide*, quod placebat N. Heinsio, delenti etiam *rd et*. Ipsa hinc satis casus Appuleio dicitur. Et lib. v. quoque ait p. 104. 'Hæc tibi identidem cavenda esse censebam.' Val. Flacc. i. 669. 'Nec vana pavet trepidatque futuris.' Si *prædico*, quod ingeniosus Marklandus quasi de suo etiam proposuit Epist. Crit. p. 18. a manu Auctoris esset, id non corrupturi fuisse videntur librarii. Ceterum male quidam *trepido* pro verbo ceperunt in Lucano lib. vii. 295. ubi vide Burm. Oud. *Hæc tibi trepido, et cavenda censeo*] In Trinummo Plautina: 'Hæc ego doleo, hæc sunt quæ me excruciant: Hæc dies noctesque tibi canto ut caveas.' Infra hic lib. v. 'Hæc tibi identidem cavenda censebam.' Pric. *Trepido*] Timeo: verbum est: vel expone festinanti, ut sit nomen. Beroald.

Perpetuum] Ms. D'Orvill. *perpetuo*. Sicut contra lib. xi. p. 258. 'Conditum perpetuo custodiens:' in Bertin. est *perpetuum*, sive in *perpetuum*, ut *æternum* init. lib. i. 'Æternum libris felicioribus conditæ:' ubi vide. Terent. Adelph. iv. 1. 6. 'Perpetuum degere.' Nisi credas in Appuleio utrumque ex interpretatione hic et lib. xi. natum pro *perpetim*, quod servat etiam Regius, et edidit Scriverius, ac margini adlevit Wasseus. In

Apolog. p. 520. Ed. Flor. 'perpetim adsiduo convictu.' Plin. lib. xx. cap. 6. 'Perpetim humor emanans.' Gloss. 'Perpetim, *seculi*.' Dein Guelf. Byrræia. Oud.

Puer ætatem] Ætate puerili, ut sit archaismos. Sincerior lectio est, *Per ætatem*. Beroald.

At ego] D'Orvill. rursus prave *ac ego*. Paulo ante Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *puer* pro *per*, quod ipse correxerat Beroald. *puer ætatem* posset dici per Græcismum, ut 'ora puer' apud Silium lib. viii. 456. Sed vox *pulchritudinem*, quæ ad Pamphilam pertinet, docet, *per* unice verum esse. Oud.

A cautela abfui] Ita procul eram ut mihi caverem ab illecebris Pamphiles, ut ultronem cuperem me illius dedere disciplinæ: tanta magicæ artis cupiditate rapiebar. Beroald. *A cautela Pamphiles*] Passive, ut apud Sallustium 'Pompeii metus.' Vide xii. 9. A. Gellium. De ceruo Phædrus: 'Ut venatorum fugeret instantem necem.' Pric.

Ulro gestirem, &c. volens, &c.] Seneca Hippol. 'At si quis ultro se malis offert volens.' Idem. *Gestirem*] Cuperem: 'gestire' enim cupere est: gestire est lætum esse, et lætitiæ habitu corporis significare, ut Servius et Nonius prodiderunt: et jam ante dictum est. Beroald.

Tali magisterio] Disciplinæ scilicet magicæ, cujus magistra et sciens erat Pamphile. Idem.

Prorsus in ipsum barathrum saltu concito præcipitare] Plaut. Trinum. sc. 'Malta res,' &c. 'Qui in amorem se præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat.' Elmsl. In ipsum barathrum] In ipsam artis magicæ voratrinam et profundum. Translatio sumpta ab eo qui se præcipitat in vastam infernamque profunditatem. Barathrum locus apud Inferos est profundus. Proprie autem apud Athenienses barathrum est locus, in quem noxii præcipitabantur: ut docet Dio-

medes grammaticus. Hinc *barathrum* ad alia quoque transfertur. Hinc epigrammaticus poeta non minus scite quam lepide, 'barathrum fœmineum' dixit, pro locis muliebribus. Idem stomachi inum hiatum appellavit 'barathrum,' illo versu: 'Extremo rectus si venit a barathro.' Horatius quoque in Sermonibus ait: 'quid enim differt barathrone Dones quicquid habes an nunquam utare paratis?' ubi 'barathrum' accipitur pro ingluvie et voragine ventris: unde et 'barathrones' dicti, gulones, qui in barathrum gulæ mittunt totum patrimonium. *Beroald.* *Saltu concito*, &c.] Phædrus: 'Veloci saltu fovea se liberat, Et in tubile concito properat gradu.' *Pric.*

Vecors animi, &c.] Lib. III. 'Pamphile, jam vecors animi tectum, &c. conscendit.' *Idem.* *Vecors animi*] *Vet*us locutio, ut 'infelix animi,' 'præstans animi,' 'falsus animi,' pro animo: per figuram antiposim. 'Vecors animi' dicitur insanus, turbati ac mali cordis: auctor Festus. M. Tul. in prima Tusculana: 'Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordæque dicuntur:' contra qui sapientia præstiterant, ob id 'Cati Corculi' apud Romanos cognominati sunt, ut refert Plin. in septimo. *Beroald.*

Manu ejus, velut quadam catena met expello] Hieronymus in Epistolis: 'Multitudines hominum, et officia, et salutationes, velut quasdam catenas fugias.' *Pric.*

Salve prope addito, &c. *evolo*] Artemid. lib. I. c. 85. 'Ἐβῆσο δὲ καὶ θυλανε, ὅτε λέγειν, ὅτε ἀνοεῖν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιδνεῖ ἀλλήλοισ, ὅτε μέλονταις τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ ἀπαλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὅταν τρεπόμενοι. *Elmenh.* Annon reponenda litera, quæ negligentia librariorum, sen potius inveterata scribendi consuetudine geminata non est, perniciose revolvo. Pariter et apud

Ammianum Marcellinum libro undevigesimo: 'Ita curate pollictus.' Anne, inquam, scribendum? *Ita accurate.* In Appuleio equidem hac ratione plura emaculasse conabor, apud quem libro tertio: 'Ipse denique dux et signifer validissime aggressus.' Iterum libro quarto constituenda etiam hæc: 'Quanquam valido, repente tamen pulsu:' dicta de vetula: constituenda, *Quanquam invalido.* Itidem in oratione Veneris ad filium dicto libro, his verbis: 'Et in pulchritudinem contumacem reverenter vindica.' Vides, scio, geminandam denuo ac retrahendam syllabam, quæ in fine præcedentis vocis hæserat: in *pulchr. contumacem irreverenter vindica.* Pertinet etiam hæc illud libri sexti: 'Dum secum mitissimi homines altercant de mea nece:' legendum, *immitiss.* Lib. XI. de Asino in omnibus adhuc editionibus adhæsit: 'Tu rotas orbem, lumnas soles.' Scribere enim debuerant, *rotas orbem, illuminas solem.* Recurro ad librum quintum, ubi illa: 'Instructique varie, partim gladis armati, in lemures reformant:' rescribo: *in lemur ES reformant:* quod valet, *in lemures se ref.* Non aliunde juvenanda sententia libro octavo de Asino: 'Ad istum modum salutis quicquæ suæ consolebat: interea quidam,' &c. non aliunde, quam quomodo dixi, *ad istum modum, dum salutis.* Etiam in Scholastica illa Ciceronis oratione in Sallustium medicina egent hæc verba: 'His moribus amicum tibi facere non potes, videris velle inimicum habere:' lego, *amicum cum tibi.* Dabo alia, in quibus putatione opus. Appuleius: 'Interim, dum Psyche quæstioni Cupidinis intenta populos circuibat, ille vulnere ingemebat.' Per-versa enim istic editorum librorum scriptio, interpunctio, *circuibat.* At ille vulnera. Simile hodieque mendum initio libri undecimi de Asino: 'Ne quicquam rerum mearum reformides.' Scribe, *rerum earum.* Quin et in pri-

ma Apologia hujus scriptoris depravata lectio, ob litteram male geminatum: 'Idque se ait Crassus, quamquam meo tempore vel Alexandria fuerit,' recta scriptura erit, *eo tempore*. Redeo, quamquam longo intervallo, ad ea, unde digressi sumus, hoc est, ad formulam, 'Et Salve addito.' Quod a discedente hic dictum observandum putavi, cujus loco vulgus magis frequentatam putat 'Vale.' Iidem, ut in conclusionibus litterarum juxta illud Ovidii libro quinto Tristium Eleg. xiv. 'Accipe quo semper finitur Epistola verbo, Atque meis distent ut tua fata, Vale.' Ceterum non semper et in literis eam formulam servatam ostendam. Tullius Cicero Tironi lib. xvi. Epistola nona: 'Etiam atque etiam, noster Tiro, vale.' Disertim in membranis prescriptum: 'Tiro, salve.' Eodem modo in extremis Catilinae litteris ad Q. Catulum, ut apud Sallustium videre est, additur 'Aveto.' *Stewech. Revolet* si quidam scripti confirmarent, non aspernarer. Nunc nihil muto. Ita Septimio de B. Troj. lib. ii. c. 46. 'Ad naves evolvant,' de recurrentibus dicitur. Vide Wopk. in Misc. Nov. Obs. v. l. i. ii. pag. 42. Plura de hoc verbo ad Suet. Aug. c. 94. Infr. lib. iii. p. 58. 'ad meum nidum subinde devolem.' Eodem, quo hic, sensu. *Oud. Salve addito*] Verbum est tam abeuntis quam advenientis: in discessu enim et in accessu usurpatur: hinc M. Tul. in epistolis ad Tironem, junctim locat 'Vale salve,' ideo mortuis 'salve et vale' dicebatur, ut scribit M. Varro, et repetit Servius: quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. In hanc sententiam Ausonius: 'Dicto ave, dic vale, et actutum redi,' *Beroald.*

Perniciter Celeriter, velociter: 'pernix' enim velox est. Silles: 'gens pernicibus ignea plantis.' Catullus: 'Viden' ut perniciter exilire.' 'Pernix' quoque dicitur, per-

severans, a 'pernitendo,' si credimus Servio in commentario Maroniano. *Idem.*

Amenti similis] Seneca Thebald. vi. 427. 'Vadit furenti similis.' *Elmenh. Amenti similis*] Sallustius, ad notandam in Catilinae recordiam, dixit ejus incessum modo citum, modo tardum esse. 'Habitus' enim 'mentis,' ut inquit Ambros, 'in corporis motu cernitur: ut plerumque festinantes celerrare vestigium videmus, quibus nemus amentis et furoris subest.' *Ber. Amenti similis, accelero vestigium*] Sic v. ubi de gradu citiori: 'Amentis et trepida, &c. procurrit e domo:' et viii. 'Amentis, et recordia percita, per plateas, &c. fertur.' *Prie.*

Accelero vestigium] An Colvinus invenerit in Lipsiano *accelero*, debitem. Nam ceteri Mss. O. eam Edd. Vett. præbent simplex *celero*, quod audenter revocavi: uti plus semel adhibet Virgilius, quem Noster præ aliis imitari amat, (*Æn.* iv. 641. Vide *Burm.* v. 609.) uti et Tacitus, cui, in vitis Codicibus, *accelero* sæpe inculcarant. Vide J. Gronov. ad lib. xii. *Ann.* c. 46. *Sil. Ital.* lib. xv. 207. 'Progreditur, celeratque vias.' *Plautus* apud Nonium in v. 'Laverno:' 'In furtis celerassit manus.' Sic enim Mss. optimi. *Al. celerassit, accelerravit.* pag. 184. *Ed. Merc.* Vide *Stew.* ad lib. i. pag. 231. *Idem* in *Pseud.* i. 2. 25. 'Intro abite atque hæc cito celerate.' Male vulgo *celebrate*. *Martian.* Cap. lib. viii. p. 171. 'Sillicorniumque mutans Tentat celerare cursum.' Verum vitiose et contra matrum supervacua syllaba *le*: unde N. Heinains emendabat *citare* ad *Valer. Flacc.* lib. viii. 66. In Mss. et Edd. pp. *cedere*, vel *celere*. Quare malim *cierz*. In *Guelf.* legitur, *propere celere*. *Oud.*

O Luci, evigila, et t. esto] D'Orville. resectis ceteris: *O Luci, et t. esto*. Pro *habet* in *Palat. es*. Dein pro *poteris* *Reg. Fux. rumoptimia*. Hinc conjecturis induigent, cui etiam et volan-

tas est. Gulielmus conjiciebat: *voto dist. poteris. F.* antique pro *potiris*; de quo alibi: ut 'explere pectus' dictum sit ἑλλανεύς. Pro et *voto* margini adlevit Burm. ex *voto*. Idem. Age, inquam, o *Luci*, *vigila*] Horatius: 'Vigila, hoc age.' Plautus: 'Mamechus vigila.' Idem Milite: 'Age, si quid agis: vigila, ne somno atade.' Servius ad *Æn.* i. 'Is qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus, primo ancilla commovebat: post, hastam simulachri ipsius, dicens, Mars vigila.' Nero apud Suetonium: Ἄγε, ἔγρεπε σκαυρόν. Apud Philonem in de Legat. ad Caium: ὁ δὲ τὸν δ' αὐτοῦς ἔγρεπε, ἐγέγρεπε σκαυρόν. Apud Eundem in de Mosis vita: Συναφέντων ἄλλος ἄλλον, μὴ ἀποκλίνων ἀνεγρηγόρευτο, λέγοντες. *Prie. O Luci*] Sic vocum termocinatur. *Beroald.* Et tecum esto] Horatius: 'Non horam tecum esse potes.' Simplicius in cap. 45. Epicteti: Γρηγορεῖται τὸ προσεκτεῖν τῆς ψυχῆς, καὶ φυλαττεῖν ἑαυτὸν ἐν ἐαυτῷ μένουσαν. Et ad cap. 49. Ἐνταῦθα δὲ τὴν προσοχὴν ὁμῶς, ὥστε δὲ ἑαυτοῖς εἶναι. *Prie.*

Habes exoptatam occasionem] 'Habes tota quod mento petisti.' In Eumacho Terentii: 'An ego occasionem mihi ostentatam tantam, tam brevem, tam insperatam Amitterem?' 'Exoptatam occasionem' hic vocat qualem ix. 'occasionem optatissimam:' neque enim id abundat. Glossa: *Edicrurantes*, exoptatus, valde optatus. *Idem.*

Fabulis miseriis] *Miscellis* edidere Valc. Ed. sec. Elm. et *Pricæus*, idque J. Gruterus in Palatino esse adnotavit; ut 'miscella satyra' apud Mart. Capell. in fine; de quo loco corruptissimo consule N. Heins. ad Ovid. Epist. Her. vii. 4. Burm. ad Suet. Cæs. cap. 37. *Milestis* placuit etiam Spingio. Scriverius in Anecd. Philol. p. 40. conjecit *mulceis*, sive dulcissimis. Verrum cum constanter Mss. et Edd. Vett. exhibeant

miseris, neque tamen ea vox hic ullam idoneum sensum habeat, non dubitavi, post eundem Scriverium et Floridum, conjecturam Beroaldi *miris* admittere in textum. Quæ vox passim dicitur de raris, egregiis, et expectationem superantibus; ac crebro ab Auctore usurpatur. Sic 'mira responsa Chaldæi' lib. ii. pag. 28. Plura vide ad lib. i. p. 13. 'mira adfecto joco:' et omnino *Pricæum* ad lib. viii. p. 173. 'mira presumptione.' Is. Voss. ad Catull. p. 296. Quo satis defendi potest nonnullorum Matorum, in quibus et Leid. pr. atque Edd. lectio apud Solin. c. 46. 'Amaritudinis miræ.' Hinc et fabulæ sæpe miracula audiunt. Vide Henm. in Misc. Nov. Lips. v. vii. p. 443. ad Min. Fel. c. 20. 'Alia monstrosa, mira miracula:' et Vonkii Obs. Misc. p. 141. Ad hæc nihil frequentius est, quam depravatio τῶν *miri* in *miseri*, et *mirari* in *miserari*. Adi, suadeo, notam N. Heinsii ad Ovid. lib. ix. Met. 394. et meam ad Lucani lib. ix. 832. J. Gronov. ad Gell. lib. xv. 16. Hinc etiam cum Barthio ad Claud. p. 1039. et aliis in Catalecticis Scalig. p. 173. de Sirenibus corrigo: 'Et solito miris ore clere modos.' Vulgo *miseros*. Stat. lib. xi. Theb. 453. 'movet et geminas miserabile Divum Prodigium turmas.' Sic vulgo legitur inepte. Mss. multi et Lutat. *venerabile* e glossa τὸ *mirabile*, quod optime servat Ms. D'Orvillii chartaceus. Eadem confusio apud Justin. lib. xlv. c. 4. 'Tot periculorum miseratione ad regnum pervenit.' In Ed. Junt. *admiratione*, ut ibid. 'admiratione tot casuum periculorumque.' Sed cur non *miratione*? Ceterum *fabulis* pro *fabulis* conjecit Heinsius. Acute. Sed invitis Mss. hoc non intrudendum, præsertim, si *miris* aut *Milestis* recipias. *Oud. Fabulis miseriis*] Corrige *miris*: hoc est, mirandis incredandisque; quales sunt magorum præstigiæ. Vel potius lege *Milestis*, de quibus repeta.

quæ annotavimus in principio commentariorum, explicantes quid significet sermo Milesius. *Beroald.*

Implere pectus] Petronius: 'Ita nunc, mortales, et magnis cogitationibus pectora implete.' *Elmenh.*

Cominus] Prope, cujus contrarium est 'Eminus,' quod significat longe et procul. *Beroald.* *Gnaviter*] Strenue, vigilanter, celeriter: a 'gnavo' enim, qui dicitur industrius et vegetus et celer, fit adverbium 'gnaviter,' quod et 'naviter' dicitur: sicut 'navus' strenuum celereque significat, a navium velocitate dictus: cujus contrarium est 'ignavus.' *Idem.*

A nexu Venero, &c.] Lib. ix. 'Tenacissimis nexibus expeditum adulterum.' Sic, 'nexu infando implicitum' Declam. iii. Quintilianus. *Pric.*

Hospitis] Pamphilus. *Beroald.*

Probi Milonis] Lib. iii. 'Ad probum Milonem civem vestrum devotor.' *Pric.*

Genialem torum suspice] Lib. x. 'Torus scilicet noster genialis futurus.' Glossæ: 'Genialis, γαμήλιος,' &c. *Id.* *Genialem thorum*] Conjugalem lectum, qui nuptiis sternitur in honorem genii, ut Fest. M. Tul. in oratione pro Cluentio, 'lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni, expulsa atque exturbata filia, jubet.' Horat. 'Lectus genialis in aula est.' De genio et geniis alibi plura, ex auctoritate August. et M. Censorini. *Beroald.*

Suspice] Venerare et cole tanquam inviolabilem, et castitate religiosa vallatum. *Idem.*

Verum enimvero Fotis famula] Puro D'Orvill. Sed puero etiam Palat. nterque Guesferb. (nam hic incipit eorum antiquior) Oxon. Par. adlevitque Cl. Wasse quasi puera. Vide Suetonium. scil. in Callig. c. 8. 'Antiqui puellas pueros dicitabant:' ubi vide. Sed tum rectius abesset famula. Utrumque autem verum enim

et verum enim vero optimis in usu esse, nemo nescit. An puero pro mihi? an puero i. per servum meum? Vix puto. *Oud.* *Verum enimvero*] Particula ratiocinativa est, ut Grammatici dicunt. *Beroald.*

Anixe] *Enixe*] Palat. Fux. Guelf. nterque, Oxon. Par. D'Orvill. ut primus edidit Elmenhorstius. Errat enim hoc Beroaldo adscribens Priemus, qui tamen præfert *adnixæ*, ut est in Regio et Flor. Frequenter occurrit quidem 'adnitor' et 'adnixus.' Sed adverbii *adnixæ* exemplum adhuc quæro pro *enixe*; quod corruptum etiam aliquando est in *obnixæ*. Vide Drakenb. ad Liv. lib. iv. 26. 'enixe obeditum.' *Oud.* *Anixe*] Vehementer, omniique nisu et viribus. *Beroald.* *Enimvero Fotis famula petatur adnixæ*] Juvenal. 'Sed tua nunc Migale:' ubi Scholla: 'Nomen mulieris, ex ipsa coitione:' unde de Fotidis nomine supervacuum monere. Beroaldus hic *enixe*: quomodo in Oxon. et aliis Mss. legitur. mihi altera lectio sincerior. Noster in Apologia: 'Adnixus in impenso studio,' &c. *Pric.*

Scitula] Elegans, pulchra, venusta. Græce scitus ἐπαῖος dicitur. *Beroald.*

Forma] Septimus est casus. *Idem.* *Moribus ludicra*] Nullam causam video, cur elegantissimus N. Helmsius in Epist. ad Græv. tom. iv. p. 329. legere hic maluerit *lubrica*, ut apud Sil. Hb. v. vs. 18. 'Lubrica mentem.' Horat. l. Od. xix. 'Vultus puellæ lubricus adspici.' Talem enim tam paucis horis noscere eam non potuit Lucius, sed viderat eam *ludicram*, sive ludis amatoris deditam, ut patet e seqq. Passim autem de amoribus et inlegitima Venere *ludum*, et quæ eo pertinent, usurpari nemo nescit. Immo Noster ait in Apolog. 'Fecit versus ludicros et amatorios:' et paullo post: 'Virgilii bucolicon ludicrum,' pro amatorio. Sed et lib. ix. Met. p. 181. 'Maritum astu me-

ratricie tractabat ludere.' Mox et deest Guelf. pr. *Ond. Argutula*] Loquela dicacula, venustula: 'argutari' dixerunt Veteres, loquaciter loqui. Nævius: 'Totum diem argutatur quasi cicada.' 'Argutus' dici ait Probus grammaticus, qui multum ac oeleriter loquuntur: ut 'arguta hirundo': unde 'ὀροκοπιστικὸς argutula.' Beroald. *Forma scitula est*] Lib. III. 'Scitula formæ juvenem.' *Pric. Forma scitula est, et moribus ludicra, et prorsus argutula*] In Glossis: 'Κομψός. scitna, bellus, &c. mulier commoda et faceta est.' *Pric.*

Cum somno concederes] Succumbere somno, et ob hoc ires cobitum. Sermocinatio est. cum ipsomet, quæ causam suam tutatur, et se Fotidi nunquam ingratum, neque inamabilem videri colligit. Beroald.

Et in cubio te duxit] Primo male Scriverius, ejecta copula, ut proposuit Anecd. Philol. p. 38. edidit, *te in cubio*. Nam pleonasmum istum copulæ cum optimis passim amavit Noster. Lib. I. p. 16. 'Et cujatis sit, et q.' ubi etiam vide. Dein prave in solis Edd. Bas. Colv. Vulc. sec. *duxit*. Proprium hac in re compositum est *deduxit*, quod est in ceteris Mss. nisi quod in Guelf. pr. a m. pr. sit *deverit*. Terent. Ad. IV. v. 60. 'In cubiculum iri deductum domum.' Ovid. Met. x. 462. 'Cunctantem longæva manu deducit, et alto Admotam lecto.' Tibull. I. 7. 65. 'Hæc me deducit tenebris: ' ubi consulatur Brunkhas. et quæ scripsi ad Cæs. lib. v. B. G. cap. 14. 'Quo primum virgo quæque deducta est.' Male ibi erat vulgo, *virgines ductæ*. Ond.

Et blande lectulo collocavit, et satis amanter cooperuit] Theophylactus ad I Tim. v. 10. Τὴν σωματοειὴν ὑπηρεσίαν εἰσφέρων προτρέπεται· ὁρῶν κλήρην στρώσαι, ἀναπαύσαι· πρὸς δ' αἱ γυναῖκες ἐπιτηδεύουσαι. Heliodorus II. de ancillis hospitem. curantibus: 'Ἡ μὲν τις ἀπέκνησε τὸ πόνε, &c. ἡ δὲ ἐφρόντιζε τῆς

ἐνῆς, καὶ μαλακῶν ὑπνρέτης τὴν κατὰ κλισίαν. *Pric. Satis amanter cooperuit*] Lib. x. 'Quam laciniam curiosulus ventus satis amanter, &c. refiabat.' *Idem.*

Vultu prodidit] 'Quis enim bene celat amorem? Eminent indicio prodita flamma suo.' Medea Jasoni apud Ovid. Ep. XII. vs. 39. *Ond.*

Retrorsa respiciens substitit] Gabriel Rolandius *subdidit*. *Retrorsus* legi voluit Sciopp. etiam, in Susp. Lect. III. 10. et ediderunt Elm. Scriv. et Florid. Sed perperam. *Retrorsa* exhibent Mss. reliqui, nisi quod *retrorsum* sit in Oxon. *retrorsa* Ald. *Retrorsa* est *retroversa*. Videturque Pricæus summisæ in Nomin. singulari. Sed malim capere in accusativo plurali adverbialiter pro *retrorsum*: ut pluribus cum alibi, tum ad p. 25. 'Vasculum crebra succutiens: ' et lib. III. p. 62. 'Nos crebra tudentes: ' docebo. Tum *sustulit* Pith. *sustinuit* solus edidit Vulcan. Ed. sec. *subdidit* probavit Sciopp. in Susp. Lect. quasi sequentia verba 'Quod bonum, &c. fuerint Fotidis. Sed perperam omnino. Lucius hoc opus amatorium adgressurus, ista secum disputans loquitur. Adi, quos laudant Beroald. et Pricæus, cujus exempla, *substitit* unice verum esse, satis evincunt. De hoc verbo adi quoque Comm. ad Suet. Cæs. cap. 31. 'Paullum anstitit.' *Idem. Quam invita discederet vultu prodidit: denique sæpe retrorsa respiciens, substitit*] Lucianus Cataplo: 'Ἐπιστρέφοντα εἰς τ' ὀπίσω, ὅσπερ οἱ δυσέρωτες. Heliodorus VII. 'Ἀπεχόμεναι δὲ καὶ ἡ Ἀρσάκη, μέλεις μὲν, καὶ ἀναστρέφοντα. Philostratus de Gymnosophistis Apollonio valedicentibus: 'Ἐπείστροφον εἰς τὸ φροντιστήριον, ἐπιστρέφονται πρὸς τὸν ἥδρα, καὶ δηλοῦντες ὅτι ἤκουτες αὐτοῦ ἀπαλλάττονται. Silius lib. VIII. 'Respiciens, ægerque animi tum signa reliqui Vestra.' Ovidius Metamorph. x. 'O quoties, cum jam posset transire, morata est!

Spectatasque diu vultus invita reliquit.' Et i. Trist. 'Sempe vale dicto, rarus sum multa locutus, Et quasi discedens oculos summa dedi: Sempe eodem mandata dedi, meque ipse fefelli, Respiciens oculis pignora cara meis.' Paternus de Barbaro quodam lib. ii. 'Impetratoque ut manus contingeret, reversus in naviculam, sine fine respectans Cæsarem, ripæ suorum appulsi est.' Quintilianus Declam. x. de spectro filii, matri apparente: 'Nec jam nisi cum luce certa fugatisque sideribus, iavitas ille vaneſcebat ex oculis: multum resistens, sæpe respiciens: et qui proxima nocte promitteret se venturum.' Tertullianus (hunc morem valedicentiam respiciens): 'Cum vero et tertium illum prius omnis valedicere parantem prohibet retro respectare, sectam Creatoris consequitur.' Nec amicos, sed et consueta loca hic mos liquentium. Virgilius Cœli: 'Et notas sæpe (hæc frustra) respectat Athenas.' Rutilius Numantianus: 'Respectare juvat vicinam sæpius urbem, Et montes visu deficientis sequi.' Adde quæ de Pempelo Lucanus initio tertii. *Prie. Retrorsa, &c.*] Onomasticon vetus: 'Retrorsus, *δωρόδωτος*.' Infra lib. vi. 'Iter retrorsum porrigens.' *Idem.* Vultu *predidit*] Significavit: vultu enim et oculis et natu et superciliis interiora animi produnt amatores. *Boreald.* *Retrorsa*] Reflexa, obliquata, retro converſa: quod ab amorabunda puella fieri solet cui convenit illud Virgilianum: 'Et fugit ab salices, et se cupit ante videri.' Inclinato vocabulo ab adverbio *retrorsum*. Horat. 'retrorsum Vela dare atque iterare cursus.' Dictio est in vulgari sermone frequens. *Id.*

Quod bonum, felix, et faustum] Recto post *faustum* delevit *ut sit* Colvius. Careat eo verbo omnes Mss. et jam Ed. Junt. post. Sequentia vero *licet salutare non erit* videntur corrupta. Nam quemodo non erit salutare, si

bonum et faustum? Contra jungit loco per Colvium citato p. 941. Ed. *Prie.* Hoc perspexerunt quoque Edd. Vett. ante Colvium, in quibus est *insalutare*. Sed varie distinxerunt. In Edd. Boreald. et Baz. pr. sic: *faustum sit: itaque insalutare non erit.* Junt. post. *faustum. Itaque licet. insal. n. e.* Sed tum malim hæc pacto: *faustum itaque. Licet. insal. i. e.* permissum est, licet mihi, tentetur F. insalutare non erit. At *salutare* præbent Mss. O. unde Greslot. simpliciter reponcbat: *f. sit atque salutare.* An ei *sal. scil.* Fetidi, vel mi pro mihi, ut passim est apud Vett. aliosque. Nec obstat quod erit videatur indicativus. Nam *licet* posterioribus scriptoribus, ut Ammiano, Martiano Cap. et similibus, cum indicativo sæpe construitur. Adl Cl. Munk. ad Fulgent. Myth. l. i. p. 23. 'licet subit.' Daum. et Reinesii Epist. 104. 106. In Pith. pro *erit* est *et.* Oud. *Quod bonum felix*] M. Tull. in primo de Divinatione testis est, majores nostros in rebus omnibus agendis præfari solitos. 'Quod bonum faustum fortunatumque esset:' quia scilicet valere censebant voces, quæ vocant omnia. *Boreald.* *Quod bonum, felix et faustum, &c.*] Sic Veteres dicebant, aliquid aggressuri. Donatus ad l. 2. Phorm. *Prie.*

Pedibus in sententiam vado] Lib. vi. 'Totis animis latrones in ejus vadant sententiam.' *Element.* *Pedibus in sententiam vado*] Ex more Romano sumptum, apud quos ibatur pedibus in sententiam, quam probabant. Hinc ait Lælius: 'Sed tum quoque aut verbo assentiebat, aut pedibus in sententiam ibat.' *Idem* alibi: 'Quibus hæc salutaris videntur, agite dum in dextram partem pedibus transite: omnes transierunt.' Sensus est: Mihi animo voluntanti approbatur ea sententia, ut abstinere ab amore Miloni, et Fotis ancilla ametur. *Boreald.*

Nec tamen domi Milonem, &c. offra-

de] Apud Heliodorum II. Εἰς τὴν
ἐκπαγλὴν ἀφαιρούμεναι, καὶ τὸν μὲν τοῦ
δαῖτος δευτέρου εὐ καταλαμβάνουσιν.
Pric.

PAG. 25 *Suis dominis*] Uncia in-
clinit Scriverius, nec comparet in
Guelf. sec. immo *suis dominis* exs-
tant a Mss. D'Orvill. Fux. et Par.
Lucian. *Δαίμων ἡμῶν ἀνθρώπων*. Sed
verebantur forsam librarii, ut *domi-*
ni dici possint de domino et hera.
Sed carminibus, quam reges de rege
et regina, fratres de fratre et soro-
re, soceri de socero et socru, ac si-
milia passim obvia? Vide Serv. ad
Æs. II. 466. J. Gronov. ad Tacit. I.
311. Ann. cap. 3. Burn. ad Valer.
Flacc. lib. v. 274. Drakenb. ad Liv.
lib. II. c. 2. § 11. Infra p. 36. 'pri-
ncipum filias:' p. 47. 'domo hospi-
tium,' ut leg. lib. v. p. 95. 'geni-
tores, pater et mater, seu parentes.'
Virg. Æn. II. 579. 'patres,' si tamen
is locus a Virgilio profectus. Immo
ut hic 'domini,' sic de Balcide et
Philemone Ovid. lib. VIII. Met. 666.
'Quem Dis hospitibus domini mac-
tare parabant.' Longus in Pastor.
lib. IV. p. 125. Ed. Moll. Dionysio-
phanen et Cleoristam *τοὺς δευτέρους*
vocat. Quis Lucianus tom. II. pag.
575. in eadem hac narratione ait:
καταλαμβάνουσι τοὺς δευτέρους. et Noster
ipse de Tlepolemo et Charite lib. VII.
p. 147. 'coriam domialis referemus.'
Iidem lib. VIII. p. 163. 'novi mariti'
dicuntur. Excidithæc elegantia sive
vox regum ex Edd. Mart. Capell.
lib. I. p. 18. contra Mss. quos vidi,
plurimos: 'His igitur regum indu-
mentis ornati,' Jupiter sc. et Juno,
quos p. 15. dixerat 'regum con-
iugum utrumque.' Oud.

Jusculum fortim circumcisum] Crede
Stoweck. voluisse totum, quod etiam
sæpe Ed. marginali adlevit G. Vossius
pro vulgato ante Colvium *jusculum*.
Alius conjecit *jusculum*. Th. Marcell.
in not. ad Pers. 8. II. 42. 'Tucetaque
crassa?' conjecit iterum; quia cum

Isidoro existimat *pulpam* et *viscus*
esse eadem: unde etiam Salmas. ad
Solin. p. 265. sequentia *pulpam f. con-*
sectam glossam esse existimabat. Sed
erravit Isidorus, vel librarii potius.
Nam voces illæ cap. 2. 'Hanc pl.
viscum vocant,' a nonnullis Mss. ab-
sunt. *Viscus* dicitur de carnis par-
tibus internis, *pulpa* de externis. Eas
partes interiores farturæ aptas alii
ilia, vel *kila*, et exta nominant, *des*
Tripes. Vide D. Herald. ad Arnob.
lib. VII. p. 380. 'In exiguas arvina
est miculas aut hilaminum insecta.'
In Priapeis Carm. XVIII. loco maxi-
me adposito, quemque Nostri verbis
contra Scioppium bene explicuit
Tan. Faber lib. II. Ep. 53. 'Ecquan-
do Telethusa circulatix Quæ clu-
nem, tunica tegente nulla, Extis ap-
tius altiusque motat, Crisæbit tibi
suctuante lumbo.' *Viscum* autem
vel *jusculum* præferunt Mss. tantum
non omnes. At si ita scripsit Appu-
leius, nove eam vocem quarto in eas
masculino genere posuit. Nam Ve-
teres per *viscum* secundæ declinatio-
nis intellexerunt herbam glutinosam,
seu gummi quoddam et glutinum au-
cupum, de quo visco et aucupio ad
Gronov. lib. III. Obs. c. 18. Comm.
ad Petron. cap. 109. et Propert. I.
15. 24. uti et Drakenb. ad Sil. VII.
674. Inf. lib. XI. p. 344. 'Alter au-
cupem cum visco.' Id quod et ob-
servavit Servius contra Nonium p.
184. Ed. Merc. de 'tractu visceris'
male capientem verba Virgillii lib. I.
G. 139. 'Fallere visco.' Vide et Isid.
lib. XX. cap. 2. Per *viscus* vero,
visceris tertie declinationis, intellex-
erunt carnem seu viscera. Nec e-
nim bene huc Charisium advocat
Colvius. Is nusquam dicit pro carne
utrumque viscus, *oris*, et *viscus*, *ci*
usurpari, sed tantum lib. I. p. 19. et
p. 70. Ed. Putsch. docet, vocem di-
verso genere et declinatione addi-
beri. At qua significatione, non de-
finit. Quare fore inclino in senten-

tiam Salmasii d. i. *viscus* et hic legentis. Et ita sane non Scal. modo sen Vult. Ed. sec. exhibuit, sed jam Ed. Junt. posterior. Exciditque syllaba, ut fuerit *viscus confartim conc.* Certe Edd. Rom. Vic. Beroald. Ald. Junt. pr. Col. Bas. pr. syllaba auctius dant, *f. circumcisum*. Sed *fartim* est lib. iiii. p. 44. '*fartim stipare.*' Auson. in Mos. vs. 85. '*fartim congestus.*' vs. 118. '*fartim pinguescens.*' Plaut. Mil. Gl. i. 1. 8. '*fartum facere ex hostibus:*' ut quidam non male legunt. *Concisum* est in Palat. *conacisum* Guelf. et Fux. *concisum* in Pith. An *contusum*? Idem. Juscum] Pulpamentum minutatim concisum, eleganti vocabulo *juscum* appellat, quod vulgo *jus* nominant: hinc Ciceronis ille locus amphibologicus: '*Ego coque tibi jure favebo:*' et apud M. Varr. in tertio de Re Rustica consimiliter: '*Sic hos pisces nemo coquus in jus vocare audet.*' Tria genera ganeatorum ciborum traduntur: primo assa, secundo *elixa*, tertio ex jure, uti cepisse natūra docet: unde jurulentum dictum, quasi jure conditum, quod et jussulentum vocatur. Cor. Celsus in secundo: '*Tum res eadem magis alit jurulenta quam assa, magis assa quam frixa:*' jurulentam condituram intelligi voluit Satyroglyphus, cum ait: '*et eodem jure natantes Mergere ficedulas didicit nebulosa parente:*' a '*jure*' fit '*juscum*,' et hypocoristicus '*jusculum*.' M. Cato: '*Infervefacito paulisper, postea jusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse.*' Apitius, scribens de pulmentario ad ventrem: '*Jusculum*,' inquit, '*facere et potare: melius est, si in eo pullos sit decoctus.*' Beroald. *Fartim*] A '*farciendo*' adverbium '*fartim*' dicitur: hoc est, congestum et cumulatim. Talia autem condimenta sunt in Gallia, ut caro minutim concisa, immo frustulenta, cum ovis et aromatibus in caca-

bam jaris optimi conjecta discoquantur: sitque pulmentarium acutissimi saporis, inter instrumenta græcum præcellens. Apitius, porcellum farallum, leporem farsilem, pisces farsiles vocat, qui in edulis fariantur variis condimentis. *Idem.*

Pulpam frustratim collectam ad pasca virulenta] *Consepit* Onon. *collectam* e Lips. cum Colvio dedit Vult. Ed. pr. male, et contra Mss. atque Edd. Vett. mentemque Appuleii. Vide Donat. ad Terentii Heec. iiii. 4. '*Pulpa: quæ pulsetur et concindatur.*' Supra jam monui, male a Salmasio hæc, *p. f. consectam*, ejiei: cum sine dubio *e visceribus* et *pulpa* confecerit Fotis carnem minutatim et fartim consectam, qualem parabant vel in varias formas, nobis *fricadillas*, vel adhibebant ad *isicia* sen *insicia*, de quibus consule omnino. Ill. N. Heins. ad Ovid. lib. ii. F. 548. et Tullium ad Palempat. p. 194. ibique ineditum Epigrammata. Corrigendus item Isidorus l. xx. c. 2. '*Farcimen, caro concisa et minuta dictum quod ea*' (sic Mss. vulgo *eo*) '*insiciam*' (vulgo *institutum*, Mss. *intestinum*) '*farcitur.*' Don. ad Eun. ii. 2. 36. '*Fartores, qui insicia et farcimina faciunt.*' Immo retinenda, *pulpam fr. consectam* loca clarius patet, quia *insicere* et *pulpa* respondet *vox jurulenta*; vel *pulpa* soli, si *jurulentam* præferat. Sed prius flagitant Mss. ut jam videbimus, postquam adposuerim locum Arnobii l. vii. p. 281. '*Quid diversis cum fartibus confectionis jure multiplici conditis.*' Sic malo, quam *confectionis*. Oud. *Pulpam*] Inter Apiciana cibaria est et minutal, ex eo dictum, quod minutatim, hoc est, frustratim et tessellatim conciduntur caro, aliæque scitamenta conciduntur. Quod multiformiter fit appellaturque aliud minutal. Apiciasum, aliud Matianum, aliud dulcoe; fit et ex jecinoribus et pulmonibus, lepulculorum, ex spatulis porcinæ frusta-

tim tessellatimque coniectis: hoc est, per frustula et tessellas, quæ sunt frusta quadrata, unde adverbium 'frustillatim' fit, quod significat per frusta et minutatim. Hoc pulmenti genus signare videtur Plantas in Cuculatione, cum ait: 'Vin' aquam? si frustillatim est, da obsecro; hercle absorbeam.' Idem 'frustillatim' dixit diminutiva forma, quasi per frustilla: 'Jam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant.' Beroald. [Pulpa frustillatim coniectam] Donatus ad III. 4. Hecyræ: 'Pulpa proprie ea quæ manducatur, eo quod pulsetur et coniectatur.' Pric.

In abacum ad pascua jurulenta] Inanes et vane sunt omnes doctorum virorum conjecturæ, in quibus etiam Th. Marcelli dicto Persii loco, cacabum pascue jurulentum. Scriv. in Antecd. Phil. p. 10. et adposite vinulentum: al. in Thea. Fabr. ineptissime, abacum pascue vinulentum. Salmas. pag. 265. Plin. Exerc. et bamma compascus jurulentum. Beroaldi conjecturam recipere Colin. et Bas. pr. Certe abaco nullus hic esse locus potest, quæ voces etiam in abacum; eis rēpucas abigendæ, in nullo Ms. comparent, temere e correctione Lipsii et commendatione Colvii ab Elmenthoratio et seqq. in textum receptæ. Flor. f. Palat. Reg. Fux. Lips. Oxon. D'Orv. dant ad pascua jurulenta, vel prave virulenta; ut edidit Colv. Vulc. Ed. pr. Wow. item Ald. et Junt. post. præmissa abacum sine ullo sensu. In Par. est ad pascuum jurulenta. Sed in Edd. Rom. est abacum ad pascua hirulenta. Viçent. Ven. Ber. Junt. pr. abacum pascus hirulentam. Hinc, quæ sit vera lectio, docebunt Mss. Flor. altes, embac pascua jurulenta, Pithæan. ambacipascus hirulenta, et Bertin. ut in meis est excerptis, ambascum vocas pascua hirulentam. Ac lego: p. fr. coniectam, embammatum pasta jurulenta. Utraque scilicet et viscus et pulpam mixta, quibus addiderat Fo-

tis embammatum pastum; unde erant jurulenta sive justulenta, ut est in Apolog. p. 49. Ed. Cassaub. jurulenta quoque jam legitur inter errata Ed. Junt. post. ac citat Barth. ad Claud. 11. Stil. vs. 14. pascua sumens pro cibe vel prandio. Eodem vocabulo utitur et Noster l. iv. p. 79. ubi itidem in virulentum abiit: 'Hordeum tunnaum minutatim et diutina coquitatione jurulentum.' Cels. l. i. cap. 6. 18. 'cibus jurulentus.' Plura vide apud Colvium. De bammate vel embammate consule Salmas. d. l. et ad Tertall. Pall. p. 123. 226. ac corrige etiam Isidori glossas: ubi vulgo bombum, corbellum. l. bamma m. abiit in b. quod passim in Græcis fit vocabulis. Compascus nec sensum idoneum, nec majorem, quam simplex pascue, habet auctoritatem. 'Compascuus' est 'ager,' 'locus,' ubi plura simul pascuntur pecora: 'cibus compascuus,' quem plures una edunt, 'jus compascuum,' pluribus pascendo commune. Vide l. iv. init. Cicero in Topic. 3. Laurenb. Antiq. hac voce. At vox pastus est frequens. Eo fere sensu 'exoticum juris pastum' forsitan dixit Auctor lib. x. p. 222. De pastu et pastex ad quoque Lips. Poliorc. l. III. Dial. 1. Si vel sic malis retinere compascue, quia e a in Mss. additur, vide, num e Bert. legas, embammati compascue. Sic fere ipsa Codicum scriptura servabitur. Restituendum sic e Mss. l. i. de Dogm. Plat. p. m. 796. 'Et esse aplanesi primum ordinem, secundum Saturno datum,' &c. Vulgo sine sensu ἀπλαγή. De Græco illo casu, Latine adhibito, consule Heins. ad Ovid. Epist. XIII. 187. 'Troasin invideo.' Vel inverso litterarum in voce pascos ordine fingi forsitan possit, embammatum sapore, ut l. iv. p. 68. 'Snavi sapore percocta pulmenta.' L. VIII. in f. 'Femur in protrimentis sapidissime percoctum.' L. x. p. 230. 'Sapidissimis intrimentis succum,' i. e. embammatum sa-

pore condita pulmenta. Sed sequitur 'tucetum sapidissimum.' Hæc scripseram prius, sed attentius deinde considerans sequentia verba, illud *cibarium* vnc. concedere malui in Gros-lotii sententiam. Nam dicendo *illud*, Appuleius videtur id antea indicasse et nominasse *cacabum*, de quo vide Isidor. l. xx. c. 8. *Ond. Abacum*] Modo mensam potiorum significat, alias tabulam geometricam, alias ornamentum columnarum, alias calculos supputatorios. De abaco in quinto Tusulanarum questionum commentario satis multa. *Beroald. Pasce*] Opipare, laute, abundanter: adverbium est. *Idem. Hirulentum*] Quidam corrigunt *jurulentum*: cujus significationis jam mentio facta est. Ego lego *vinulentum*, ut sit epitheton mensæ vinarum accommodatam, quæ omni vinorum genere copiose instructa sit. *Idem.*

Et quidem] Scriverius non male edidit *equidem*: pro quo contra *et quidem* rescribendum videbimus ad l. iii. p. 60. 'corollis roseis equidem recantibus.' Sed in utroque Guelferb. et D'Orvill. bene *et quod*: ut rescripsi. Nam sic etiam in aliis esse vix dubito. *Ond.*

Jam mihi hariolabar] Flor. j. *inde hariolabar*. Elmenhorstius. Nec aliter Palat. Oxon. uterque Guelferb. Coll. Lips. ac puto recte; saltem addendam hanc esse voculam. Pithæan. *inariolabat*. Deiu solito librariorum more *tucetum* est in nonnullis. Alii per duplex *c* malunt. Vide Muncker. ad Fulgent. Expos. Serm. Ant. p. 180. l. v. p. 98. 'Edulibus atque tucetis oblectat.' Gloss. Isid. 'Tucetum, bubula condita apud Gallos Cisalpinos: ut leg. cum Vulcanio. In Fux. *perquam*. *Ond. Naribus ariolabar*] Sagax nasus et acutior olfactus præsentit, et quasi ariolatur, hoc est, exquirere divinam apparatus epularum. 'Ariolari' enim est vaticinari, et 'ariolus' dictus qui divina mente

vaticinatur, quasi 'fariolus,' a 'fatis' et a 'fando,' sive ab 'halando': nam halitu solent istiusmodi homines excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant: auctor Donatus. Præcipit M. Cato, ne villicus ariolum consuluisse velit. *Beroald. Tucetum*] 'Tuceta' dicuntur esum regim, ut Callimachus: 'Ambrosio redolent tuceta sapore: ut Persius: 'pingues patiam, tucetaque crassa.' Obiter annotandum, inter militares cibos esse 'buccellatum,' ex eo opinor dictum, quod in buccellas et quasi tessellata frusta coniectum sit: de quo 12. Codicis volumine lagimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum et carnem vervecinam percipere debere. Ammianus videtur iannere, buccellatum id esse proprie, quod biscoctum dicimus: quod 'buccellatum,' ut ita dicam, tessellatumque formatur. Verba Ammiani hæc sunt ex lib. vii. 'Fragmentum ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgo appellant, humeris imposuit libentium militum.' *Idem. Perquam sapidissimum*] Attende locutionis genus, contra morosas et prærancidas Grammaticorum observationes, qui duas hasce particulas, *Per quam*, juncti semper præcipiunt positivo, ut dicas *perquam aspidum*. Sed Idonei scriptores, elegantius magis quam scripto grammaticali indulgentes, dicunt 'Perquam maximum,' 'perquam brevissimum,' 'perquam sapidissimum.' Q. Curtius, scriptorem elegantissimum: 'Rossum,' inquit, 'quoque Bactrianorum ducem, perquam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se jubet.' Pomponius jurisconsultus, quo pene nihil limatius, tit. de origine juris, sic scriptum reliquit: 'Nam ante cum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad odietum sub-scriptos reliquit.' Ex hoc colligimus, Latinitatis elegantiam, qua nihil fassius uberiusque est, hæc quæquam

docerendum esse intra cancellos norma grammaticalis, nec astringendam regalis Donatistarum: cum et Grammaticos ipsos videamus regulas fulcire oratorum positarumque fulturis, et ad auctoritatem veterum scriptorum veluti ad anchoram confugere. *Idem.* Et quidem naribus jam mihi harricoler tucetum aliquod aspidissimum] Quale argentum illud de quo Catullus: 'Quod tu cum olfacies, Deos rogabis Totam ut te faciant Fabulle nasum.' Callimorphus apud Fulgentium: 'Ambrosio redolent tuceta sapora.' Gloss. 'Tucetum, ζυγυς νῆψος.' Vide et Persii Schollastem ad Sat. II. Elegantissime autem harricolari naribus. Donatus ad III. 2. Adolph. 'Nares a naritate dictæ, quod nos odoratu doceant prout et prope esse, quæ adhuc oculi non vident.' 'Niderem naribus præsentire,' Noster in Apologia dixit. In Octoplo Luciani: 'Ἡ κλεῖνα δὲ ἐκκαὶ σπληνὸν εἰς τὸ βέλτερον ἀνέκτανται. *Pris.*

Linea tunica] Perpetua hæc est variatio Nostro et aliis. Vide Indic. Quamquam si addicerent plurimi Mas. præferrem *lintea*. Vide I. II. p. 39. 'Linteis amictulis' in uno Ma. L. IV. p. 71. 'Veste linea' in duobus *lintea*. L. XI. p. 382. Ed. Flor. 'Linteis instructum.' Contra in Festo voce *Minnæ templum pro linteis* e Ma. Voss. a m. pr. rescribendum *linctis*, uti et habet Serv. ad Æn. IV. 200. Ibi enim vox est substantiva *linea*, præstantes repagulorum vicem, sive lignæ trabes, ut docet Burm. ad Servii locum. L. XI. de Isidis sepe. Cie. V. Verr. 55. Suet. Oth. in f. 'lintea veste.' *Quid.* *Ipsa linea tunica mundule amicta*] 'In tantum ornata, ne immodesta esset,' ut Seneca Controv. II. 7. locutus. Tertullianus de Cultu femina. cap. 5. 'Non supergrediendum ultra quod simplices et sufficientes munditiæ concipiant.' Cato apud Livium: 'Non magistratus et sacerdotia, et triumphus, &c. illa possunt.

Munditiæ, ornatus, et cultus, hæc faminarum insignia sunt.' Marius apud Sallustium: 'Ex parente meo, &c. ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire.' *Pris.* *Mundule amicta*] Eoque oculis grata magis, et animo illabunda. Plaut. Menech. 'Munditia est illecebra animo amantium.' Ovidius: 'Nec prodite graves insano vestibus auro: Per quas nos petitis, sæpe fugatis opes. Munditia capimur.' Laetretius: 'Facit ipsa suis interdum femina factis, Morigerisque modis, et munda corpori' cultu, Ut facile insuescat vir secum degere vitam.' *Idem.* *Mundule*] Eleganter, nitide, et sine sordibus: adverbium est. *Beroald.* *Tunica linea*] Vestimentum puella lineum, quæ induta erat Fotis: quod quidam 'interulam,' quidam 'camisiam,' quidam 'supparum' appellant. Juxta illud Afranii: 'Puella non sum, supparo si induta sum.' 'Subnucula' quoque dicitur, de qua est illud Horatianum: 'Si forte subnucula pexæ Trita subest tunica;' et Hieronymus adversus Jovinianum: 'Tunc pexa tunica et nigra subnucula vestiebaris, sordidatus et pallidus.' Sed quod cum bona pace sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens, pexam tunicam pro lacera et sordida accepit: quod longe secus est: pexa enim *tunica* significatur elegans, pretiosa, concinna: unde et 'pexatus' dictus, vestibus pexis indutus. Mart. 'Pexatus pulchre rideas mea Zoile trita.' A Quintiliano quoque 'pexus doctor' decenter accipitur pro eleganti, terso, et exulto. Plin. ait in VIII. 'Iamam Histrie vestibus pexis alienam esse.' *Idem* Mart. 'Emi seu puerum, togamve pexam.' Denique ut breviter multa comprehendamus, pexum vestimentum opponitur trito, tanquam pretiosum abjectissimo: et ita intelligi voluit Horat. tanquam inconcinniter reprehensibiliterque copuletur vestis pexa cum trita subnucula: nec enim aliter

Horatiana sententia elegantiam satyricam redoleret. Videri potest hallicinatus esse divus Hieronymus, ut crederet pexam tunicam accipi pro lacerata et villi, ex illo Terentiano: 'Adeo depexum dabo, ut dum vivat meminerit semper mei.' Ubi Grammatici exponunt, 'depexum' pro 'laceratum.' Sed longe aliud 'pexa' vestis est, aliud homo depexus: hæc enim particula *de*, modo auctiva est, modo privatoria: ut 'depexum' dicamus pexo contrarium, sicut 'dehonestum' verbum dicitur turpe et contrarium honesto, et mille alia: quamvis tamen apud Terentium verbum illud 'depexum' accipi conducenter posset pro expolito et exculto, sicut hodie quoque in communi loquendi consuetudine usurpatur, ut mimitabundi dicamus, 'Ego comam tibi pectam atque exornabo.' Et ita ego autumno hoc sensu dictum illud Terentianum: 'Ego si vivo, adeo depexum dabo, ut dum vivat meminerit semper mei.' nam exornatum et depexum in eodem significato accipiuntur: quamvis contrarium subintelligi velit. Hæc judicent volentes: quæ a me dicuntur causa juvandi, non obtrectandi. Dii enim mentem meliorem mihi. *Idem.*

Russea fasciola] *Rursus* seu vel *rursus* se est in Pal. Par. D'Orv. et Ed. Vicent. *rursusea* Guelf. pr. *Russea* citat Cuper. ad Apoth. Hom. p. 153. ut Trebell. Poll. in Claudio c. 14. 'Tunicis russis militares.' *russcola* Spanhem. ad Callim. p. 135. Æque possis legere *russula*. Confer viros doctos ad Vopisci Probum c. 4. Salmas. ad Lamprid. Anton. Diad. c. 2. J. Capitol. in Cl. Albino c. 5. 'Russulis fascioliis illigarentur.' et ibid. 'ndæ essent russulæ fasciolæ.' Sed recte se habet *russæa*. Sic enim Florent. Guelf. sec. Reg. Vide Muncker. ad Hyg. F. 69. et Epist. Corp. t. v. p. 413. Heins. ad Petron. c. 37. 'tunica vestitum russea.' et Virg. Æn. vii.

712. In Bas. pr. legitur *rubeæ*, ut ad *papillas* referatur. Sed frustra. *fasciola* Guelf. *altissimulo* Fux. Oud. *Et rursus se a fasciola*] Mendosus locus, quem ego sic emendo, et *russæa fasciola*: ut sit sensus: Fotidem succineatam fuisse fasciola rubentis coloris. 'Rusæus' enim et 'Rusæus,' appellationes sunt ruffi coloris. Sicut enim fulvus et flavus et rubidus et phœniceus, et rutilus et luteus; et *apadix*, ruffum colorem significant, quadam varietate distantes; ita 'russæus' vocabulum est rhorior, quod in vernacula lingua hodie quoque vulgo est usitatissimum. Catullus: 'Dentem atque russam defricare gingivam.' Quidam apud Catullum legere malunt *ruffam*, reformidantes videlicet vetustatem dictionem, perinde ac inelegantem. Flavius Vopiscus: 'Tunicas ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo.' In epistola Valeriani scriptum legimus, tunicas russas militares annas, sagos, chlamydes annas duas. Hinc aurigas russæos sive russætos dictos esse epigram, a russo scilicet colore quo utebantur: sicut factiones aurigarum Venetæ et Prasina nomen a coloribus sortiuntur, de quibus apud Suetonium affertur, et in lib. Annotationum non indiligenter explicavi, demonstrans quid sit apud Plantum Thalasius ornatus. Apud Plin. mentio fit russæi sive russati aurigæ. De auriga russato dictum est illud a Satyrographo poëta: 'Parte alia solum russati pone Lacertæ:' et si aliter legimus exponimusque locum hunc in libro Annotationum, tamen verior lectio et sensus purior hic videtur, ut ad aurigam russatæ factionis nomine Lacertam referatur qui lucrosior erat et opulentior ex aurigandi studio, quam caudicis exactione causarum. Fas enim est mutare sententiam, ubi posteriores cogitationes meliores sunt prioribus, et post inventa magis quadrant. Est et rusceus color a rusæo

virgultus dictus: unde ruscea facies, infecta colore rusci. Cato lib. vi. originem: 'Mulieres opertæ auro, purpureæque ruscea facie.' *Beroald.*

Prænitente] Valde splendente, et fulgente. *Idem.* *Sub ipsas papillas*] Videtur signare strophium: hoc est, fasciam pectoralem, qua papillæ cohibentur. *Tarpilius*: 'Mè miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, inter strophium ac tunicam collocata.' De strophio in hoc significato ait *Catullus*: 'Non tereti strophio lactentes vincta papillas.' *Alas* Antiqui strophia coronas tenuiores appellabant: unde nata strophiola; auctor *Plin.* in *xxi.* Præterea Græca *στροφίον* vocatur, quod Latine 'strophus': insigne autem capitis sacerdotale est. Quidam coronam esse dicunt, ideoque apud *Faliscos* festum fuit nomine *Strapearia*, quia coronati ambulant. Nostri vernacula lingua adhuc 'stropum' vulgo vocitant, quod in usu utilem est, et coronamenti rusticani vicem representat. *Idem.*

Succinctula] Passim quidem Auctor luxuriatur in deminutivorum usurpatione. Sed, an alibi id fecerit in participiis verbi passivi, vehementer dubito. Favet vox 'argutula' paullo ante ab 'argutus.' Sed ea vox meri nominis naturam induit. Propius accedunt 'semiadopertuli oculi' lib. *iii.* p. 52. *ix.* p. 208. 'pollutissimus dives.' Vitiosum tamen visum est *Seriverio*. Edidit enim *succincta jam*, et sic citavit *T. Faber.* *Succitula* *Bæ.* pr. *succinctula* al. De 'saccinctis' et 'altacinctis' servis vide ad *Phædr.* lib. *ii.* F. 6. Mox in *Palat.* et *Guelf.* sec. *parvulus* pro *palm.* frequenti librariorum aberratione. *Oud.* *Fasciola*, *hæ.* *sub ipsas papillas succinctula*] *Apoc.* 1. 13. *Ἰπὸς τοῖς μαζοῖς περιζωμένη.* et 1 *Macc.* 3. 19. *ὁὐδὲ τοὺς μαζοὺς περιζωμένη.* *Cinna* apud *Isidorum Orig.* *xix.* 33. 'Strophio lactantes vincta papillas.' *Infra* heic lib. *x.* 'Tænia quoque, qua decoras papillas devinx-

erat,' &c. *Isidorus* ubi supra: 'Fascia est qua tegitur pectus, et papillæ comprimuntur.' *Nonnius*: 'Strophium est fascia brevis, quæ virginales tumorem papillarum cohibet.' *Hieronymus* de vitand. susp. contub. 'Papillæ fasciolis comprimuntur, et crispante cingulo angustius pectus arcatur.' *Pric.*

Floridis palmulis] *Venustus* manibus. Ideo autem per *θρόνασμα* dixit 'palmulis,' ut ostenderet, in feminæ tales manus esse elegantiores, cum enormitas sit inamabilis ac invenusta. Videtur *Nævius* dixisse 'manciolas' diminutivo vocabulo, quasi parvas manus. 'Manciolis,' inquit, 'tene illis:' pro manibus. *Beroald.*

Rotabat in circulum] Lib. *viii.* 'Crinesque pendulos rotantes in circulum.' *Pric.*

In orbis flexibus] Lib. *x.* 'In orbe rotatim flexuosi.' *Idem.*

Crebra succutens] Expressit gestum motumque puellæ, coquinariam facientis, quæ sæpe succutitur, rotans pulmentarium in cacabo, sive lebetæ coquinatorio, et ollula escaria. *Crebra* autem dixit, pro *erebro*: nomen pro adverbio: ut *Virg.* 'pede terram Crebra ferit.' *Beroald.*

Illubricans] Labrietate quadam insinuans: simul alludit ad lubricum puellæ corpus, lævoremque membrorum prænitentium. 'Lubricus' autem dicitur locus, in quo labimur, et corpus: ut 'pavimentum lubricum,' 'anguis lubricus.' *Idem.*

Lumbis sensim vibrantibus] Exponunt vulgo 'paullatim,' quod non capio. Rectius interpretis 'leniter,' ut præcedit. *Adi* ad p. 31. 'orificio sensim dehiscente:' et p. 32. 'Super me sensim residentes:' ubi alii *cessim*, alii *cessim*. *Plura* iis locis. *Sensum* *Guelf.* sec. *Oud.* *Vibrantibus*] Fluctuantibus. *Beroald.* *Lumbis sensim vibrantibus*] *Martialis*: 'Vibrabunt sine fine prænitentes, lascivos docili tremore lumbos.' *Pric.*

Mobilem spinam quatiens placide] Quod infra lib. x. 'Spinulam leniter fluctuare.' *Idem.* *Spinam mobilem]* Spina tereti structura compacta est, per media foramina, a cerebro medulla descendente: quæ animali hoc est, quod navi carina. Ex medulla hominis spinali anguem gigni proditum est, quod et Pythagoras apud Ovid. tradit his versibus: 'Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro Mutari credant humanas angues medullas.' *Beroald.*

Undabat] Errat Elmenh. *Mss.* Florent. Palat. Oxon. Regius, Fux. cum utraque Vulcan. et Wowerli editione præferunt *undabat*, et vitiose D'Orv. *undabat.* Motu suo erat undarum agitationi quasi similis, et 'lumborum crispitudine fluctuabat,' ut ait Arnob. lib. ix. p. 73. ubi vide Comm. ac 'clunium fluctas' lib. v. p. 177. 187. Inf. p. 32. lib. x. p. 335. 'fluctuante spinula.' Compositum hujus loci sensu alienum est. Alibi quoque in hic addiderant librarii, ut apud Boëth. lib. i. Cons. Phil. pr. 2. 'Oculos fletibus undantes.' *Mss.* Leid. *inund.* sed male. *Ond.* *Inundabat]* Undatim agitabat. Quidam legunt *nudabat.* *Beroald.*

Isto adaspectu deflexus obstupui] 'Defixis oculis, animoque et corpore torpens.' Virgil. 'Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.' Catullus: 'Simul te Lesbia aspexi, nihil est super mi Quod loquar amens. Lingua sed torpet,' &c. Ad Helenam Paris in Ovidianis Epistolis: 'Ut vidi, obstupui, præcordiaque intima sensi Attonitus curis intabuisse novis.' *Suidas:* 'Ἐκπύρνωσθαι, ἐκκλῆρνωσθαι. Virgilius x. 'Stupet in Turno.' Servius: 'In Turnum intuens.' Et alibi: 'Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.' *ms.* Servius: 'Obstupuit, quod est signum futuri amoris.' *Prie.* *Deflexus obstupui: et mirabundus etei]* Ovidius: 'Hæsit, et in vultu constitit neque tuo.' *Idem.*

Steterunt et membra] Honestis ver-

bis genitalia arrecta fuisse designant, quæ membra nominant. Hinc in carmine obsceno: 'Priapus dictus memerosior equo:' hoc est, mentulatio-rius justo. Hinc Annæus Cornutus in illo carmine Virgiliano: 'Optates dedit amplexus, placidumque petivit Conjugis infusus gremio per membra soporem:' dixit, membra paulo incautius nominata esse, tanquam per membra signarentur genitalia. 'Seminale membrum' dicitur ab Ovid. a semine et genitura. *Beroald.*

Ollulam] Inter o et eu cognatio non parva est: unde 'plestrum' et 'plestrum,' 'cotes' 'cautes,' 'lotus' 'latus.' E contrario 'anstrum' pro 'ostrum,' 'ausculum' pro 'osculum.' Antiqui dixerant. Sic 'ollam' et 'aulam' indiceretur usurpant: unde 'exta aulicectia' dicta, quæ in ollis coquebantur, id est, elixa: 'auxilla' dicitur 'ollula,' id est, olla parvula. Ab 'olla,' 'ollares uvæ' dictæ, quæ in ollis fectilibus optime condiantur. Statius in Sylva: 'Ollares rogo non licebat uvæ.' In ollis pulvis coquebatur: hinc dixit M. Varro: 'Ocellis observate ollam, pulvis ne aderatur.' De quibus Epigrammatista: 'Imbue plebeas Clasinis pulvis ollas.' Ab olla, 'ollera' dicta, quia in ea decoquebantur. Græco vocabulo 'chytropodas' appellant ollas, quæ pedibus sustentantur. In Levitico mendose legitur: 'Sive elibani, sive sytropodes destruantur, et immundi erunt.' Tu lege, *chytropodes*: et accipe pro ollis pedatis. Nicolaus de Lyra super eo loco deliramenta loquitur. *Idem.*

Cum natibus intorques] Nescio, unde *Pricæus*, inæpte anno, ediderit, *natibus circumtorques.* Ollam simul et nates intorquebat: et ita Lucianus: *τὴν πυγὴν τῇ χύτρῃ ὁμοῦ συμπεριφέρεις καὶ κλέεις.* Vide Epigr. inedit. p. m. 46. *Ond.* *Cum natibus intorques]* Lucian. *ἡ καὶ ἡ καλῶσθαι, τὴν πυγὴν τῇ χύτρῃ ἅμα συμπεριφέρεις καὶ κλέεις.* *Beroald.*

Pulmentum] A pulte, quæ longo tempore Romani vixerunt, 'pulmenta' et 'pulmentaria' dicuntur: auctores M. Varro et Plin. *Idem*. *Quam mellitum pulmentum apparet*] Sic X. 'mellita edulia.' Oxon. *Quam pulchre* m. p. a. *Pric*.

Certius beatus] Sic Mss. et Edd. constanter, ubi homines male. Priores conjicit *centies* vel *ter beatus*, et nonnumquam cum aliis loquitur Auctor. Ego tamen potius excidisse parte vocem *certis*. Nam tibi hoc pacto loqui amat Madaurensis noster. *Lib. II. pag. 207.* 'Certo certius dedere.' *Lib. X. p. 231.* 'Mox arguente spiritu jam certo certior:' idque libri sui margini adlucis etiam Cl. Wasseum deprehendi. *Oud.* *Et certius beatus*] *Scribe, et centies beatus.* Infra lib. V. 'Prius centies moriar,' &c. *Pric*.

Cui permixtus illic digitum intingere] *Τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου βάλλειν.* Luc. 16. 24. *Idem.* *Illic*] In olla, quamvis symbolicus referri posset ad scemina genitalia. *Berosid.* *Intingere*] Hinc 'intinctus' oppido quam eleganti vocabulo vocatur liquor, quo intingimus ebsonia, ut commendatoris jucundiorisque saporis sint: ideoque vulgo sapor nuncupatur. Plin. in xv. ait, plerumque ad intinctus addi bacous myrtil. Græco vocabulo 'embamma' nominatur, ἀντὶ τοῦ ἐμβάμειν, quod significat 'intingo.' Columella lib. aduicissimo: 'Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris.' In Evangelio scriptum est: 'Qui intinxerit mecum manum in parapeide.' Græce dicitur, ἐμβάμειν περὶ τοῦ ἐν τῇ τρυφῇ. Consimiliter, ex eademque aschrelogia, Lucianus *πανδύπος* *δωρίς* *ἐν τῇ δακτύλῳ*, id est, fælix quicumque illic intinxerit. *Idem*.

Dicaculus] Dicacitas a dicendo ducta est, quæ proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem: ut ante dictum est. Hinc 'dicax' et 'dicaculus,' qui dicacitate et jocosum

mordacitate præpollet. Demosthenem urbanum fuisse dicentem, dicacem negant: multi, ut auctor est Quint. in conviviis et sermonibus dicaces sunt. Hic dicaculus puella significatur loquacula, petulans, venustula, et in verbis faceta. Græce dixit Lucianus, *σφόδρα γὰρ ἦν τραυλὸς καὶ χαρίτων μωρὸς τὸ κοπιῶν*, id est, Erat puella valde potervsa, et plena venustatis. *Idem*.

A meo foculo] Bert. et Ald. a me, a foculo. Ehmeh. Sic etiam Palat. et Edd. ante Bus. sec. quæ cum Colv. et Valc. pr. dat a me, foculo, ut est in Regio et Guelf. pr. a m. pr. Nam a m. s. est meo f. ut in ceteris Mss. et Ed. sec. Velf. seu Scatig. a meo f. Haud dubie vere. Sed ita distinguas velim: *dise. inq. miselle, quam p. a meo foculo: discede.* non junctim cum sec. *discede.* In Pith. *facto.* in Guelf. *fuculo.* *Oud.* *A foculo discede*] Eleganter 'Foculus' dictus pro puella, quia amator writur, et amor ignis est. Et sic et Terentius: 'Accede ad ignem hunc, jam calesces plna satia.' Diomedes grammaticus ait, acyrologiam esse apud Terentium, 'Accede ad hunc ignem:' ubi nomine ignis significat meretrix. *Ber.* *Quam procul a meo foculo discede*] In Planti Mostellaria: 'Exi ex culina sis foras mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias.' *Pric*.

Nam si te vel modice meus igniculus affuerit, ureris intime] Artemidorus lib. II. cap. 6. *Ὁδὲν ὄφρα τὰ σέπαρα θηπυαίρε, θωρεπ τῶν καὶ γυναι.* Nihil tam corpora calefacit, quam ignis se femina. Noster lib. VIII. 'Flamma sævi amoris parva quidem primo vapore delectat, sed fomento consuetudinis exstans immedice arderibus totos adurit homines.' Petron. Arbitr: 'tenta modo tangere corpus: Jam tua flammifero membra calore fluent.' Sulpicia ad Cerinthum apud Tibul. lib. IV. 'Uror ego ante alias: juvat hoc, Cerinthe, quod uror, Si tibi

de nobis mutans ignis adest.' Plura nos ad Terent. Eunuch. Act. i. Sc. 2. 'Accede ad ignem hunc: jam calces plus satis.' Brant. Si te vel modice meus igniculus afflaverit, uretis intime] In Plautius Epidico: 'Ille quidem Vulcani irati est filius, Quaque tangit, omne amburit: si prope adstet, aestu calefacit.' Paulus Silentiarina: Οἱστρος ἀλωθῆσσαν ἔχει φύσιν, ἥν τις ὀστοῦ Ἀκρον ἔλη φλογέον, δίδται ἐπὶ τοῖς ὀστέσιν. Chrysologus Serm. xciv. 'Mulieris, &c. tactus urit male conscium.' Licinius Portius apud Gellium tali flamma contactus: 'Si digito attigero, incendam sylvam simul omnem, Omne pecus.' Et nota hic τὸ *igniculum*. Ambrosius de Samson: 'Incendit alienas messes, sed ipse unius mulieris igniculo accensus, messes suas virtutis amisit.' Hegesippus i. 23. 'Amoris igniculus adolescentulo obrepsit.' Terentius Eunuch. 'Accede ad ignem hunc, jam calces plus satis.' ubi Donatus: 'Potius ignem meretricis accipimus, quam aram Apollinis.' Pric. *Meus igniculus*] Amoris flamma et ardeo. Virg. 'At mihi sese offert ultro mens ignis Amyntas.' Cyrus, apud Xenophontem, amorem ostendit igne esse longe potentio-rem, quod ignis urit homines tangentes, at amor formæ eos etiam accendit qui procul spectant, in tantum, ut arderent sustinent. Beroald.

Nullus exstinguet] Lepidius sane venustiusque id totum apud Lucianum Græcum est, ubi ait Παῖστρα: θεοπαύσει σε οὐδὲς ἄλλος, οὐδὲ θεὸς λατρεῖς, ἀλλὰ κατακαύσασά σε μόνη ἑγὼ, id est, Sanabit te nullus alius, neque medicus deus, sed ego sola quæ te combussi. et mox paulo: ἑνὸς ἀνθρώπου οὐδὲ ἑγὼ καὶ σφάττω καὶ δέρω καὶ κατακῶ, id est, Ego hominem novi et jugulare, et excoriare, et trucidare. Idem. *Nec ullus exstinguet ardorem tuum nisi ego*] In vetere Mimo: 'Amoris vulnus idem qui sanat facit.' In vetere Epigrammate: 'Julia sola po-

tes nostras exstinguere flammam.' Aedituus vetus Poëta apud Gellium: 'Hunc ignem Veneris, si non Venus ipsa, Nulla est quæ possit vis alia opprimere.' Lucret. 'Namque in eo spes est, unde est ardoris origo, Restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.' Parthenius in Eroticis, cap. 4. de Cénone: Ἐγγύς δὲ ἐς τοὺς αὐτὸν (Alexandrum Priami) τρωθῆναι, καὶ οἱ οὐδὲς αὐτὸν οὐδὲς τε ἔσται ἡγήσῃ ἢ αὐτῇ τοῖσθαι. Pric.

Qua et ollam et lectulum suave quatere novi] Juvénalis: 'Antiquum, et vetus est alienam Posthume lectum Concutere.' Ovidius: 'Spondaque lasciva mobilitate tremens.' Idem. *Et ollam et lectulum quatere*] Fotis quatenus coqua est, ollam rotare novit et quatere: quatenus amorabunda est, lectulum concutere, qui instrepere solet ex collectatione veneria. Catullus: 'Tremulique quassa lecti argutatio, inambulationeque.' Beroald.

Habitudinem] Corporis filum, habitum et membraturam. 'Habitior' apud priscos dicitur pro pinguliori, 'habitissimus' pro pinguisimo et corpulento usurpatur: e contrario 'male habitus' pro emaciato attenuatoque Gellius: 'Equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt.' Ubi annotandum est, 'strigosum' dici pro macro, exhaustoque, quasi stringosum: sic enim apud Veteres dicitur, cujus corpus stringitur aut fame aut macie, aut alia vitii causa. Sic apud Livium strigosiores equi, pro exhaustis, et macie attenuatis. Idem. *Quam diligenter omnem ejus explorassem habitudinem*] 'Quam totum instrassem lumine corpus.' Hoc ipsum illud est quod παιδίσκης περιεργάζαν (id est, κατασπέρων περιεργάζαν) Sirachides xli. 27. vocavit, et ibi Vetis versio 'ancillam scrutari.' Theocritus Eidyll. xxi. Καὶ μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πρὸς τὰ πόδε σὺννεχες εἶδαν. Philo de Pharaonis filia Mosem curiose lus-

trante: 'Ἀπὸ κεφαλῆς ἀχρὶ ποδῶν κατα-
βομένη, τὴν τε εἰμωφίαν καὶ εὐερίαν
ἀποδέχουσα. 'Ἀνδραγοποιοῦ δίκην ζω-
γραφεῖν καὶ θεωρεῖν τινα, iv. 8. Philos-
trati. 'Diligenter explorare' autem
etiam Ammianus l. xxviii. dixit. *Pric.*

Sed quid ego] Passim in transitioni-
bus ita loquuntur. Vide Burm. ad Virg.
Æn. ii. 101. me ad Lucan. l. ii. vs. 642.
lib. vii. p. 134. 'Sed quid ego pluribus
conqueror?' Ter. And. v. 3. 15. 'Sed
quid ego?' Liv. lib. xxxviii. 48. 'Sed
quid ego hæc ita argumentor?' Au-
son. de Ludo vii. Sapientum in prol.
'Sed quid ego istæc?' Sic ex vetus-
tissimo Cod. Voss. legendum, neglec-
ta synalœpha pro Ausoniano more,
de quo alibi. Restituenda est adver-
sativa particula Lactantio de Ira Dei
c. 15. 'Sed quid opus est de humanis
adfectibus dicere.' Sic enim in Ms.
veterrimo Bononiensi. Vulgo abest
sed. Oud.

Sedulo publice et prius] Hæc non in-
telligo. Sic tamen est in Palat. aliis-
que forsân, et ediderunt Elmenh.
Scriv. *Pric.* ac Floridus. Conjecit
Gopingius, et *privatus*. Sed illud idem
est *τῷ domi*. Flor. Reg. Lips. cum
Edd. Colv. Vulc. Wow. *sed et publice
et prius*. Non melius. Scilicet scri-
bendum fuerat cum Guelf. pr. D'Or-
vill. Bertin. Oxon. Pith. Fux. et Edd.
Vett. nisi quod *sedula* sit in Junt. et
Ald. *sedulo et publice prius i. et domi
postea p.* Vel sic tamen semel *τὸ et*
abundat per polysyndeton, Nostro
frequens, ut innumeris monendum
est locis. *Idem. Postea perstrui*] Aper-
tor sensus, si legas *perfrui*. Beroald.

*Sitque iudicii huius apud me certa et
statuta ratio*] *Sicque iudicii, &c. ratio
est*. Sic edidit Elmenhorst, sequen-
tibus eum reliquis, et quidem, ut ait,
e Florent. At in illo Ms. non com-
paret verbum *est*. Antea vulgo cir-
cumferebatur *ratione*, ut etiam in ple-
risque Mss. frustra defensum a Col-
vio. Beroaldus etiam legi voluit *ra-
tio*, ut habent Edd. Junt. Ald. Bas.

pr. Et recte, modo pro *sicque* legas
sitque: quod servarunt Mss. Fux.
Reg. Pith. Junt. Ald. Jungenda hæc
sunt cum præcedentibus: 'Cum mihi
fuerit cura, et sit huius iudicii apud
me, &c. ratio.' Postquam *sitque* abi-
erat in *sicque*, librarii addidere *e* pro
est: unde alii fecere *ratioes*, hinc *ra-
tione*. Istud *sicque* ubi ubi me vehe-
menter offendit, sæpius Nostro in-
trusum a Colvio, sed bene rejectum
a recentioribus; ut pag. 33. 'sicque
paratus.' pag. 42. 'sicque præliatus.'
Lib. x. p. 230. 'sicque elisus,' pro *sic*:
ut p. 37. 'sic desolatus.' Sustulimus
id olim etiam Frontino Mstorum ope
lib. i. c. 8. § 8. Restat tamen etiam
nunc in Curtio lib. vii. cap. 8. § 11.
'Sicque locutus esse:' et Apollin.
Sidonio lib. i. Ep. 2. 'Sicque præ for-
ribus inmurmurat.' Lib. iv. Ep. 21.
'Sicque omnes,' &c. Ceterum in Fux.
et Regio Mss. est *iudicium*. Quod
vero Stewechius hic et alibi simili in
re *stata* inculcare conatur, errat vir
doctissimus. 'Statuta apud me ratio'
dicitur, ut 'statutum est mihi' apud
Cic. et alios. Quid differant 'statum'
et 'statutum,' vide ad Suet. Calig. c.
40. 'Pro edullis certum statutumque
tributum exigebatur.' *Oud. Statuta
ratione*] Legas *ratio*, ut sit casus rec-
tus. Beroald.

Pars ista corporis] Caput et capilli-
tium. *Idem.*

In aperto et perspicuo] Ms. D'Orvill.
et in ap. Fux. p. *illa corp. et aperta*.
Non video vero, cur hic melius fore
scribat *Pricæus conspicuo*. Nam ali-
quoties Noster sic *perspicuo* dixit; et
consule ipsum *Pricæum* ad lib. iv. p.
85. 'perspicua pulchritudo.' In Oxon.
dein, *primis n. lum.* *Oud. Pars ista
corporis in aperto et perspicuo posita*]
Melius *conspicuo* legas. In Apologia:
'Præsertim os, cujus in propatulo et
conspicuo usus homini creberrimus.'
Pric.

Et quidem] *Lege, et quod.* Beroald.
Florida vestis] Quæ mulieribus ple-

rumque gestata. Noster lib. vii. 'Sumpta veste muliebri florida in sinus floccidos abundante.' D. Basilinus ad Gregorium Theologum: *Μήτε δὲ ἐν χράματι τὸ ἀνθηρὸν διακίεσθαι, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῇτι εὐχρόας περισκοπεῖν, ἰσὺν ἔστι γυναικίῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκείναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἔνθει παραιῖς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάττουσαι.* Martianus Capella lib. i. de Nupt. Philo. et Merc. 'Ejus conjux grandæva corpulentaque mater, quamvis fœcunda circumfusaque partibus, tamen floridam discoloramque vestem herbida palla contexuerat.' Notat Suidas: *Νόμος Ἀθηναί, τὰς ἐταίρας ἑσθίνα φορεῖν.* Denique hominum delicatiorum erat, florida veste uti. Lucianus Nigrino: *Τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην καὶ τὰς πορφύρας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀσπελὺς πάντι τὸ ἀνθηρὸν ἐπισκιάζοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἦδη λέγουσιν, καὶ πόθεν ὁ ταῦς ὀδός; Colo.*

PAG. 26 *Nitor natus*] Sicut membra corporis cultu vestis nitidioris conspectiora fiunt et venustiora, sic caput nitore capillorum, qui nativi sunt, condecoratur. Dixit Plantus, ornamenta purpurea et aurea convenire turpi mulieri. Cæsaries autem speciosa et crinita cumprimis decet fœminam, quæ (ut auctor est Ambrosius in vi. Hexameri) reverenda est in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Hic ornatus est capitis obvis omnibus, et perspicuus, quo cerebrum munitur et vestitur, ne aut frigore vexetur, aut æstu: sicut nihil fœdius est in fœmina, quam caput capillitio depopulatum; ita nihil venustius cæsariato, comatoque. In capite homini plurimus est pilus: inde cognomina capillatis Alpium in-

colis, Galliæ Comatæ. Myconii populi insulani carentes capillo gignuntur. Deslavium capillorum in mallore raram, in apadonibus non viam. Tanta est decoris affectatio in mulieribus, ut aliena quoque coma caput exornent: adeo liquet capillum esse amabilem, illicibilemque. Ovid. sententialiter scribens ait: 'Turpe pecus mutilam, turpis sine gramine campus: Et sine froade frutex, et sine crine caput.' *Beroald. Nitor natus*] Gloss. 'Nativa: *Ἰδοχρῆμα.*' *Pric.*

Gratiasque suas probaturæ] Mss. Reg. Fux. Gneif. uterque, Palat. D'Orvill. Par. *gratiamque suam*, quod merito Pricæus sola Oxon. Cod. auctoritate prætulit, motus lib. x. p. 233. 'Gratia ambroseli coloris designans Venerem.' Passim *gratia* in Appuleio de forma et pulchritudine corporis usurpatur. Sic pag. seq. 'in contrariam gratiam variat adspectum:' dein, 'addebat gratiam:' p. 33. 'Calices variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius.' Non æque bene idem Pricæus pro *probaturæ* voluit legi *adprobaturæ*: cum sciamus, potius *probare* summi de eo, qui demonstrat, opus sive rem suam bonam esse. Adi Lexica. *Oud. Indolem gratiasque suas probaturæ, lacinias omnes exuant, nudam pulchritudinem suam, &c.*] Lactant. de Opif. Dei cap. 7. 'Ipsa nuditas hominis mire ad pulchritudinem valet.' Propertius: 'Non juvat in cæco Venerem committere motu: Si nescis, oculi sunt in amore duces. Ipse Paris nuda fertur perisse Læcæna, Cum Menelaëo surgeret et thalamo. Nudus et Endymion Phœbi cœpisse sororem Dicitur, et nuda concubuisse Dea.' Lucianus Asino: *Ἀποδόμαί, καὶ Ἰσθαμί γυμνός, ὅς θῆναι ἔτι μᾶλλον ἀρέσκων.* Chrysostomus Homil. 29. ad 1 Cor. 12. *Ὅσπερ ἐν αἵ τις σωματίων οὐκ εἰδὸς διακρίνει κάλλος, ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῖς ἰσότησις τιθέμενος, καὶ τῷ περικειμένῳ κόσμῳ, τὴν μὲν ὡρα-*

α γυναικα, καὶ φυσικὸν πᾶλλος κεντημέ-
την ἰδὼν παραδρόμοι, τὴν δὲ αἰσχρὰν καὶ
δυσεῖδῃ, καὶ τὸ σῆμα ἀνδραγρον, καλὰ ἱμά-
τια ἔχουσαν θεασάμενος, γυναικα ἀγά-
γητο τοιοῦτόν τι περὶ τὴν ἀρετὴν καὶ
τὴν κακίαν οἱ πολλοὶ πάσχουσιν, τὴν μὲν
αἰσχρὰν φύσει προσείμενοι διὰ τὸν ἔξωθεν
αὐτῆς κόσμον, τὴν δὲ ἑρπυῖαν καὶ εὐμορφον
ἐπιστρέφόμενοι διὰ τὸ γυμνὸν αὐτῆς κάλ-
λος, δι' ὃ μάλιστα αὐτὴν ἐλθεῖν ἔχρη-
ν. Ozoniensis heic, gratiamque suam p.
quod fortasse vulgato rectius: sic
x. 'Gratia coloris ambrosei desig-
nans Venerem.' Pro probaturus for-
sam et approbaturus scribendum: ita
'opus suum expeditum approbare'
iafia vi. libro. Prio.

Amicula dimovent] Cave, quid mu-
tes. Diducant illi, quæ non exuunt,
sævas vestes, ut vel sic aperiatur et
audetur corpus. p. 26. 'Crimibus an-
to pendulis hinc inde dimotis.' De
hoc verbo consule dissert. meam ad
Horat. i. Od. 13. ubi *demovent* leg. do-
cui. In Guelf. sec. a m. pr. *edmon*.
Oud. *Amicula dimovent*] Vestimenta
omnia amovet: ab amiciendo amicu-
tus, amicimen, amicula dicta. Ber.

Nudam pulchritudinem] Intusmodi
nuditas maxime viros ad libidinem
incendit, ut notat Lucianus in Amor.
pag. 189. et Propertius lib. ii. Eleg.
16. *Elmenh.*

De cutis roseo rubore] Juxta senten-
tiam Plautinam, femina nuda pul-
chra est quam purpurata pulchrior.
Beroald.

Quam de vestis aureo colore] Scapha
ancilla apud Plantum Mestellar. acti
i. scen. 2. 'Quin tute exornas mori-
bus lepidis, quam lepida tute es.
Non vestem amatores mulieris amant,
sed vestis factum.' Vide Musæum
vi. 37. *Elmenh.*

*Neque sit hujus rei ullum tam durum ex-
emplum*] Ne quod male in D'Orvill.
Guelf. sec. Fux. et Pal. nec quod Pith.
Edd. Ber. Bas. Ordinem verborum ul-
lum hujus rei, qui est in Edd. Vett. resti-
tui ex Mss. iisdem et Guelf. pr. *Dirum*

sive execrabile bene reposuit Colvinas,
et alii, consentientibus Flor. Bert.
Reg. Pith. D'Orv. Par. Miror vero,
eundem Colvium p. 30. *diram peregrina-
tionem*, invitis Mss. mutasse in *du-
ram*. Perpetuam harum vocum varia-
tionem esse, nemo nescit. Oud. *Neque
sit exemplum*] Utinam, inquit, nulla
calva et sine capillo reperiat: ut
nullum extet exemplum calvitii femi-
nei: et sane mulieres naturaliter non
calvescunt, quoniam natura earum si-
millis puerorum naturæ est: unde et
spadones non canescunt, quoniam fa-
minam imitantur: auctores Aristote-
les, Hippocrates, Galenus, cæteri. An-
notatu dignum est obiter, id quod Se-
neca scripsit libro Epistolarum mora-
lium xv. qui luxum carpens, mulieres
tradit et calvas et podagricas fieri ex
intemperantia: ut ita maximum me-
dicorum Hippocratem faciant men-
dacem, qui in Aphorismis prodidit,
fæminis nec capillos defluere, nec
pedes laborare. Verum natura fæ-
minarum mutata non est, sed vita,
sed victus, sed ingluvies in causa est,
ut calvescant fæminæ, contra Hippo-
cratis sententiam, quod et Galenus
refert. Beroald.

Cujuslibet eximia p. femina caput,
&c.] Lips. Coll. Fux. Palat. Guelf.
uterque, et Par. Mss. præbent *cui-
libet*: qui Dativus elegantior videtur,
quam libriorum fort captus. Vide
ad Sueton. Ner. c. 1. Septim. de B.
Tr. ii. 3. 'Telum jaculatus femor si-
nistrum ei transfigit.' Sic leg. e
Mss. iv. 10. 'Sinistram manum hosti
transfigit.' Adii etiam infr. lib. ii. p.
41. iv. p. 64. cui pro *cujus*. Dein *exi-
miæque* vel *eximis*. qua in Pith. Edd.
Ven. Vicent. utraque Junt. Ald. un-
de conjici posset *cuiuslibet eximia qua
qua pulch.* i. e. omni corporis parte.
Vide supra ad p. 22. 'pinnis quæque
explicitis.' Voss. de Anal. lib. i. p.
230. Alibi *cujusqueque, cuius*. Sic le-
gendum in Suet. Aug. c. 76. 'Quo-
cumque tempore, quoquo loco.' So-

lin. c. 17. 'Astu quantolibet, quantalibet fuga.' Altera vox alteram expulerat, nec verum vidit Salmas. In Guelferb. pr. *pulchritudineque*. Oxon. etiam *pulchritudinisque*. Unde et effingere queas: *cuilibet eximia queque pulchritudinis fem.* Oud.

Capillo exspoliaveris] Præpositionem, quam Colv. Vulc. Wow. e Ms. Lipsii addiderunt, agnoscunt etiam Reg. Fux. Oxon. D'Orr. Ac sæpissime excidit illa præpositio, majorem tamen emphasin habens. Vide omnino Drakenb. ad Liv. lib. xxxviii. c. 14. 'Ut se suosque spoliaret:' me ad Cæs. lib. vii. B. G. c. 77. 'Nolite hos vestro auxilio exspoliare.' Idem. *Si cujuslibet eximia pulcherrimaque femina caput capillo exspoliaveris*] Lactantius ubi supra: 'Cum ipsa nuditas hominum mire ad pulchritudinem valeat, non tamen etiam capiti congruebat; quanta enim in eo futura deformitas esset, ex calvitio apparet.' Basil. ad illa 3. Esaim, *ἀπὸ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς φαιδύρεμα ἔχει· τοῦ κατὰ φύσιν κόσμου ἀπεσπείρεσθαι, καὶ ἰγύνοντο ἀνθρώπων ὄψαμα, ἐν τῇ ἀποβολῇ τῶν τριχῶν, ὅς οὐκ εἶος καὶ συγγενῆς κόσμος παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ταῖς γυναιξὶ παραβέβληται.* Confer Theodoretum Serm. iv. *περὶ Προφολας*, et historiam ii. 53. ab Isidoro Pelusiota narratam. In loco D. Basilii videtur *περιβέβληται* legendum. *Pric.*

Native specie] Natio decore, et pulchritudine capillorum, qui homini congeniti sunt. In homine enim pili partim simul, partim postea gignuntur: hos congenitos appellant, qui (ut auctor est Plin.) non desinunt, sicut nec foeminis magnopere. *Beroald.*

Caelo dejecta] Ausonius: 'Orta solo, suscepta solo, patre edita caelo, Æneadum genetrix, hic habito alma Venus.' *Elmenh.* *Licet illa caelo dejecta*] Sensus est: Si Venus calva foret, et comæ honestamento viduata, handquaquam placeret, fieretque inamabilis: adeo capillamenti decor

foeminam decet. Venus autem ex spuma maris orta, et caelo dejecta esse fertur. Aiunt mythici, Saturnum Cæli patris pudenda abscondisse: quibus in mare dejectis, Venerem procreantem, quæ a spuma, unde coeulit, *Ἀφροδίτη* nomen accepit. *ἀφρὸν* enim Græci spumam vocant. Hoc autem ideo fictum esse creditur, quia dicunt physici sudorem salsam esse, quem semper elicit coitus. Aristot. vero, cujus inventis nec ipsa natura dissentit, libro de Generatione animalium secundo, autumat genituram esse spumosas; Ideoque Deam, quæ rei venerim præest, ab ipsa spuma Aphroditem nominatam. Annotandum est, Herodotum, Græcæ historię principem, errore sædo lapsam esse, qui scripsit lib. iii. Historiarum, genituram Æthiopum esse nigram, et ob id Æthiops etiam nigros existere: cum, eodem teste Aristotele, omnium animantium sperma, hoc est, semen genitale, album sit. De Venere, quæ caelo dejecta, mari procreata sit, scribunt poëtæ, et meminist Ausonius his versibus: 'Orta solo, suscepta solo, patre edita Cælo, Æneadum genitrix hic habito alma Venus.' *Beroald.*

Fluctibus educata] Barth. ad Statii Theb. t. iii. p. 1660. mavult *educta*, quod perinde et sexcenties cum altero confunditur. Sed lib. iv. p. 83. 'Dea, quam ros spumantium fluctuum educavit.' A Regio et Fax. mox exsulat *licet*. Oud.

Omni gratiarum choro] Ms. *omnium*. Sciopp. Frustra. *Omnis* est totus, sæpe in *omnium* depravatur. Lib. iv. p. 81. 'Omnis civitas.' Vide Drak. ad Liv. v. 9. vi. 32. xlv. 19. me ad Cæs. lib. ii. B. G. cap. 3. Heusing. Antib. p. 476. Virgil. lib. v. Æn. 239. 'Omnis Nereidum chorus.' Lucan. lib. ii. p. 431. 'Omnis Indigenas Latii populos.' Vulgo male *omnes* et Burm. Dein *tota* inepte Edd. Vett. ad Colvium usque. *Idem.* *Græ-*

tiarum choro] Gratia, quas 'Charitas' Græco vocabulo appellitant, in comitatu Veneris esse produntur. Ex quo est illud Horatianum: 'Fervidus tecum puer, et solutis Gratia zonis properetque nymphæ.' Nuda Gratia, et sine nodis ideo figurantur, quia amici animos solutos ac nudos et apertos inter se habere debeant. Quidam Gratias Liberi et Veneris filias esse tradunt: nec immerito. Gratia enim per horum fere numinum munera conciliantur. Quarum una aversa pingitur, dum nos respicientes: propterea quod profecta a nobis gratia, duplex solet reverti. Docet Seneca, quare tres Gratia, et qualiter sorores sint, et quare manibus implexis, quare ridentes, quare juvenes, et quare virgines soluta ac perlucida veste. Alii quidem videri volunt unam, quæ det beneficium; alteram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul et accipientium reddentiumque. Consertis manibus in se redentium chorus ob hoc est, quia ordo beneficii per manum transeuntis nihilo minus ad dantem revertitur, et totius speciem perdit, si unquam interruptus est: pulcherrimus, si cohererit et vices servat. Hilares sunt, quales solent esse qui dant vel accipiunt beneficia. Juvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, sincera, et omnibus sancta, in quibus nihil alligati esse decet, neque ascripti: solutis itaque tunicis nituntur: perlucidis autem, quia beneficia conspici volunt. Hesiodus Æglen maximam natu appellat a splendore: mediam Euphrosynem, a lætitia: tertiam Thaliā, a viriditate. Homerus uni nomen mutavit, Pasitheim appellando, lib. Iliados XIV. Chrysippus ait Gratias tres Jovis et Eurynomes filias esse: ætate autem minores quam Horas: sed meliuscula facie: et ideo Veneri datas

comites. Diodorus auctor est, ad Gratias beneficium et gratia retributionem pertinere: et ob id eas coli. Socrates sculptor Charitas fecit in propylæis Atheniensium, in primis inclytas. *Beroald.*

Cupidinum populo] Plato in Symposio, duos tantum Cupidines celebrat, alterum cælestem, alterum plebeium: de quibus et nos olim lasimus in carmine amatorio. Verum poëtæ innumeros Cupidines assignant Veneri: sic Propertius alios Cupidines faculis, alios sagittis, alios vinculis instructos, sibi obvios factos esse commemorat. Sic Statius in Sylvillis de Cupidinibus numerosis loquens inquit. 'pharetrati pressere silentia fratres.' Et Silius cecinit in VIII. Punicorum, 'Cupidines complusculos:' ut merito Vennā dicatur ab Appuleio, Cupidinum populo comitata. Quin etiam Alexander Aphrodisens in problematis refert, plures esse Cupidines: quandoquidem aliter atque aliter quis concupiscit: et, ut inquit divinus Plato, amorem beluam esse multorum capitum, certum est: vel quod multis amoribus unus et idem sæpe succumbit. Arcesilaus magnificat Varro, qui lænam fecit marmoream, et cum ea aligeros Cupidines ludentes: quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calciarent soccos: omnes ex uno lapide. *Idem. Toto Cupidinum populo comitata*] 'Circumfusa lætissimorum parvulorum populo,' ut x. de Eadem loquitur. Et bene hic comitata de Cupidinum populo. Claudian. Nupt. Honorii, &c. 'Prosequitur volucrate comitatus Amorum.' *Pric.*

Baltheo suo cincta] Loquitur de cæstu Veneris, de quo Homerus Iliad. XIV. vs. 216. et nos jam olim ad Arnobium. *Elmenh.* *Balthes suo cincta*] Ceston significat, qui balteus Veneris est, discolor et variegatus: cui insunt blanditiæ omnes Cupidinis, suadela, fraudulentia, omnia denique

amatoria veneficia, quæ vel prudentis deliniant mentem : auctor Homerus in xiv. Iliados, cuius hi versus sunt : Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλόσσοτο κοστὴν ἱμάτια Ποικίλον ἔνθα δὲ οἱ θελήτηρια πάντα τέτυκτο. Ἐνθ' ἐν μὲν φιλότης, ἐν δ' ἱμερος, ἐν δ' ὀδύρην, Πάρφασις, ἦ τ' ἔκλεψε νόον πόκα περ φρονεόντων. Ab hoc cesto autumant Grammatici adulteria dici incesta, quasi sine cesto, in quo copulæ ex matrimonio vis est. De hoc Epigrammaticus poeta : 'Collo nocte puer meros amores, Cestum de Veneris sinu calentem.' Idem : 'Sume cytheriaco medicatum nectare ceston : Ussit amore quidem balteus iste Jovem.' Beroald.

Cinnama fragrans] Lib. vi. 'Et fragrans balsama Venuis.' *Elmenh.* *Cinnama fragrans*] Id est, odorem cinnameum redplena. Cinnamum, idemque cinnamomum, frutex est odoratissimus, duorum cubitorum altitudine : præcipua bonitas est in teguissimis virgultorum partibus ; vilissimum, quod radicibus proximum ; summa gratia in cortice : ipsum lignum in fastidio est, quod Xylocinnamum vocatur. Ex cinnamo fit unguentum *Cinnaminum* dictum, inter cætera crassissimum : summa unguentorum commendatio est, ut transeuntem feminam odor invitet, etiam aliud agentem. Beroald. *Cinnama fragrans*] Lib. viii. 'Odor corporis cinnamei.' In Vett. Catalectis : 'Siquis expansa profert cinnama.' Infra hoc libro : 'Patentis oria cinnameo inhalatu.' *Pric.*

Balsama rorans] Instar quasi roris guttas balsami fundens. Balsamum autem omnibus odoribus præfertur. Succum balsami 'opobalsamum' vocant, eximie suavitatis. 'Xylobalsamum,' lignum dicunt, surculumque balsami, quod et ipsum pro succo substituerunt officinæ : præcipua gratia balsamo est, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Summa balsami probatio, ut lac coagulet, et

veste maculas non faciat. Beroald.

Nec Vulcano suo] Si Venus calva placere non poterit Vulcano, a quo ardentem amatur, tanto minus reliquis placebit. Merito Venerem Vulcano conjungunt, quia sine calore et ignis viribus res venerea peragi non potest. Et quia incidit mentio Veneris calvæ, scire debes, Romanos Veneri calvæ eodem consecrasse in honorem matronarum, cum urbe a Gallis occupata, obsessi in Capitolio ex mulierum capillis tormenta fecissent. Auctores Lactantius et Julius Capitolinus : e contrario Lacedæmonii coluerunt Venerem armatam, quam Græci dicunt Ἀφροδίτην Ὕπωμα, ex historia mulierum quæ Messenios hostes fuderunt, armatæque obviam exiverunt viris. Hinc illud Ansonii : 'Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.' Idem.

Illucet] Resplendet et radiat. Idem.

Et contra Solis] Nonnus Dionysiac.

Δ. vs. 135. de Cadmo : Ἐπὶ τοὺς οὐρανούς φρενοτερπία κύκλον ὀπαιτῆς Ὀφθαλμοὺς ἐλέλιξεν, ὅλην σελάγριζε σελήνη φέγγα μαρμαίροντι καὶ εἰσποτε βόστρυχα σείσας Ἀδχένα γυμνὸν ἔθηκεν, ἐφάρνετο φασφάρος ἀστὴρ. *Elmenh.* *Ecce Solis*] Cor-

rigo, *Et contra Solis aciem*. Beroald.

Et contra Solis aciem vegetus fulgurat] Herodianns de Comæodo : Κάμη τῆ

φύσει ξανθὴ καὶ οὐλῃ, ὥς, εἰποτε φοιτῶν δι' ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλέμπεται ἡσυχῇ πυροειδὲς τι, ὥς τοὺς μὲν οἰεσθαι βέλγημα

χρυσοῦ προϊόν τι ἐκτετάσσασθαι. Quibus hoc natura non datum, artificio quæ-

situm. Plutarchus in Erotico : Τὸ φάρμακον τῆ τῆν κόμην αἱ γυναῖκες ὠλοῦσι φέμεναι, ποιῶσι χρυσοειδῆ καὶ πυρρὰ, &c.

Josephus Antiquit. 8. de juvenibus qui Solomonis currus comæoderant : Ἐπεκόσμων δ' αὐτοὺς, &c. με-

κίστας καθεύμενοι χαίτας, &c. ψῆγμα δὲ χρυσοῦ κατ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσθον ταῖς κόμαις, ὥς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς ἀγῆς τοῦ χρυσοῦ πρὸς τὸν ἥλιον ὀφτανταλμύμενης. Eadem, &c. auratis

vestibus Soli respondentibus fulgentibus. De Herodæ Agrippæ Suidas :

Τῆς ἡλιακῆς δακτύου προσπεσούσης τῇ ἑνδύματι, λαμπηδὸν τῇ αὐγῇ τῆς ἐσθῆτος ἀνακραιθεῖσα τὰς ὄψεις τῶν περιστότων κατήγαγε. *Fulgurat* hic, ut et infra de criminibus lib. v, 'Quorum splendore nimio fulgurante, etiam ipsum lucernæ lumen vacillabat.' *Pric.* *Contra Solis aciem, &c. fulgurat*] Plineius de Pavone: 'Gemmantes expandit colores, adverso maxime Sole, quia sic fulgentius radiant.' *Idem.*

Vel placid.] Nil mutandum in vocibus *vel placidus*. Sed solita litterarum *d* et *t* confusio deturpavit sequentem, pro quo rectissime vir doctus in ora Ed. Vicent. e Ms. ut optinor, adlevit, et Pontan. lib. II. Anal. c. 15. ac Pricæus, quem vide, coniecere *renidet*. Nam præcessit jam *nitior*. Eadem varietas in Horat. lib. II. O. v. 20. 'Albo sic humero nitens, Ut pura nocturno renidet Luna mari, Guidiosque Gyges.' Sic etiam Ms. optimus D'Orvill. In altero *renidet* et *Gyges*. Virg. G. II. 282. 'Fluctuat omnis Ære residentis tellus.' Stat. lib. x. Theb. 654. 'Orichalca resident.' Calpurn. Ecl. III. 81. 'Mille residentis dabimns tibi cortice Chias.' Immo lib. II. p. 56. 'micantibus oculis, rubentibus bucculis, residentibus crinibus.' quem locum alii male ex hoc corruperunt. Lib. IV. init. 'fulgentium rosarum mirus color renidebat.' ubi plura dicam. *Oud.* *Placidus renidet*] Ita melius quam *renitet*. Horatius: 'Non ebur atque aureum Mea renidet in domo lacunar.' Onomasticon vetus: 'Renideo, ἀνατρίβω.' *Pric.*

Ac in contrariam] Nullus credo, Appuleium ac adhibuisse seq. vocalli contra Antiquorum morem, innumeris tamen in locis corruptum. Quare licet Mss. plerique cum Editoribus Colvium sequentibus dent *ac*, puto ex Edd. Vett. et Pith. ac Palat. ad reponendum atque, vel cum Grosiotio scribendum *aut*. Plura vide ad p. 10. Ed. Pric. *Oud.*

Nunc ut aurum coruscans in leuēem deprimitur umbram] Lucianus in Amori-bus pag. 250. Ὑνακὶ δὲ δαὶ πάσῃ ἢ τοῦ χράματος ἐπιστρίβει χάρις, καὶ δαφνέϊς μὲν ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς ἑλικες δακύνθοις τὸ καλὸν ἀνθρώπων ὁμοῖα πορφύραντες οἱ μὲν ἐπικύκλιοι πύχυνται μεταφρόνων κόσμος, οἱ δὲ παρ' ὄρα καὶ προτάφους παλὸ τῶν ἐν λαμπρῇ αἰδέσσοι σε-λίων. *Elmslæ.* *Deest* nunc Gueif. pr. et Oxon. ut exsultat a Flor. Pith. et Edd. Colvio prioribus. Male. *Umbra lenis* num Latine dicatur, dubio. Vide ad p. 23. Ed. Pr. 'in leuēem vibratur undam.' Certe cum Mss. Gueif. pr. Lips. Flor. Reg. Fux. Pith. Oxon. Edd. Colv. et Vulcanii utraque præfero *leuēem*. Porro bene Wow. et Schikeradus revocant vocem *mellis*, exsultantem etiam ab utraque Vulcanii Ed. quam ipse Colvius hic monet se melius in textu relicturum fuisse: licet Lipsiano Codici consentiant Gueif. et Oxon. Ait Appuleius, crines nunc esse flavescentis coloris, *μελιχροῦς*, sed ut aurum coruscans, nunc nigri, non vero in uno capite, ut exposit Pricæus, quasi desuper aurei, sen flavi, intus vero nigri essent. Sed formosarum capillamenta describit varie, nec convenit Pricæam explicationi *deprimitur*, si ve descendit, demittitur. In Edd. aliquot *mellis lenem*. Est, qui legat *mellis*, animalculi sc. flavi. *Oud.* *In mellis umbram*] Sunt capilli, in quibus mellis color placet umbroso quasi fulgore perspicui. Galenus in microtechnē ait, capillos flavos, et rubentes, crispasque significare bonam corporis constitutionem. Domitius vero, capillos conjugis sue Poppæe succinos appellabat, a succino colore, qui in melle cognoscitur. *Benedict.* *In leuēem deprimitur umbram*] Quia desuper flavi, intus nigrescentes. Anacreon ad pictorem, de Deliciis suis; *Λιπαρὸς κόμας πάσσον, Τὰ μὲν ἐξ ὀφθαλμοῦ μελαίνων, τὰ δ' ἐκ ἑσπερίων ἡλιδόνων.* *Pric.* *Corvina nigredine*] Lucianus fol.

222. Αἱ μὲν γὰρ φαρμακοὶ ἐρυθραίνουσι
 θυσανέμοις πρὸς ἡλίου μεσημβρίαν τοὺς
 πλακάμους ἰσχυαῖς τῶν ἐρίων χροαῖς ξαν-
 θῇ μεταβάπτουσιν ἄνθει, τὴν ἰδίαν κατα-
 κρίνουσιν φύσιν, ἐπέστεισι δὲ ἄρκυϊν ἢ μέλαι-
 να χαιτῇ νομίζεται, τῶν γεγαμηκότων
 πλουτῶν εἰς ταύτην ἀναλίσκουσιν, ὅλην
 Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέου-
 σαι, σιδηρὰ τε ἔργατα πυρὸς ἀμβλαῖς φλο-
 γῇ λανθάντα βίε τῶν ἑλλαν σόδωγχα
 ἀπαιλεῖται. Etmekh. *Corvina nigredine*,
 &c.] Ovidias: 'Leda fuit nigra con-
 spicienda coma.' In de Deo Socratis:
 'Cum duo colores præstabiles forent,
 piceus et nivens, &c. utrumque colo-
 rem Apollo suis alitibus condonavit:
 candidum olori, nigrum corvo.' Can-
 tic. Solom. 5. 11. 'Comæ ejus, &c.
 nigræ quasi corvus.' Pric. *Corvina*
nigredine] Capillus coloris nigricantis
 expetitur a matronis, cum illa nigri-
 tia non parum venustet faciem can-
 dicantem. In dæmonio Socratis:
 'Cum duo,' inquit, 'colores præsta-
 biles forent, piceus et nivens, quibus
 inter se nox cum die differunt,
 utrumque colorem Apollo suis aliti-
 bus donavit, candidum olori, nigrum
 corvo.' Beroald.

Cærules columbarum colli flosculos]
Cærules Pith. Par. ut ad color re-
 feratur, *cæruleus* Palat. Gnelf. sec.
cæleus Flor. sed terminationem *lus*
 amavit Auctor, ut l. iv. p. 88. 'Cæ-
 rulum profundum.' p. 85. 'Cærules
 barbis hispidus.' L. vi. p. 114. 'Cæ-
 rulum supercilium.' L. x. p. 234.
 'Corpus cærum, quod mari remeat.'
 Dein *collis* cum Edd. Colvio antiquio-
 ribus dat D'Orvill. Putarunt nempe,
 quia *columbas* in plur. dicit Auc-
 tor, *collis* quoque scribendum fuisse.
 At singulæ habent unum. Et solent
 sic eleganter pluribus, sed singulis,
 adscribere unum membrum Plin. lib.
 xxxvii. 5. 'Columbarumque in collo
 plumis similes:' ubi *plumæ* Salm. ad
 Solin. p. 138. non opus est. Auson.
 Epist. iii. 'Collum columbis æmu-
 lat.' Sed consule omnino notata ad

Suet. Claud. c. 34. 'Ut expirantium
 faciem videret.' L. iv. p. 83. 'Ad-
 moventes oribus suis dexteram.' Lu-
 can. lib. vi. 176. vii. 100. 774. 'Ju-
 venum videt ille signram.' Item ix.
 9. 380. Sæpe ita turbatur in Appul.
 ut pag. 42. 'Perforati vulneribus
 spiritum efflaverint:' ubi in Mss.
 aliquot *spiritus*. Lib. viii. init. 'Qui-
 bus stilum Fortuna subministrat.'
 Mss. plerique *stilos*. L. ix. p. 185.
 'Frontem litterati.' Vulgo *frontes*.
 Frontin. l. ii. 5. § 18. 'Quosdam sub
 specie perfugæ:' ubi nil muta. Sic
 et Græci. Xenoph. p. 357. *Ἰππευτοὶς*
περὶ τῇ τραχίλῳ. ubi eadem in Mss.
 confusio. Oud. *Cærules*] *Cærules* col-
 lor viridis est, et subniger, qualis in
 mari conspicitur: unde *cærulea maria*
 a poetis dicta. Ob id *Thalassicus*
 quoque nuncupatus, quasi marinus,
 a Plauto: Græci *glaucum* appellant,
 quo et nostri utuntur. Latinis vete-
 ribus *cæsia* dicta est, quæ a Græcis
 'Glaucopis' dicitur: ut Nigidius ait,
 de colore cæli, quasi cælis. Ferrugi-
 neus color cæruleus est, super quo
 in lib. Annotationum plura. Beroald.
 [Columbarum colli] Columbarum plu-
 ma, quæ in collo est radians in Sole,
 varii coloris incertique conspicitur:
 modo enim rubra, modo viridis, et
 varietate quadam mutat colores: sic
 ut et pavonis canda, super qua re
 Lucretius lib. ii. luculenter scribit,
 cujus hi sunt versus: 'Pluma colum-
 barum quo pacto in Sole videtur,
 Quæ sita cervicis circum columque
 coronat. Namque alias fit uti claro
 ait rubra pyropo, Interdum quodam
 sensu fit uti videatur Inter cæru-
 leum viridis misceres smaragdos.' Hinc
 Arcesilas nobilissimus philosophus, va-
 rietate ista columbini coloris motus,
 asserere cepit ἀκαταληψίαν, id est,
 incomprehensibilitatem. Et hoc est,
 quod intelligi voluit Martianus lib.
 de nuptiis philologiæ: 'Arcesilas col-
 lum intuens columbinum, dubitabat.'
 Hieronymus quoque rei hujusce com-

meminit. Seneca lib. primo questionum: 'Columbarum cervix speciem falsi coloris et sumit et ponit, ubiennque deflectitur.' De quo Nero Cæsar disertissime luit: 'Colla Tiberiacæ splendent agitata columbæ.' Plin. in x. tradit, columbis inesse quendam gloriæ intellectum, ut nosse credantur suos colores, varietatemque dispositam. Nunc Appuleius colorem in capillis gratum esse et amabilem significat, qui varietatem illam colli columbini imitatur, et reddit. *Idem. Cernulos columbarum colli floculos, &c.*] Nero apud Senecam Natural. II. 1. 'Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.' Philo in de Temulentia: Τὸν ἀρχὴν τῆς περὶ τῶν ἀνθρώπων ἀργυρίων οὐ κατενόησας μυρίων χρωμάτων ἀπαλλάττοντα ἰδέας; ἢ οὐχὶ φοινοκοῖν, καὶ κυανοῖν, πυρρὸν τε αὖ, καὶ ἀνδρακοειδὲς, &c. *Pric.*

Guttis Arabicis obunctus] Delicatiores crines solebant unguentis odoratis perfundere. Hieronymus contra Jovinian. c. 37. Photius Biblioth. fol. 780. Martialis l. ix. Epigr. lxxvii. 'Si sapias, Assyrio semper tibi crinis amomo Splendeat.' Ovid. Heroid. Epist. xxiiii. 'Veste tegor villi, nulum est in crinibus aurum. Non Arabum noster dona capillus olet.' *Elmenh.* Per *guttas Arabicas* male Reinesius Inscr. Cl. i. 89. intelligit balsamum. Innuat myrrham vel nardum. Adi Beroald. et Spanh. ad Callim. in Apoll. vs. 38. *Oud. Guttis Arabicis*] Unguento nardino: vel potius myrrhæ lachryma, quæ in Arabia laudatissima progignitur. Sndat autem myrrha sponte, priusquam incidatur, guttam, stacten dictam, cui nulla præfertur: auctor Plin. in xii. A verbo Græco 'stazo,' quod significat stillo, 'stacte' nominata, qua dictione gutta sive lachryma liquoris significatur, de qua in expositione Psalmorum Hieronymus sic scribit: 'Stacten, id est, stillam vel guttam exhibent Domino.' Narrant et qui aro-

matum novere virtutes, 'stacten' florem esse myrrhæ. Hujus quoque meminit Columella in carmine de culta hortorum. Myrrhæ unguento; hoc est, stactes liquore, capilli ungebantur causa deliciarum. Ovidius in epistola Sapphus: 'Non Arabo noster rore capillus olet,' id est, unguento myrrhæ. de quo Plin. noster in xiii. 'Myrrha et per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat.' Arabiæ peculiaris sunt multa odorata, et ad unguenta pertinentia: ut thus, myrrha, mastice, ladanum, et alia complensula: propter quæ felix appellatur, Græco vocabulo 'Eudæmon' dicta. *Beroald.*

Pectinis arguti dente] Vide quæ in Lexico Nomico. *Lindenb.* In marg. l. iv. c. de vestib. holoser. 'Arguto pectine fila decurrant.' Virgil. 'Arguto conjux percurrit pectine telas.' (*Æn.* vii. 14.) Lucianus p. 227. 'Ἀκούουσι δὲ καὶ παιδαγωγοί, χορὸς αὐτῷ κόσμος ἔπονται, τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερσὶν ἔργα κραινόντες; οὐ πρὸς τοῦ κτενὸς ἀντομὰς κόμην καταψήχειν δυναμένας, οὐδὲ ἕσποντρα τῶν ἀντιμέρων χαρκτήρων ἀγράφους εἰκόνας, ἀλλ' ἢ πολὺ πτυχοὶ δέλτοι κατὰ τὴν ἀκολουθοῦσιν. *Elmenh.* *Pectinis arguti*] *Æneid.* vii. 'Arguto tenues percurrrens pectine telas:' ubi Servius: 'Garrulo, stridulo, sonanti.' Imo, me iudice, *acuto*. Glossarium: 'Argutus: ἀδόλεσχος, &c. σημαίνει δὲ καὶ δέξος.' vel certe *arguto pectine.* l. e. parvo, brevi. Eundem ad vii. *Eclog.* et iii. *Georg.* vide. *Pric.*

Discriminatur] Distinguitur, digeriturque, positura quadam venustiore. 'Discrimen' vocant divisionem capillorum, quo mulieres in primis utantur: de quo Ovid. 'Compositum discrimen erit, discrimina lauda:' 'Discerniculum' dicitur acus, quæ capillos mulierum ante frontem dividit atque discriminat: dictum a discernendo, eo enim discernitur capillus, sicut dente pectinis explicatur; quem argutum appellat, vel quasi parvum

et brevitate elegantem: vel quasi somnorum, dum pectitur coma. *Beroald.*

Et pone.] A tergo, in cervice. Solet enim post cervicem coma nodari, et nodo quodam in summa parte constringi: ex quo fit, ut capillus spissior densiorque fulgorem reddat specularem. *Virg.* de Camilla: 'ut fibula crinem Auro internectat.' Idem de Didone: 'crines nodantur in auram.' Græci *κροβάλλων* appellant 'reticulum' illud, sive 'reticulum,' quod comam continet, quod, ut ait M. Varro, a 'rete' dictum est. 'Capital' quoque Veteres dixerunt fasciolam, qua capillum in capite colligerent. *Idem.*

Coarctus.] *Coarctus* cum Lips. ediderat Beroald. Junt. Col. Bas. pr. Colv. *coarctus* Guelf. pr. a m. s. *conctus* Par. *coacti* Fux. Sed ceteri Codd. et Edd. primum servant *coactus*, cujus alterum est glossema. 'Cogere' enim 'capillos,' est coërcere, cohibere, quæ omnia poetis sunt frequentia, sive in artum cogere: ut aliquoties junctum occurrit. *Oud.*

Amatoris oculis.] In membranis D'Orvillianis est per appositionem *amatoribus oculis* pro *amantibus*. Atque ita citavit Salmas. ad Solin. p. 537. a. *Elegantissime.* Singulis enim humana membris adscribitur id, quod per illa homo præcipue facit, vel quod est indolis ejus et pectoris. Sic 'custodientes oculi' pro 'custodum oculis,' l. VIII. in f. Solin. c. 50. 'depositarum rerum pretia oculis æstimantibus:' ut bene e. Mss. edidit Salm. 'Amantia lumina.' Ovid. Epist. Her. XIX. 25. 'canis latrantia colla' Prop. lib. III. 16. et similia innumera. Ad Heins. ad Ovid. Ep. II. 93. Comm. ad Sil. l. XIII. 171. et plura vide ad Lucan. l. XVI. 2. 'Cornua torva,' in Cur. sec. De tali epexegei consule J. G. Vossium de Constr. c. 2. J. Jensi Lect. Lucian. p. 92. Broukhua. ad Tibull. l. II. 46. 'Duxit aratores subjuga panda boves.' Horat. l. O.

15. 'adulteros Crines pulvere collines.' Sil. l. XIII. 375. 'Bellator enas.' Arnob. lib. II. p. 45. 'carnifices unci.' Sed et Nostro l. v. p. 103. 'Deus amator.' Immo plane ita emendandum videtur ex ipso Auctore l. v. p. 104. 'Quod istos amatores tuos oculos gerit.' Joseph. l. c. l. II. v. 479. 'Oculo censore:' et l. III. 244. 'Leno oculus.' Huc quoque pertinet Valer. Max. lib. II. c. 1. 'Subessores alienorum matrimoniorum oculi.' Sic enim optimi Mss. Vide ibi notas. Plura similia vide apud Burm. in Catal. tom. I. p. 79. *Idem.*

Cum frequente sobole spissus cumulat verticem.] Primo male doctissimus Vir H. pro *subole* vel *sobole* conjecit *globulo*, quia alibi hoc de capillis occurrit, ut mox ad verbum *conglobatus* videbimus. At *erinium subolem* optime jam vindicaverunt Colvius et Scaliger his Varronis Senariis: 'Ante auris nodo ex subolibus parvuli Intorti demittuntur sex cincinnuli.' Deinde pro *spiritus*, quod est etiam in Edd. Vicent. Junt. pr. Bas. pr. vel *spirans*, quod etiam in Beroaldina, male omnino Colvius fieri posse putavit *sparsus*. Verticem nequaquam cumulat *sparsus* crinia, qui passim occurrit, sed aliis sensibus. Quare multo rectius conveniret *spirans*, ut margini adlevit etiam Lipsius, et legi voluit cum Titio Salmas. ad Tertull. Pallium p. 246. Sed novum hoc et inusitatum est vocabulum. Hinc ergo Scaligeri conjectura, quam Salmasius quoque oræ libri sui adlevit, *spirasse*, sive *orbibus* et *sinibus*, de quibus consule Harduin. ad Plin. lib. IX. c. 35. Seriverium in Anecd. Philol. p. 89. et Comm. ad Ovid. Art. III. 148. 'Sustineat similes fluctibus illa sinus.' At nullam video rationem, cur Appelleus tum non potius scripsisset *spirique*, quam *spirasse*; et necesse, cur danari debeat Beroaldi lectio *spirans*, confirmata a Mss. in quibus est

spissus, spissus, spissus, ut Palat. Guelf. stroque, Flor. Reg. Fnx. Pith. Oxon. Dord. et Edd. seqq. Quo faciunt et jam voces *frequens* et *cumulat*. Horat. l. III. O. XIX. 26. 'Spissa te nitidum coma.' Adde Salm. ad Solin. p. 587. Pro *cumulat* in Bert. et Pal. *emulat*. Oxon. *dorso permanat*. Idem. Quid, cum *frequenti sobole spissus cumulat verticem*, &c.] Isidorus XIX. 23. de virginibus: 'Quarum ornatus proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu' (fors. *ambitus*) 'erulum contogat.' Suetonius de Nerone: 'Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Arabica etiam pone verticem submiserit.' Gruterus hic pro *spissus*, *spissus* corrigit. *Pric. Spissus*] Corripo *spissus*: nam densitas et spissitudo capillorum gratiam augent, sicut raritas est debonestamento. *Beroald.*

Dorsa permanat] Decurrit, explicaturque per humeros, et spinam dorsalem. Antiqui 'dorsum' dicebant, quod nunc 'dorsum' et ita vulgo usurpat. Inde 'dossuaria' iumenta a M. Varrone dicta, quae dosso vehant. 'Dorsalia' appellabant velamenta, sive operimenta, quibus boum et equorum dorsa convehantur. Julius Capitolinus: 'Processerunt etiam alitriusceus centeni alteri boves, cornibus auro jugatis, et dorsualibus discoloribus praefulgentes.' Idem. *Vel protixa serie porrectus dorsa permanat*] Infra lib. XI. 'Crines, &c. per divina colla passively dispersi.' Pollux II. 8. 'Ἀναστροφόμενοι τοὶ ἄλκιμοι ἔχουσιν, &c. τῶν τε μεταστροφόμενοι περὶ τοὺς ὀφθαλμούς.' Vide et Cupidinis statua Callistratum. Tertullianus de Cultu fem. cap. 7. 'Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo succinctis, &c. Ovidius: 'Ponendis in mille modis praefecta capillis.' Idem: 'Nec genus ornatus unum est, quod quamque decebit Elligat, et spe-

culum consulat ante suum. Altera succinctae veligetur more Dianae, Ut solet, attonitis cum petit illa feras. Alterius crines humero jacentur utroque, Talis es assumpta, Phoebe canore, lyra.' *Pric.*

Capillum distinxerit] Pravo iudicio Colv. et Elmenh. cum Edd. aliquot, in quibus et Junt. pr. et Vulc. sec. praefertunt *distinxerit*, contra omnium manu exaratorum codicum scripturam. Neque enim huc pertinet locus e lib. XI. p. 240. ut videbimus. Optime explicuit Beroaldus: 'quasi discerniculo digesserit et decenti positura discreverit.' Quod ipse Appuleius anpra 'pectinis dente discerninare,' uti et in l. VI. p. 128. et in Apolog. vocat: unde saepe 'capillorum discrimen,' et 'dividere capillos.' Consulendi unice Cl. Burmannus ad Ovidium lib. II. Art. 303. 'Compositum discrimen erit: discrimina lauda:' et Salmas. ad Solin. p. 584. 587. *Ond.*

Non possit abire] *Abire*, quod cum Colvio edidit Vulcanius, locum non habet, nisi quis se simul subducatur. Vide Heins. ad Ovid. Met. lib. IX. 99. 'Sospes abire.' Sed *videri*, quod in aliis est libris, uti et Pith. et D'Orvill. glossam sapit. Quare, cum etiam Reg. Fnx. Guelf. interque, Oxon. Par. exhibeant *adire*, cum Lipsio, Pricæo, ac Wasseo malim *audire*; sive *esse* (quod e glossa inrepererat in Guelf. sec. post *ornata*) et *videri*, nominarique, sen censi. Lib. V. p. 99. 'Si hæc mater audierit:' ubi itidem in Mss. *adierit*. p. 107. 'Omni Veneris familiam male audire.' Lib. VI. pag. 116. 'Nepos Veneris audiet.' Lib. X. pag. 237. 'Quod oppidum audit nobilissimæ coloniae.' Vulgo *adeant*. *Ond. Ornata non possit abire*] Oxon. *adire*, unde rectum *audire* putem. *Pric.*

Inordinatus ornatus addebat gratiam] Ambr. lib. I. de Virgin. f. 77. 'In vobis rejecta decoris cura plus

placet, et hoc ipsum, quod vos non ornatis, ornatus est.' *Elmenh.* 'Erat ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerat, ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olent, videntur : ' ut scribit M. Tull. lib. ii. Epist. i. ad Attic. Et in Oratore : 'Mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat. Quid? quod sæpe decor, cum prohibetur, adest.' Ut est in veterum poetarum catalectis. *Brant.* Lipsius ad marg. et cum Rittershusio Piccard. Peric. Crit. c. 19. item Heins. legunt *inornatus ornatus*, Græce κέρμος ἑκέρμος. ut lib. v. init. 'Domus sine pretio pretiosæ.' Sed Matam lectionem bene vindicat Pricæus Nostri loco de Mundo : 'Est Dei munere ornata ordinatio.' Apud Colum. lib. xii. cap. 3. 'Bene ordinata et ornata et salubria.' Sed Ms. Sangerm. cum aliis carent τοῖς et ornata. Bene, ut opinor. Paullo supra ibid. e Cod. Sang. leg. *emundanda*, ut lib. ii. c. 15. lib. xii. cap. 50. ubi itidem pro *mundatum* Sangerm. *emund.* Oud. *In mea Fotide non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam*] Petronius : 'Neglectum quæ se mihi comit amica Suedet, et ornatus simplicitate valet.' Ovidius, tot amandi prætextus enumerans : 'Non est culta? subit, Quid cultæ accedere possit?' Philostratus e Palamede : Καὶ ἀρχαῖον περὶ τῆ προσώπῃ ἔχειν πολλὸν, ἥδιον τῶν Εὐφρόβου πλοκαμῶν τῶν χρυσῶν. Sic ἀρχαῖον ἀργυρῶν iii. 23. in Arriani Epictetæis. Κέρμον ἑκέρμον habemus Pædag. 3. Clem. Alexandrini : nec tamen *inornatus* hoc loci pro *inordinatus* scribendum. Appuleius de Mundo loquens : 'Est Dei munere ornata ordinatio.' *Ber. Non operosus*] Capillus interdum inordinatus incompositusque in femina luculenta, gratior est, et amabilius, quam operosus, hoc est, multa opera concinnatus. Sicut enim pulchra femina nuda est, quam purpurata, pulchrior : ita capillus quoque passans,

prolixus, circa caput reiectus negliger, ut ait Terent. in formoso corpore decentior est, quam compositus discriminatusque. *Idem.*

Uberes] Spissus namque, ut dudum dictum est, capillus densitate fit commendatior : sic autem textus ordinatur : *Nodus austrinæ uberes crines, et per colla dispositos.* *Idem.*

Pao. 27 Crines, leniter emissos] Pricæus cum Groslozio mallet *demissos*, quod supra habuimus in Varronis exemplo. Verum hoc idem est, quod *dependulos*. Si quid mutandum, melius *inmissos*. Hæc enim composita millies confunduntur. Vide ad Lucan. vi. 291. ix. 823. Liv. lib. x. cap. 5. Sic Valer. Flacc. lib. i. 406. 'Phleas inmissus patrios de vertice crines.' Ovid. lib. vi. Met. 167. 'Movenæque decoro Cum capite inmissos humerum per utrumque capillos.' ubi vide N. Heinsium. Hi etiam possent dici 'leniter effusi,' et 'prolixique molliter defluentes,' quos dein describit, et passim 'fluentes' ac 'fluctuantes' aiunt poëtæ. Vide Passerat. ad l. ii. Propert. El. ii. 23. ac Tibull. lib. iii. 4. 17. Burm. ad Valer. Flacc. iii. 525. 'tenni vagus innat unda Crinis.' Voss. ad l. vi. 618. 'undantem crinibus Hebrum.' Huc pertinet Gell. lib. v. cap. 14. 'toris comisque cervicem fluctuantibus.' Male ibi Vir doctus *fluitantibus*. Ovidius in Arte supra citatus 'similes fluctibus sinus' ait. *Oud.*

Per colla dispositos] Lib. xi. 'Crines, &c. per divina colla passive dispersi.' Pro *emissos* placeat *demissos* scribi. Infra l. xi. 'Crines uberrimi prolixique, &c. molliter defluabant.' Quod hic *demitti*, ibi *defluere*. Pric.

Sinuata palatio] Inepte Floridus exponit, 'flexuoso limbo summae tunicae.' quasi illa villa ancilla gesserit *palatium*, quod est in vestimento mulierum pretiosus purpureus, vel 'aureus clavus.' Sic enim recte Sahms. ad Tertulliani Pallium p. 142. et hic

Sopingius ad marginem emendarunt Nonium, ubi vulgo, 'aurea chlamys.' Optime Scaliger explicat: 'Capillus ab imo ad verticem summum nodo collectus duplicatur, et humeros tegit patagii modo, et sinum ac delumbationem in collo facit, quo nomine sinuatum patagium vocavit.' Vide enim Animagvers. in loca Controversa Titii l. iv. cap. 7. Atque ita recte Pius ad Valer. Flacc. lib. iii. 525. Cuperus etiam ad Apoth. Hom. p. 187. *patagium* sumunt ipsos crines in modum patagii a fronte per tempora in collum contortos. *Oud. Sinuato patagio*] 'Patagium' aurea chlamis est, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Inde 'patagiata' fœmina a Plauto in Epidico dicta, quæ patagio induta est: et ab eodem in Aulularia, 'Patagiarii,' artifices patagii nominati. Nævius: 'Pallis patagiis, crocatis malacia.' In codicibus Nonianis, pro *malacia* mendose scriptum est *manicis*. 'Malacum' autem appellant, vocabulo Græcánico, molle et delicatum: 'malacem pallium' dixit Plautus in Bacchidibus, pro molli et delicato, et mollicino. Verbum vetus est 'malacissare,' quod significat mollire, mitigare, mansuefacere. Idem ait: 'Malacissandus es:' id est, mitigandus, molliendusque. 'Sinuatum' appellat a sinu vestimenti, quasi flexuosum et crispum. Festus ait: 'patagium id dici, quod ad summam tunicam assui solet: quæ et patagiata dicitur.' Quod et videtur verius, tanquam ait patagium id ornamenti genus, quod mulieres in summa camisia parte circa cervices assuunt crispissimum, et (ut inquit) sineatum. Patagus vero morbi genus est. *Bevoald. In summum verticem nodus adstrinxerat*] De quo ita lib. iii. 'Adjuro per dalcem istum tui capilli nodulum.' Servius ad Æneid. iv. 'Crimen qui illi retrorsum in nodum collectus.' *Pric.*

Protinus] Temere sane Elmenh.

Scriverius, et in contextu Pricæus ediderunt *protinus*. Dnrius ac sine ulla elegantia dictum foret: 'in eam impressi saviu' nec melior est lectio Regii, Fux. et D'Orvill. Mss. in ea. Lucius enim, ut vir procerus, ex p. 21. celsior erat Fotide: quare eam basiaturus inclinare se debuit. Hinc ergo 'pronus in eam' basiavit capillorum cacumen in vertice. Lib. v. p. 103. 'Prona in eum effictim iuliana patulis saviis,' &c. Plinius de palmis feminis lib. xiiii. cap. 4. 'Nutare in marem pronas blandioribus comis.' Hinc plurimorum Mss. lectio videtur servanda in Ovid. lib. i. ex P. 18. 45. 'O ego Di facerent, talem te cernere possem, Caraque mutatis oscula ferre comis.' Vulgo nunc *genis*. Sed mulieris senescentis comæ magis mutantur quam genæ. Contra Martian. Cap. lib. ix. p. 302. 'Resupina reclinisque pône consistentis sese permisit amplexibus.' Ita enim Mssorum auctoritate legendum. Non *consistens*: ut in Ed. Grot. *Oud. Nec diutius quivi tantum cruciatum sustinere, sed pronus in eam, &c.*] Cicero Antonianarum ii. 'Homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invasit.' *Pric.*

Qua fine] Reg. Fux. *fine qua*. Perperam vero Pricæus emendare conatur, *qua in f.* Infra p. 31. 'fine inguinum:' et sic alibi sæpius pro parte extrema, sive summa, sive infima. 'Scapularum fine' Flor. N. 15. Immo *qua fine* dixerunt et alii. Adi J. Palmer. tom. iv. Thes. Crit. p. 772. Bene Appuleii loca indicavit Ill. N. Heinsius ad Quid. l. x. Met. 536. ubi consule quoque Burm. et me ad Cæsar. lib. vii. B. G. c. 47. 'Pectoris fine.' Cato de R. Rust. cap. 114. 'Ansarum infimarum fini.' Hygin. Astron. lib. iii. cap. 12. 13. 'Genuum fine.' Quod itidem restituendum cap. 16. 'Occidit cum virga exorta est capitis fine.' Sic enim Marell. nisi quod a inserat. Alii Mss.

ad capitis finem, vel, a capite finem. Oud. *Savium impressi*] Auctor libri de amicitia apud Augustinum tom. iv. cap. 6. 'Est osculum corporale, quod impressione fit labiorum.' Plautus in Casina, 'implingere suavium:' in Carcul. 'Savium oppegit.' Vide Notas ad Minutium f. 6. [cap. 2.] *Elmenh.* D'Orv. Gælf. uterque, et Palat. *sabium*, ex perpetua litterarum *b* et *v* confusione. Edd. Colv. et Flor. *suavium*: ut passim hæ voces mutantur. Sed male. Clare distinguit lib. vi. p. 114. 'septem savia suavia:' ubi D'Orvill. itidem *sabia*. Plin. lib. vii. Ep. 4. 'sibi debita savia:' e Mas. opt. Cort. Sic etiam *saviari* vel *sabari*, non *suaviari*, in Mas. Oud. *Que sine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud savium impressi*] Sic, 'oscula ferre comæ' Propertius. Aristænotus i. 16. *Ἐσθλαχυνθεῖσα τῇ ἔσσει, ἀνέλασεν τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν ἀρχέον, καὶ πεφίληκεν, &c.* *Savium mellitissimum*, ut et infra vl. et ibidem 'mellitissimæ saviæ:' nec non apud Longum Sophistam *μελιτώδες φίλημα*. Pro *que sine a. cacumen*, &c. legerim, *que in summum cacumen*, &c. Pric. *Mellitissimum illud savium*] Significat, capillo se Fotidis impresisse basium illud dulcissimum, quod condimentis Veneris conditum, et (ut inquit Catullus) dulci dulcius Ambrosia est. Tria autem sunt osculandi genera, auctore Donato: osculum basium, et suavium. Oscula officiorum sunt, basiapndicorum affectuum, suavia libidinum vel amorum. In pronominiibus autem magnus est dicendi pondus, magnusque ex his intellectus nascitur: nam dicendo *illud savium*, vult intelligi illud dulcissimum, illud quod amator amicæ ardenter infigit, illud quod labella labellis ferruminantur, illud quod Venus quæta parte sui nectaris imbuit: denique illud, quod libidinis est suscitabulum et subantis anteludium. *Beroald.*

Tunc illa cervicem intorsit] Horatius: 'Cum flagrantia detorquet ad oscula Cervicem.' Basilus in de Virginitate: *Καθήμεν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ὁρῶντες πρὸς τὸν τέρποντα, τὸν ἀρχέον κακῶς περιεσφύοντα. Pric.*

Morsicantibus] Reg. Fux. dant quæque morsicantibus. Atque sic aliquot Mas. hoc verbum per *s* effernat infra aliquoties. Vide ad lib. vii. 143. et lib. x. p. 226. 'dalces gannitus commorsicantibus oculis iterabat.' Magisque analogicum videtur, ut ait a 'mordeo,' 'morsito,' sicut ab 'herreo,' 'hæsito,' 'edo,' 'esito,' et similia. Sed et a 'mando,' 'manduco,' a 'splendeo,' 'splendico,' a 'candeo,' 'candico.' Adi ad lib. v. p. 94. Veram quæro, qui sint 'morsitantes oculi.' Beroaldus explicat 'morsu quasi vitalia popalantes, et depascentes medullas.' Malim ego intelligere oculos mobiles, identidem se experientes claudentesque, oris manducantis instar. De talibus Veneris oculis late agit Barth. ad Claud. in Nupt. Hon. et Mar. vs. 7. Nisi vells pro oculis substituere oculis, labiis, vel tale; quomodo aliquot viri docti loco lib. x. oculis reponunt. Nævius apud Nonium cap. 2. p. 139. Ed. Merc. 'In labellis morsicantim insitant.' Eoque pertineret verbum *ail*, sicut cetera 'ad me conversa' responderent *reus limis*, subintelligendo *oculis*; uti apud Plant. Bacch. v. 2. 12. 'limis intueri:' et Terent. Eun. iii. 5. 53. 'Ego limis spectro.' Oud. *Ad me conversa limis*, &c. oculis] Plutarch. in de solertia animalium: *Σκαῖος ὕψαυα παρὰβλῶν θύοντι δὲκρυ. Pric.* *Limis oculis*] Quintilianus xi. 3. 'Oculi limi, et, ut sic dicam, Veneriei.' Fulgentius Mytholog. ii. 'Ad libidinem limaces vius intorsit.' Isidorus xii. 1. 'Cujus oculi ad libidinem in transversum aspiciunt.' Plinius xi. 37. ubi de oculis: 'Torvi, flagrantæ, graves, transversæ, limi,' &c. Donatus ad Eunuch. iii. 'Cum limi dicantur ob-

liqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur.' Et paulo ante: 'Limis, est transversis: unde limen dicitur, quod ingredientibus exeuntibusque transversum sit. Quum igitur dissimulant homines, se videre quod vident, et non recta facie sed transversa intuentur, limis aspicere dicuntur.' *Idem. Limis*] Obliquantibus et transversis; nam *limis*, ut docet Donatus, significatur transversus. Unde *limen* quoque dicitur in ostio, quod ingredientibus egredientibusque transversum est: et *limi* dicuntur obliqui generaliter: hoc tamen proprie de oculis dicitur, veneris scilicet et amasis. Plautus in Milite: 'Aspice limis oculis.' Scribit Solinus de leonibus: 'Nunquam limo vident, minimeque ita se volunt aspicere: ubi limo significat, obliquis oculis et transversis: quod Plinius apertius dixit, et planius, cum ait: 'Nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt.' 'Limare' verbum vetus est, quod significat conjungere; ut apud Plautum: 'Nunquam cum illa limavi caput:' et Turpilium in Leucadia: 'Veritus sum ne amoris causa cum illa limasset caput.' *Beroald. Morsicantibus*] Significantissimo vocabulo vim venustorum oculorum expressit, qui illices sunt Veneris, et potentissimum amoris incitamentum: quorum fulgor et amabiles intuitus, quodam quasi morso vitalia populatur, et morsicatum medullas depascitur. Expertus loquor, sensi ipse, nec dissimulabo. Sensi, inquam, oculos in Pautia et Martia morsicantes, quibus nihil venustius, amabilius, speciosius novit vetustas, nec noscet ipsa posteritas. Natura exhaustit cuncta narthecia, et omnes pulchritudinis pyxidiculas in formandis duabus mulieribus, quas Zeuxis vel singulas contentus fuisset inspicere, qui Crotoniatarum virgines nudas, ut M. Tullius, vel Agrigentinarum, ut Plin. sentit, inspicere voluit, picturus Helenæ si-

Delph. et Var. Clas.

mulachrum: ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. *Idem.*

Hæu tu, schol. ait] De *scholastico*, id est, ineptulo, adi Casaub. ad J. Capitol. Maxim. Jun. c. 8. *Oud. Scholastice*] Scholastici diminutivum est 'scholasticulus': qua dictione significatur, qui scholæ operam dat, et in scholasticis controversiis exercetur. Plinius secundo Epistolarum: 'Annum sexagesimum excedit, et adhuc tantum scholasticus est.' *Beroald. Scholastice*] Vide Casaub. ad Hist. Aug. Scriptores p. 416. Rittershusium ad Præfationem Salviani. *Pric.*

Dulce et amarum gustulum carpis] Plantus Pseudolo scen. 1. Act. 1. 'Dulce et amarum ana nunc misceamili.' Trucul. Act. II. sc. 8. 'Postquam scio dulce et amarum quid sit ex pecunia.' Et in Cistellaria Act. I. sc. 1. 'Namque amor et melle et felle est fecundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.' Meleager Anthol. lib. VII. 'Ἀρθόδιατε μέλισσα τί μοι χροὸς Ἠλιοδόρας ψάβεις, ἐκπρολιπούσ' εἰαρυνὰς κάλινκας; Ἡ σὺ γε μὴν βίεις ὅτι καὶ γλυκὴ καὶ δόσπιστον Πικρὸν δὲι κραδίᾳ κέντρον' *Ερμπος* ἔχει; Et Plato amorem *γλυκόντιικρον* nominat. *Elmenh.* Recta protulit Cod. Bertiniani verba Elmenhorst. Ita Medea *γλυκερὴ κατεῖβετο θυμὸν ἀντρί*. Apoll. R. III. 290. *Osculum* est conjectura Scioppii, ut Susp. Lect. lib. III. c. 10. patet. Sed nulla est verisimilitudo, eam vocem depravaturos fuisse librarios. Videtur autem id coniecisse Scioppius, quia in plerisque Mss. et Edd. antiquis *dulce* neutro genere scribitur, et hinc paullo infra ad 'istum igniculum' eo genere 'gustulum' sumtum existimat Colvius. Sed Mss. Flor. Guelf. pr. et Par. cum Edd. Vulc. sec. seu Scalig. et seqq. dant *dulcem*. Elegantissime autem *carpum*, ut cænties occurrit, *osculum* vocat *gustulum*, *cen proeffje*, quia inde incipit amoris opus, ut cæna incepit ab ovo, quod

Apul.

6 Z

hinc etiam *gustatum* appellat Noster lib. ix. p. 200. Consule Lips. lib. ii. Ant. Lect. p. m. 66. Cort. ad Plin. lib. iii. Ep. 5. Huc pertinent Plauti loca in Pseud. i. 1. 61. ii. 4. 1. Trucul. iv. 3. 25. Cistell. i. 1. 71. 'Amor et melle et felle est fecundissimus, Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.' 'Dulces et mœstas querelas' jungit Auson. in Cupid. vs. 44. 'Oud.

Ne nimia mellis dulcedine diutina bilis] Suidas: Τοῦτο γλυκὸν μὲν ἐστὶ τὴν ἀσθησιν, πικρὸν δὲ τὴν ἐνδόσσιον. Χολῆς δὲ ποιητικὸν αὐτὸ φασι εἶναι, καὶ τρέπει τοὺς χυμοὺς εἰς τοῦναντίον τῆς γένεως. Hinc Anthol. i. c. 48. Πᾶν τὸ περισσὸν ἔκπειρον, ὅθεν λόγος ἐστὶ παλαιός, 'Ὅς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλεόν ἐστὶ χολή. *Elmenth.* De hac mellis vi adi Suidam in Μέλι, Plinium lib. xxii. c. 24. et confer Longum in Pastor. lib. i. p. 20. ubi pro vulg. *μαίνεσθαι* videtur legendum *πικραίνεσθαι*. Nam de Pontico melle, quod pntat Lindenbrog. et alii, dicto *ἐκφρονος ποιεύ*, ut apud Ælian. v. Anim. 42. Xenoph. p. 342. qui potuit scire rusticus in Lesbos puer? Anth. lib. i. p. 101. Ed. Brod. *Λόγος ἐστὶ παλαιός, 'Ὅς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλεόν ἐστὶ χολή*. Ceterum et ipsum *nimium* est *χολή* Aristoph. Ranis 4. et ex eo Suid. in Πάν, ac Palæpbat. de Incred. p. 60. Ed. Toll. qui e Mss. et Apostolio cap. 6. § 32. est augendus. Oud.

Amaritudinem contrahas] Non damno *contraho*, quod plerique Mss. et Edd. post Colvinum præbent, ut et alibi, 'noxam contrahere.' Vide supra. Sed tamen non plane ausim damnare simplex, quod etiam est in Pithæano, eodem sensu: ut passim, 'trahere nomen,' 'crimen,' 'formam,' 'gratiam,' 'prædam,' uti e Mss. legendum in Septim. de B. Tr. lib. ii. 18. Lucan. lib. vi. 539. 'Tracta durescent tabe medullæ:' quod male exponunt: et adposite lib. ix. 923. 'Si quis peste diurna Fata trahit.'

Ovid. v. Trist. 13. 3. 'Æger enim traxi contagia corpore mentia.' iii. e P. 2. 13. 'Ægri contagia vitat, Vicinum metuens ne trahat inde malum.' Solin. c. 49. 'Insolentia særis morbos trahant.' C. 52. 'Tetriorum spiritum traxerant:' ubi male Ed. Deir. *hæserunt* e glossa. *Idem. Bilis amaritudinem*] Per antitheton decentissimum significat, in amore plus esse amaroris quam dulcedinis: sicut enim mel dulcissimum est, ita bilis amarissima. Ex felle, ut physici tradunt, et memorat Plin. noster, bilis est, et magnum in hac parte virus: hinc it in mores crimen bilis nomine, cum se fundit in animum. De atra bili quam Græci 'melancholiam' vocant, de citrina, vitellina, prasina, adusta, scriptum in commentariis Tusculanarum Quæstionum, et copiose dissertant Plato, Galenus, Albertus magnus, cæteri. *Beroald. Cave ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas*] Catull. 'Neve ex ambrosia tibi mutatum cadat istud Suavium tristi tristius helleboro.' Lucret. 'Nempe inamarescentepulæ sine finæ petitæ.' *Æd. iv.* 'Spargens humida mella:' ubi Servius: 'Non incongrue ad amaritudinem amorum mel adhibet.' Julianus in Epistolis: *Χολῆς αὐτὸ (μέλι) ποιητικὸν εἶναι σύμπαρτες ὁμολογοῦσι, καὶ τρέπει τοὺς χυμοὺς εἰς τοῦναντίον τῆς γένεως*. Vide Proverb. 26. 16. et 27. Sirachidem 37. 33. Scholiastes ad Ranas Aristophanis: Τὸ πολλὸν, καὶ ὃν ἢ γλυκὸν, ποιηρὸν ἐστὶ. Suidas, ex nescio quo Veterum: Τρώγων γλυκερὰ πικρίας ἔχεις τρέπου. Hieronymus ad Furiam: 'Quasi coturnicum carnibus usque ad nauseam saturata es: amarissimam cholerae sensere fauces.' Latet autem heic scitum certum et salubre: filias Voluptatis Mœrorem et Tristitiam esse. Venus in Psychen vindictura post delectamentum suo cum Capidine habitum, infra lib. vi. 'Ubi sunt Sollicitudo atque Tristities ancillæ

μαρῶν? quibus introvocatis tradidit torquendam eam.' Apposite ad Apuleium Solomo: (qui et a melle similitudinem sumpsit:) Μέλι ἀποσπάξει ἀπὸ χαλκῆς γυναικὸς πόρνης, ὃ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὺν φάργγῃ, ὕστερον μὲν τοι πικρότερον χολῆς ἐθήσει. 5. 3. 4. *Pric.*

Cum sim paratus, vel uno suaviolo interim recreatus, super ignem istum porrectus assari] Dio Cassius lib. LXV. Εἰς τοῦτο μωρίας ἀφικνούμεθα τινες, ὥς ἐν τι προσδοκῶμεν ἀγαθὸν κακῶ μεμυγμένον λήψεσθαι, ἐπιδυμῖα τοῦ κρείττους καταφρονεῖν τοῦ χειρόνος. Claudianus: 'Suadentque brevem praesentia fractum, Et ruit in vetitum damni secera libido.' In Mimo veteri: 'Amans quid cupiat scit, quod sapiat non videt.' Notanda et emphasis verborum: 'uno vel suaviolo recreatus.' Scriptor ad Hebraeos XII. 16. Ἀπὸ βρώσεως μᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Plutarchus in de liber. educandis: Μίαν ἡδονὴν θαυδρὸν τιμήμενοι. *Idem.* *Super hunc ignem]* Cum de igne elementalī, quo cœna a Fotide coquebatur, loqui simpliciter videatur, non infestiviter referri potest ad ignem meretricium, juxta illud Terentianum: 'Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis:' ibi enim nomine ignis meretrix Thais significatur: id genus locutionis per acyrologiam fieri autumat Diomedes: a Virgilio quoque decenter dictum est: 'At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.' *Beroald.* *Assari]* Torreri, uri, excoqui, sicut assæ carnes percoquantur. 'Primo,' ut auctor est M. Varro, 'fuit assa caro: secundo elixa: tertio jurenta.' Dictum *assum*, quod ab igne assuescit: sudando enim assum distillat calorem. Alii *assum* dici interpretantur, quasi solum: quoniam in obsonis sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur: Antiqui enim *assum* solum dixerunt: unde 'assa vox' dicta, non admixtis aliis musicis con-

centibus. Laudes majorum assa voce cantabantur, id est, ore prolata, et sine mixtura musices. Ab 'asso,' 'assaturæ' dictæ. Flavius Vopiscus scribit, Aurelianus imperatorem convivium de 'assaturis' maxime dedisse. Cibaria jurenta, hoc est, jure condita, auctore Corn. Celso, magis alunt quam assa: magis assa, quam frixa. *Idem.*

Cum dicto] Cum hæc dicerem et loquerer. Locutio Appuleii prope peculiaris, et frequens. *Idem.* *Suaviari]* Baniare, osculari. Catullus: 'Osculosque suaviabor.' Tria sunt, ut proxime diximus, exosculandi genera: osculum scilicet, suavium, et basium: oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum et amorum. *Idem.*

Et cum dicto arctius eam complexus, carpi suaviari] Sisenna in Milesiis: 'Simul hæc dicens, suavium dedit.' Achilles Tatius II. Καὶ ἅμα λέγων, τὴν χεῖρα βιαστέρον περιέβαλον, καὶ ἐφίλου. Infra heic: 'Et conversum amplexus osculatur artissime.' *Pric.*

Congermanesco] Cl. Quadrigarius Annalibus: 'Facite exemplo eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatis.' Corrigendus Varro Rerum Humanarum lib. III. 'Postea cum his una rempublicam conjuncti et congermaniti tenuere:' ubi excusum *congerminati*, et propius ad veram scripturam, in scripto libro, *congermani*. A congermanesco, congermanitus, ut a coalesco, coalitus. *Cole.* Loca sunt citata a Nonio p. 90. Ed. Merc. in v. 'Congermanesco,' ubi Salm. ad Solin. p. 22. corrigi volebat *congerminasco*. Frustra. Ibi in Varronis loco Ms. Voss. habet *congermanita*. Vide etiam Salm. p. 877. *Oud.* *In amoris parilitatem congermanescendi mecum]* Suidas: Ἐυσταθέω, σὺν σοὶ ὁπτήσω τῷ ἔρωτι: ἀπὸ μεταφοράς τὸν κρεῖων. 'Congermanescere,' est quod apud Philonem (de Eva loquentem) γάμνησθαι καὶ ἀντιπροσφθγγεσθαι. lib.

περὶ κορυμ. Pric. Congermanescenti] Votusto verbo 'congermanescens libido' dicta, quæ compar eat, et quædam quasi germanitate consimilis. Atli a 'congerminando' id deducere malunt, quod non placet: nam 'congermanescere' est evalescere, et consociari: unde 'congermanescens libido,' eleganter pro coalescenti et consociata usurpatur. Quadrigarius: 'Facit exempla eorum ut vos cum illis congermanescere sciatis.' *Ber.*

Patentis oris] Vide Comment. ad Petron. c. 26. 'Commovebat valgiter labra.' *Oud. Inhalatu cinnamæo]* Anima et anhelita odoris suavisimi, qualis est cinnaui: amator enim amicæ animam anhelitumque suaveolentia quadam fragrantem, et odorem commixtum esse sensit. Et nos olim osculum Panthiæ præconio suaveolentiae extollentes sic lusimus in idyllio: 'Cinnama quod fragrant, quod olet Cynireia myrrha.' *Beroald.*

Occursantis linguæ] Confer cum his Achillem Tatium p. 58. lib. II. ubi inter alia ait: *Αἱ δὲ γλῶτται τοῦτον τὸν χρόνον φοιτῶσιν ἀλλήλαις εἰς ὀμλίαν, καὶ, ὡς δὲνται, βιάζονται πᾶσιν αὐταῖς φιλεῖν. Etmesh.*

Illius nectareo] Oppido quam festiviter expressit mores amabiliorum, qui linguam linguæ inter osculandum illudera consueverunt: quæ suaviatio mellitissima est, et nectaris dulcedine perfusa, nec non maximum quoque Veneris suscitabulum. In hanc sententiam est illud Plautinum: 'Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.' *Beroald.* *Et occursantis linguæ illius nectareo]* Lib. v. 'Suavium blandientis appulsu linguæ longe mellitissimum.' Lucretius: 'Affigunt avidæ corpus, junguntque salivas Oris, et inspirant pressantes dentibus ora.' *Pric.*

Adlubescente] 'Adlubesce,' verbum vetus est, quod significat, placet, aut placere incipit. Plantus in Milite: 'Hercle vero jam adlubesceit primu-

lum, Palæstrio.' Sicut a 'lubet' 'adlubesce,' ita et 'adlubesceat' dicitur. *Beroald.*

Pereo inquam] Verba deprompta ex intimo amoris promptuario, quibus amantes in complexus amicorum subinde uti consueverunt. *Idem.* *Pereo inquam: imo, jamdudum perii, &c.]* Apud Plaut. Bacchid. 'Nihili sum, Tactus sum vehementer visco, stimulo cor foditur.' *Pric.*

Propitiarius] Placata sis et propitia. *Esto]* Sis. *Beroald.*

Mutua voluntate] 'Mutuum' in amore dicitur, ubi par voluntas accipitur et redditur. *Idem.* *Mancipata]* Obnoxia, et quodam quasi mancipi nexu obligata, tanquam addicta. *Id.* *Tibi mutua voluntate mancipata sum]* 'Sic amor amborum tetigit rude pectus, et æquum volens utrique dedit.' Infra lib. IV. 'Affectione mutua mihi pignorus.'

Prima face] Circumspecte Jo. Brodæus (lib. IV. Misc. c. 44.) notat ad hæc verba, quod 'prima fax' ideo Latinis 'Vesper' non dicatur, quoniam facies et lucernæ vesperi accenderentur; sed quia Venus et Vesperugo, fax cælestis et stella post Solis occasum prima, tum lucere incipiat. Id quidem quodammodo innuit Macrobius lib. I. Saturnal. c. 3. extremo, item Gellius lib. XII. c. 2. his verbis: 'Præterea tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiunt, et post primam faciem ante mediam revertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem: quando ante horam noctis sextam regressi, parte aliqua illius in urbe Roma sunt.' Sed confirmat magis idem auctor l. XVIII. c. 1. 'Sed cum jam prima fax noctis, et densiores esse tenebræ cæpissent, proscanti Favorinum in domum, in quam divertebat, discessimus.' Nam vix est, ut aliter accipiat, tum quia in littore ambularent, tum quod adjecerit noctis. Vopiscus tamen de Ta-

cito narrat: 'Thérmas omnes ante lucernas claudi jussit, ne quid per noctem seditionis oriretur.' Quod an huic nostræ opinioni adversetur, disputent curiosi. Ego pergo. *Gruter. in Susp.* Veteres per 'primam facem' non intellexisse Hesperum, sed 'lamina accensa,' docui ad Hirt. B. Afric. c. 89. 'Circiterque noctem luminibus accensis.' Adde Plin. l. xi. c. 19. Drakenb. ad Sil. l. i. 66. *Oud.*

Cubiculum tuum adiero] Rectius Colvio Sciopp. Wow. Elmenh. Priæus e suis membranis edidit *adéro*, quibus accedunt D'Orvill. Pith. Fax. Guelf. uterque, et Lips. quamvis *adiero* est in Regio. Amari ab Auctore Accusativum vi præpositionis *ad* verbo junctæ, sæpius jam monuerunt viri docti. Adi me ad lib. ix. p. 187. lib. v. p. 91. 'scopulum istum adernnt.' Unde forsitan defendi posset vulgata Livii lectio lib. xlv. c. 28. 'Jussis Amphipolin adesse.' Sed aliter Livius, aliter Appuleius loquuntur. *Idem.* *Prima face tuum cubiculum adiero*] Rectior scriptura est *adéro*. Infra lib. v. 'Scopulum istum protinus aderunt:' jam et *adéro* in Oxoniensi video. *Pric.* *Prima face*] Horam vespertinam significat, qua faces accenduntur. Macrobius in primo Saturnalium scribit, quod post vesperam prima fax dicitur, deinde concubia. *Beroald.*

Ac te præpara] *Præpara* est in Oxon. Pal. Reg. D'Orv. Edd. Vulc. Wow. Flor. *propere* Bert. Præfero tamen cum Pith. Florent. Edd. Vett. item Elm. Scriv. *Pric. compara.* Vide Ter. Eun. i. 1. 2. Cic. ad Q. Fratr. c. 1. 'Te admoneo ut te ante compares.' Præsertim in re bellica, a qua hic metaphoram sumit Potis, *comparare* pro *præparare* ponitur. Adi collectanea ad Nepot. viii. 2. 2. 'Tempore ad comparandum dato.' Dein *enimque* Guelf. pr. *Oud.*

Præliabor] Prælio scilicet Venereo, de quo Virgilius: 'At non in Vene-

rem segnes, nocturnaque bella.' Et Epigrammatista: 'O quæ prælia, quas utrinque pugnas, Felix lectulus et lucerna vidit.' Sua est amoris militia, ut Marti sua prælia, sui bellatores: et ut inquit ille: 'Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.' *Beroald.* *Tota enim nocte tecum fortiter, &c. præliabor*] 'Tota nocte,' ut apud Propertium: 'Experta puella Officium tota nocte valere meum.' 'Præliabor,' ut infra lib. v. 'Veneris præliis velitari:' et i. 10. Aristæneti, *νυκτομαχείν*. Virgil. 'Nocturnaque bella:' ubi Servius: 'Quibus coitus.' 'Fortiter,' ut lib. ix. 'Ille adulterorum fortissimus:' et apud Petronium: 'Qui ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugasti.' Juvenal. 'Solaque libidine fortes.' *Pric.*

Obgannitis sermonibus] Immurmurationis, magisque clara voce enunciationis, 'Gannire' enim, et 'obgannire,' obmurmurare est: unde et 'gannitio,' canum querula murmuratio significatur. *Beroald.*

Commodum] Tunc tunc, id horæ, eo momento: ut sæpe diximus. *Id.*

Mittit xeniola] Morem signat priscorum, qui hospitibus munera esculenta missabant, quæ xenia, i. e. hospitalia, appellaverunt: nam, ut auctor est Vitruvius in sexto, cum fuerint Græci delicatiores, et a fortuna opulentiores, hospitibus advenientibus inatruebant cubicula et triclinia, et cum penu cellas: primoque die ad cœnam invitabant, postero mittebant pullos, ova, olera, poma, reliquasque res agrestes, quæ xenia ab hospitibus appellaverunt: ξένος enim Græce hospes, ξένος hospitalis, quo cognomento Jupiter colitur, ut meminit Dion. de quo intellexit poeta, cum ait: 'Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.' Hinc 'xenìa,' munera dicta hospitalia, et 'ἐποκοριστικὰ xenìa,' 'Xenia,' ut inquit Ecclesiastes, 'exercant ocu-

los iudicum.' Jurisconsultos xenias non in totum abstinendum esse præcipit. Martialis celebrat 'xenia' et 'apophoreta': ubi annotandum, 'apophoreta' non tam dici munera quæ remittuntur ab his qui xenia acceperunt, quam vasa et id genus alia, quæ conviviis apponebantur, ut secum post convivium ea auferrent, donoque haberent: hæc enim 'apophoreta' vocabantur, ut auctor est Athenæus: et apud nostros divus Ambrosius id plenissime enarrat in libro de cohortatione virginum scribens hæc: 'Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt:' ad hunc intellectum referri debet illud Suetonii in Caligula: 'Agitator Cítico comessatione quadam in apophoretis vices sestertium contulit.' Scio me aliter tradidisse in commentariis: sed cum licet quotidie meliora invenire præteritis, et posteriores cogitationes prioribus sint sapientiores, volui obiter retractare id quod in Tranquilli commentariis poteram videri dormitans, conniventibusque oculis inespiciasse: verum id a me aliubi quoque fiet, quotienscunque repastinandi reformandique editos jam commentarios in meliorem sententiam dabitur occasio. Homines enim sumus: nec ullus inventus est ἀναιδής, hoc est, impeccabilis. Hippocrates errores suos ingenue confessus est: Augustianus libro retractationum maculas priorum voluminum repurgavit: et M. Tullius non dubitavit aliquot jam editos libros alia postea scriptis ipse dammare. Sed ad propositum. Idem Ambrosius apophoreta accipere videtur pro muneribus, cum de Vitali et Agri-cola martyribus scribens ait: 'Hæc apophoreta quidem plena sanctitate et gratia mecum detuli:' quod tamen per translationem de vasis dictum videri potest. *Idem.* *Mittit mihi Byrrhæna xenia*] Suidas: ξένον: τὸ δῶρον τὸ περικείμενον ξένῳ. *Pric.*

Porcum optimum] *Reg. Fax. porrum optimum.* Pith. *postortum optimum.* Bene autem viri docti reposuerunt *opimum*, uti est quoque in *Ms. Oxon.* D'Orv. pro *optimum*, quod ante Colvinum edebatur, et quomodo passim vox *opima* est corrupta. Vide Stewech. ad Front. lib. iv. 5. 4. Drakenb. ad Livium lib. xxxviii. c. 8. Mox 'mercedes opimas.' Lib. viii. in f. 'hostiis opimis.' Lib. x. p. 220. 'Partes opimas debebam.' De Dogm. Plat. 'Opimas partes:' in quibus idem error. Gell. lib. v. 14. 'Membra ferarum opimiora.' Horat. lib. iv. O. iv. 31. 'Quos opimus Fallere et effugere triumphus.' Sic enim ut locum cum Al. Cuninghamo legamus, antiquissimarum D'Orvil. mei membranarum suadet auctoritas. *Velgo effugere est.* Dein *gallinas Fax. Oud. Porcum opimum, quinque gallinulas, et vini cadum in ætate pretiosum*] Horatius: 'Accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti.' Vitruvius lib. vi. 'Cum fuerunt Græci delicatiores, et a fortuna opulentiores, hospitibus advenientibus instruebant triclinia, cubicula, cum penis cellas: primoque die ad cænam invitabant: postremo' (lege *postero*) 'mittebant pullos, ova, olera, poma,' &c. In *ætate* sincera lectio est, nec debuit moveri: sic 'Episcopum in ætate antiquum' Cyprianus dixit. Jurisconsultus in lib. iii. § 1. ad SC. Silan. 'In gravi valetudine affectum,' et Noster lib. vi. 'In laboribus defessum.' *Pric.*

Vini cadum in ætate pretiosum] Talis 'Nonum superantis annum Plenus Albani cadus' apud Horatium. Statius: 'Vinaque perpetuis ævo cæstantia fastis.' Et bene, 'pretiosum,' Horatius: 'Albani veteris pretiosa senectus.' *Idem.* In *ætate pretiosi*] Vina generosa vetustate censentur: phaleri ætas media a quinto decimo anno incipit, ut docet Plin. in xxiii. Salomon in Ecclesiastico: 'Vinum novum inveterascet, et cum suavitate

bibes illud:’ et Plautus quoque in *Casina* inquit: ‘Qui utuntur vino vetere, sapientes puto.’ idem in *Penulo*, ‘Vinam edentulum’ eleganter appellat quod vetustum intelligi vult, et ob id pretiosum; sicut senes ob vetustatem seniumque edentuli fiunt, hoc est, sine dentibus. *Beroald.*

Veneris hortator et armiger Liber] ‘Verbum hercle hoc verum erit, sine Cerere et Libero friget Venus,’ ait Chremes Terent. *Eunuch.* Unde apud hanc Nostrum lib. v. ‘Venus inimicam suam sobrietatem nominat.’ E contra Horat. lib. III. Od. 18. ‘Craterem Veneris sodalem.’ *Brant.* *Veneris hortator et armiger Liber*] Ovidius: ‘Visa parant animos Veneri.’ Euripides Bacchis: *Ὀίνου δὲ μηκέτι ἴστος οὐκ ἔστι κέκρυς.* Theo in *Aratum*: ‘Ὀρεῖς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ’ ἀλλήλων εἶναι. Achilles *Fatius* II. *Ὀίνος ἥμετος τροφή.* Porphy. *περὶ ἀποχ.* 4. de *Ægyptiorum* sacerdotibus: ‘Ἀφροδίσιον ἔφασαν (ὀνον) ὁρίζεσθαι ἐπιφέρειν. Scholiastes ad Theocriti *Eidyll.* x. ‘Ὁ οἶνον κερωνόμηνος πρὸς ἀφροδίσιον ἐκκαλεται. *Lucianus* in *Ameribus*: *Τερπνοτέρα Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου, καὶ τὸ παρ’ ἀμφοῖν ἰδὲ σέγγρατον* εἰ δ’ ἀποξενυχθεῖεν ἀλλήλων, ἦγον ἐμφραίνουσαν. Scholiastes *Aristophanis*: ‘Ἐδονῆν καὶ ἀφροδίσιον μέθη ἐξαιώτηται. et post, *Ἀκάλουθα τῇ Διονυσιακῇ ποτῇ τὰ ἀφροδίσιον.* *Valer. Max.* II. 1. ‘Proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit.’ *Theophylactus* ad illa *Rom.* XII. *Μὴ κέρποις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις, &c.* *Εἰπὼν περὶ τῆς μέθης πρότερον, νῦν λέγει περὶ τῶν ἐκ ταύτης γενημένων κακῶν* ἐκ γὰρ μέθης αἱ ἀσέλγειαί. *Pric.* *Veneris hortator Liber*] Hoc est, Bacchus, cuius nomine vinum significatur, maximum haud dubie est libidinis incentivum: ut merito armiger et hortator Veneris dici mereatur. Fabulantur Antiqui, filium Liberi ac Veneris Priapum fuisse, ducti conjectura verisi-

mili: propterea quod qui vino indulgeant, sint natura ad Venerem propensiores: ut autem Vulcanum pro igne per tropicam locutionem vulgo usurpamus, sic et Venerem pro coitu, Liberum et Cererem pro vino et pane, non minus decenter quam licenter dictitamus: quod et Quintil. refert in VIII. Hinc illud vulgatissimum, ‘Sine Cerere et Libero friget Venus.’ Apostolica sententia interdicitur sacerdoti vinum, in quo est luxuria: et qui altari servit vinum, et siceram bibere prohibetur: venter enim mero æstuans facile despumat in libidines. ‘Sicera’ autem, ut inquit Hieronymus, et in decretis canonicis repetitum est, ‘Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua quis inebriari potest.’ Liberum autem Bacchum ex eo dictum autumat Seneca, quia liberat servitio curarum animum, asseritque, et audaciorem in omnes conatus facit. Quidam ob licentiam linguæ et libertatem loquendi Liberum dici opinantur, tanquam ex ebrietate fiant homines linguæ liberioris petulantiorisque. Si Plutarcho credimus, Liber ex eo dictus est, quod pro Græciæ libertate pugnavit. Augustinus, quod annotatu dignum est, [&c. Vid. Not. Delph.] Diem festum dictum Libero patri, ‘liberalia’ vocant, a Græco vocabulo ‘Dionysia.’ *Beroald.*

PAG. 28 Pudoris ignaviam] Inverecundus Deus Liber nuncupatur a priscis, ex eo quod inverecundi per vimolentiam homines fiant. Horat. ‘Simul calentis inverecundus Deus Fervidiore mero arcana promorat loco.’ *Idem.* *Vinum istud sorbeamus hodie omne, quod nobis restinguat pudoris ignaviam*] Ovidius: ‘Nox et Amor vinumque nihil moderabile suadent.’ Arnobius I. VII. ‘Quid Deo cum vino est, veneris re proxima? &c. verecundiæ, pudoris, et castitatis inimica?’ *Lucian.* in de *Dea Syria*: ‘*Ἄμα οἶνον εἰσάγει παρρησία εἰσέρχεται.* *Pric.*

Alacrem vigorem libidinis incutiat] Ambros. de Pœnitentia lib. i. c. 16. 'Pascitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur.' Aretæus Cappadox de acutor. morb. curat fol. 163. *Ὀβρος γὰρ θάλαψι μὲν ἐστὶ νεύρων, μάλα βας δὲ ψυχῆς, ἐπανάκλησις δὲ ἡδονῆς, γυνῆς γέ- νεσις καὶ πρόκλησις Ἀφροδισίων.* Vido notata ad Arnobium p. 120. lib. vii. Libanii Sophistæ progym. fol. 122. *Εὐμενῆ.* Recte *alacrem vigorem* defendit Pricæus. Ac vigor in re Venerea non raro adhibetur. Hinc infra p. 32. 'Arcum meum ipse vigor adtendit.' Lib. ix. p. 191. 'Vigortus juvenis.' Pith. *incutiat.* Oud. *Et alacrem vigorem libidinis incutiat*] Minucius in Octavio: 'Ubi convivium caluit, et incestæ libidinis ebrietate fervor exarsit.' Scholiastes vetus Horatii ad Epist. Lib. i. 'Inter omnia quæ vino accidunt et illud est maximum, quod vires in Venerem præstat.' Isidorus viii. 11. de Libero: 'Attributas ei mulieres dicunt, et vinum, propter excitandam libidinem.' Infra hic lib. x. 'Vino, &c. copioso memet madefeceram, et unguento fragrantissimo prolubium libidinis suscitaram.' 'Alacris vigor' heic, ut apud Serenum Sammonicum: 'Tunc poteris alacrem capitis reparare vigorem.' Infra hic lib. x. 'Saltationis agilem vigorem.' Gellius xix. 12. vigores et alacritates' junxit. *Pric.*

Hæc enim sitarchia navigio, &c.] Nullum est dubium, quin recte emendaverit Beroaldus: *hæc sitarchia navigium*, ac bene explicuerit de comætu et alimento. Eam vide cum Pricæo. Confirmant quoque eam lectionem Mss. omnes, excepto Bertin. In Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. *hæc s. navigio.* Gueff. sec. *siriarchia.* Par. *siriarchia.* Fux. *scyarchia.* Dein ut vino male Edd. Ald. Junt. post. Oud. *Hæc enim sitarchia navigio*] Emuncior lectio et tersior est: *Hæc enim sitarchia navigium Veneris indiget*

sola: ut sit sensus per metaphoram, [&c. Vid. Not. Delph.] nam, ut inquit ille: 'Si nescis, oculi sunt in amore duces:' et ab Epigrammatista dictam est: 'o quæ prælia, quas utrinque pugnas, Felix lectulus et lucerna vidit!' Beroald.

Ut in nocte pervigili, et oleo lucerna, et vino calix abundet] Infra heic: 'Lucerna prægrandis, et oleum ad lucem sufficiens, et calida cum œnophoris et calice.' *Pric.*

Nam Milonis, &c. Cum ecce] Frequentissimam esse confusionem vocum jam et nam, nemo nescit. Et vocula jam optime respondet seqq. cum ecce; ac bene transitioni hic inservit. Vide quæ laudavi ad Lucan. lib. 11. 214. 'Jam sanguinis alti Vis sibi fecit iter.' Infra lib. vi. p. 119. et sic sæpe Auctori est jamque. Verum tamen, quia sæpe Auctor cum aliis, ut ibidem monui, vocula nam utitur in transitione, non temere quid mutem. p. 30. 'Nam et pueris extra limen,' &c. Lib. viii. p. 248. 'Nam et illi pastores,' &c. ubi Colvio placebat jam. Oud. *Nam boni Milonis concinnatiam mensulam, &c.]* Æneid. i. 'Vina bonis quæ deinde cadis onerarat Acestes:' ubi Serv. Foldens. 'Bonus hic largus, liberalis:' ergo bonus hic Milo κατ' ἀντίφασιν dictus. *Pric.* Boni] Ironicus: sic Terent. 'Virum æquum Parmenonem.' Hinc virtutes pro vitis interdum usurpant. Beroald.

Concinnaticiam mensulam] Solinus in Prefat. 11. 'Ut nec in eo prodiga sit copia, nec damnosa concinnitas.' Et c. 4. 'Egrediemur propositæ concinnitatis modum.' Concinnitas autem illa brevitatis est. Brand. *Concinnatitiam mensulam*] Breviculam, modicam, deparcam. 'Concinnare' enim est, apte conficere, et quasi in arcum breveque colligere: unde 'concinnatitium' deducitur, pro brevi et collecto et apte cohibito. Supra dixit, 'exiguum grabatulum.' Lucianus

Græce ait, *κλυθῆναι στανόν*, id est, leatolom sive mensulam concinnatiam. *Beroald.*

Quam pote tutus] Id est, quantum fieri poterat. *Idem.*

Inibi] *Aspectu Fotidis. Idem.*

Recreabar animo] Male Colvinus cum Valc. et Wow. exhibere animo, licet in eam lectionem conspirent Palat. Reg. Fux. D'Orvill. Oxon. Par. Bene ait Elmenhorstio et Pricæo, qui animi revocarunt, et duobus Nostri exemplis confirmarunt. Lib. xi. p. 254. 'Recreatus animi.' Salm. ad Solin. c. 86. 'Quos ut animi firmaret: ut est etiam in Mss. Leidd. 5. et Ed. Cam. Alii, animo, animis, animum. Vide et supra ad lib. i. p. 18. 'Voti gaudeo.' Oud. *Recreabar animi*] Elocutio vetus et usitatissima. Ita 'pendeo animi,' 'felix animi,' 'et præstans animi,' frequenter dictum. *Beroald.* *Assidue respiciens præmisi-trantem Fotidem, inibi recreabar animo*] Dum Milo cum uxore dant mensæ operam, se Fotide sua Appuleius pascit. Apud Achillem Tatium ille lib. i. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι τῇ γαστρὶ μετρήσαντες τὴν ἡδονήν, ἐγὼ δὲ εὐαχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρον, τῶν τε τῆς κέρως πρόσσωπον γαμψέως, καὶ ἀκράτῃ θεάματι, &c. ἀπηλθὼν μεθόων ἔρωτι. Et 5. Τὸ μὲν δαῖπνον ἦν πολυτελές, ἡ δὲ ἐφαπτομένη τῶν παρακειμένων, ὥς δοκεῖν ἐσθίαν, οὐκ ὀδύνοτο τυχῶν ἐλοκλήρου τροφῆς, πάντα δὲ ἐβλεπέ με. οὐδὲν γὰρ ἥδὲ τοῖς ἔρωσι πλὴν τὸ ἐρόμενον τὴν γὰρ ψυχὴν πᾶσαν ὁ ἔρως καταλαβὼν, οὐδὲ αὐτῇ χάραν τῇ τροφῇ δίδωσι. Porro pro animo fidenter animi reponimus: certissima ex simillimo loco conjectura nostra: extat in hæc verba infra lib. v. 'Dum sæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi.' 'Animi recreatur' etiam lib. xi. dixit. *Pric.*

Cum ecce jam vespera] Temere Wow. erium acuti sunt ceteri editores. Nam Mss. reliqui cum Edd. vetastis servant, cum, ecce, jam vespera. Op-

time. *Vespera* est Ablativus. Lib. iv. p. 74. 'Ubi vespera argentum recondi viderat.' Sed adi ad lib. i. p. 3. 'Vespera, dum,' &c. *Vesper* tamen est in Pith. Oud.

Lucernam intuens Pamphile, quam largus (inquit) imber crastino aderit] In Vespis Aristophanis: Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλείστον ἴδωρ ἀναγκαῖος ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Ἐπεισι γοῦν τοῖσι λήκροις οὐδὲν μόκητες. Φιλεῖ δ', ὅταν ᾗ τούτῳ, ποιῶν θετὸν μάλιστα. Vide Servium ad Virgillii ea, 'Testa cum ardente videret Scintillare oleum.' Georg. i. *Pric.* *Aderit crastino*] Eam divinationem magicæ artis significat, quæ per lucernas fit: de qua intelligi voluit Plinius cum lib. xxx. sic inquit, 'Species magicæ plures sunt: namque ex aqua et sphaëris, et ex aëre et stellis et lucernis ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis divina promittit.' Quod autem ait Plin. ex pelvibus et securibus promitti divinationem a magica, signat lecanomantiam et axinomantiam, de quibus diximus in principio Commentariorum: sic Græce dicitur divinatio quæ fit per pelves et per secures; λεκανὴν enim pelvin, et ἀξινὴν securim dicunt: hinc apud Strabonem lib. xvi. lecanomantici accipiuntur pro magis Persarum, per secures sive dolabras divinantibus. Præsentia autem sive prognostica ex ignibus terrenis fieri nemo non novit, et observant eruditii: unde orta pyromantia, et quæ nostri vocant ignispicia, quæ Amphiaræus primus invenit: namque pallidi murmurantesque ignes, tempestatum nuntii sentiuntur: pluviam etiam, si in lucernis fungi: si flexuose volitet flamma, ventos præsentant: et lumina cum præ se flammam elidunt, cum in ea pendent coarervantur scintillæ, vel cum tollentibus ollas carbo adhærescit, item cum carbo vehementer perluceat. *Beroald.*

Sibi lucernam prædicere] Ex Lucernæ

nis divinasse Veteres, docet Plinius Natur. Histor. lib. xxx. c. 11. et Petrus Victorius Var. Lect. lib. xxxiii. c. 31. Theoph. de signis Tempestatum. fol. 437. Καὶ ἐὰν λόγχος ἔπτεσθαι μὴ ἰθὺλῃ, χειμῶνα σημαίνει, καὶ τόσσα πηγνομένη νιφετόν. λόγχος εἰδίας ἥσυχαιος καὶ ὁρμενος, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν χειμῶνος ὅτος μύκαι μέλαινα ἐπυγένηνται, χειμῶνα σημαίνει. καὶ ἐὰν ὥσπερ κέγχροι πολλοῖς κατόπλων β, χειμῶνι, καὶ ἐὰν κύκλω περὶ τὸ λαμπρὸν ᾄσιν, εἰδίας ὄψεως, χιόνιον β, τοῦ ὅτου φάνη εἰσαίσταται, καὶ ζοφορὰ γίνεται, χειμῶνα σημαίνει. Festus Avienus in Arati Prognostica p. 121. 'Cum precera salum repetit clangore frequenti Ardes, cum parvæ desigunt spicula muscæ, Et si nocturnis ardentibus undique tædis Concrescunt fungi, si flammis ominet ignis Effluus, aut lucis substantia langueat ultro, Convenit instantes prænoscerere protinus imbres.' Elmenk. Vide Comm. ad Virg. G. 1. 390. Oud.

Lucerna Sibyllam pascimus] Recte Elmenhorstius pro *lucerna*, quod est in Edd. Vett. reposuit *lucernam*, ut habent quoque bini Guelferb. Reg. Fux. Oxon. Par. D'Orvill. Nam ipsam *lucernam* vult considerari, ut alteram Sibyllam: uti Martialis lib. xiv. 40. 'Ancillam tibi sors dedit lucernam.' Sic enim, non *lucernæ*, docuit scribendum esse Is. Vossius ad Catull. p. 128. nisi quis cum Scioppio lib. iii. Susp. Lect. c. 4. malit scripturam Codicis Bertin. *lucernæ fibræ*. Modò tum addat tamen Sibyllam, quæ vox ad sensum est necessaria. *Lucernæ* enim *fibræ* potest esse eminens illa lucernæ pars, quæ ignem et flammam facit. Ut *fibræ* sunt extremæ partes radicum, et allarum rerum (Vide ad Virg. G. 1. 128.) et præcipue extorum. Ut scilicet allusio simul fiat ad vaticinia de extis, quorum fibris poëtæ adscribunt vocem, easque monere et prædicere canunt. Adi me ad Lucan. lib.

1. 621. 'fibrasque minaces:' et ibid. 'pulmonis fibra tacet.' Sed vehementer me offendit verbum *pascimus*, quod jam Beroaldus substituit pro vitiosæ edito in Edd. pp. *parcimus*. In Oxon. Cod. est *dicam*: quod Pricæo arripit. Sed ut in Lips. Pal. Fux. sic etiam in utroque Guelferb. Reg. Par. D'Orvill. legitur *dicamus*. Quod jam Wowerio et Realdo placuit. Nominemus istam lucernam, seu lucernæ fibræ, grandem Sibyllam, quæ tam egregie prædicere novit. Videtur tamen aliud quid latere, ut perhibeamus, *prædicamus*, vel simile. In D'Orvill. est *Sybilen*. Fux. *illam* l. in Pith. *lucernæ S. pascimus*. Idem. *Lucernæ Sibyllam*] Id est, divinatricem. Sibyllas enim dici fœminas Deo plenas, vaticinasque, tradunt omnes. Beroald. *Grandem, inquit, istam lucernæ Sibyllam pascimus*] Oxon. G. t. i. *lucernam Sibyllam dicam*: quod fortasse vulgaris rectus. Palat. et Lipsii Ms. *dicamus*. Pric.

Candelabri] Candelabrum idem cum lucerna esse vult Beroaldus. Separat tamen ab ea Paulus lib. iiii. D. de supel. leg. *Celo*. Prave Beroaldus *lucernam* et *candelabrum* eadem putat. Diserte Auctor distinguit, eamque ait contineri Solem 'de specula candelabri,' sive excelso loco, et quasi e turri. Nam in 'candelabro' et 'lychnucho' stat lucerna seu lychnus, ut passim. Oud. *De specula candelabri*] Attende, *candelabrum* et *lucernam* indifferenter naurari, cum proprie candelabrum a candela dictum sit. Beroald.

Ad hæc ego] Oxon. et Par. *et ego*. Male utrumque. p. 22. 38. 'Ad hæc ego:' et passim. p. 33. 'Ad hæc ego subjiciens:' ubi male a quibusdam Edd. uti hic a Bertin. abest *subjiciens*. Lib. ix. p. 188. 'Ad hæc pastoris uxor subjiciens.' Vide plura ad lib. i. p. 16. 'Ad hæc ego risu subijcio.' Oud.

Sunt, aio, prima] Recte Pricæus

contra Colvium p. 67. Lib. iv. cum Bernartio ad Statium, lib. iii. Th. vs. 636. et Lipsio in marg. legentem *prima*, defendit vulgatum. Lib. x. p. 210. 'Primis elementis Cupido nutriebatur.' Lib. xi. init. 'prima exordia.' Et sic passim Justin. Quinct. alii. Pro *aio* prave Edd. Junt. Ald. Bas. pr. *animo*. In Oxon. et Par. *supplementa* pro *rudim*. Idem. *Hujusce*] Palat. et D'Orvill. simpliciter *hujus*, Reg. cum Florent. Lips. *hujusce*, ut edidere quoque Vulc. et Wew. Oxon. et Junt. post. *hujusmodi*. Sed *hujusmodi*, quod servat etiam Paræan. et Pith. cum Edd. Vett. crebro, vel *hujusmodi* est in Appuleio. Vide Indicem, licet sæpe temera metariet Colvius, et alii, quia hoc vel illo Ms. excidit *modi*, ut lib. ii. p. 21. 32. vii. 146. viii. 171. &c. Idem. *Prima disinationis experimenta*] Idem Codex *supplementa*. Male pro *prima* autem *prima* eruditi reposerunt. Infra lib. ix. 'prima facinorosa disciplina arma.' sic Horatio 'elementa prima.' *Pric*.

Nec mirum, licet] Par. *ita nec mirum*, l. Ceterum bene *Pricæus* monuit, distinctionem autem *licet* esse tollendam. Sensus enim est: Nec mirum est, ignem istum, licet modicum, &c. scire et enunciare. *Oud*. *Nec mirum. licet modicum, &c.*] Tolle *valde* *crepitem*, et uno tenore lege. Ita sensus, alioqui involutior futurus, satis obvius erit. *Pric*.

Istum igniculum] In Fux. et Guelf. sec. est *id*. *Istud* est etiam in Pal. Bert. D'Orv. Pith. Edd. Vic. Junt. pr. quod perperam placuit Colvio, quum sequatur *memorem*. Nec tamen id de nihilo putem, et scribendum, *istunc* sive *istum* hunc: quæ sæpe jungit Appuleius. Mox *hic iste*. Adi ad lib. i. p. 2. 'In verba istæc.' *Oud*. *Licet modicum istum igniculum*] Ignis iste terrenus, qui in usu est mortalium, cognitione quadam igni cœlesti et æthereo copulatus, potest

nobis enunciare, quid divinus ille portendat: theologorum enim et philosophorum una vox est, mandum hunc inferiorem superioribus motibus esse contiguum, et hæc crassiora per corpora subtiliora regi atque moveri: unde dubium non est, igni illi cœlesti igniculum hunc terrenum elementariumque ancillari et subservire. Quod autem ignis hic noster immortalis illius et cœlestis ignis cognatus sit, argumento est institutum priscorum, qui, ut auctor est Plutarchus, ignem in lychno non extinguiebant, sed per se languescere ac emori permittebant, quasi inextinguibilis ætheris ignis cognatissimum. De sympathia, hoc est, cognatione et concordia, quæ est rebus terrenis cum cœlestibus, subtiliter scribit Proclus Platonice. *Beroald*.

Memorem illius majoris et cœlestis ignis, &c.] Lactant. vii. 21. itidem de igne terrestri loquens: 'Quem labes terreni corporis, quo tenetur, et fumus exilire cogit, et ad cœlestem naturam cum trepidatione mobili sublevari.' *Pric*.

Corinthi] Civitas est in Peloponneso, Achæia caput, Græciæ decus, inter duo maria Ionium et Ægeum quasi spectaculo exposita, quam Romani (ut inquit M. Tullius) diruendam esse censuerunt, perinde ac præpotentem, et aliquando Romano imperio nocituram: alio nomine Ephyre dicta, unde mra Ephyreia pro Corinthia apud poetas, ut supra diximus. *Beroald*.

Chaldaei quidam] Hi enim fata vendebant, et quid cuique eventurum, accepta mercede, prædicebant. Inde Firmic. Astron. lib. viii. c. 28. 'ars Chaldaica.' Ridet hos aëroscutores egregie, et refutat Favorinus apud Agellium lib. xiv. cap. 1. ut et Sextus Empiricus contra Mathematicos fol. 98. et D. August. in quæst. mixtis quæst. 115. *Elementa Chaldaei*] Assyriorum magi ex gen-

tie vocabulo Chaldæi nominantur, qui diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset. Chaldæorum astronomicorum genera multa sunt: nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsipeni, et alii complures: qui per sectas distincti sunt. Hi per omnem vitam philosophantur, multa futura prædicentes: qui tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantamentis et mala avertere ab hominibus, et bona afferre, somnia insuper et prodigia interpretari consueverunt: de quibus non parum multa Diodorus, Strabo, et M. Tul. Adversum Chaldæos, qui et genethliaci appellantur, Phavorinus philosophus olim disseruit egregia atque illustri oratione. 'Vulgus,' ut inquit Gellius, 'quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dixit.' De his poëta satyricus: 'Chaldæis sed major erit fiducia: quicquid Dixerit Astrologus, credent a fronte relatum Hammonis.' In Chaldaico sermone se etiam laborasse testatur divus Hieronymus, in tantum, ut vix posset anhelantia et stridentia verba proferre. *Beroald.*

Civitatem] Corinthum. *Idem.*

Turbulenta] *Lego turbulentat*: ut verbum sit, quod significat perturbat, vexatque. *Idem.* *Chaldæus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat*] 'Improvida pectora turbat.' Onomast. vetus: 'Turbulento: διαδορυσθέν.' sic, 'responsione consulentes conturbare' II. 83. Firmicus. Horatius: 'Irritat, mulcet, falsis terroribus implet, Ut Magus.' Jul. Paulus Sent. v. 21. 'Vaticinatores, qui se Deo plenos assimulant, idcirco civitate pelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicujus rei corrumpere, vel certe ex eo populares animi turbarentur.' simile Act. 15. 22. λόγους παρέδωκεν. Proprie autem hoc loco

responsis: sic in Apologia: 'Mathematicos quosdam consuluit, qui (utinam illud non vere) responderunt,' &c. Apud Julium Obsequentem: 'Aruspex respondit,' &c. In Planti Curcul. 'Conjectores a me consilium petunt: Quod eis respondi, ea omnes stant sententia.' Recte porro mendicabulum hoc hominis *hospes* vocatur. Artemidorus III. 21. Οἱ μαθηταὶ περυσιοῦτοι. Infra de simili grege lib. IX. 'Assiduis interrogationibus argumenti satietate defecti, rursum ad viam prodeunt:' ad nova nempe hospitia quaerenda. *Pric.*

Arcana fatorum] Cod. D'Orv. *futurorum*. Sed cave, ne mutes. E Virgilio, qui ita locutus est plus semel, sumsit Auctor. Vide *Pricæm*. Utrumque junxit Lencan. lib. IV. 149. 'fatigue arcana futuri.' *Oud.*

Edicit in vulgum] Mss. Palat. Guelferb. Oxon. D'Orv. frustra præbet *vulgus*. Adi Drakenb. ad Liv. lib. VI. cap. 34. 'Gratiam Fabio ad vulgum quaesierat:' me ad Cæs. lib. VI. B. G. c. 14. 'In vulgum efferre.' Mss. Pliniani lib. II. c. 12. 'Primus Romani generis in vulgum extulit.' Auson. Epist. IX. 45. 'Per vulgum mihi cognita.' Nec aliter in plerisque Codd. Martian. Cap. I. VI. in init. 'Quod pavidum stupidat sapiens sollertia vulgum.' Nec mutandus erat Minuc. Fel. cap. 2. 'Ut vulgus superstitiosus solet:' in *superstitiose* vel *superstitiosius*: quasi rarior esset masculini generis usus, cum Heum. et Menken. in Misc. nov. Lips. v. VI. p. 483. et 745. Solin. cap. 1. 'Quod nunquam in vulgum venit:' ut recte edidit Salmas. e consensu optimorum Codicum, in quibus IV. Leidd. cap. 30. 'Fahula in vulgum data est.' *Idem.* *Et arcana fatum stipulis emerendis edicit in vulgum*] In libello de Mundo: 'Prophetæ Deorum majestate effantur cæteris quæ divino beneficio soli vident:' cui loco forsitan mutilo supplendum

pleni. Vide locum Julii Pauli paulo supra adductum. Infra lib. viii. 'Velut numinis divino spiritu repletus, simulabat sauciam verecordiam.' Ait Appuleius 'stipibus emerendis.' Sophocles: τὸ μαρτυρῶν γὰρ πᾶν φίλδ' ἔχον γένος. Illud 'arcana fatorum' est a Poëtarum prætipuo, qui lib. i. 'Fatorum arcana movebo:' et vii. 'Fatorum arcana reliquit.' *Pric. Stipibus emerendis*] Lucro paraudo, et nummis congerendis: 'stipem' enim nummum, a 'stipando,' appellaverunt: nam cum asses librales essent, eos in aliqua cella stipabant, id est, componebant, ut inquit M. Varro, quo minus loci acciperent. Hinc 'stipulari' et 'restipulari': 'stipendiarii' dicti, qui stipem pendebant: erant autem stipes æræ: cujus numeri ponderandi pensatores, auctore Plinio, 'libripendes' dicuntur. *Ber.*

Copulam nuptialem] *Copulas nuptiales.* Insignis hæc Veterum superstitio, qui ab Astrologis et Chaldeis rerum agendarum tempora accipiebant. Ambrosius Epist. lxxxviii. 'Aliud est observare gentilitio more, ut, qua Luna quid adoriendum sit, iudices, quintam fugiendam, nihilque ea inchoandum. Varios quoque cursus Lunæ obeundis negotiis commendare, vel cavere quosdam dies, quemadmodum plerique posteros dies vel Ægyptiacos declinare consueverunt.' Dixi de illa plura ad Epistolam Martialis Episcopi p. 207. In decreto Ivonis part. 3. c. 1. et sequent. Burcardo lib. i. p. 19. et pœnitentia Romano tit. 4. c. 4. de incantationibus omnino hoc prohibitum Christianis. *Elmenh.* Ante Elmenh. edebatur *copulam nuptialem*: ut in Pith. ac Bert. Nec male. Notum est illud Horatii lib. i. Od. 13. 'Quos inrupta tenet copula.' Martian. Cap. lib. ii. p. 26. in f. 'Soccatio copulam nuptialem constrinxit: ubi tamen Mss. habent *copiam* pro *coplam*, ut dierte est in uno Leid, de qua syncope alias. p. 15.

'Expers totius copulæ.' Sed tamen Mss. Lips. Pal. Flor. Oxon. Par. D'Orvill. Guelferb. agnoscunt pluralem. Quare enim numerum retineamus. Eidem lib. i. p. 11. 'Connubiorum copulis adlubescat.' In re connubiali dixit quoque Imp. seu Tribonianus Instit. lib. i. tit. x. § 1. 'Matrimonium sibi copulare.' Atque observari meretur, hanc vocem, quoquo demum occurrat sensu, numquam tamen in malam sumi partem. Quare suspecta mihi admodum est emendatio virorum doctorum in Valer. Max. l. vii. 4. in f. 'Aciei compluribus astutiæ copulatam laqueis,' pro vulg. *complicatam*. Oud. *Dies nuptiarum*] 'Plena sunt,' inquit Augustinus in encliridio, 'conventicula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt: jam vero ut aliquid inchoetur aut ædificiorum, aut huiusmodi quorum libet operam, diebus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.' Hinc in decretis canonicis 26. quæstione 7. præcipitur, ne observentur dies qui dicuntur Ægyptiaci, ne tempora aut Lunæ cursus: quia quicunque has divinationes observat aut consentit observantibus, inutiliter sine causa magis ad sui damnationem quam ad salutem tendit: idem Augustinus volumine quinto de Civitate Dei, vaniloquia mathematicorum iludens: 'O stultitiam,' inquit, 'singularem: eligitur dies, ut ducatur uxor: credo propterea, quia potest in diem non bonum nisi eligatur incurri, et infeliciter duci. A nonnullis prædicatur, quod quidam sapiens horam elegit, qua cum uxore concumberet, unde filium mirabilem gigneret.' Persuasum fuit Veteribus ex vana quadam superstitione, mensem Maium copulæ nuptiali esse infelicem ac infaustum: hinc illud poëticum, proverbii vice celebratum, 'Mense malum Maio nubere vulgus

sit.' E contrario mensis Junius nubitibus felix et accommodus existimabatur: causa autem hujusce asperitiosis observationis illa fuisse videtur, quod cum Maius a majoribus natus nominatus sit: Junius vero a junioribus, nuptiis haud dubie accommodatioribus sunt juniores quam seniores: nam, ut inquit poëta: 'Frigidus in Venerem senior:' quod et Plutarchus refert in Problematis. *Beroald.* *Qui dies copulam nuptialem adfirmet*] Sixtus P. 3. (lib. de castitate) de Idolorum cultu loquens: 'Hic in matrimoniorum celebratur auspiciis, quando certus auspicator dies, quando conjunctionis hora signatur, &c. Cicero in pro Murena: 'Erant in magna potentia qui consulebantur: a quibus dies tanquam a Chaldeis petebatur.' *Pric.*

Fundamenta marmium] Ita sua sunt civitatibus fata, sicut et hominibus: et Antiqui non solum diem, sed et horam et momenta captabant in auspicianda urbium ædificatione. Quod satis liquet exemplo Seleuci, a quo acciti sunt magi, qui diem et horam, qua fundamenta urbis Seleucis jaceret, eligerent, qui horam ementiti sunt: verum incumbenti fatali hora, qua civitas illa erat exædificanda, opifices a nullo commoniti, ultro ad opus advolarunt, urbis fundamenta jacentes. Tunc magi cognito vim fati esse ineffabilem, a Seleuco rege veniam deprecantes: Fatalem (inquiunt) sortem, o rex, sive bonam sive malam, neque hominis neque urbis fas est permutare: quædam enim urbium, quemadmodum et hominum, sors est: auctor Appianus in Syria. *Beroald.*

Qui negotiatori commodus] Solent negotiatores, viatores, nautici, negotiationem, iter, navigationem auspicari, consulere mathematicum super hora felici, tanquam alii dies et horæ aliis sint fortunatiores, infortunatioresque. hinc prognostica illa

Maroniana: 'Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operum:' et mox paulo: 'Septima post decimam felix et ponere vites, Et premos demitare boves, et licia telæ Addere, nona fugæ melior, contraria furtia.' Hesiodus quoque novissimam mensis diem feriatam esse præcipit, et genialem: quarta die uxorem ducendam: octavam felicem esse castrationi, nonam plantationi, undecimam putationi: compluraque id genus commemorat, ex cujus racemis uberibus vindemiam sibi succulentam fecit Maro noster. *Idem.*

PAG. 29 *Inquirenti*] De hoc verbo consule Comm. ad Cic. de Off. lib. 1. c. 3. 4. 'Quæcumque ad vivendum sunt necessaria, anquirat.' Drak. ad Liv. lib. vi. 20. Duk. ad Flor. iv. 12. 12. 'Anquisit' Gell. 1. 3. Noster ipse aliquoties usus est in Apologia, ut p. 460. 464. 484. 'An factum sit, anquiritur:' et lib. x. Met. p. 227. 'Vilis anquiritur aliqua.' Restituendum etiam hoc compositum est Ciceroni de Timæo Platonis c. 4. 'Tertium aliquid anquirunt.' Sic enim vetustissima. Cod. Voss. Vulgo requir. Oud. *Mihi denique, &c. inquirenti, multa respondit, &c. et satis varia*] Apposite Declam. iv. Quintilianus: 'Tota in eo ratio fallendi est, non dare consulentibus quod deprecantur: sed caligine, magnæque promissorum varietate suspensos sic dimittere, ut quicquid casus attulerit, putent prædictum esse.' *Pric.*

Facturum] Cl. Wasse hinc adlevit, an de me? ut futurum sumatur ἀκρίτως pro futuros, de quo aliquot exempla producit Gellius l. 1. c. 7. Adde Græv. ad Cic. v. Verr. c. 11. 21. 65. 'Eos præsidio sibi futurum sperant.' Conjeci aliquando *saturum* a verbo *suere*, ut 'suere mendacia' apud Nonium in v. 'Halophanta,' quomodo passim Græci *ῥάπτειν, ὑφαίρειν*, et Latini 'contextere libros' dixerunt. Vide modo Salm. ad Solin. p. 610. Noster

'prætexere' in Flor. N. 18. At 'suere gloriam' non rectius diceretur quam 'facere gloriam': nisi ibi Ellipsim statuamus alius verbi, etiam sat frequentem, de qua alibi. Sed nunc placet tamen magis ipsum futurum retinere cum Rhoerio in Fer. Dav. p. 226. s. erit, quod diu ante illum monuerat Cort. ad Plin. l. viii. Ep. 18. 'sunt omnes fabulæ Tullus:' ubi vide: ut dicat Lucius, sibi prædictum esse, quod ipse 'fieret gloria'; ut Ovidio ex P. l. iv. 8. 70. 'Gloria Pieridum summa futurus eras.' Item quod ipse 'historia et fabula fieret:' ut sæpe loquuntur Veteres. Propert. l. i. 15. 24. 'Tu quoque uti fieres nobilis historia:' ubi vide Livineium. Horat. Ep. xiii. 'Fabula quanta fui.' l. Ep. 13. 9. 'Cognomen veritas in risum, et fabula fias.' Adde Comment. ad Horat. l. i. Od. 4. Ovid. Art. ii. 561. Solin. cap. 16. in Mas. recentioribus tamen: 'Fabulæ erant Hyperborei.' Sic et Græce Theocrit. Id. xii. vs. 11. *ὑπολῦβη τῶν αἰσῶ ἀνδρῶν*. Denique 'libros se futurum' ait, scil. hunc Lucium, per quem intelligerentur ejus libri Metamorphosæon sive de Asino. Quomodo Livius, Maro, Ovidius, &c. passim pro illorum libris ponuntur. Hinc simul doctius, quam pro librariorum captu, pateret, harum Milesiarum titulum fuisse Lucium, ad exemplum sen imitationem Lucii Patrensis et Luciani, utriusque hujus fabulæ scriptoris. Curtius quoque ad Plinium laudat Florent. Cod. lectionem. Oud. *Incredendam fabulam et libros me facturum*] Signat sibi a Chaldæo prædictum fuisse, quod in asinum ex homine transfigeretur, et quod libros hosce de hac historia componeret: quæ res haud dubie incredibilis est, et vix apud posteros invenit fidem. Beroald.

Renidens] D'Orvill. Cod. e glossa et male dat *irrideus*. *Grimlacchen* dicitur renidere tam in malam quam bonam partem. Adi Socreri notas ad

Valer. Max. l. iiii. 2. § 6. Ext. Burm. ad Val. Flacc. iv. 234. Heins. ad Ovid. l. x. Met. 558. 'renidens. Sic ait.' Gell. l. xii. c. 13. 'Sulpitius renidens inquit.' xv. 9. Min. Fel. c. 14. Noster ipse passim ita utitur l. iiii. p. 51. 'Hilaro vultu renidens.' vi. 120. 'Adpellat eam renidens exitiabile:' ubi in nonnullis quoque *ridens*. L. x. p. 221. 'Mollius renidentis mihi Fortunæ faciem:' quod itidem restituendum e plurimis Mss. Martiano Capellæ l. i. p. 20. 'Facie pueri renidentis.' Vulgo *renitensis*: de qua confusione egi ad l. ii. p. 26. Oud. *Renidens*] *Ridens*: ita Catullus: 'Renidet usquequaque.' Luctatius Papinii interpres, *renidens* exponit: pro labra contrahens. Porphyrio commentator Horatianus, enarrans illud ex Sermonibus: 'nasum nidore supinor:' exponit *nidorem* pro risu: unde, inquit, fit renideo: alias 'renidere' est splendescere. Beroald.

Habitudine] *Habitus* corporis, ut ante dictum, est corporatura. *Idem*.

Qua (inquit) corporis habitudine prædictus, quoque nomine nuncupatus est hic iste Chaldæus] Suetonius in Augusto: 'Et ita ut certior fieret, qua is ætate, qua statura, quo colore esset: etiam quibus corporis notis vel cicatricibus.' *Pric*.

Procerus et suffuscus] Glossator vetus ad Persii Sat. de Glycone Tragædo: 'Fuit staturæ longæ, fuscus corporis.' Snidas de Epaphrodito Grammatico: τὸ σῶμα ἦν μέγας καὶ μέλας. Donatus de Terentio: 'Mediocri statura, &c. colore fusco.' *Idem*. *Suffuscus*] Ammian. de Ægyptiis: 'Suffusculi et atrati.' *Idem*. *Suffuscus*] Facie nigranti, et cum temperamento modice declinante in fuscum colorem: hæc enim particula *sub*, in compositione, ut sæpe diximus, significat temperamentum. Beroald.

Atq] Scilicet Milo. *Idem*.

Optimas] *Lege Optimas*: significat enim, Diophanem suis prædictionibus

opulentas mercedes et nberes divitias consecutum esse. *Idem.* Non parvas stipes, imo vero mercedes opimas jam consecutus] Lib. viii. 'Stipes æreas, imo vero argenteas multis certatim offerentibus.' Et ix. 'Divinationis astu captioso contraxerant non parvas pecunias.' *Pric.*

An sævam verius dixerim] Non extant in Oxon. Codice. *Idem.*

Severam an sævam] Annominatio elegans, ex dictionum proximitate, quæ est inter severam et sævam. *Beroald.*

Conceptus] Compositum bene restituit Elmenb. Sic enim Mss. Flor. Bert. Fux. Pal. Guelf. sec. Coll. Voss. cum utraque Ed. Junt. Aldi, et Colin. Hinc faciunt etiam D'Orv. *confectus*, et Par. *conspetus*. In Guelf. pr. *concepheus* supr. *conspetus*. Sic de Deo Socratis in f. 'Ulyxes Charybdi conceptus.' Frequentius tamen ipsa loca dicuntur *concepta*. Adi Heins. ad Ovid. l. i. Met. 69. Drak. ad Liv. l. xxii. 57. Homo vero *circumceptus*, vel *septus*: ut hic olim legebatur. *Oud.*

Circulo septus] Corona populari circumdatus: sicut sæpe videmus circumforaneos homines et pharmacopolas atque vaticinos circumvallari turba vulgi, satagentis ad huiusmodi vaniloquia et præstigias, quibus subinde illuduntur, et cum dispendio. *Beroald.* Frequentius populi circulo *septus*] Hesychius ex Appione: Ἀγύπρας, κυκλοποιεὶς (lege, κυκλοποιεὶς,) ὑδρεὶς. *Pric.*

Coronæ circumstantium fata donaret, cerdo quidam nomine, negociator accessit eum diem commodum peregrinationi cupiens] Optime donaret Pricæns vindicat contra Wower, et Ed. sec. Vulc. atque Elmenhorst. adversantibus cunctis Mss. præferentes *enodaret*. Acute irridet magos istos, qui sibi potestatem adrogant fata mortalibus dispensandi, quasi ipsi essent Dii, Parcæve. L. viii. p. 170. 'Mathematicis, qui stellas ejus disposuit,

quintum ei numeravit annum.' Confer cum his Gell. l. xiv. c. 1. Sic Jupiter passim 'fata dare' dicitur. Vide Burm. ad Val. Flacc. l. 634. et Virg. Æn. l. 381. Infra l. xi. p. 260. 'De ejus ore, quo ceterorum fata dictat:' ubi plura. Immo donaret esse legendum, patet e seqq. 'diem cupiens, quem cum electum destinasset illi.' Hinc contra de iis, qui consulebant eos, *captare* dicit l. ix. p. 181. In Guelf. pr. a m. pr. erat *circumadstantium*, ut apud Tacit. l. iv. Ann. 62. 'spectaculo intentos, aut qui circumadstant.' Atque ita Oxon. l. viii. p. 169. 'circumadstantium animos.' *Oud.* Cerdo quidam nomine, &c.] Scioppius l. iii. Susp. l. c. 4. legi posse contendit *domini negot.* qui domini negotia curabat. Gruterus vero Susp. lib. iv. 2. et Tollius substituent *homo*, probante Burmanno ad Petron. c. 42. 'homo negotians.' Meursius autem Exerc. Crit. lib. iii. c. 35. transponit, *negotiator quidam nomine Cerdo*. Frustra: et *nomine* firmiter retinendum recte docet Pricæus. De *Cerdone* tam proprio nomine, quam adpellativo vide Maff. in Mus. Ver. p. 129. Consule et Indicem Freinsheimii in Justin. v. 'Nomine.' Heins. ad Vellei. l. ii. c. 64. 'In hospitibus cujusdam nobilis viri, Cameli nomine, domo.' Wopkens. Misc. Obs. v. viii. p. 59. Suet. in Gramm. c. 4. 'Quendam, Principem nomine.' Hygin. Astron. l. ii. c. 16. 'Uxorem quamdam, nomine Etheameam.' Et illic in Scheff. Ed. *nomine* desideratur. C. 17. 'Delphina quemdam nomine.' Cap. 37. 'Quendam ducem, Cidaliona nomine.' Male etiam expungunt *quædam* l. vii. p. 136. ubi plura. *Idem.* Eum d. c. p. cupiens] Si retineamus *eum*, necesse est conjungi *accessit eum*, d. nti distinguendum etiam monuit J. Isacius. Sed abest non male quoque a D'Orvill. Oxon. Fux. Palat. Guelf. utroque. Perperam vero Sciopp. l. iii. Susp.

L. c. 4. Pont. Anal. l. ii. c. 5. cum Wowerio addi voluit *prævidere*: quod miror, secutum esse Scriverium, cum mera sit et inepta glossa, ut ex totius loci contextu et serie patet. Cōpiebat diem commodum a Chaldæo, quasi ille posset donare dies, quos vellet. *Commode Fux. Idem. Corona circumstantium fata enodaret*] Elegantius in editis quibusdam *fata donaret*: atque ita in Oxon. Ms. Elmenhorstius ex loco quodam lib. iv. lectionem alteram stabilitam voluit: ibi autem de sorte jam data, heic de dandis sortibus agitur. *Donaret* ergo retineamus, quo nil potuit disertius, nec ad plenam Magorum potestatem accommodatius dici: sic de Principe vetus Panægyristes: 'Et dedisse homini novum fatum.' Proprie et 'coronæ circumstantium': sic II. Florid. 'A circumstantis coronæ obtutu,' &c. Sætonius in Augusto: 'Dimisso consilio, et corona circumstantium.' Plinius avunculus viii. 40. 'Magna Pop. Rom. corona circumstante.' Plinius nepos Epist. lib. vi. 33. 'adstantium coronam' dixit. Servius ad Æneid. vi. 'Ne offendatur populi circumstantis corona.' Horatius Epistol. lib. ii. 'Clamore coronæ.' Scholiastes: 'Suffragio multitudinis.' Idem de Arte Poët. 'Ne spissæ risum tollant impune coronæ.' Scholiastes: 'Ne rideat cætas spectantium, qui in similitudinem coronæ, &c. circumdantur.' Sic 'circulum et coronam circumstantium' Donatus ad ii. 3. Phorm. Lactantius iv. 6. 'Corona est circumstans in orbem populos.' *Pric. Fata donaret*] Tanquam fata in manu sint et potestate Chaldæi, ut illa disponere possit prout velit. Quod longe secus est, si philosophis credimus: qui tradunt, fatum esse immutabile, inexorabile, ineffugibile, quo stet et Jupiter ipse: vel expone *Fata donaret*: id est, prædicaret singulis quæ fata tam bona quam mala sint futura singulorum. *Beroald. Cer-*
Delph. et Var. Clas. Apul.

de] Græce 'cerdos' lucrum dicitur: unde 'cerdones' dicti, qui Latino vocabulo 'lucriones' nominantur. Sunt autem artifices sordidi, quorum frequens mentio apud poëtas et oratores: vulgo cerdonem vocitant autorem veterum calceorum, quem a Tranquillo diximus nuncupari veteramentarium. *Idem. Nomine negotiator*] Tanquam hoc nomine appellaretur, ab excellentia negotiationis: sic enim solent aliquanti vulgo negotiatores nuncupari, quo nomine non secus quam proprio noscitantur. *Idem. Cerdo quidam nomine negotiator accessit*] A 'lucro' nomen apte negotiatori affictum. Scholiastes vetus Horatii ad Serm. ii. 'Mercurius est Deus lucri, unde' (id est, *a quo*) 'negotiatores nomen habent.' Euseb. Histor. Eccles. iv. 11. *Κέρδω τις ἐνδὲ τῶν πραγμάτων*, &c. In l. ii. ff. de oper. libert. 'Cerdonem servum meum manumitti volo.' Juvénalis iv. 'Et quæ Turpia cerdoni, Volcos Brutumque decebant?' Scholiastes: 'Græce dixit turpem, vulgarem, lucrucupidum: ubi 'vulgaris' videtur esse qui Act. 17. 5. *ἀγοράζος*. Pro *lucrucupidum* melius *turpilucrucupidum* substituas. Idem Scholiastes alibi ad eandem Satyræ; 'Cerdonibus, ignobilibus, turpilucrucupidia.' Tò nomine in Appuleio nostro modis omnibus retinendum. Sic infra lib. iv. 'Fama celebrem quandam nomine Democharem,' &c. et v. 'Puellam, Psyches nomine dicitur,' &c. Ammianus (frequentissimus imitator Nostri) lib. xiv. 'Nohodares nomine quidam, e numero optimatum: et lib. xxi. 'Cujus disciplinæ Tages nomine quidam monstratur.' Ex quibus obiter videas etiam quam frustra ille [Meurs.] qui heic quidem substituit. *Pric.*

Jam deposita crumena, jam profusis nummulis, jam dinumeratis, &c. Florid. iv. 'Jam jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa: jam os ipsius odoro unguine delibutum: jam

eam pollinctum,' &c. Infra hoc libro: 'Jam tumore pectus extolli, jam salubris vena pulsari, jam spiritus corpus impleri,' &c. Ita Appuleium juvat cum seipso componere. Plautus Menechm. 'Jam ascendo in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est.' Livius de Hannibale: 'Jam Tarentum, jam Arpinas, jam Capnam habebat.' *Idem.*

Centum denariis] Denarius ex argento erat, et, ut inquit Plin. placuit pro decem libris æris, sicut quinarius pro quinque: postea Hannibale Romanos urgente, placuit, denarium 16. æsibus permutari, quinarium octonis: in militari tamen stipendio semper denarius pro 10. æsibus datus est. Notæ denarii argentei fuere, bigæ atque quadrigæ: et inde bigati quadrigatique dicti. Fuit et 'victoriatum' nummus argenteus, Victoriarum nota insignitus, unde et nomen. Hoc ideo annotavi, quia mentionem sæpe fieri invenies victoriati apud scriptores idoneos. *Beroald.*

Quos mercedem divinationis auferret] Ed. Vic. q. *mihî cadem.* Beroald. Col. Bas. pr. in *mercedem.* Sed reliquis Mss. etiam *meæ* Coll. Cod. Lips. et Editis abesse elegantius videtur in per adpositionem, quæ frequens, et inprimis occurrit cum vocibus 'pretium,' 'præmium,' 'merces.' Infra: 'quos divinationis mercedi destinaverat.' Oxon. etiam *mercedem.* At nil temere ibi mutandum. Dein D'Orv. Gueif. pr. Par. *afferret.* Gueif. sec. *afferret mercede d. offerret* Fux. In Par. et Gueif. pr. deest *ad adolesc.* Groniot. malebat *adolescentibus.* Tum Oxon. *orrepens.* Lips. ab t. Ond. *Quos mihî cedem*] Corrige *mercedem*: significat enim pro mercede divinationis dinneratos fuisse denarios, quos Chaldaeus auferret. *Beroald.*

Ecce quidam de nobilibus adolescentulis, &c.] Qui ægyptis et æruscatoribus plerumque adstabant. Origenes contra Celsum 3. 'Ὁρῶμεν καὶ τοὺς ἐν ταῖς

ἀγοραῖς ἐπιβήρητάτα ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ἀγέλονται, εἰς μὴν φρονίμων ἀνδρῶν σάλλογον οὐκ ἔν ποτε παρελθόντας οὐδ' ἐν τοῖς τοῖς ταῦτων καταταλμῶσιν ἐπιδεικνύειν ἑσθὰ δ' ἐν ἐρώσει μαιρῶν, καὶ οἰκοτρῖβαν ὕχλον, καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων ὄμιλον, ἐν ταῖς ἀδουμένους τε καὶ καλλωπιζόμενους. De hujusmodi 'nobilibus adolescentulis' quædam infra dicemus. *Pric.*

A tergo arreptus, cum lacinia prehensus] Terentius Phorm. 'Pater ad me accurrit Mida, pœne apprehendit pallio.' Suidas in Βάρβιος, &c. Προσελθὼν ἡτοιχῇ κατὰ πρὸν, δοκιμῶν λαβόμενος, &c. Plautus Trinum. 'Ille deprehendit hunc priorem pallio.' *Idem.* *Lacinia*] Parte vestis, de qua jam dictum est. *Beroald.*

Conversus] Lege, et *conversum amplexus*: est enim sensus, *Conversum* esse Chaldaicum ex pressione lacinia, quem amplexatus est adolescentulus. *Idem.*

Osculatur] Compositum servant Mss. omnes præter Regium, Fux. Gueif. pr. et Edd. veteres, quod bene revocarunt Wow. Elm. Scriv. Pric. ut aliquoties apud Nostrum et alios. Vide Indic. et Comm. ad Suet. Tib. c. 10. Ner. c. 32. ut et *deosculari*, quæ confundi solent. Adi ad Gell. i. 13. Ond. *Et conversum amplexus osculatur arctissime*] Apud Achillem Tatium: Καὶ μοῦ τις κατὰ πρὸν βαδίζοντος ἐν τῇ ἀγορᾷ τῆς χειρὸς ἄφρων λαβόμενος, ἐπισχὼν, &c. περιπυρριζόμενός με πολλὰ κατεφλεν. Bertin. et Oxon. Ms. *exosculatur.* Pric.

Juxta] In Edd. Vett. erat *juxta*, uti et in Oxon. Salm. ac Flor. et Ed. Vulc. sec. *juxta se* in Regio, Gueif. pr. Sed Lips. Pal. D'Orv. Fux. Pith. Gueif. sec. Par. *juxtim se*, ut Colv. Salm. et Elmenh. ceterique. Vide me ad Tiber. Suetonii c. 33. 'adsidebatque juxtim.' Ond.

Assideret] Ms. *assideat.* Al. *assidat.* Colv. Flor. *assidat.* Elmenh. *Assident* dant D'Orvill. et Par. De hoc præ-

senti vide ad. lib. I. p. 5. 'effeci sequatur.' Sed præfero tum *adsidat* cum Flor. Fux. et utroque Guelferb. Consule ad lib. I. p. 14. 'residamus.' In Pith. *assidit*. Oud. *Attonitus est rep.* Restitui τὸ ἐτ per polysyndeton Nostro frequentissimum, et temere a Colvio tacite mutatum in *est* e Lips. cui suffragantur Flor. Pal. Sed Oxon. mouente Pricæo, et Par. ac D'Orvill. Fux. Guelf. uterque cum Edd. Vett. et. Sæpe monui. In habet Pith. *Repente* pro *repentina* in Palat. Guelferb. et Par. *Idem*.

[*Præsentis negotii oblitus*] Inopinatus amici superventus sæpe causa est, ut præsentis negotii, quod gerimus, obliviscamur: quod accidit Chaldæo, qui attonitus stupefactusque visione repentina amici adolescentuli, oblitus est pecuniam capere, quam cerdo dinumeraverat. *Beroald*.

[*Infat*] Loquitur: alias incipit. Virg. 'Infat: eo dicente, Deum domus alta silescit.' *Idem*.

[*Ille alius*] Adolescentulum significat, qui lacinia prehenderat Chaldæum, qui dixit se advenisse hora vespertina tunc primum exoriente: hoc enim significat 'Commodum': super qua dictione jam satis ac super. *Id*.

[*Frater*] Nomen affectus et charitatis. Certe quoties blandiri volumus amicis, nulla adulatione procedere ultra hoc nomen potest, ut fratres vocemus. *Idem*. Sed vicissim tu quoque frater memora quemadmodum, &c.] Apud Ovidium Metamorph. XIV. 'Tu quoque pande tuos comitum gratissime casus, Et Ducis et turbæ quæ tecum est credita Ponto.' Apud Virgilium: 'Sed te qui vivum casus age fare vicissim Attulerunt.' Sidonius VIII. 6. ad Naumachium: 'Sed de sodali deque me satis dictum. Tu nunc inter ista quid rerum? quas mihi ad vicem nosse non minus cordi.' In Terentii Heantoni. 'Da te mihi vicissim:' ubi Engrapius: 'Quemadmodum ego tua verba audiui, ita vicissim te mihi

da.' Lucianus de se et Nigrino: *Χρόδρα φιλοφρόνους με ἀσπασόμενος, ἡρώτα δ, τι καὶ πράττοιμι καὶ γὰρ πάντα διηρησμένην αὐτῷ, καὶ ὅττα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἤξιον εἶδέναι δ; τι καὶ πράττοι.* Achilles Tatius lib. VII. 'Ὅς δὲ ἐπαύσατο, τὴν ἀντιδοσιν ἔπει τοῦ λόγου τῶν ἀτυχημάτων λέγοις ἄν, εἰπὼν, καὶ σὺ τὰ σεαυτοῦ. Chorus feminarum apud Euripidem ad Polynicen: *Φοίνισσα μὲν γῇ πατρὶς ἢ θρήσασά με, &c.* *Ὅ δ' ἀνταμείψαι μ', ὅς τις ἂν, ἀλήλυσας Ἐπιδότομον κύρρωμα Θηβαίας χθονός.* Hoc sensu accipienda putem Glossarii illa col. 49. lin. 49. (mihi obscura quidem, et fortasse corrupta.) *Compensat, ἀντιδιαλογίζεσθαι.* legendum ne, *ἀντιδιαλέγεται?* id est, (ut heic Tatius Achilles) *λόγον ἀντιδίδωται*: quod qui facit, 'alterius sermonem compensare' videtur. Si quis quid aptius commentus fuerit, ista ocys e medio facessant. *Pric*.

[*Eubæa insula*] Bæotiæ avulsa Eubæa est, ante vocitata 'Chalcodotis' et 'Macris,' ut Dionysius et Ephorus tradunt: dicta quoque 'Chalcis' est, ære ibi primum reperto, quod Græcæ 'Chalcos' dicitur, a poetis 'Abantias' nominata. *Beroald*.

[*Enavigasti*] Glossæ: 'Ἀποπλέω, enavigo.' *Pric*.

[*Et maris et viæ c. iter*] Secundum et exsulat a Vulc. Ed. sec. quasi sit *iter via maris seu maritima*. Sed *via* sc. terrestris opponitur *marī*, ut aliquoties apud poetas, aliosque. Vide Pricæum. Horat. lib. II. O. 6. 'Sit modus lasso maris et viarum Militiæque.' Ovid. v. ex P. IV. 2. 'Lassaque facta mari, lassaque facta via.' Hinc I. VII. p. 136. 'Itineris difficultatibus et maris terroribus.' De Deo Socratis p. 689. Ed. Flor. 'Facultas itineris et tranquillitas maris.' Sic *ὁδοπόροι* opponuntur *ναύταις* et *πλοῦς τῇ ὁδῷ* Longo in Pastor. p. 47. 55. Ed. M. Lucem hinc capit Valer. Flacc. lib. IV. 350. 'Inachidosque vias pelagusque emensa juvenæ Exilia:' ubi er-

rant viri docti, et construendum : 'Exsilia juvenem Inachidos emensa vias et pelagus.' In D'Orv. Fax. et *via et maris c. i. ad hoc.* Oud. Et *maris et via iter*] Claudianus : 'Non dura viarum, Non incerta maris.' Horatius : 'Odio maris atque viarum.' Propertius : 'Et maris, et tetrae aeva pericula viae.' Sic, 'tædium viarum et maris' apud Tacitum Annal. II. Infra hic lib. x. 'Partim terrestri, partim maritimo itinere.' et VII. 'Itinerum difficultatibus, marisque terroribus exanthatis.' *Pric.*

Mente viduus] Pro viduatus, id est, privatus : significatur autem impositio mentis, insensatus ac brutus : compar elocutio est illa Horatiana : 'Viduus pharetra Risit Apollo.' *Beroald.*

Necdum sum] Pith. *nec de s. Guelph.* pr. Oxon. et Par. *nec adhuc s.* quod videtur placuisse Heinsio ad Ovid. lib. XI. Met. 729. 'Minus est amens sua.' Xenoph. Ephes. lib. III. p. 48. *Ἀδελφὴ τῆς ἡγεμονίας.* Vide et p. 54. 74. 84. Parthen. Erot. c. 9. Oud. *Necdum sum*] Glossæ : 'Ὁ ἐλευθέρου, sum.' Catullus : 'Necdum etiam seseque sui tum credidit esse.' In Oxon. *Nec adhuc sum.* *Pric.*

Hostes et omnes inimici nostri] Mos deprecandi aëva et infelicia, solemnibus Veteribus. Plautus Asinaria : 'An. Hem aspecta : rideo. Dm. Utinam, male qui mihi volunt, sic rideant.' Et Mercatore : 'Ac. Perimus. Ch. Principium inimicis dato. Ac. At tibi sortito id obtigit.' Lucianus Alexandro : ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γράμη, ἀλαζικαὶ Ἡράκλειος, καὶ Ζεὺ ἀποτρόπαιος, καὶ Διόσκουροι σωτήρες, πολεμίοις καὶ ἐχθροῖς δατυχεῖν γένετο, ἢ συγγενέσθαι τοιοῦτον. *Colo.* *Hostes (inquit), &c. tam duram, &c. peregrinationem incident*] Horatius : 'Hostium nxores puerique cæcos sentiant motus orientis Hædi, et Æquoris nigri fremitum, et trementes Verbere ripas.' Tacitus Histor. I. de Antonio Primo : 'Conversus ad signa et bellorum Duces, hostium

potius exercitibus illam farorem, illam discordiam injicerent, orabat.' Seneca cap. 9. Consol. ad Marciam : 'Quis non, si admoneatur ut de his' (egestatem, luctum, &c. intelligit) 'cogitet, tanquam dirum omen respuit, et in capita inimicorum, &c. abire illa jubet?' Vide et IV. 16. Daniells. Ovid. 'Hostibus eveniant convivium talia nostris.' Idem III. 8. de Ponto : 'Clausa tamen mihi Scythica tibi tela pharetra : Hoste precor fiant illa cruenta tuo.' et Amor. III. 10. 'Eveniat nostris hostibus ille pudor.' Item ad Liviam : 'Hostibus eveniat longa senecta metu.' Avienus de Erythraeo mari : 'An æquis rapidi subtectus gurgitis unda, Nec in terga salis lembum contorqueat unquam, Ane monstrigenis hostem licet inferat æstus Fluctibus.' Initio lege, *Ah ne quis : et subiectus : post, Ah, ne monstrigenis, &c.* Virgil. Georg. II. 'Ah nimiam ne sit mihi fertilis illa.' Idem Ecl. x. 'Ah, tibi ne teneras glacies secet horrida plantas.' Avienus iste (ut quibus vixit temporibus, non infimi spiritus Poëta, Notisque satis copiosis a nobis illustratus) quo minus e scriniis prodiret nostris occupata in aliis studia obstitere. *Pric.*

PAG. 80 *Ulyssean peregrinationem*] Inter duras et ærumnosas peregrinationes imprimis memoratur Ulyssæ peregrinatio, qui distinto errore vexatus, pertulit illa omnia decennali peregrinatione, immo (ut verius loquar) naufraga jactatione, quæ in Odyssea canit Homerus : ut merito Ulysses exemplum sit tolerantium et laborum, et Ulyssæ peregrinatio pro laboriosa accipiat, ac plena periculorum. *Beroald.*

In qua vehemur] Sic edidi cum Mss. D'Orvill. Fax. Guelph. utroque, Palat. Par. et Edd. Elmenh. Scriv. ac seqq. Priores carent præpositione : sed vide ad lib. I. p. 2. 'In equo vehens.' *vehetur* Pith. Oud. *Turbini-*

bus] Regius, Fnx. etiam *tribulationibus*, sive afflictionibus: ut passim apud scriptores Christianos. At nihil mutandum censeo. Vide Pricæum, et Duker. ad Flor. lib. III. cap. 11. 'Rapta subitis signa turbinibus.' *Id. Turbinibus procellarum quassata*] Ventus circumactus, et eundem ambiens locum, ac se ipsum vertigine concitans, turbo est: auctor Seneca lib. v. quæstionum. Appuleius noster in *Cosmographia* brevius: 'Turbo,' inquit, 'dicitur qui repentinis flabris proisillit, atque universa perturbat:' de quo Plin. Turbinem vocant proxima quæque prostermentem: procella vero fit ex flatibus vi majore contortis, quæ vocatur a Græcis 'Ecnephias,' de qua Aristot. in III. Meteororum, Plin. et cæteri. Procellam ab eo quod omnia procellat dictam esse autumant Grammatici: quæ a Servio definitur, vis ventorum cum pluvia: qui et turbinem exponit, vim esse ventorum. Sed hæc ex secretariis philosophorum magis eruenda sunt, quam ex promptuariis grammatistarum. *Beroald. Variis procellarum turbinibus quassata*] Plin. lib. XXXII. Procmio: 'Quid violentius mari ventisque? quid turbinibus et procellis?' In Gloss. 'Θέλλα. Turbo, procella.' Tertullianus in de Anima: 'Nullis depagnata turbinibus, nullis decumanis pulsata.' *Pric.*

Utroque regimine amisso] Male Beroaldus per *utrumque regimen* intelligit *remorum et velorum*, Pricæus et Floridus *malè et clavi*. Nam duo gubernacula sive clavos innuit Auctor, non unum in prora, alteram in puppi; ut statuunt nonnulli viri docti: sed utrumque in puppi: quod clare nos docent omni et cetera monumenta. At si navis esset *ἀντίπρωμα*, tunc habebat quatuor clavos, nisi navis esset minima. Confer quæ congesta sunt a Scheffero lib. II. Rei Nav. c. 5. Perizon. ad *Ælian.* lib. IX. V. H. c. 40. et quos laudat amicissimus collega,

Albert. in *Observ. ad Acta Apost. c. XXVII. c. 40. Ζευκτηρίας τῶν πηδάλιων.* *Ælian.* lib. IX. Anim. c. 34. XIV. c. 26. *ἐπιστρέφει τοὺς ὀπάκας.* *Admisso* prave de more in D'Orvill. et Ed. Bas. pr. et mox in Pal. a. m. pr. *ulteriore.* *Oud. Utroque regimine*] Remorum et velorum: hoc enim duplex est navium regimen. Clavus quoque quod gubernaculum est navigii, quem rector tenet, regimen est nauticorum: ex quo illud: 'Dum clavum rectum teneam:' et illud: 'Sedebamus in puppi, clavumque tenebamus.' *Beroald. Utroque regimine amisso*] Ovid. *Metamorph. XI.* 'Frangitur incursu nimborum turbinis arbor, Frangitur et regimen.' Petronius: 'Peragit interim tempestas mandata Ratorum, omnesque reliquias navis expugnat: non arbor erat relicta, non gubernacula,' &c. *Pric.*

Ægre ad ulterioris ripæ marginem detrusa] *Infra* lib. VI. 'Ad ulteriorem ripam commeantes futili cymba deducit.' Festus in Breviario: 'Nimbus militet in ulteriorem ripam transvexit:' *ἐς τοὺς ἀντίπρωμα αἰγιαλούς*, Philo in de Mose dixit. Virgil. 'Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.' Livius lib. XXIX. 'Inter virgulta ulterioris ripæ emergerunt.' Ammianus lib. XVI. 'Ad ultiores ripas post multa discrimina pervenire:' et XXIV. 'Ad ulteriorem ripam nullo urgente transgressus:' et XXV. 'Tandemque universi præter mersos ad ultiores venimus margines.' Plin. *Histor. VI. 22.* 'Fluminis ulteriore ripa merces exposita,' &c. Curtius lib. IX. 'in oculis duo omnium majora navigia submersa sunt: leviora, cum et ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulsa sunt:' ubi loci in *ripam ulteriorem tamen* non male suspiceris legendum. *Detrusa* hic, *διελάσα.* Hesychius: 'Οκελάσαν: τὴν διεκέλασαν ναῖν. Idem: 'Οκύλλαι, προορμῆ, κρατὶ ἐαυτοῦ. Vide ad Act. 27. 41. notata. *Idem. Detrusa*] Tru-

des vocant, quibus inhærens saxo navigium trudi et retrorsum revocari potest: de quibus poeta: 'Æratasque trudes et acuta cuspide contos Expediunt.' *Bernald.*

Præceps demersa est] *Præcipitio* exstat in Edd. primis, item Junt. pr. Ald. Colin. Bas. Elmenhorst. et seqq. Aliquoties tum apud alios, tum Nostri, 'præcipitio se occidere' dicuntur illi, qui se dejiciendo ex alto perimunt. Vide ad lib. vi. pag. 120. 'Te, inquit, præcipitio misella queris extinguere.' Sed videndum, an navis, quæ tempestate non aedit, sed frangitur, dici possit 'demergi præcipitio.' Certe hic malim *præceps* cum Mss. Lips. Fnx. Flor. Oxon. Par. Reg. Pal. et D'Orvill. item Edd. Colv. Vulc. et Wower. Lucan. lib. ii. 212. 'Præcipites hæsero rates.' Fux. *dimersa.* Dein quodque D'Orv. *Benivol.* non e habent Mss. et Edd. Vett. aliæque. Oud.

Et nos, omnibus amissis, vix enatavimus] Basilii Conc. de Eleemos. *Ελοι τινες ἐξ ἐπικρατίας κινδύνου τινὲς ἀναρπασθέντες, καὶ μηδεμίαν ἔχοντες περιλειμμένην αὐτοῖς βίον ἀφορμὴν, ἀλλὰ μόνη τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι διαφυγόντες αὐτοί.* Hoc est quod hic Lucius, 'amissis omnibus,' 'Vix enatavimus,' inquit. Sic μόλις et μόγυς Græci: præcipue in marinis discriminibus. Diodorus lib. xiii. de Atheniensibus: 'Ἀπέβαλον ταῦς δύο πρὸς ταῖς εἰκοσι, τὰς δὲ λοιπὰς μόγυς εἰς Ἑρετρίαν διέσωσαν. Artemidorus 1. 2. 'Ἀπέλετο τὸ σκάφος, αὐτὸς δὲ σὺν ὀλίγοις μόλις ἐσώθη. Idem v. § 57. *Ναυαγίῳ περιπεσὼν, νεὸς ἀπολειμμένης, μόλις ἐσώθη.* Ibidem § 83. *Περιπεσὼν ναυαγίῳ, ἐπὶ ἔσχατον ἐλθὼν κινδύνου, μόλις ἐσώθη.* Josephus Antiquit. xiv. 25. *Χειμῶνι σφοδρῇ περιπεσὼν, μόλις εἰς Ῥώδον διασώζεται.* Anna Comnena Alexiados lib. iiii. *Τὸ δὲ σκάφος ἐν ᾧ ὁ Ῥόμπερτος ἦν, ἡμιθραυστον γεγονὸς, μόλις διεσώθη.* Apud Euripidem Helena: *Ναὺς δὲ πρὸς πύτρας Πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων.*

Τρωὶς δ' ἐλείφθη ποικίλων ἄρμοςμάτων, Ἐφ' ἧς ἐσώθη μόλις ἀνεκρίστη τύχη. Lucianus veræ histor. 2. *Χειμῶν σφοδρὸς ἐπιπεσὼν, καὶ προσαρράξας τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ, διέλυσε· ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξηγήμεθα.* Idem in de merc. cond. naufragia sua verbosè memorantes deridens: *Καὶ τέλος, πρὸς πύτραν τινὰ βυθον, ἢ σκάπελον ἀποκρημνον περιβήξαντες τὸ δίστηρον σκαφίδιον ἑθλοῖο κακῶς (id est, μόγυς) ἐξενήσαντο.* Notetur ultimo loco τὸ *enatavimus.* Virgilius: 'Huc pauci vestris adnavimus oris:' ubi Servius: 'Elegit aptum naufragio verbum, ad misericordiam eliciendam.' *Pric.*

Extraximus] Hoc ita capiant interpretes, quasi aliquid extulerint e mari, ut socii Simonidis apud Phædrum; sed Auctor dixerat, 'amissis omnibus, vix enatavimus.' Immo eos non aliquid extraxisse, sed aliquid recepisse, tabulam scilicet portantes et mendicantes, 'vel ignorantum miseratione, vel amicorum benevolentia,' ipse ait Diophanes. Quibus nequam convenit verbum *extrahere.* Veram Mss. quantum scio, omnes, si forsitan excipias Palatinum, uti et Ed. Scriveriana, exhibent *contraximus.* Quod ideo restitui pro *corraximus*; ut sæpius alibi loquitur Auctor, et placebat Heinsio Salmasioque. Sed et lib. ix. p. 182. Ed. Pric. in plerisque est Mss. 'contraxerant non parvas pecunias:' ubi vide, et pluribus me agentem de verbo *contrahere* hoc sensu ad Sueton. Grammat. cap. 24. 'Contracta exemplaria.' Oud. *Quodcunque, ἢc. extraximus, id omne latrocinialis invasivæ manus]* Phædrus: 'Pauci enatant.' Et statim: 'Prædones adsunt, rapiunt quod quisque extulit.' Vide in Andronico Comneno Nicetam Choniataem. Petronius post naufragii narrationem: 'Procurrere piscatores parvulis expediti navigiis, ad prædā rapiendam.' Palinurus apud Virgilium: 'Paulatim adnabam terræ, jam tuta tenebam, Ni gens crudelis

madida cum veste gravatum, Pre-
santemque nuncis manibus capita as-
pera montis, Ferro invasisset, præ-
dæque ignara putasset.' Ovidius 1.
Trist. 'Tu facis ut spoliū non sim,
nec nuder ab illis, Naufragii tabulas
qui petiere mel.' Bertin. Florent.
et Oxon. *Ms. contraximus. Pric. Vel
ignotorum miseratione*] Ex affectu dic-
tum, cum etiam ignoti et alieni homi-
nes miseratione quadam prosequan-
tur naufragos, et liberalitate refo-
veant: tunc enim, ut saluberrime
præcipit Persius: 'de cespite vivo
Frange aliquid, largire Inopi, ne pie-
tus oberret Cæreula in tabula.' *Ber.*

Quorum audacia] Attende elocutio-
nem: nam cum præmiserit 'Misera-
tione latrocinialis manus' subjunxit,
'quorum,' intelligi volens latronum.
E contrario Sallustius: 'Sed ante item
pauci conjurare contra rempub. in
quibus Catilina fuit, de qua quam ve-
riasime potero dicam: nam cum di-
cere debuisset, *de quibus*, scilicet con-
juratoribus, *dicam*: subintulit, *de qua*,
scilicet conjuratione. *Idem.*

Cui nomen est Arisatus] Bertin.
Pith. cum Edd. ante Colv. *nomine A.*
Sed D'Orvill. quoque, Reg. Fux.
Oxon. Flor. Guelf. ambo, Palat. alii-
que, *cui nomen est* legunt. Pricæus
vero tacite eiecit verbum *est*, quod
sæpe solet subintelligi modo; sed et
alias additur: quare id contra *Ms.*
non ausim delere. Videntur librarii
cui delevisse, putantes tunc *Arisoto*
dicendum fuisse: ut passim occurrat.
Vide Drakenb. ad Sil. l. xi. 58. Burm.
et quos laudat ad Vellei. lib. ii. c. 12.
'Quibus nomen erat Raudia.' At,
ut hic, etiam Cic. lib. iv. in Verr. 53.
'Cui nomen Arethusa.' Suet. Aug.
cap. 96. 'Homini Eutychus erat no-
men.' Claud. c. 25. 'Cui Chaucius
cognomen: ubi vide Burm. Lucan.
lib. vi. 144. 'Scæva viro nomen.'
Gell. lib. ix. cap. 13. 'Ei cognomen-
tum factum est Torquatus.' Sic enim
in *Ms.* est plerisque, ut lib. xii. cap.

11. 'Cui postea cognomentum Pro-
teus factum est.' Lib. xvii. cap. 21.
'Cui cognomen Superbus fuit.' Infra
in Flor. N. 7. 'Cui cognomentum
Magnum inditum est,' in Edd. Vett.
Plura vide ad Front. lib. ii. c. 3. § 4.
'Cui postea Africanus cognomen fuit.'
Per talem adpositionem dixit quoque
Lactant. Carm. de Phœn. 66. 'Phœ-
nicen nomen cui dedit ipsa Venns.'
Sic enim *Ms.* Vulgo *phœnicia*. Heins.
phœnices. Sed vide ad Æn. iii. 614.
'Nomen Achæmenides.' Cogitavi
aliquando, an hic *nomine* et *cui nomen
est* e glossa in textum irrepserit ob
ignotum *Arisatum*. In meis libris
quoque est *Arisnotus* vel *Arisvotus*.
Scilicet egregie correxit Jungerm.
ad Poll. lib. vi. sect. 206. *Arignotus*,
'*Ἀριγνώτης*, uti frater ejus *Diophanes*,
Διοφάνης. Ob celebritatem sacræ sa-
pientiæ ita dicitur Pythagoricus '*Ἀρι-
γνώτης* Luciano Phil. t. iii. § 29. p.
55. et ob magiæ '*Ἀριγνώτης* nomen pro-
prium in Aristæn. lib. ii. Ep. 17. In
omnibus fere nominibus propriis, quæ
inducit Appuleius, adludit ad descrip-
tionem personæ ejusve discipline,
quam profiteatur, vel morum. Sic
'Cerdo,' negotiator, 'Lupus,' magna-
rius, 'Fotis,' meretrix, 'Panthea,'
divinipotens, 'Philodespotus,' actor,
'Lamachus' et 'Alcimus,' latrones,
'Demochares,' populo gratiosus,
'Barbarus,' 'Scorpio,' præ morum
acritudine, 'Thrasyllus,' temerarius,
'Myrtilus,' mulio, &c. de quibus sæ-
pe monent Beroald. Pric. alii. Vide et
ad l. ix. p. 177. Celeb. J. P. D'Orvill.
ad initium Charitonis, et p. 78. *Ond.*

Sub istis oculis miser jugulatus] Lib.
1. 'Sub oculis tuis homo jugulatur.'
Lex ultima Cod. Theodos. de malefi-
cis et mathemat. 'codicibus erroris
proprii sub oculis Episcoporum in-
cendio concrematis.' *Elmenh.* *Sub is-
tis oculis*] Cum oculorum sensus acer-
rimus sit, acerbiora impendio sunt
quæ videmus, quam quæ audimus.
Hinc illud: 'quæque ipse miserrima

vidi, Et quorum pars magna fal.' *Beroald.*

Sub istis oculis miser jugulatus est] Scriptor Vit. Illustr. de Pompeio: 'Hujus latus sub oculis uxoris et liberorum, &c. mucrone confossum est.' Justinus lib. xxxiv. de Achæis: 'Ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum reliquerunt.' *Æneid.* I. 'Ipsius ante oculos,' &c. ubi Servius: 'Ad majorem dolorem.' *Æneid.* II. 'Quin nati coram me cernere lethum Fecisti.' Servius: 'De spectaculo queritur, non de morte.' Ibidem: 'Quæque ipse miserrima vidi.' Servius: 'Est enim pœna et in atrocitate spectaculi.' Idem ad x. *Æneid.* 'Multa mala graviora videntur, si ante oculos nostros eveniant, quam si audiantur.' Herodianus ex persona Marci Imperatoris: τὰ δεινὰ οὐκ ὅσον περὶ οὐκ αἰκτὸν μάλιστα προκαλεῖται. Cicero ad Torquatum: 'Oculi augment dolorem.' Idem: 'In omnibus malis acerbins est videre, quam audire.' Hecuba apud Enripidem: καὶ τὸν φουρουρῶν Πρίαμον οὐκ ἄλλων παρά Κρόνου ἐκλαυσε, τοῖςδε δ' εἶδον θυμῶν Ἀντὶ κατὰσφαγέοντ' ἐφ' Ἐρρίφ πυρῶ. Et nota heic, *istis oculis.* Terent. Hecyr. 'Partim quæ perspexi his oculis:' ubi Donat. 'His, quasi miseris vult intelligi.' *Pric.*

Correptis] Nihil mutandum ob vitium unius alteriusque Codicis. *Corripere* in his proprium. Vide Socerum ad Val. Max. lib. iv. c. 8. Ext. 2. Gron. lib. iv. Obs. c. 19. Oxon. *concepis.* Dein Oxon. ut supra monui, *mercedem.* Guelf. pr. *mercede,* et *affugit.* Ond.

Impudentia] Perperam *impudentia* est in Mss. plerisque, et Edd. Vic. Junt. pr. Colv. Vulc. pr. Elmenh. sensu invito, ut attento satis patet. Monuere id jam Stew. ad Florida lib. III. in f. Pricæus ad Apol. pag. 127. ubi idem vitium. Recte ita legitur lib. VIII. p. 158. 'Impudentiæ labe fraudes detegere:' ubi in contrariam

partem peccatur pro perpetua harum vocum confusione. Vide ad Sallust. B. Jug. c. 18. Ed. Wass. Pejns in Edd. Ber. &c. *impudicitia.* Sed *impudentia* dant Palat. Guelf. sec. *Idem. Expergitus*] Excitatus et evigilans. *Beroald.* *Tunc demum, &c. sensit impudentia sua labem*] Onomast. vet. 'Tum demum: τότε δέ.' Et bene *sensit:* Terent. Andr. v. 3. 'Modone id demum sensit Pamphile?' ubi Donatus: 'Sentire dicitur qui vix colligit se, vixque animadvertit:' ut alibi: 'Vix tandem sensi atolidna.' *Pric.* *Impudentia sua labem*] Sic infra VIII. libro 'labem imprudentiæ' dixit. *Idem. Sensit labem*] Ex hoc commouefacit nos Appuleius, astrologis et Chaldæis non esse credendum, qui in alienis negotiis videri volunt oculatissimi, cum in suis rebus sint hebetes et talpæ: qui dum abdita fata scrutantur, quæ sunt ante pedes non prospiciunt, fiuntque ridiculi. *Beroald.*

Nos omnes circumsecus] Cum Colvio faciunt Mss. 'Palat. Pith. Oxon. Reg. et Vulc. Scal. Wower. Nec male. Sed tamen cum ceteri Mss. et Edd. Vett. agnoscant *adstantes,* soleatque ei adverbio Auctor participium vel verbum addere, secutus sum rursus Elmenh. et ceteros. Sic lib. v. p. 99. 'Quique circumsecus venantur.' Lib. XI. p. 250. 'Navem picturis circumsecus variegatam:' ubi vide Steuchium, aliosque. In Par. *circumseptus.* Mox male dixerat Palat. Ond. *Circumsecus*] Ex omni parte circumstantes. *Beroald.*

In clarum cachinnum effusus] Petron. 'in tantum repente risum effusa est.' Elmenh.

Luci] Ait Milo ad Appuleium, se optare ut illi Chaldæus vera dixerit, et ut Appuleiana peregrinatio sit felix et fortunata. *Luci* autem vocativus est casus, quem Antiqui saluatorium dixerunt. Nominatur autem Appuleius: siquidem honorificentior appellatio sit per prænomen, quam

per nomen: hinc illud Horatianum: 'Quinte pater, aut Publi, gaudent prænominibus molles Auriculæ.' 'Liber,' ut inquit Quintil. in VII. 'habet prænomen, nomen, cognomen: quibus caret servus:' ideoque Persius cum de libertate per manumissionem facta loqueretur: 'momento temporis exit Marcus Damasus:' et mox paulo: 'Marcus dixit, ita est, assigna Marco tabellas.' Servus enim manumissus repente prænominibus patroni insignitur, nominaturque. Lucius autem prænomen est apud Romanos frequens, a luce dictum: nam qui lucinus esset, Lucius: sicut qui mane, Manius dicebatur: auctor M. Varro. Geas Domitia prænomen nulla præterquam Cnei et Lucii usurpavit: nam primum, secundumque, ac tertium Æmobarborum, Domitiorum, Lucios continua serie nominatos accepimus. *Beroald.*

Dominae] Honoris causa *dominium* appellat. Angustus tamen, ut in commentariis Suetonii annotavimus, *Domini* appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit, *Dominum*que se serio vel joco appellari prohibuit. Alexander quoque Romanus imperator dominum se dici vetuit. Et sane dominatio et principatus diversa natura sunt, ut docet Plin. panegyrista: 'Nec aliis est princeps gravior, quam qui maxime dominum graventur.' Scribit Seneca in epistolis moralibus, quod relatu sciteque dignum est, obvios salutaribus nobis dominos solere, si nomen nobis non succurrit. Ex quo doctis videtur sensus ille Epigrammatici poetæ: 'Cum te non nossem, dominum regemque vocabam.' *Idem.*

Iter dexterum porrigas] *Dexterum* recte in plerisque Mss. et Edd. Vett. *pergas* jam edidere Junt. post. et alii. Ac 'pergere iter' frequens est locutio, sæpe mutata in *peragere*, ut confunduntur lib. IV. p. 74. Ad Cortium ad Sallust. Jug. c. 79. 'Mature

vere iter pergere:' et præsertim ad Valer. Flacc. lib. IV. 690. 'Pergere iter:' et sic quidam legi volunt in Lucano lib. V. 580. 'Vettitos non pergere cursus.' Vitruv. lib. IX. c. 4. p. 189. 'Cursum itineris sui pergens.' Verum in Mss. Vossianis, Franck. et Ed. Junt. est *pagens*, ut passim in Vitruvio. At *porrigas* est in reliquis Mss. et Edd. Rom. Vic. Junt. pr. Colv. Vule. ut lib. VI. pag. 112. 'Iter retrorsum porrigens:' quo facit etiam p. 113. 'Quorsum vestigium porrigam.' Lib. XI. 'Quorum se porrigeret intentio.' Auson. Par. I. 14. 'Porrigere vitam,' sive extendere. Sed ex dubia hac lectione arbitror tertiam cendam, scribendumque *pergas*, *ἀπὸ πλεονασμοῦ*, ut quidam voluerunt in Valer. Fl. De eo adi N. Heins. ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 557. Anson. in Protr. vs. 27. Dein *Milo* Oxon. *Oud. Porrigas*] *Lego pergas*: optat enim, ut pergat iter dextrum, hoc est, prosperum et faustum: dextrum enim passim usurpatur pro fausto et prospero. *Succensebam*] Irascebar mihi ipsi. 'Succensere' irasci est iusta de causa. *Beroald.* *Iter dextrum pergas*] Id est, 'prosperum.' Gloss. 'Karēd-Suors, Prosperatio.' Vide Rom. I. 10. In Ms. Oxon. et Vicent. edit. *porrigas*, sic alibi, 'Iter retrorsum porrigens.' *Pric.*

Importunarium] Lipsiano codici suffragatur Florent. ut de dogm. Plat. lib. I. p. 586. Ed. Fl. 'Importuna vicinitas.' At reliqui Codd. cum Edd. Vett. faciunt *inopport.* ut lib. VIII. pag. 174. 'Sed inopportuno plane tempore:' ubi contra in Edd. pp. *import.* ut alibi. Cic. de Orat. I. III. c. 6. 'Sedes nostra non inopportuna sermoni:' quod hic præfero. *Oud. Inducta serie importunarium fabularum*] 'Inducta' suo more, (id est, eruditissime) dixit. Studiosæ in rem præsentem quæsitæ 'induci,' et 'inducta' dicebantur. Plinius lib. V. Epist. 6. 'Si nihil inductum et quasi devium

loquimur.' Lucilius: 'Multis induc-
tis sermonibus concelebrarunt:' ubi
Lipsius: *Multis endo loci*, &c. Glyn-
nius: *Multis inde loci*: sed videtur
vel ex hoc Appuleii loco nil mutari
debere. *Ἐν τῷ παρὲς τῷ ἀπὸ τῆς ἡμέρας* porro
apud Suidam occurrunt. *Pric.* *Ves-*
peræ] Horæ vespertinæ. *Beroald.*

Vesperæ, ejusque] *Vespera* Oxon.
Pal. D'Orv. *Fux. bona vespera ejus*
sine *que*. Abest copula itidem ab
utroque Guelferb. Ed. Ber. *ejusque*.
Quid? si legamus: *partem bonam, ves-*
peræ ejus grat. fr. ut partem bonam sit
per Græcismum pro *magna ex parte*.
Vide me ad Cæs. lib. i. B. G. c. 12.
'*magnam partem.*' In Par. Cod.
citem bonam; quod quid velit, nescio:
admitt. D'Orv. *amitteret tand.* *Fux.*
Oud.

Fructum] Concnbitum, complexum-
que Fotidis significat. *Idem.*

Devorato pudore, ad Milonem aio, fe-
rat suam Diophanes ille fortunam] Id
est, 'sibi habeat:' nam sic alii Scrip-
tores loquuntur. Cicero VII. 11. ad
Atticum: 'Sibi habeat suam fortu-
nam.' Apud Aristophanem vocanti
se *κακοδαίμονα* respondetur, *Κατὰ συν-*
τὸν οὖν τρόπον. ubi Scholia: 'Ἀπὸ τοῦ
συντὸς ἔχει τὴν κακοδαίμονίαν, μὴ ἐπιτρυ-
φῶς ἢ κακοδαίμονων. Marcus de
Avidio Cassio apud Vulcat. Gallica-
num: 'Sibi ergo habeat suos mores.'
'Devorare' hic est, 'insuper habere:'
sic IX. 'cæli numina devorare:' et
post eod. libro 'devorare injuriam.'
Pric.

Conferat mari ac terræ] Cum ait
mari, refertur ad naufragium, quo
mari Diophanis navis turbinibus pro-
cellarum quassata, rebus omnibus
amissis demersa est: *terræ* vero in-
quit, propter atrocitatem manum,
quæ in terra invasit reliquias Dio-
phanis bonorum. *Beroald.*

Fatigationis saucio] Nova locutio,
ut dicas, Saucius fatigationis hester-
næ; pro eo quod est, defessus labore
peregrinationis pridianæ. Medici, et

Plinius mester, acopa appellant medi-
camenta lassitudinis, imposito ex re
vocabulo. Hinc acopis quoque gem-
ma dicta est, cum qua oleum suffer-
vefactum perunctis lassitudinem sol-
vit. *Idem.*

Facess] Abcedo in cubiculum.
Alias 'facessere' pro 'facere:' ut
illud 'Jussa facessunt.' *Idem.*

Cubiculum m. contendo] *Fux. cubicu-*
lum m. concendo. Roald. Sic etiam
Reg. sed male. Nam cubiculum ejus
erat in inferiore mediam parte, ut pa-
tet lib. i. 'Erit tibi adjacens et ecce
illud cubiculum.' Amat Appaleius,
ut in aliis verbis, (vide cum alibi, tum
lib. ix. p. 187. 'Adfectus aures,')
sic in hoc omittere præpositionem.
Lib. VIII. p. 161. 'Contendit monu-
mentum.' Lib. XI. p. 258. 'Patriam
Larem contendo.' *Oud.* *Atque ibi de-*
prehendo epularum dispositiones] Sic
IX. ubi adulter expectatur: 'Pudica
uxor cœnas Saliarum comparat, &c.
mensa largiter instructa.' 'Disposi-
tiones' heic proprie dixit. Seneca
Epl. cx. 'Delectant te disposita
quæ terra marique capiuntur.' Infra
lib. VIII. 'Cœnula probe disposita.'
Siraoides 30. 18. *Ἀπομύθων θέματα*:
ubi vetus 'epularum appositiones'
vertit. *Pric.*

Nam et pueris extra limen, credo, ut
arbitrio nocturni gannitus ablegarentur,
humi quam procul distractam fuerat meum
gratutulum] In Pitheano est *ipseus*.
Et pueris. Oxon. ut p. Alii, et prius.
Alii, ut *pueri*. Si quid mutandum, ne
a se ipse dissentiat Appuleius, qui
pag. 16. et ubiuis sibi unum modo
servum, et Miloni nullum, fulcæ ait,
nti et e Luciani verbis infra et a Be-
roaldo jam citatis patet, scrib. *puero*
et *ablegaretur*. Verum majoris se pec-
cati reum fecit Auctor. Fingens
enim se semper in hac fabula Lucium
Corinthio oriundum, subito exutus asi-
num, se Madaurensē esse ait I. XI.
Oud. *Credo, ut arbitrio nocturni gan-*
nitus] Male Par. *arbitror*. D'Orv. in

arbitrio, nec recte citat ad Ovid. l. III. Met. 571. Heinians: 'nocturnæ garritionis.' Vide ad l. III. p. 56. 'Sic nobis garrionibus.' *Idem*.

PAG. 31 *Distratum*] Vitiose scripti tantum non omnes et Edd. ante Colv. inserunt *c* de more, quem bene notavit Stewechius. Vide et me ad Front. II. 4. 16. ad Sueton. Aug. c. 5. infra l. IV. p. 63. et alibi, et Comm. ad l. X. in f. 'disternebatur lectus.' Ceterum male multi viri docti connectunt, 'distratum fuerat grabatulum;' et *meum* a. cum Becichemo Ep. 61. et Schikerado; vel, d. *f. grabatulum meum*. *Ads*. Nam copula et abest Edd. Colviana prioribus, ac Bert. Ma. contra *fuerat* exsulat ab D'Orvill. et Par. Malim ego delere copulam sane non necessariam. Recte vero jam olim vidit Beroaldus, absolute legendum *distratum* fuerat, ex Luciani *ὀνείτωρο*; uti in Act. Apost. cap. 9. 34. *ἄρπυγιον ὀνείτωρ*, scil. *ἄρπυγας*. Et sic Auct. B. Hisp. c. 33. 'ad insternendum;' ubi vide. Erroris causam vide Nota neq. *Idem*. Nam et *pueri*] Sensus est, Servis instratum fuisse lectulum extra limen cubiculi sui, sibi vero procul ab his, ne illi subauscultare possent nocturnas coenantium voces. Ex Luciano sumptum, qui Græce ait: *τῷ μὲν ταύτῃ ἔξω ὀνείτωρο*: id est, servo extrinsecus stratus erat lectus. Appellatione autem 'puerorum' servos significari, quis ignorat? ex quo illud Plautinum: 'Pueri mensam apponite;' et illud, 'Pueri pulta;' inde apud priscos 'marci pores' et 'publipores' nominati, quasi pueri, hoc est, servi Marci et Publii. *Beroald*. *Arbitrio*] Speculatu, contemplatuque. 'Arbitrari' enim est spectare. Plautus: 'Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.' Hinc arbitrum vocamus iudicem, qui totius rei habebat arbitrium et facultatem: quia scilicet arbitratur, hoc est, spectat et explorat diligenter controversiam litigato-

rum; et arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: et arbitrium, cum adhuc res apud arbitrum geritur. Quidam, qui non legere quæ a Luciano scripta sunt, pro *pueris* emendarunt *prios*. Alii, ut *pueri*: sed male, cum sententiæ Luciani, unde hæc mutantur, nostra lectio ad amissim quadret. Potest et hoc de pueris extra limen, non indocte neque ineleganter referri ad servulos liminis custodes, quos 'liminarchas' vocant: de quibus sensisse videtur Silius in primo Punicorum: 'Famuli turbato ad limina somno Expavere truncem per vasta silentia vocem.' Ubi famuli ad limina, signantur liminarchæ, hoc est, liminis præfecti, cubiculique custodes. At tamen apud jurisconsultos tit. de muneribus et honoribus, liminarchæ ponuntur pro militibus qui imperii limitibus atque confinio præficiantur: quos 'limitarchas' dicere possis, quasi limitum præfectos, qui et 'limitanei' nominantur ab historicis. Volumine quoque Codicis imperatorii 12. mentio fit de limitaneis militibus, et limitanei agris: ubi limitanei agri dicuntur, qui sunt in limitibus, hoc est, collimitio atque confinio collocati. 'Limentinum denum' vocant, qui limini præest. *Idem*. *Quam procul distractum*] Videtur legendum *distratum*: ut a sternendo *distratum* intelligas, non a distrahendo *distractum*: ut sensus: Stratum fuisse lectum et mensam pueris quam procul a grabato Appuleii. *Idem*. *Pueris extra limen, &c. procul distractum fuerat*] Quintilianus 1. Declam. de maritali toro: 'Servall longius quiescunt, et præstatur grande secretum genio loci.' *Prie*.

Assistit mensula] *Adstitit* exaratur in Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque, Becich. Mss. et in ejus libris Edd. que ante Beroaldum *mensula*. Scilicet conoquere nequiverunt verbo 'assistere' jungi quartum casum. Hinc alii *grabatulum* adnexterunt *τῷ*

distratum, alii id crediderunt esse nominativum verbi *adstitit*: cum is sit *mensula*, et alterum sit quarto casu expressum. Illum enim a Nostro amatum esse supra vidimus, et inprimis in deliciis Appuleio fuit cum compositis ex præpos. *ad*. Vide ad L. 1. p. 16. 'Adsidebat pedes uxor.' Lucianus ait: *Ἐπάρχε τῇ κλίστρι παρῶνται.* *Mensula* in Guelf. atroque. *Oud. Assistit mensula*] Lego *mensula*: ut ait rectus casus, et hoc totum colou cum inferioribus jungendum: Grabatulum meum assistit mensula. Est enim sensus: Grabatulo assistebat mensula, cum reliquis cœnæ et poculis: ex Luciano totum, qui sic scribit: *παρῶνται δὲ τῇ κλίστρι παρῶνται, ποτήριον ἔχουσα, καὶ ὄλεος ἀπὸ τοῦ παρῶνται, καὶ σῆμα τροφῶν καὶ ψυχῶν καὶ θυμῶν* hoc est: Mensula juxta lectum astabat, poculum habens, et vinum adiacebat, et aqua frigida atque calida erat in promptu. *Beroald.*

Cœnæ totius honestas reliquias] Dix-erat supra: 'epularum dispositiones satis concinnas.' Quare nolim *honestas* in *omnitas* vel *incomestas* mutare cum N. Heinsio. Intelligit enim epulas porci et gallinarum, quas sibi xeniola acceperat a Pyrrhæna p. 27. *Oud. Cœnæ totius honestas reliquias tolerans*] Lib. IX. 'Mensa quæ reliquias prandii gerebat.' Opponentur lib. X. 'solida edulia, et fercula illibata.' *Pric.*

Calices boni] Temere nimis Scaliger, sive Vulc. *Ed. sec. Elmenh. Scriv.* alique, Lipsii conjecturam *boni* in textum receperunt. Recedit hic a Luciano Appuleius, qui dicit unum modo *ποτήριον* vini esse positum, sed juxta quoque 'aquam frigidam et calidam.' Noster quidem *calices* dixit, sed hos non intelligit aqua semiplenos, at 'vino,' et 'sustinentes solam temperiem,' sive expectantes aquam injiciendam, ut lib. XI. p. 254. 'Cæleste sustinere præceptum:' ubi vide. Neque 'frigidam' aquam mentio in

Nostro, sed unius 'calidæ,' quæ si jam infusa stetisset, nimis frigida faisset facta. Immo subdit statim: 'Arripit poculum ac desuper aqua calida injecta, porrigit bibam:' ut rursus infra h. lib. 'calidam cum oinophoris et calice.' L. VIII. p. 160. 'depromtis calicibus et œnophoro.' Nihil igitur facile nutes, et cum *Pricæro* et *Miss.* retineas *boni*, sive *ampli*, ut ait p. 33. sive *boni*, quia omnis res ita dicitur, quæ gratiam, voluptatem, polchritudinem, vel utilitatem in se continet. Adi viros eruditos ad Virg. Georg. III. 66. ad Propert. II. 21. 14. et P. Burm. ad Phædr. lib. III. F. 1. et F. 80. ad Virg. Ecl. III. 10. 'mala falce:' hinc 'bona vina' Tib. I. 1. 24. Vel legi posset: *calices*, vini jam *inf. latice* s. aut quia in Oxon. Cod. non est *laticee*, pro *boni* reponas *vino*; quod potuit corrumpi, cum pro eo scriptum erat *bino*. *Oud. Et calices bini*] Sic vere a Lipsio repositum Viri docti crediderunt, ego persuadere mihi non possum quia valde falso. Legebatur in anterioribus editionibus *calices boni*: et ita Auctorem nostrum scripsisse mihi religio dubitare: sic IV. Florid. 'Navem bonam, fabre factam,' &c. dixit. Plantus Milite: 'Eme mi vir lanam, unde tibi pallium Malacum et calidum efficiam, et tunicæ hibernæ bonæ:' et recte nos divinasse facit fidem Oxoniensis Ms. *Pric.*

Infuso latice semipleni] Servius ad *Æneid.* I. 'Latex proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat.' In veterem Onomast. 'Latex, *ρῆμα*.' *Idem. Latice*] 'Latex' dicitur omnis liquor: unde et 'latex vini,' 'latex aquæ,' 'olei,' 'absinthii,' apud poëtas frequentissime. Hic 'laticem' pro vino accipimus: significat enim, calices bonos, hoc est, capaces, semiplenos fuisse infuso vino præparatos ad temperiem aquæ sustinendam: mus enim fuit Veterum, modo frigidam, modo calidam aquam mixta potiones

temperare. Ex quo illud Epigrammaticum: 'Frigida non desit, non deerit calida petenti.' Item: 'Me conviva leges mixto quibuscumque, sed ante Incipiat positus quam tepuisse calix.' et apud Satyrographum: 'calidæ gelidæque minister.' M. Offilius comædiarum histrio, cum in cœna calidam potionem in pultario poposcisset, repente expiravit, rigens nullo sentiente, donec accubantium proximus tepescere potionem admonet. *Beroald.*

Solum temperiam sustinentes] Glossa. 'Temperies, *συνεπαρπός.*' *Pric.*

Lagena] *Ποτήριον*, id est, poculum significat, hoc est, vas vinarium. Quint. 'Occidissemus te, nisi nos lagena defecisset.' Diminutivum est 'laguncula.' Plin. in Epistolis: 'Proinde cum venabere, licebit auctore me, ut panarium et lagunculam, sic etiam pugillares feras.' *Beroald.*

Orificio sensim dehiscente] Mss. dant *cessim* vel *cesim*: quod non significat paulatim, ut vertit Floridus, sed vel retro, ut bene Colv. et Elmenh. Adde Bongara. ad Justin. l. ii. c. 12. 'Commisso prælio ite cessim.' Steph. ad Sax. Gramm. p. 163. Grot. ad Mart. Cap. p. 10. 'Cessim plerumque recursitans.' ubi Mss. *cessem*. Vel *gradatim*: qui sensus huc melius videtur convenire: ut e Glossis, nescio quibus, citat Stephanus. Veget. l. iii. c. 22. 'Quos sensim postea cessimque ad illos iungebant.' Si tamen *sensim* esset in Mss. quod post Beroaldum usque ad Colvinum edidere, et malebat Sopingius, non ei refragarer; ut supra: 'Capillos sensim sinnato patagio residentes.' Lib. xi. 'Crines sensim intorti.' Mox, 'super me sensim rediens, sive paulatim:' ubi vide. *Cesim*, quod in Fux. esse codice ait Rosaldus, explicari possit per *incisam rimam*. Sed minus placet. Dein *officio deascento* Fux. *orificium deiscento* Guelf. pr. *Deascento* exaratur quoque in Pal. Guelf. sec. et Ed. Vic. *deascento* D'Orv. *deascento*

Oxon. *dehascente* Par. Intelligit sine dubio Auctor orificium lagenæ retro a summa ad medium usque lagenam fuisse laxius sensim, sive magis *distentum*: ut 'uterus distentus' lib. i. p. 7. *Dehascente* legit Meurs. lib. iv. Exerc. Crit. c. 2. quod eodem redit. *Κεχρηστος τοῦ πλθους* dixit Lucianus in Tim. t. i. p. 110. Ed. Hemst. Oud. *Officio cessim*] Mendosissimus locus: qui, ut sentio, ita emendandus est: *Orificio sensim dehiscente patescens*. Significat enim lagenam fuisse in orificio et in summa parte patentiore, in imo angustiore: sicut sunt pleraque id genus vasa vinaria, ex quibus facilius est haustus. Igitur patescere lagenam, et patula fiebat summo orificio dehiscente, id est, easse expandente atque aperiente: sensim tamen, ob venustatem. *Orificium* autem dicimus, ut *opificium*, ab ore: est enim summum os, et hiatus ac pator. Scribit Macrobius duo esse ventris orificia, quorum superius, erectum, recipit devoratumque, et in follem ventris recondit: inferius vero, demissum, intestinis adjacentibus inseritur, et inde via est egerendi. *Beroald.*

Antecarnia] Isidorus Originum l. xx. c. 11. 'Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, et proxima cœna; unde et Antecœnia a quibusdam vocatur.' Portunianus, vetus scriptor apud Jo. Salisberiensem Polycratii l. vii. 'Nam et ipse famosam, immo infamem fecit cœnam et antecœniam.' Macrobius: 'Ex indice Metelli pontificis cœna hæc fuit. Antecœnam, echinos, ostreas crudas, quantum vellet. In cœna summa, sincipit aprugnum,' &c. Colv. *Antecarnia*] Novator verborum non minus eleganter quam licenter appellat lagenam Veneris antecœniam, tanquam prægnatio quædam sit et præludium ac præparatio ad palæstram Veneriam exercendam. Vinum enim subsequitur libido: nam sine Cerere

et Baccho friget Venua. Unde Horatius scitissime crateram vini, 'sodalem Veneris' appellat. Dicitur autem *antecena*, quasi ante cenam sumpta, dictione composita ex integro et corrupto: sicut Martialis finxit 'Domiciœnium,' quod domi cœnare significat. *Beroald.* *Veneris gladiatoris*] Tanquam palestra Veneris sit pugna quædam gladiatoria, et amatores in concubitu præliantur atque configant. *Idem.*

Commodum] Vix, tunc primum. *Id.* *Cubito reddita*] Perperam Valc. Ed. sec. seu Scal. quem secutus est Elmenhorst. exhibuit *cubito*, quod nihil est. Si enim foret dativus, *cubitu* erat dicendum, vel *cubitu*: ut 'cubitu procurato' l. iii. p. 51. Sed ut 'cubitum reddi,' quod servaut Mss. et ceteræ Edd. sic supra et d. l. ait: 'cubitum concedere:' pro quo tamen et dativum posuit lib. vi. p. 116. 'Cœnæ nuptiali concessi,' sive *ad cœnam*. Oud. *Fotis mea, jam Domina cubitum reddita*] Ancilla Thisbe apud Heliodorum lib. i. *Ἰνδοχάρης αὐτῇ σὺνκαθεύδοντες, ἔκει δὲ πρότερος, ἐπὶ δὲ ἔθαν τὴν δόστωσαν κατακλίνω.* *Pric.*

.. *Jacta proximat rosa sarta*] Certum est participium *jacta* vitiose hic legi, aut, quod alius voluit, *jactu*. Non enim inter cubicali introitum et aditum Fotidis ad Lucium, in eum jecit rosam sertam; sed patet, illam habuisse 'rosam sertam et solutam in sinu tuberante;' et demum cum proxima ei stabat, vel adsidebat, Lucium rosa sarta, (Vide Salm. ad Solin. p. 187. et quos laudat Burm. ad Serv. *Æn.* vii. 751. 'frondibus sertæ olivæ:' ut Mss.) seu corollis, revinxisse, et 'rosa soluta' sen flore, conspersisse. Adde Lucianum. Facilis emendatio videtur *juxtim*, ut Pricæus voluit, vel *juxta*: ut alibi, 'juxta adsidere.' At præcessit 'lagena juxta.' Sed multo magis adridet M. Schickelardi conjectura *tacita*. Scilicet suspensis pedibus, ne quis eam sentiret in

Lucii cubiculum ire, irrepebat. Post *proximat* ergo ponendum est comma. De rosis, floribusque sertis ac solutis, eorumque jaculis adi lib. iv. p. 84. L. x. in f. ubi citans hunc locum Stewechius omittit vocem *jacta*. Gell. l. iii. c. 15. Polyb. in Leg. c. 9. p. 21. Herod. l. i. c. 7. *Ἐρεφάρων καὶ ἑνὸν βολαῖς*. v. 6. Long. Pastor. i. 8. Minuc. Fel. c. 38. Nullam vero video rationem, cur hic repetat Auctor vocem *rosa sarta* et *rosa soluta*. Quare forsân de nihilo non est, quod Mss. Flor. Pith. Fax. Guelf. uterque, Lips. Pal. D'Orv. Oxon. et Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. Collin. exhibent *rosæ sarta*; pro *rosæ* sen *rosarum*. Nam et *sartam* et *sertas* in femin. genere, subintellecta *corona*, teste Charisto, dixerunt. Adi Broukh. ad Propert. l. ii. 24. 38. 'Demissæ in pocula sertæ:' nbi. tamen Mss. vulgares, *æ*, *æ*. et ad l. iv. 6. 3. 'Serta Phileteis certet Romana corymbis:' ubi prave Mss. *cera*, et *certent* in unico est libro: *rosæ soluta* etiam Oxon. et Guelf. pr. *tubante* Pat. Oud. Et *rosa soluta*] Rosæ enim aut sertæ aut solutæ: hæc ad spargendum; illæ ad coronandum. Q. Minucius Felix: 'Quis autem ille, qui dubitat veris indulgere nos floribus? cum cupiamus et rosam veris et lilium, et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est. His enim et sparsis utimur mollibus ac solutis, et sertis colla complectimur.' *Brant.* *Jacta proximat rosa sarta et soluta, &c.*] Locus varie vexatus: legendum forsân *juxtim proximat*. Infra hoc lib. 'Dumque jam juxtim proximamus:' simile lib. x. 'consistens proxime.' *Sarta et soluta* hec, ut et iv. 'Floribus sertis et solutis apprecantur.' *Sertis*, in coronam intellige: sic vi. 'Spicas frumentarias in acervo, et alias flexiles in corona.' Tertullianus: 'Non emo capiti coronam; quid tua interest? puto gratius esse liberis et solutis uti.' Horatius: 'Aut flore terræ quem ferunt soluto.' *Pric.* *Rosa*

serta] Lucianus: τῶν στρωμάτων ῥόδα πολλά κατεπέταστο· id est, rosæ multæ per strata spargebantur. *Beroald.*

Taberantē] Tumescēte. Rosæ enim solutæ in sinu et gremio extuberare ac tumescere videntur. Proverbium vetus obiter referendum est, quod erit: 'Nec mulieri nec gremio credi oportere:' cum et illa incerti et levis animi sit, et plerumque in gremio posita cum in oblivionem venerunt exurguntium procidant. *Idem.*

Pressim] Cum pressura, quod amantium est, ut scilicet oscula infigant imprimantque pressis labellis: adverbium est. *Idem.*

Corollis revincto] Hoc totum amatoris specimen est et argumentum, ut coronis amator ab amica revinciatur, ac floribus oppleatur. Sutilis coronæ, ut auctor est Plin. solennes in cænis fuerunt, et in potu atque hilaritate præcipue naurpabantur. Interdum et coronas ipsas bibeant, quod exemplo Cleopatrz satis liquet, quæ in convalli hilaritate invitavit Antoninum, ut coronas biberet: strophia Antiqui appellarunt, unde nata 'strophiola.' Cum vero ex floribus fierent sarta, a serendo 'serviæ' appellabantur: a coronis 'corollæ,' diminutivo vocabulo propter gracilitatem nominatæ. Unde et 'corollaria,' de quibus apud Tranquillum copiosius, et mox suo loco dicemus. *Idem.* *Et corollis revincto*] More meretricio: vide Cnrii Fortunatiani locum paulo post adducendam. Noster lib. vi. 'Totum revincta corpus rosis micantibus.' *Prie.*

Et floribus persperso] Adi iii. 15. et v. 14. A. Gellium. *Idem.*

Ac desuper aqua calida injecta] Certe sæpius calida et calda, vel frigida, in re convalli absolute ponuntur. Vide infra ad p. 36. 'Calida seu calda com ænophoris.' At non opus tamen, eam vocem substantivam contra Mss. ejicere. Cic. i. Cat. 13. 'Si

aquam gelidam biberint.' Vitruv. lib. v. 10. 'Quantum aquæ caldæ.' Mart. viii. 68. 'Caldam pocis aquam.' Adde Burm. ad Suet. Oth. cap. 11. 'Gelidæ aquæ potione:' ubi Torrentius, et Mss. quidam excludunt aquæ. Oud. *Aqua calida injecta*] Dndum diximus, quod mixtura calidæ pocula temperabantur. Omnem decoctam aquam utiliore esse convenit: item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inventu, ut tradit Plin. noster lib. xxxi. Neronis principis inventum est, decoquere aquam, ultroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitis nivis: hinc illa in desperatione apud Snetonium vox: 'Hæc est decocta Neronis.' *Beroald.*

Idque modicum. *Priusquam totum exorberem*] Numquam modicum pro paulo post sumitur, sed modico; quod bene conjecit Brantius, nec non Ferrarius lib. i. Elect. c. 12. et merito intulere in contextum jam Scribnerius ac Floridus, invitis licet Mss. nisi quod in Palat. sit, *idque totum priusquam modicum.* Sed ita lib. i. p. 13. 'Modico prius quam Larissam accederem:' ubi vide, et ita 'modico secus,' de quo adi ad lib. i. p. 3. Ed. *Prie. Oud. Invadit, et relictum, &c.*] Proprie. Nam inepti amatores cibos prægnatos et prælibata pocula porrigebant suis amasiis haurienda. Seneca apud Hieronymum adversa hæret. Joviniani lib. i. cap. ultimo, de amatore in suam uxorem ardentissimo: 'Potionem nullam, nisi uxoris tactam labris hauriebat.' Ovid. Am. i. Eleg. 4. 'Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse, Rejice libatos illius ore cibos.' Hieronymus de vita Clericorum ad Nepotianum: 'Crebra munuscula et sudariola, et fasciolas et vestes ori applicitas, ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literulas sanctus amor

non habet.' Et de vitando suspect. contuber. 'Erit ibi inter viros matronasque convivium, spectabis aliena oscula, et prægustatos cibos.' Martial. Epigr. lib. vi. 75. 'Cum mittis tardumve mihi, quadramve placetæ, Sive femur leporis, sive quid his simile; Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis. Has ego nec mittam, Pontia; sed nec edam.' *Elmentæ*. *Holena Paridi* apud Ovid. Ep. xvii. 79. 'Modo pocula proxima nobis Sumis: quaque bibi, tu quoque parte bibis.' Adde *Pricæum*. *Oud*. *Prinæquam totum exorberem, elementer inoadis*] *Longus poem.* iv. *Πότρυς προκρίπεται παλάτης μοῖραν καὶ ἄρτους τῶνδε, ὅσους φαγεῖν, καὶ δόξαντες ἀπὸ τοῦ στόματος ἔρπαιε*. Idem i. *Ἐδίδασκεν αὐτὴν καὶ σπρίγγει, καὶ ἄρξαμένη ἑμανεῖν ἀπὸ τοῦ τῆν σπρίγγει, χυλίσαι αὐτὴς τοῖς καλάρους ἐπέτρεχεν, &c.* *Pric*.

Paululatum labelis minuens] *Paululatum* vel *paul.* dant etiam *Palat.* *Pith.* *Guelferb.* *Oxon.* et *Ed.* *Vicent.* et placuit quoque *G. Vossio* ac *Tollio*, i. e. instar pulli bibentis. An verum tamen sit, dubito. Nam *paulatim* habet *D'Orv.* et pro glossa adscriptum est in *Guelph. pr.* et *paulatim* servant *Flor. Reg. Bertin.* et alii. *Lib. v. p. 101.* 'Pensilem gradum paululatim minuens:' ubi eadem est varietas. At tamen *paulatim* nequaquam locum habere potest. *Sabellis* *Oxon. Oud.* Et relicti *paulatim labelis minuens*] *Zeno Veronensis* *Serm. de Continentia*: 'Una cibum præterea capit, reliquias poculi propinati lambendo, labris exhaurit.' *Juno* ad *Jovem suum* apud *Lucianum*: *Ὅδδ' ἐφ' αὐτῶν, πολλὰς αἰεὶς πίνει, ἐπὶ τοῖς δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον, ὅσους ἐκείνη (Ganymedi), καὶ πίνοντος ἀπολαβὴν τὴν κόλπον, ὅσον ὑπόλασεν ἐν αὐτῇ πίνειν*. Apud *Carium Fortunatianum*: 'Meretrix ex tribus amatoribus alium osculata est, alii residuum poculi dedit, alium coronavit: contendunt quem magis diligat.' In *Oxon.* heic *pullu-*

latim, i. e. pulli columbini ritu. *Pria. Paulatim*] *Minutatim*, et (ut inquit *Plantus*) 'ductim:' quod enim quidam inter bibendum cunctatione a poteribus fieri solet. *Berosid*.

Sorbilla] *Sorbillo* haurit. *Plantus* in *Pennlo*: 'Hem mihi, jam video prope victi tantum sorbillo:' hoc est, sorbitione. Ex animalibus alia sugunt, alia lambunt, alia sorbent. *Appius* *Auferis* repentina morte obiit, cum sorberet ovum. 'Ovum sorbilla vel molle imbecillissimæ materiam est,' ut inquit *Celsus*: qui crassiores quoque pituitam fieri tradit ovis sorbilla. *Idem*. *Meque respiciens sorbilla*] *Heliiodorus* vii. de *Arsace*: 'Ἐκίθη φούδον τε ἡμα, καὶ ἀλλοῦς εἰς τὴν θαλάσσην ἀποσπέντων, τοῦ ἔρωτος ἑλόντος ἡ τοῦ κρέματος ὀλοουσαν. Contra, inter modestam pudicitiaque notas *ἀδυστρέφας τῇ προσώπῳ πίνων*, *Pædag.* ii. 2. apud *Clem. Alexandrinum*. *Pria. Sorbilla dulciter*] *Donatus* ad *Adelph.* 'Ut quicquid esset dulcissimum carperes, cyathosque sorbillares.' *Idem*.

Sequens et tertium] Nihil de varietate lectionis monent viri eruditæ. Sed ante *Colvium* editum est ubique: *sequensque et t.* et ita in *Guelferb.* utroque. Recte, ut passim *Græci* τὴ καὶ, et *Latini* secundo tertioque loco que et ponunt. Vide *Periz.* in *Disser.* de *Dictye* § 15. ut crebro illius habent *Mss. Drak.* ad *Liv. lib. iv. 31. x. 30.* *Cort.* ad *Sall. Jug. c. 6. § 2.* *Barm.* et me ad *Suet. Cæs. c. 11. lib. viii. p. 153.* 'Scortisque et potationibus.' *Flor. N. 15.* 'Terra cæloque et mari.' Vide etiam *lib. iiii. p. 44.* 'Aditusque et tectum:' ut est in *Mss. nonnullis*: et ad *lib. vii. p. 138.* 'Cœnaque et poculis.' *Mox tertium* in *Guelph. sec.* et *ergo* *Ed. Vulc. pr. Oud.* *Sequens et tertium*] *Prima* viri cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Nihil sic inflammant medullas, et titillat membra genitalia, sicut vinum, cui natura est

exhausto accendendi calore viscera intas: quo nihil est perniciosius, si modus abest. Gloriam bibendi virtute Parthiqueverunt, famam hic apud Græcos Alcibiades meruit. Cicero, M. Ciceronis illius inclytissimi oratoris filius, avidissime apprehendit gloriam ebrietatis, qui binos congios simul haurire solitus erat: a quo olim marcido ac temulepto scyphus impactus est M. Agrippæ. Proverbium vetus est 'Sapientiam vino obumbrari:' quo nihil potest esse foedius, cum vino mens hominis obbrutescat, et vertigine caliget. Libet interdum talia transcurso interspergere, ad castigandos non paucos, qui ad vina perdenda geniti sunt: qui ob hoc tantum se natos esse arbitrantur, ut bibant. Quod olim de Bonoso imperatore Romano Aurelianus dictitabat: 'Non ut vivat,' inquit, 'natus est, sed ut bibat: qui bibit quantum hominum nemo:' in quo fuit hoc mirabile, ut quantum bibisset, tantum mingeret, qui cum laqueo vitam finivisset, talis extitit jocus: 'Amphoram pendere, non hominem.' Fuit quidam ex numero phagorum sive comedonum, quo vehementissime delectatus est Aurelianus, qui, ut refert Flavius Vopiscus, bibebat 'infundibulo plus orca.' Est autem 'infundibulum,' ut id quoque transcentes annotemus, instrumentum vinarium, quo vinum in dolium infunditur. Præcipit Cato, ut villicus habeat 'infundibula' duo. Legitur in monumentis Hebræorum, quosdam esse ex his qui audiunt sapientem, similes 'infundibulo:' tales nihil continere; qui sicut 'infundibulum,' quantum hauriant, tantundem transmittunt. 'Orca' autem vas est ficarium, teres atque uniformi specie, dicta a similitudine orce marinæ belluæ. Præcipit Columella, in 'orcas' picatas meridiano tempore calentem ficum condi, et calcari diligenter oportere. Plin. quoque in xv.

• 'Ubi copia,' inquit, 'ficorum abun-

Delph. et Var. Clas.

dat, implentur orcæ.' M. Varro 'orcæ' capit pro vase vinario, cum in primo de Re Rustica sic scribit: 'Quod sæpe ubi conditum novum vinum, orcæ, ut in Hispania, fervore musti ruptæ: nec non et dolia, ut in Italia, ne vinum prolueret.' Apud Persium pro vase salsamentorum capitur, illo versu: 'Menaque quod nondum prima defecerit orcæ:' et hæc notiora. Illud remotius, 'orcæ' dici vasculum aleatorium, quo connectas agitatesque tessere et tali mittuntur in aleam, ad evitandas aleatorum imposturas: a Martiali dicitur 'turricula,' ab Horatio 'pyrgus.' In hoc significatu accipitur apud Persium sic scribentem: 'angustæ collo non fallier orcæ.' Ubi Grammatici meras nugas effutunt. Hinc sententiæ nostræ evidentiter astipulatur illud Pomponii: 'Iterum dum contempler orcam: taxilles perdidit.' *Beroald.*

Verum etiam corpore ipso, &c.] Pith. Edd. Vicent. Junt. Aldi præbent, *Verum in corpore.* Nec male; cum sequatur etiam, et Auctor sæpe cum aliis rō etiam omittit, post non tantum. Vide ad lib. I. p. 9. 'Non solum me diffamat probris, verum fugam instruit.' Ad hæc in abunde poni, vidimus sæpius, ut, 'gravis in annis,' 'pretiosus in ætate,' &c. *Ipsa exsulat a D'Orv. ipse Fux. Oud. Corpore ipso]* Aliquando, ut inquit verissime Augustinus, cum in animo concupiscentia ferveat, friget in corpore, et ille libidinis motus destituit inhiantem: ex quo fit, ut libidini libido non serviat. Nunc ait Appuleius, et animo et corpore sese ad libidinem fusisse incitatisimum. *Beroald.*

Ad libidinem inquietus] *Inquietus* exaratur in Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. Pal. D'Orv. Par. quod recipere Colv. Valc. Wower. *Inquietus*, in Edd. nonnullis, ut Vicent. et Ms. Pith. unde frustra Colv. et contra sensum Auctoris conjecit *iniciens*, vel *inhians*, est

Apul.

6 B

nihil nisi solitus librariorum error, ut in *questione*, &c. pro *inquis*: quæ multo melior est Beroaldi correctio, recepta ab Edd. Junt. Aldi, Colin. et recentioribus. Ad Elment. in Ind. et Primum. Vox *inquis* sapiens abiit in vulgatiorum *inquisitus*. Vide ad Justin. lib. XLIV. c. 2. '*Inquis animus*:' quod et Vellei. dixit lib. II. c. 78. et Plin. in dedicatione. Vell. lib. II. c. 68. '*Vir inquis*.' Comm. ad Boeth. lib. IV. de Cons. Phil. Pr. 2. '*Forex atque inquis*.' Sic etiam Ma. Leid. infr. lib. IX. in f. p. 208. '*Inquieti precacitate præditus*.' Ausonio sup. '*inroquies*,' ut Ephem. Orat. 16. '*Inroquies, cuncta ipse movens*.' Conjectimus et hoc adjectivum reddendum lib. I. p. 16. '*Gratulus succensus et inquietus*.' Oud. *Inquis*] Logo *inquisitus*, vel *inquis*, ut Antiqui dictitabant; quo vocabulo idem significatur quod *inquisitus*, et est adjectivum. Livius: '*Jam sibi satis gloriam quaesitam, et potuisse se desinere, si animus inquietus pascere pro opere*:' a Plinio dicitur *inquis* pro inquietudine, si modo fas est Latino homini inquietudinem usurpare: sic enim inquit in XIV. '*Furiales somni et inquis nocturnæ*.' Beroald.

Inguinum sine] *Sine* conjectura est Beroaldi, quam amplexi sunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. ut *sancius inguinum* dicatur per Græcismum frequentem. Vide Voss. de Constr. c. 16. Auson. Prof. v. 18. '*Famæ et salutis sancina*.' Immo infra lib. V. p. 86. '*Animi sancina*.' Et alio licet sensu supra lib. I. '*Fatigationis sancina*.' Sed tam vocula *sancina* nimis quam friget. *Sine* hinc est alienissimum, quod et placebat Pontano lib. I. Anal. c. 8. Et *sine*, quod est in Fax, Pith. et Edd. primæ, ac *furie*, quod est in D'Orv. satis declarant, aliud ab Appuleio positum, ac vere jam edidisse Junt. in Ed. post. et Bas. sec. *sine*, quemodo etiam legit Grosiot. et J. M. Palmer. t. IV. Th.

Crit. p. 778. ac defendit N. Heins. ad Ovid. lib. X. Met. 538. Sed et Mas. Flor. Reg. Oxon. Par. Guelf. ambo, Lips. clara dant *sine* cum Vult. et seqq. Vide etiam supra ad pag. 27. '*Qua sine casamen capillas ascendit*.' Summa parte nobilissimi corporis ostendit Fetidi impatentiam Veneris. Deis in Guelf. pr. *Fetidis*, Fax. mei. Oud. *Sancius inguinum*] Pro *inguinibus*: figurate locutus est. Veteres enim genitivum pro ablativo frequenter usurpant: ut, '*præstans animi*,' '*felix animi*:' ita et *Sancius inguinum* dicitur oppido quam eleganter, habens inguinis tumentia. Sicut enim membra in homine sancio intumescunt, sic sancius inguinum dicitur, cujus turgent genitalia ex libidinis desiderio. Horat. '*Tument tibi cum inguina*.' Beroald. *Sine*] Tersiior lectio est *Sine*. Idem. *Pauiper inguinum sine lacrima remota, impatientium Veneris Fetidis nec monstrans*] Achilles Tatius lib. IV. *Ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἔπειθε ἀνέχοντα*. Bene autem argumento hujusmodi '*impatentiam*.' Juvenalis: '*Tunc prurige moræ impatiens*.' Arnobius lib. IV. '*Concubinis, pellicibus, atque amicalis delectatus, impatientiam suam spargebat passim salax Deus*.' Gratius in Cynegetico: '*Primi complexus, dulcissima prima voluptas: Hunc Veneri dedit impatiens Natura furorem*.' Firmicus VI. 36. '*Eritque, &c. ista mulier circa omnem libidinem vitio prestatum pudoris impatientia*.' Idem VIII. 12. '*Puellarum concubitus circa nocte sectantes, et nimio impatientium ardore poscentes*:' et ibidem cap. 30. '*Circa mulieres concubitus semper impatientes*.' Quintilianus XV. Declam. '*Solaque impatientiam tuæ fabula notus*.' Ita '*amoris impatientiam*' Horatii vetus Scholiastes: et '*turpis amoris impatientiam*' Servius ad Eclog. X. Valer. Maximus, ubi de Emilia prioris Africani uxore: '*Tanta fuit comitatus et*

patientiam, ut cum sciret viro suo ancillam ex suis gratam esse, dissimulaverit: ne domitorem orbis Africani impatientiam reum ageret: ubi frustra Lipsius, *impotentia*, alii *impatientia* reponebant. Illud *inguinum* sine rectissime ex Sallustio (cujus et Nos locum annotaveramus) Elmenhorstius explicavit. Sumpsit ab eodem Scriptore Noster et vocem *inquietus*, id est, *inquietus*: sic 'impes' 'impetus' in vet. Glossario: et 'Inquietus, etia: *ἀνquietos*,' in vetere Onomastico. *Prie*.

Sine feriali officio] Beroald. cum Aldo, Colin. Bas. exhibent *finali*. Mss. plerique cum Edd. primis, item Colv. Vulc. pr. Wow. *feriali*. At, quæso, quis prælium audivit sine fine, et ludicris? *Bellum* si dixisset, recte, non *prælium*. Par. Guelf. pr. *ferali*, Ed. Rom. *finalis*. Hinc rectissime viderunt viri eruditi, de voce *feciali* hic cogitandum; sed minus bene genitivum intruserunt *fecialis*, ut Ed. Junt. post. Elm. *Prie*. Flor. Scal. sive Ed. Vnlc. sec. *sine feciali* ind. quod et conjecit Baudius, teste Lindembrogio, qui eum id sibi retulisse, margini adlevit, deleto *officio*, nimis audacter, et interpolate. Verissime scilicet est in membranis Florent. et Pithæanis, *sine feciali officio*, ut jam rescribendum viderunt Sopingius, Puteanus, et Scioppius, quem et vide in Susp. lib. 1. Ep. 6. 'Officium feciale' est munus fecialis, sine quo indixerat Fotis prælium. Nam ipsa egerat, et *ἀεφύκρετ*, ut Græci aiunt. Sic 'feciales cerimonis' Liv. lib. 1x. cap. 11. 'feciale jns' Cic. lib. 1. de Off. cap. 11. De similibus Adjectivis Genitivi loco positis dixi ad lib. 1. p. 16. 'habita mendico.' *Oud*. *Sine finali officio*] Tanquam nullus finis Veneret prælii esset futurus. Quidam legunt *sine feriali officio*: quod perinde est ac si dicas, sine cessatione. Verbum est jurisconsultorum, 'ut in causa finali.' Beroald.

Et ipse] Per Polysyndeton recte quidem ita capi potest. Sed quis non videt multo elegantius, et *ἀεφύκρετ* lectum iri, *en/ ipse*: quomodo postea adverti citatum ab N. Heins. ad Sabini Epist. III. vs. 89. Millies ita est erratum. Vide lib. IV. p. 86. VII. 155. ubi vide, et ad Lucan. lib. VI. 164. *Oud*.

Vigor attendit] *Vigor attendit* recte legitur in Mss. meis omnibus, nisi quod in Florent. et hinc in Notis Elmenh. sit forsitan *ἀρχαῖος ἀδτενδιδί*: unde profuixerit vulgatam ante Colv. *tetendi*. In Pith. *vigore tetendit*. Idem. *Arcum meum*, *hæc*. *vigor attendit*] Hinc 'Tentum, *αἰδοῖτο*,' in veteri Onomastico. *Prie*. *Arcum meum*] Perstat in translatione. Nam cum præmiserit sagittam Cupidinis qua ille amatores ferit, merito subintulit, *Arcum tetendit*: quod plane referendum est ad genitalia, quæ vigore nervi instar arcus tenduntur: scribit Plin. camelino genitali 'arcus intendi' a populiis Orientis. Ad consimilem significantiam allusit Ovid. cum ait in carmine obacæno: 'Nemo meo melius nervum tendebat Ulysæ: Sive illud laterum, seu fuit artis opus.' Item in Amorum voluminibus: 'Penelope vires juvenum tentabat in arcu: Qui latus argneret, corneus arcus erat.' Nam cum de arcu simplicius loqui videatur, quem proci tendere nequiveret, et solus Ulysses tetendit, prout latissime canit Homerus; tamen occulte allusit ad arcum et nervum genitalium, de quo nervo Hor. 'Cujus in indomito constantior inguine nervus.' Beroald.

Et oppido formido] Valde timeo. *Id*.

Rigoris nimietate rumpatur] Horatius: 'Malis tentigine rumpi.' *Elmenh*. *Formido ne nervus rigoris nimietate rumpatur*] Erat nempe 'Difficile et laboriosum In tentigine tantum morari.' Apud Aristophanem faribundus ille: *Οἱμοι κακοδαμωρ, εἰς δ' ὠνασπὸς μ' ἔχει! Χά τέρωτος*

δοτερ ἐπὶ τροχῷ στρεβλωμένων. Et bene hic *rumpatur*. Donatus ad Phormionem: 'Immoderate plerumque vires adducendo arcu, non telum incitant, sed nervum rumpunt.' Et alibi ad eandem Comœdiam: 'In nervum ibit. Proverbio tracto a sagittariis, cum vis conatusque tendentis arcum non in volatam teli, sed in raptionem nervi expetatur.' Diogenianus ex Luciano: 'Ἀπεργάσσονται τρωόμενον τὸ καλὸν βίον. Clemens Pædag. II. 10. 'Ἔστι γοῦν συνέδῃ ἐξ αὐτῆς (συνουσίας) καθάπερ στήμονας τὰ νεῦρα διαφορούμενα, καὶ περὶ τὴν ἐπίτασιν τῆς ὁμιλίας διαφρηγνόμενα. Notanda et *rigoris* vox. Ovidius: 'Cœditur et rigido custodi ruris asellus:' id est, Priapo. Petronius: 'Tam rigidum illud tibi reddidero quam cornu.' *Prie.*

[In *effusum laxa crin.*] *Ineffusum* edidit Elmenh. Florid. et alii; immo jam olim Beroald. Sed contra *Pricæus*, non probans decompositum in *effusus*, rursus disjungendum censuit; uti est in Mss. et Edd. plerisque Vett. item Colv. Wow. ut 'in effusum' dicatur, sicut 'in patulum,' 'in diversum,' et similia. Mihi decompositum placet. Vult certe Anctor, ut Fotis hucusque crinem, leniter quidem emissum, sed tamen in summo vertice nodo constrictum, ut descripserat p. 27. penitus laxaret, ita ut effunderetur. *Lapæ* Par. Guelf. pr. *laxi* Pal. Guelf. sec. *Oud.* *Ineffusum laxa crinem*] Acu enim aut reticulo retinebatur crinium compago, ne laxius fluere, et sparsi dissiparentur. Isidorus XIX. 31. Sen. Herc. Fur. 'Non erubescit Bacchus effusas tener Sparsisse comas.' 'Crinis ineffusus' autem quis vel qualis est? in promptu est respondere, 'non effusus crinis:' ut fors divisim heic in *effusum* legendum. Imo sic scriptum jam video in Oxon. Codice. *Prie.* *Ineffusum laxa crinem*] Petit a Fotide, ut comam solvat, ut capillos habeat ef-

fusos, dissolutosque qui undanter fluant: verbum est imperantis 'Laxa.' Beroald.

[*Capillo fluenter undante*] Ante Colvium in Edd. O. et Pith. legebatur *fluente undanter*, vel typhotetarum vitio *undanter*: ut in Vicent. Ber. Bas. pr. Eodem sensu et adverbium *undanter* legas quoque apud Martian. Cap. Sed Mss. potiores sunt sequendi. Nam præter Bertin. illi habent *fluenter undante*. Capilli vero, sive arte, sive suo ingenio cincinnati, passim 'fluere' et 'undare,' 'fluctus' et 'undas' imitari dicuntur. Tibull. lib. III. 4. 27. 'Intonsi crines longa cervice fluebant.' Manil. lib. I. 833. 'Cui longi fluitent laxi de vertice crines.' Ovid. III. Art. 148. 'Sustineat similes fluctibus illa sinus.' Adde Burm. ad Val. Flacc. III. 525. 'Tenui vagus innatat unda Crinis.' Manil. lib. V. 148. 'Tortos in fluctum ponere crines, Aut vinclis revocare comas, et vertice denso Fingere:' ubi Mss. plerique dant *undis*, et male in Ed. pr. Scaliger refixerat *nodis*. Sed *vinclis* non temere muto. Virg. Æn. IV. 147. 'mollique fluentem Fronde premit, crinem fingens, atque implicat auro.' *Oud.* *Capillo fluenter undante*] Æn. IV. 'Mollique fluentem Fronde premit crinem.' Ubi Serv. 'Unguentatum, &c. aut, prolixum et effusum.' *Prie.*

[Cum *cibartis vasculis*] Voces omnibus illis exsultantes a Reg. Fux. Pal. Par. ejecere quoque Vulcan. Scal. et Wow. Sed cum Mss. ceteri agnoscant, et in his Florent. et Pith. retinere satius est. At prave Elmenh. et seqq. posuere post vocem *cibartis*, cum debeant præcedere; ut recte in prioribus Edd. istis in Ed. Junt. post. Vide ad lib. V. p. 101. 'Cunctisque istis ocus tecum relatis.' *Oud.* *Laciniis cunctis suis renudata*] Lib. X. de altera illa, 'Cuncto tegmine spoliata.' Juvenalis: 'Exuēt omnem Corporis or-

natum: quid enim ulla negaverit udis Ingnibus?' Ubi nescio an ad mentem Poëtæ Scholiastes; potius est ut Appuleium ad sententiam Poëtæ putem. Tò suis abest a Palat. et Oxon. Codice. *Pric. Laciniis renudata*] Exutis vestimentis omnibus, etiam interula, sive camisia deposita. In amore enim vix ulla etiam nuda, sat nuda est. *Beroald.*

In speciem Veneris reformata] Laus magna Fotidis, cuius nudæ formam comparat Veneri, quæ nuda subit marinos fluctus, et nuda illinc exit: utpote ex maris spuma genita. Venerem nudam e mari exeuntem pinxit Apelles, quæ 'Anadyomene' vocatur: quo opere nihil absolutius iudicant eruditi. Anadyomene autem Græca appellatione dicitur emergens, sive exiens, sive egrediens ex mari. *Idem.*

Subit] Pal. Guelf. sec. *subiit*. Sed non de nihilo videtur, quod est in Pith. *subita*, in Edd. Rom. Vicent. et Junt. post. *subitat*; ex *sub* et *itare*, seu frequenter ire; quod est in Veteri SCto apud Gell. lib. xv. 11. Vide et lib. ii. 24. iii. 18. v. 6. Nisi quis mallet *subbitit*, ex *sub* et antiquo *bitere*, quod cum præpositis variis passim apud Plantum et alios occurrit. Vide Nonium, et infra ad Flor. N. 21. *Pulcra* Fux. a quo abest etiam. Oud.

Glabella femina, vel rosea palla (*potius*) *obumbrans de industria, &c. Verrecunda*] Pravo iudicio Elmenhorstius non spernit Roaldi interpolationem *interfeminium*, cum præpositionis inter nulla sint vestigia in Mss. et ex Apologiæ loco p. 40. Ed. Pric. patet, *interfeminium* mulieris a nonnullis, immo et vulgo dictum esse *feminal*: quomodo sic 'virginal' seu 'virginale,' (ut 'capital' et 'capitale') crebro apud alios. De quo vide Barth. Advers. l. xxxiv. c. 15. Salmas. ad Solin. p. 5. 'concretum virginal' ut in sex Mss. meis. Id No-

nius etiam *interfeminia* dixit apud Nonium p. 505. Ed. Merc. ubi tamen Mss. et Edd. Vett. dant *interfemina*. In Edd. ante Colv. erat, *glabella femina vel rosea palmula*, manifeste corruptum, abundante *vel*. Neque enim obumbravit *femina*, sed *naturam*, quod potuit facere *vel femine vel manu seu rosea palmula*, ut ait ibid. Appuleius: 'et femoris objectu et palmæ velamento,' et ut ait lib. xi. p. 248. 'Compressis in artum feminibus et superstrictis accurate manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniveram.' Verum Fotidem non texisse depilata naturam femoris objectu satis patet, quod non tam verecunda fuerit, et potius de industria *obumbraverit* spectabilem tamen, ac non *texerit*. Uti Venus lib. x. p. 233. 'Tenui pallio bombycino inumbrabat spectabilem pubem.' Lib. ix. p. 185. 'Centunculo inumbrati magis quam objecti.' Atque ita passim nuda Venus conspicitur, manu tegens vel obumbrans feminal. Vide imagines Paenbrouk. N. 10. 13. 23. et quas laudat Burmann. ad Ovid. Art. ii. 613. 'Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur læva semireducta manu:' et Epigr. Ined. p. m. 46. Ex *vel* etiam non refingendum esse *velamento*, quod et Pricæus voluit ad dictum Apologiæ locum, aut *velo*, quod proxime accederet, opinor; quia Mss. universi præbent constanter in ablativo *rosea palmula*: immo *vel* non agnoscat Florentinus. Sed et *vel* ortum ex non intellecta voce *feminal* liquet; quia Mss. in quibus omnibus est *glabellum* vel *glavellum*, exhibent *feminea vel*, ut D'Orv. a m. s. (a prima videtur fuisse *feminal*) Palat. Guelf. sec. Reg. Lips. Fux. Oxon. *glav. femina vel* Plith. In Guelf. pr. legas *glavululam feminea vel*: *glabella vel* Bertin. *gl. femina vel* Ursin. Rectissime igitur emendavit Lipsius, et ediderunt

Colv. ac sequentes. De fronte ait Martian. Cap. pag. 34. 'Illic ubi pubem ciliarum discriminat glabella medietas.' Sic enim recte Mss. aliquot Leidd. cum Grotio. In Mss. D'Orv. et Fulv. est *roula*. Unde quis posset conjicere, *vel roula et p.* ut eam simul in manu haberit, e rosis solutis, quas secum adtulerat, sumtam. Sed vix credo. Car autem potius voluerit ejicere Stewechius, non capio. Perperam vero Beroaldus et Edd. eum sequentes usque ad Colvium, substituerant *verecunda* pro dia: quia referendum putarunt ad *glabella femina*. Guelf. sec. *verec. tegna*. Idem. *Glabella*] Delicata, et levore cutis venusta. 'Glaber,' et per diminutionem 'glabellus' dicitur, laevis, politus, et sine pilis. Verbum vetus est 'deglabrare,' quod significat depilare, et glabrum facere. 'Glabreta' Antiqui loca dixerunt, quasi calvata, quæ fructibus nuda sunt, utpote nihil gignentia: quæ Græci *φαλακρά* vocant, a similitudine calvitii, quod *φαλακρὸν* dicunt. Unde 'phalacrocoraces,' calvi corvi. Hinc apud Suetonium vici, in quo natus est Vespasianus, 'Phalacrine' nomen duxisse videri potest: quod ea loca essent *φαλακρά*, hoc est, calveta sive glabreta, id est, fructibus viduata, et penitus sterilia: quamvis in commentariis conjectatorie tradiderimus, nomen Phalacrine inditum videri posse ex eo, quod homines calvi illic nascerentur, quos Græci *φαλακροὶ* vocant. De glabretis ait Columella: 'Et glabreta signis adhibitis notari convenit, ut suo tempore ejusmodi vitis medeamur.' Ab eodem decenter dicitur, 'glabrescit area:' pro eo quod est, fit glabra, et sine herbis. Beroald. *Glabellum feminae rostra palmula*, &c.] Hunc locum restitui olim ad ea Apologia: 'Interfeminium tegit et femoris objectu, et palum velamento.' Prie.

Potius obumbrans de industria quam

tegens verecundia] Lib. ix. 'Scissili centunculo magis inumbrati quam obtecti.' Idem. *Quam tegens verecundia*] Lego *verecunda*: ut sit *senex*: Fotidem manus expansa non tam texisse, quam obumbrasse *verecunda*, hoc est, genitalia: qui mos est mulieribus prope peculiaris, ut pudenda conspici nolint, quorum membrorum nuditas erubescenda: et (ut auctor est Augustinus volumine de Civitate Dei) omnes gentes adeo timent in usu pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lavent: apud Romanos nudi juvenes corpora in campo exercentes, pudenda operiebant, unde ita succinctos vulgus campestratos appellat. Beroald.

Præliare] Congressu scilicet et pugna Veneres. Idem.

Cominus in aspectum] *In adaspectum* exsulant ab D'Orvill. Oxon. Par. Guelferb. utroque a m. pr. et uncis inclusere Scriverius, Prie. alique. Sed male, iudice Barthio ad Stat. Theb. x. 309. Nec enim eadem sunt 'cominus' et 'in adaspectum,' cui opponuntur terga. Pejor alii sub illis obscenioris sensus voces latere existimarunt: ut Lindenbrog. ejus marginalem conjecturam hic sublegit Elmenh. *In hoc pecten*, vel *in os pilam*, vel *in hanc speciem* Gruterus et J. Isacius Pontan. in *Analectis* lib. ii. c. 4. sunt hariolati. Sed modum in scirpo quæsivere docti. 'In adaspectum dirigere,' est locatio militaris vel gladiatoria de illis, qui intrepido nec averso vultu se invicem cominus aggrediuntur, et oculorum hostilium aciem ferre possunt. Unde passim, 'in adpectum audere venire,' 'ferre adpectum,' ac 'dirige in adpectum,' ut Ovid. Ep. xviii. in f. 'Lumen in adpectum tu modo semper habe.' Sic enim leg. Vide Barn. in Add. Neque enim *dirige* hic est mutandum, nec ponitur pro

veni, ut notatur in Fabri Lexico, (jam enim cubabat Lucius,) sed pro *intende*. Manil. lib. i. 37. 'In cuius caudam contentos dirigit arcus.' Ita scribe, non *contento arcu*, vel *contentum arcum*. Ad Salm. ad Vopisci Probum c. 19. 'Quid dirigere nolebant sagittis.' Digne Coll. Voss. *dirigere* Edd. Bas. pr. Bert. quæ male jungunt *vires*. Par. sed *vires*. Alii, *dirige te*. Oud. *Nec enim tibi cedam, nec terga vertam: cominus in aspectum, si vir es, dirige*] Apud Plantum Venereo certamine congressura illa, 'Me sisto, adea, contra sisto ego tibi, Et mihi contra itidem ut sisas suadeo.' De Crate Cynico Noster in Floridorum Excerptis: 'Coramque virgineo immiluisse, paratam pari constantia, ni Zeno,' &c. Nota et formulam *si vir es*. Maximinus apud Jul. Capitolinum: 'Si viri esia.' Curtius lib. ix. 'Et postulare, ut, si vir esset, postridie ferro secum decerneret.' Æneid. vi. 'Vis ut nulla virum,' &c. ubi Servius: 'Virum, non ad secum retulit, sed ad virtutem: hoc est, viro- rum fortium.' Lucretia moritura, ad patrem et maritum: 'Τυεῖς, ἀνερ ἄνθρωπος ἰσχυρὸς, &c. ἐπὶ τῷ πύσφρασε. Horatius: 'Si quid in Flacco viri est.' Pric. *Nec terga vertam*] Translatio a bellatoribus, qui cominus et adverso pectore depugnant, neque tergiversantes, neque cedentes: cum ejus sit terga vertere, qui timidus est, et fugere malit quam mori. Beroald. *Cominus, &c. dirige*] Certandum est cominus armis. Pric. *In aspectum*] Hæc non agnoscit Palatinus nec Oxoniensis Ms. quia tamen 'terga non vertam' continuo præcessit, non ego auctor sim illa e contextu ejicienti. Idem.

Occide moriturus] Non intellexit Pricæus acumen Appuleii, hæc non capere se scribens, conjiciensque, aut *occide*, penultima brevi a *cado*. Ait Fotis: Fortem te gere, et interfice me telo tuo; dum ipse morieris. Eo

enim peracto opere jacet uterque, animasque alter in alterius ore deponunt, et ambo corrunt animam anhelantes; qualia passim apud Poëtas et Nostrum hoc ipso loco. Bene id quoque Floridus advertit. Sen. Ep. vii. 'Interfectores interfecturis obijci.' Vide Comm. ad Sil. lib. xiv. 554. 'Hostem morte sua perimant.' Virg. Æn. ix. 441. Lucan. lib. iii. 696. 'Mergentesque mori.' Lib. vii. 464. 'Facturi, quæ monstra ferant:' ut leg. Vide et Salm. ad Solin. pag. 217. idem cap. 40. 'Victorem perimit interemtus.' Burm. ad Catal. t. i. p. 390. Oud. *Et grassare graviter, et occide moriturus*] Non capio: an sic? *Et grassare g. aut occide* (penult. correpta) *moriturus*. Id est, Et me vince, me prosterne, aut ipse in hac arena periturum certissime scito. Homerus: 'Ἡ μὲ ἀνδραΐφ, ἢ θυβὸς σκ. Agatharcides apud Photium: 'Ἡ γὰρ ἀνδραΐφρος χροῖ, ἢ τελευτῆς. Hieronymus in Epistolis: 'Si fugero, gladium devitavi: si stetero, aut vincendum mihi est, aut cadendum.' Gellius vii. 3. 'Gladiator composito ad pugnandum pugam hæc proposita sors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit.' Apud Livium Romanus Dux in Gallos pugnaturus: 'In bellum strinximus ferrum, hauriendas aut dandus sanguis.' Panegyristæ ad Constantinum: 'Quibus sue cujusque fato aut vincendum est, aut cadendum.' Apud Tacitum Annal. xiv. 'Vincendum illa acie, aut cadendum.' Catullus: 'Cum sævum contra cupiens contendere monstrum, Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis.' Pric. *Grassare graviter*] Strenue depugna. 'Grassari' antiquitas ponebat pro adulari: modo latrocinale verbum est: nam 'grassari' dicuntur latrones vias obsidentes, videlicet ab impetu gradiendi. Unde 'grassatores' dicti, et 'grassatura.' Mars et Luna in 8. ab horoscopo loco simul collocati grassatorem efficient,

qui latrocinantem manum profusione sanguinis cruentabit. Interdum 'grassari' honesta significatione significat ire et gradi: ut illud Silli Italici: 'grassandum ad clara periculis:' et Sallustii: 'Animus ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est.' 'Gnaviter' autem dicitur industrie, strenue, celeriter: quod et naviter, cuius contrarium est, 'Ignaviter.' 'Navus' autem, celer ac strenuus, a navium celeritate dictus. Grammatici prothesin figuram appellant, quando appositio quædam literæ fit ad principium dictionis: ut 'gnatus' pro 'natus,' 'gnavus' pro 'navus,' 'gnaviter' pro 'naviter.' 'Noti,' inquit M. Tul. 'erant et navi, et nari, quibus cum in præponi debet, dulcins visum est ignoti, ignavi, et ignari dicere, quam ut veritas postulabat.' *Beroald.*

Non habet missionem] Antiqui vocabant pugnam sine missione, cum gladiatores ea lege descendebant in arenam, ut neutri fas esset petere missionem, sed necessum usque eo dimicare, dum alter caderet. Lipsius Saturn. II. cap. 21. *Elmenh. Hodierna pugna non habet missionem*] Aristoph. Acharn. *ἡνίκη, ἄγαν ὄστρον οὐκ ἐσθλόν.* id est, *πρόφασις*: falsus enim qui Latine vertebat. Plato vi. de Legg. *Ἄγαν πρόφασις οὐ πᾶν δέχεται φασί.* Hesychius: *ἡνίκη, πρόφασις.* Seneca I. 12. de Ira, 'Ad pugnam vocavit Jovem, et sine missione.' Florus III. 20. 'Et, quod sub gladiatore Duce oportuit, sine missione pugnatum est.' *Pric. Missionem*] Hoc est, quod supra dixit, prælium nobis sine finali officio indixerat: perstat in metaphora prælii militaris. *Beroald.*

Inscenso grabatulo, &c.] Lib. I. 'Inscenso grabatulo, ad exitium sublimatum.' Lib. V. 'Jam aderat, &c. maritus, et torum inscenderat.' *Pric.*

Sensim residens] *Cossim* exhibent Scriv. et Flor. *cessim* nota Wow. Edd.

Elmenh. et Pric. Sed Mus. et Edd. Vett. dant sensim, i. e. leniter et paulatim, ut pag. præc. 'orificio sensim dehiscente;' quod non est, cur mutemus. *Cossim* vel *cozim sedere*, quod est lib. III. p. 43. hic locum non habet. Est enim pedibus sartorum in modum complicitis, ut coeantes 'sinuant cozim femina,' in *Fragm. Anecchom.* ex Menandr. Insedit enim potius *ovicius*, ut habuimus lib. I. p. 10. Vide Casaub. ad Theophr. Char. c. 11. Græce *περιβάδω*: unde *Venus Περιβάδω*, et *Περιβάδω*, apud Hesychium, ad quem vide, et de ea Veneris figura ad Ovid. lib. III. Art. 777. 'Hectoreo nupta resedit equo.' Adde Epigramma Dioscoridis, editum a D. Rubenkenio Epist. Crit. I. p. 39. Arnob. lib. V. p. 177. 'Accedit, subsidit, insidit.' Sic leg. e Mato. *Ridens* Par. et Guelf. prim. *Oud. Super me sensim residens*] Horatius: 'Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.' Scholiastes: 'Supinum, quia mulier ascendit super marem.' *Pric.*

Crebro subiliens] *Crebre* Bas. pr. *crebro* Pal. D'Orr. Oxon. Reg. et Edd. Colv. Vulc. Wow. Sed recte *crebra* in Pith. et Edd. Vett. quod bene revocavit Elmenh. pro *crebriter*. Adi ad lib. III. p. 62. 'Nos crebra tudentes.' *Oud. Crebra*] *Crebro*, nomen pro adverbio. Virg. 'et pede terram Crebra ferit.' *Beroald.*

Lubricisque gentibus] Supra: 'et simul membra sua leniter illubricans.' *Elmenh. Spinam quatiens*] Supra: 'Lumbis sensim vibrantibus spinam mobilem quatiens placide, decenter laudabat.' Arnob. lib. II. 'Lumborum crispitudine fluctarent:' et lib. VII. 'Clunibus fluctuare crispatis.' *Idem.* Vide Sciopp. ad Priap. c. 18. *Oud. Lubricisque gentibus mobilem spinam quatiens*] Ovid. 'Spemque dat in molli mobilis esse toro.' 'Versare mobilem natem' Tibullus dixit. Horatius (jam citatus) 'equum clunibus agitare.' Lucretius: 'Sua causa

consuerunt scorta moveri, Ne complerentur crebro, gravidæque jacerent, Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.' Ex quo, ut videtur, Donatus ad Eunuchum: 'Scorta ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, palpitare: quod illæ faciunt saltando assidue,' (Appuleius heic, *crebro subailiens*) etc. 'et ut concinniores Venerem exhibeant viris.' *Pric. Mobilem spinam quatiens*] In re Venerea exigitur motus et agitatio: ut illæ merito damnentur, quæ immobiles jacent: habet enim mobilitas illa nescio quid incentivum et illicium, efficitque Venerem viris concinniores. Ex quo est illud Epigrammatistæ: 'Nec motu dignaris opus, nec voce juvare.' Contra Sappho Ovidiana inquit: 'Crebraque mobilitas, aptaque verba joco.' Lucretius motum illum concubitus efficere ait Venerem concinniores, qui tamen sit causa ne fœminæ concipiant: sic enim refert in quarto: 'Idque sua causa consuerunt scorta moveri, Ne complerentur crebro gravidæque jacerent, Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.' Spina autem dorsualis a medicis longum cerebrum vocatur: ex spinali medulla pudendis, atque etiam matrici, ut suum ministerium impleant, nervi ministrantur. *Beroald.*

Pendula Veneris fructus] Codicis Florentini lectionem ad Petronii c. 92. 'inguina fricare,' unice probant N. Heinsius et Burmannus, qui male et insipide *fructus* nunc circumferri scribit. Sed perperam. *Fricare* in Petronio, et *frictus* Juven. S. vi. 321. ut est quoque in Mss. a me visis, item Nostro lib. x. e membranæ Florent. 'Priapus frequenti frictura porrixabam,' hinc aliena sunt, et alterius sunt obœcœnatis. Verbum *satiare* satis docet, *fructus* esse legendum. Clariore explicatione turpissima res non eget. Lib. vi. p. 124. 'perfrui amoribus.' Græci passim 'Venereum fructum' vocant ἀπολαύειν τῆς Ἀφροδί-

της, τῶν ἐρώτων, et ἀπόλαυσιν ἐρωτικῆν. Vide Ælian. lib. ix. An. c. 13. Xenophont. Ephes. lib. i. pag. 12. Long. Past. p. 40. Ed. Moll. et ceteros Milesiarum scriptores. In Ovidii Mss. et Edd. aliquot Rem. Am. 105. 'Veneris decerpere fructus.' Hinc etiam non placet *fructus* Heinsianum. Vide Burm. ad Catal. t. i. p. 622. *Pendula V.* in Ed. Bas. pr. *Oud. Pendula Veneris fructus*, &c.] Juvenalis: 'Pondentis præmia coxæ.' *Pric. Pendula Veneris*] Eleganter *pendulam Venerem* vocat, quæ sit a fœmina superstante: de quo concubitu inquit Ovid. 'Parva vehatur equo: quod erat longissima, nunquam Thebais Hectoræo nupta resedit equo.' Plerisque quadrupedum, ut inquit Plin. fœminæ in coita superveniunt. *Beroald.*

Dum lassis animis, et marcidis artibus defatigati] Omne enim hominis robur in coitus usu debilius redditur, ut dicit Aëtius lib. iv. fol. 129. sect. 3. et Aristoteles Problem. sect. 4. fol. 540. Hippocrates περὶ γυνῆς sect. 3. fol. 11. 'Ἡ δὲ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐρχεται ἀπὸ πάντος τοῦ ὄργου τοῦ ἐν τῷ σώματι δόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἐστὶ ἐπὶ τῷ λαγνέσμεν, σμικρὸν οὖτω μεθέτης, ἀσθενέστερον γινόμεθα. Cælius Aurelianus Chron. pass. lib. iv. c. 4. fol. 255. 'Venus ab aliquibus parva Epilepsia nuncupata est; siquidem similem faciat membrorum motum, diverso contactu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conversione cum rubore vultus. Ac deinde post effectum displicere sibi faciat corpus cum pallore, et quadam debilitate ac mœstitudine.' Unde et Epicurei Venerearum rerum usum omnino insalubrem existimabant, notante Galeno de arte medicinali c. 86. et Pythagoras apud Laërtium lib. iii. p. 573. Καὶ περὶ Ἀφροδίτου δὲ φησιν οὗτος Ἀφροδίτου χεῖμας ποιεῖσθαι, μὴ θέρεσι. φθινοπόρου δὲ καὶ ἄρος κουφότερα. βαρὴ δὲ πᾶσαν ἔραν, καὶ εἰς ὄργην οὐκ ἀγαθὰ εἶναι. ἀλλὰ καὶ ποτε ἐρωτικῆς, τότε δὲ πλησιάζειν, ὅτε

*Βόλιν γυναικὶ σαυτοῦ ἀσθενέστερος, εἰ-
περ.* Non patet autem illa tum opera-
tio non salubris esse, si tantum inter-
valli ponatur, ut neque ulla resolutio
sentiatur, et ipse homo se ipso levior
fiat, ut recte observant Oribas. collect.
lib. 1. c. 6. et lib. vi. c. 32. Aëtina
Ser. iii. cap. 8. *Ελατν.* Male est in
Pith. et D'Orvill. *lapis.* Statim 'las-
situdinem refoventes.' Adi Priscum,
non male transponentem *animis*
m. et lassio a. d. ac me ad Lucan. lib.
viii. 404. 'Non lassat nox tota ma-
rem:' unde vindicandus est Statius
lib. 1. Silv. 2. 59. de Venere Martis
amplexu resoluta: 'Fessa jacet atra-
tia.' ubi e conjectura Marklandus re-
ponit *fusa.* In Ed. Just. post. deest *re-
otium.* Par. *defatigatis.* Ond. *Artubus*
Languentibus membris. Quid est,
inquit Aristot. in problematis, quod
homo inter cetera animantia a con-
cubitu dissolvitur et languescit? An
quod semen pro sui corporis propor-
tione plurimum emittit? qui vero
multum genituræ sive spermatis emit-
tit, pallescit ac debilitatur non secus
ac debilitaretur, si quid drupes tantum
de sanguine emitteret. Quod ideo
sit, quia sperma sive genitura gigni-
tur ex sanguine optime digesta, quar-
ta novissimeque digestionem: auctor
Albertus magnus. Dicere solebat
Pythagoras, tunc Aphrodisia, id est,
Venerea exercenda esse, cum tempore
infirmior fieri vis. Venerem damnat
Democritus, cujus raritatem utilio-
rem esse verissime sentit Plinius neo-
ter: et ante Plinium dixerat Corn.
Celsus probe ex oraculo: Concubitus
rarus corpus excitat, frequens solvit.
Ab artubus membrorum, derivatur
'artuatus': quæ dictio significat dis-
sipatum, et quasi per artus lacera-
tum. Maternus in quinto: 'Ut sic
astutis viscerum partibus, membra
omnia crudelis artificii præsidio pro-
ferantur.' Fit et verbum 'deartua-
re,' quod est quasi per artus conci-
dere. Plautus: 'Deartuatus sum mi-

ser.' *Beroald.* *Lassis animis et mar-
cidis artubus defatigati*] Melius ita
fortasse: *Lassis artubus, et marcidis
animis d.* Ovidius: 'Simul ad metas
venit finita voluptas, Lassaque cum
tota corpora mente jacent.' Virgil.
Æneid. viii. 'Notusque modullas
intravit calor, et labefacta per ossa
cacurrit:' ubi Servius: 'Si ossa la-
befecit, multo magis animum.' Ter-
tullianus (qui et vocem 'marcescendi'
usurpat): 'In ipso ultimo voluptatis
æstu quo genitale virus expellitur,
nonne aliquid de anima sentimus ex-
ire? et ideo marcescimus ac deviges-
cimus.' Lucretius 'liquescere' dixit:
'Membra voluptatis dum vilis labefacta
liquescent.' *Prisc.* *Defatigati*] Luc-
ret. 'Absument vires, pereuntque
labore.' Petronius simili negotio:
'Inter sudores et anhelitus.' *Idem.*

Simul ambo corrumpimus] Illa est om-
nibus numeris solida voluptas, quæ
vir et femina cōnantes simul com-
moriuntur. Ovid. 'Ad metam propere
simul: tunc plens voluptas, Cum
pariter victi femina virque jacent.'
Valge creditur ad concipiendam ne-
cessariam esse utriusque cōstantis
cum voluptate, parique concursu se-
minis profusionem: quod negat Aris-
toteles, qui lib. 1. de generatione
animalium, feminas sæpenuero con-
cipere affirmat, sine ea quæ per coi-
tum fit voluptate, quod et reliqui Pe-
ripatetici testantur. *Beroald.*

Colluctationibus] Tanquam palmatra
quædam et luctatio sit Venerens
concubitus. Ideoque Domitianus 'cli-
nopalem' vocabat libidinis assiduita-
tem, velut palmatram lecti, et exer-
citantum. *Idem.*

Confinit lucis] Ovid. lib. vii. *Metam.*
v. 704. 'Quod teneam lucis, teneam
confinit noctis.' *Elmenh.* *His, et
hujusmodi colluctationibus, ad confinis
lucis usque pervigiles agimus*] 'Æqua-
runt nocti ludum, in lucemque tulerunt.'
Solomo vii. 8. ex meretricis
persona: 'Ἀνολάσθημεν φάλας ἑως ἡ-

ἔσθω. Infra lib. v. de Cupidine: 'Torram incenderat, et uxorem sibi Psyche fecerat, et ante lucis exortum propere discesserat.' Ait 'pervigiles' Appuleius: sic x. argumento simili: 'Operosa et pervigili nocte transacta.' Quintilian. III. Declam. 'Cum alii excubent armati, &c. tribunus iater scorta volutabitur? et has solas vigilias aget?' Catullus: 'Qui cum matre atque sorore Prurit, et abjectis pervigilat tunicis.' Aristænetus I. 16. Δ' ἄλγες νυκτὸς ἀμυλλόμενοι. *Pric.* Ad confusis lucis] Auroræ, de qua Ovidius: 'Quod teneat lucis, teneat confinia noctis.' Pollux VI. 19. τὸ διαφαννύχτων, καὶ διανυκτερεύειν ἐν ἔσθῳ, &c. καὶ παρατρέφει τὴν νύκτα εἰς τὸν ἥλιον, &c. *Idem.*

Peculis voluptatem integrantes] Theodorus Priscianus: 'Quæ per potiones acceptas virile semper officium reparant.' Vide supra pag. 148. hanc in mentem notata. *Idem.* Libidinem incitantes] Isocolon est, qua figura prope peculiariter ubique locorum utitur Appuleius: Latine dicitur 'compar.' *Beroald.*

Magno opere] Ita rescripsi ex Pith. Bertin. et Guelferb. apud Cort. ad Plin. Epist. pag. 24. item Ed. Rom. ac sio lib. vi. pag. 129. in Oxon. item lib. x. p. 237. Lib. xi. pag. 255. 'tanto opere': ac de Mundo init. in 2. Mos. Vide Fabric. ad Cic. I. de Off. 26. Comm. ad Cæs. I. I. B. G. c. 13. Gelk. I. XVII. 2. ad Suet. Cæs. c. 1. In Regio est magno rumore. *Oud.*

Impendio excusarem] Intense. Onomast. vet. 'Impendio, ἐκρόσως.' *Pric.* *Impendio*] Valde: adverbium est. *Beroald.*

Negavit veniam] Dixit se mihi non ignoturam, nec veniam daturam, nisi promississem me apud eam comaturum. *Idem.*

Ergo igitur Fotis erat adveniens] Tibi pro igitur Lips. item et D'Orv. Male. Vide ad p. 4. Ed. Pr. Mox *hospitium* pro *ausp.* Pal. Pro *Qua* *quantum* in

Oxon. Et quasi. In Par. Et quæ. Pith. quis se. Desunt a se Guelf. primo. *Oud.*

Consilium velut auspicium petendum] Quemadmodum præsides et magistratus reguntur auspiciis, sine quibus nihil militis domique agebatur. Ita mihi, inquit, consilium erat petendum a Fotide, ut magistratus auspiciis ab auspiciis petere consueverant. Plin. de gallis gallinaceis scribens sic refert: 'Hi magistratus nostros quotidie regunt, domusque ipsi suas claudant aut reserant: hi faeces Romanos impellunt aut retinent: jubent acies aut prohibeant, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices.' *Beroald.* *Ergo igitur Fotis erat adveniens, deque ejus nutu consilium, &c. petendum*] In Plantina Trinummo ille: 'Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium petam.' In Terentii Phormione: 'Frater est expectandus mihi, Is quod mihi dederit hac de re consilium, id sequar.' Et nota heic vocem *nutu*. Læcretius pari argumento: 'Alterius sub nutu degitur ætas.' Servius ad Æn. VIII. ex Augusti Imp. Commentariis: 'Antonium jussisse ut legiones suæ apud Cleopatram excubarent, ejusque nutu ac jussu parerent:' sic in Arriani Epictetæis IV. 13. νουπύριον παίδισκαπλου. *Pric.*

Ungue latius] 'Unguem latum,' ac 'digitum transversum,' proverbialiter usurpamus, ad significandum interval- lum oppido quam pusillam: quanta scilicet est latitudo unguis et digiti transversi. Plaut. in Aulularia: 'Digitum transversum, aut unguem latum excesseris.' Hieronymus et Cicero hac proverbiali locutione decenter utuntur. *Beroald.*

Comiter] Hilarare libenter, ut exponit Varro: adverbium est. 'Comes' (ut inquit Cicero) 'dicimus homines faciles et benignos.' *Idem.*

Amatoria militiæ] Ovid. 'Militis species amor est: discedite segnes:' item: 'Militat omnis amans, et habet

sua castra Cupido.' *Idem. Amatoria militiæ*] Ovid. 'Militat omnis amans.' Horatius: 'Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria.' *Pric.*

Cave regrediare carna maturius] Conjecerat Vir summus Casaubonus *imaturius*: at rectum est *maturius*: nam heic *cave* est *vide*: sic infra: 'Cave diligenter, &c. cadaver probe custodias.' *Idem.*

Vesana factio nobilissimorum juvenum facem publicam infecit] Ad grassationem nocturnam olim adolescentium luxu perditorum hunc locum referendum putem: quæ timebatur de noctu obambulantibus. Quo etiam spectare rear Plautum Amphitryone: 'Qui me alter est audacior homo, aut qui me confidentior, Juventutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?' Nec hinc alienum, quod Socrati accidisse narrat Ælianus Var. Histor. lib. ix. *Νεανίσκοι γοῦν ἀκόλαστοι προμαθόντες ἀπαλόμενοι ἐπαινούμενοι δῶδας ἔχοντες ἡμμένας καὶ Ἐρινύων πρόσωπα. ἔθος δὲ τῶν αὐτοῖς καὶ ἄλλων προσπαλεῖν διὰ τὴν σχολὴν τὴν ἐπὶ τὰ χεῖρα.* Ad hanc insolentiam Atheniensium juvenum etiam pertinere putabam alium Plauti locum Stichio: 'Ge. Ibisne ad cœnam foras? P. Apud fratrem cœno in proxumo. Ge. Certumne est? P. Certum. Ge. Ædepol te hodie lampade percussum velim. P. Non metuo: per hortum transibo, non prodibo in publicum.' Ubi de conjectura scripsi, *lampade percussum*; cum vulgo esset, *lapide perc.* quod ex loco Æliani genuinum fortean videatur. Sed hoc valde arbitrarium. Adolescentens perditus Trinummo: 'Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.' *Roadus. Infectam pass.* Pith. *incessit* conjecerat N. Heins. *Factione* etiam Junt. Edd. et *pace publica infecta pass.* Edd. Vic. Junt. utr. Ald. &c. Sed *pacem publicam infecit et p.* dant quoque Reg. D'Orv. Pal. Guelf. uterque, Oxon.

&c. Num *infestat et?* Sed *infestat* dixit Noster etiam l. i. p. 11. 'latronibus infestari vias.' L. viii. pag. 163. 'lupos rapinis adsueto infestare cunctam illam regionem.' Vell. lib. ii. c. 78. 'Mare latrocinii infestare.' Quare malim, *infestant: passim*, cum Salmasio. Oud. *Vesana factio*] Malorum consensus et conspiratio dicitur factio: alias factio signat opulentiam: ut illud Plauti ex Aulularia: 'istas magnas factiones nihil moror': olim factio honestum erat vocabulum: unde factiones histriorum et quadrigariorum dictæ: modo nomine factionis seditio et arma vocantur, et homines *factiosi* dicti. Sallust. 'Erat Cn. Piso eodem tempore adolescens nobilis summæ audaciæ, egenus, factiosus.' Tertullianus in apologetico: 'At e contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in ordinem bonorum et proborum conspirant.' *Ber. Infecta*] *Lego infecit*: hoc est, polluit, sedavit, perturbavit. *Id. Vesana factio nobilissimorum juvenum pacem publicam infecit*] Tacitus Annal. xiii. 'Quia forte redeuntibus Principis ministris, quidam per juvenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur, immanem metum fecerant.' In l. xxviii. § 3. de pœn. 'Solent quidam, qui vulgo se juvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare.' Justinus lib. xx. 'Trecenti ex juvenibus sodalitiij jure, sacramento' (malim *cecu sacramento*) 'quodam nexi, &c. civitatem in se converterunt.' Et nota 'nobilissimos juvenes.' Seneca Epist. 47. 'Ostendam nobilissimos juvenes pantomimorum mancipia.' At hic *notissimos* malim explicare: sic supra hoc ipso libro 'nobiles adolescentulos.' Attius 'Ego me Argos referam, nam hic sum nobilis.' Onomasticon vetus: 'Nobilis: γένειος.' et 'nobiles' (i. e. *notas*) 'meretrices' olim dictas fuisse docet Servius ad Æneid. vi. sic

infra hic lib. v. 'Ignobilis maritus.' *Pric.*

Trucidatos per medias plateas videbis jacere] Lib. iv. 'Passim per plateas plurima cernerer jacere semivivorum corporum ferina naufragia.' Et viii. 'Denique ob iter illud, &c. jacere semesa hominum corpora.' *Idem.* *Per medias plateas*] Non clam, sed palam et in propatulo, cædes a factione vesana fieri solitas significat. 'Platea' autem media producta enunciat, si Donato credimus, qui enarrans illud Terentianum: 'In hac platea dicunt habitasse Chrysidem:' hoc innuit, cum ait, Græci. 'πλατειῶν' dixerunt, quam nos plateam dicimus: secundum formam ejusmodi *Μήδεαν* et Medeam, *σποδίων* et spondeum scribimus: tamen apud Horat. et Ansonium 'platea' profertur media correpta: sic enim in epistolis Horatii legitur: 'Paræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat.' *Beroald.*

Præsidis auxilia longinqua] Ulpianus l. xiii. ff. de Offic. præsidis: 'Congruit bono et gravi præsidi, curare, ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit. Quod non difficile obtinebit, si sollicitè agit, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirit. Nam et sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere.' *Elmenh.* *Præsidis auxilio*] Congruit bono et gravi præsidi, ut Ulpiani verbis utar, curare ut pacata et quieta provincia sit quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicitè agit, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirit: nam et sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere. Præses provinciæ, ut inquit Paulus, in sua provincia tantum imperium habet, et habet interdum imperium adversus extraneos homines, si qui malum commiserint: nam et in mandatis principum est, ut

curet is qui provinciæ præest, malis hominibus carere provinciam; præsidis autem nomen generale est, quo omnes provincias regentes appellantur. Quod autem dixit Ulpianus, 'plagiarios conquiri a præside debere,' scito nomine 'plagiarium' non tam eum significari qui surripit alienos servos, ut autumat Accursius, quam eum qui liberum hominem asserit in servitutem, quique hominem emit, quem scit liberum esse, et qui hujusmodi hominem sciens vendit, aut pro servo tenet. Dictus 'plagiarium,' quod lege Phania plagis damnatus esset: ipsa vero lex 'plagaria,' crimen 'plagium' vocatur. Martial. decenti metaphora 'plagiarium' appellat furem librorum suorum, qui illos tanquam suos tenet in servitute. Ego opinor potius 'plagiarium' a vocabulo Græco duci: id est, *πλάγῳ*, quod significat obliquum et transversum: et *πλάγιον* dicitur obliquo: nam qui plagiarium est, quasi ex obliquo et transverso in servitutem trahit illum qui liber sit: præterea in 'plagiarium' syllaba prima corripitur, in 'plaga' producit. *Beroald.* *Nec Præsidis auxilia longinqua levare civitatem, &c. possunt*] Judic. xviii. 27. 'Percusserunt eos in ore gladii, urbemque incendio tradiderunt: nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul a Sidone habitarent.' *Pric.*

Fortuna splendor, &c.] Plutarchus: 'Ο πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἔκκεται τοῖς βουλευμένοις βαλάντια τοῖς ἐβέλαις. *Elmenh.*

Contemptus etiam peregrinationis p. adf.] Ut ut clarius parva mutatione legi possit, sicuti si post *pereg.* inseras *vim*, vel et post insidias, ut G. Vossius margini adlevit, nihil omnino contra Mss. et Edd. Vett. innovare placet. 'Contemptus peregrinationis adferre poterit insidias æque ac Fortunæ splendor.' 'Peregrinatio' hic valet 'peregrinitatem,' ut lib. xi. 'Quæ res summum peregrinationi meæ tribuebat solatium,' sive mihi, dum per-

egrius eram. *Oud.* *Contemptum otium peregrinatio poteris afferre*] Apud Heliodorum vii. 20 καὶ ἔδωκε καὶ ἱππους, καὶ ἀποσπόμενας οὐδὲν. *Prie.* *Contemptus peregrinationis*] Peregrinatio dum contemnitur, insidiis magis obnoxii sunt: cum naturaliter civibus nostris magis quam peregrinis faveamus. Cujus rei argumento est exemplum illud Agoracriti et Alcamenis Atheniensis: nam cum duo hi sculptores, in marmore sculpendo clarissimi, Venerum faciescent, vicit Alcamenes non opere, sed Atheniensium suffragiis, qui contra peregrinum suo faverunt: præcipit Plato lib. viii. de *Legibus*, peregrinos post exactos 20. annos, alligatis sarcinulis, ex civitate in qua habitaverint migrare debere. Idem lib. ix. peregrinum ob homicidium majori multa afficiendum esse quam indigenam. Item libro xi. jubet, ut peregrini duntaxat et advenæ camponarias exercitationes faciant. 'Contemptus' ponitur pro contemp-tione. *Beroald.*

PAG. 33 *Nec incomitatus*] Comes fidissimus est gladius, quoque comitatum iturum sese spondet Appuleius. *Idem.*

Gladiolo] Lips. Reg. Fuz. Oxon. Par. Edd. Colv. Vulc. sec. Wow. *gladio*. Male. L. iii. p. 46. 'Gladiolo qui me propter hujusmodi pericula comitabatur.' Glossæ: 'Gladiolus, gladiolum, *ἐπίστιον*:' unde et in plur. *gladiola* dixit Messala apud Quinctil. l. i. Inst. c. 6. Vide Misc. Nov. Lips. vol. ii. s. 3. *Oud.* *Gladiolo*] Quidam ex Veteribus *gladia* neutraliter dixerunt, genere excidentes: ut notat Quint. *Gladiola* dixit Messala. *Gladium*, a clade, C in G commutato, dici autumat M. Varro: quia fit ad hostium cladem. Lacedæmonii primi, auctore Plinio, gladium invenerunt. *Beroald.*

Altrinsæcus] Altiori corporis parte. Adverbium est: vel ab altero latere: sic enim machærophori gladium ad

latum alterum alligatum gestare consueverant. *Idem.* Nam *gladiolo solito cinctus, &c. ipse mea salutis præsidia gestabo*] Polyuces apud Euripid. 'Ἄνθρωπος δὲ χεῖρα τῶν πορρῶν, τὰ πόν' ἑαυτῷ τοῦ ὁπάρου προέσται. Salutis meæ præsidia gestabo (inquit). In l. penult. ff. ad leg. Jul. de vi publ. 'Qui telum salutis suæ tutandæ causa gerunt,' &c. vide quæ notamus ad illa libri iii. 'Gladiolo, qui me propter hujusmodi pericula comitabatur.' *Prie.*

Cana] Ad quam scilicet invitaret me Byrrhena. *Beroald.*

Epulonus] Convivarium. Ab epulis epulones dicti, et pro convictoribus accipiuntur. Antiqui 'epulones' dicebant, quos nunc 'epulones' dicunt, et significabantur hi, qui habebant indicendi epulas Jovi cæterisque Diis potestatem, pontifices veteres: auctor est M. T. in 3. de Oratore, tres viros epulones esse voluerunt, a quibus fieret ludorum epulare sacrificium. Mox numerus epulonum auctus, et pro tribus septem esse cœperunt: de quibus intelligi voluit Lucan. illo versu: 'Septem virque epulis festus, Titique sedales.' Plin. quoque junior scribit, Marium Bethicum fuisse septemvirum epulonum. Sodales autem Titii (ut id quoque transeniter attin-gam) apud Lucanum significantur sacerdotes, dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis observare solent. 'Coëpulonus' Plauto dictus convic-tor, et eisdem epulis vescens: sic enim ait in Persa: 'O mi Jupiter terrestria et coëpulonus compellativus.' Ubi annotandum, quod *copula-tivus*, quam *compellativus*, emendatus quadrat Plantinæ sententiæ. Prius scitissime facetissimeque epulones Deos parasitos Jovis appellaverunt, et ad illius mensam constituerunt. Lex convivalis præcipit, ne in convivio epulones, hoc est, convivæ plures sint quam novem, nec pauciores quam tres: oportet enim numerum convi-

varum a Gratiarum numero incipere, et progredi ad Musarum: id est, precisci a tribus et consistere in novem: nam multos esse, inquit M. Varro, non convenit, quod turba plerumque est turbulenta. Notissimum dictum est de numero convivarum, prout meminit Julius Capitolinus: 'Septemconvivium, novem vero convivium.' Archostratus poeta Græcus: Convivæ, inquit, aut tres aut quatuor, aut non plures quinque sunt, alias mercenariorum et rapto viventium conventus fuerit. Athenæus quoque auctor est, olim non plures quinque in convivium adhiberi solitos. *Idem.*

Apud primalem feminam] 'Feminam primariam' Cicero et Terentius dixerunt: sic Novell. 122. *τοῦς τῆς πόλεως πρίτοις*. Interpres vetus 'primates civitatis' vertit. *Prie.*

Flas ipas] Andreas Schottus Obsev. l. iv. cap. 6. *ΕΙΜΕΝΑ*.

Et opipares sibi] Bene copulam addidit Colv. et seqq. quam agnoscunt etiam D'Orv. Reg. Fux. Palat. Oxon. alii. In Pith. *civitati se op.* Sed male idem Colv. et seqq. e nonnullis Mss. quibus accedunt Flor. sec. Reg. Pal. Guelph. Oxon. D'Orv. pro *citro* reposuerunt *sibi*: quia crediderunt id substantivum necessario requiri ad adjectivum *opipares*. Verum ea vox quoque de magnifico suppellectilis apparatu adhibetur. Plant. Bacch. III. 1.6. 'Instructa domus opipare.' Pers. IV. 4. 1. 'Athenæ tibi vias opiparæ.' Immo Auctori ipsi de aliis rebus, quam *cibis*, adhibetur. Lib. v. pag. 98. 'Opiparis muneribus onustas.' De Deo Socratis p. 699. Ed. Flor. 'opiparam suppellectilem:' et ibid. 'villas opipare exstruunt.' Nondum de *cibis* agit Auctor. II demum sequuntur mox, 'fercula copiosa,' &c. Quare auctoritate codicum, quos laudat Elmenhorstius, et N. Heinsii ad Ovidii l. II. Metam. 737. revocavi τὸ *citro*. Veteres enim *citro* faciebant pretiosæ triclinares lectos mensasque. Adi

quæ laudo ad Lucan. l. IX. 428. 'Et citri contexta comis vivebat et nimbria. In nemas ignotum nostræ venere secures, Extremoque opulas mensasque petimus ab orbe:' uti et ad l. X. 144. 'Dentibus hic niveis secotos Atlantide silva Inposuere orbes.' Quo loco frustra contra Mss. O. Markl. ad Statii l. II. Silv. 214. reponi volebat *casos*. At Poëta apud Diomed. pag. 508. Ed. Put. 'Virenti secta pinus in Crago.' Sil. lib. VI. 353. 'Aut silvis stringunt remos, aut abiete secta Transtra novant.' Adi et Heins. ad lib. I. 358. Sed hæc ἐν παρόδῳ. Vides ibi juncta citrum et ebur, uti hic. Et sic apud Nostrum l. v. init. 'laquearia citro et ebore cavata.' Ac frequentissime junguntur, ut Plin. l. v. c. 1. 'Cum ebori citroque silvæ exquirantur.' Ælian. l. II. An. cap. 11. *Τρανίζας θύου καὶ ἐλέφαντος*. Johann. in Apocal. c. 18. 12. *κύλα θύιν καὶ σκευὴ ἐλεφάντινα*. Adde omnino Suidam in v. *Θέον*. Ad hæc rectius forsitan legas adverbialiter *opipare nitentes*. Nam alibi Auctor cum ceteris scriptoribus adjectivum extulit *opiparus*. Sed et tertia declinatione l. I. pag. 18. 'Piscatum opiparem expositum video.' Dubium est l. VI. p. 122. 'Prandium opipare suadeat sumere.' *Oud.* *Opipares lecti*] Dicimus 'opiparos' et 'opiparos,' ut 'exanimes' et 'exanimos,' ut 'inermes' et 'inermos,' in secundo et tertio ordine. 'Opiparus' autem Antiqui dicebant magnarum opum apparatus, ut 'opiparum convivium:' a Plauto in Persa, 'opiparæ Athenæ' dictæ, pro opulentæ et magnificæ: a quo 'opipare,' abundanter, copiose: hic 'lecti opipares' significantur mensæ magnificæ ac pretiosæ, utpote et citro et ebore confectæ: nam, ut inquit Plin. mensis citreis nihil erat pretiosius. Olim Cethegus mensam citream permutaverat fundi taxatione. Rotundæ erant et orbiculatæ. Mensis citreis præcipua

dos in venam crispis : tigrinæ et pantherinæ vocabantur : mulsi color in his maxime probabatur : de quibus Lucanus, Mart. Juvenalis, Seneca, scriptores omnes. Harum mensarum pedes ex ebore fiebant : ob id dixit Plinius : 'Eodem ebore numinum ora spectari, et mensarum pedes.' Juven. 'latos nisi sustinet orbes Grande ebur.' Epigrammaticus poeta : 'Tu Libycos Indis suspensis dentibus orbes.' Beroald.

Ebore nitentes lecti] Ex quo fiebant tam cubiculares quam tricliniæ. Plantus Stichus : 'Di. Lectos ebortos. Gz. Accubabo regie.' Varro Quinquatribus : 'Cum in ebortato lecto, ac purpurei operis thoro cubare videas ægrotum.' Propertius : 'Nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno.' Basilus Magnus oratione ad divites : 'Ἐλεφαντινοὶ σιβάδες καὶ ἑλεφαντινοὶ δίφροι.' Plato poeta apud Athenæum lib. II. Εἴτ' ἐν κλίμας ἑλεφαντόποσι καὶ στρώμασι πορφύρεβάτοις, καὶ φοινίκαις καρδιανικαῖσι κοσμησάμενοι κατέκεινται. Apud Catullum Epithalamio Julię et Manlii : 'O cubile, quod o nimis Candido pede lectuli.' Candido pede lectuli, τῆς κλίμας ἑλεφαντόποδος ad verbum interpretari non absurde fortassean possimus. Quamvis aliter explicare virum maximum sciam. Vel etiam ad argenteum lectum referri potest. Lectorum argenteorum mentio apud Papiianum lib. IX. de snpel. leg. Colo. In Florida : 'ebore candicat : et in libro de mundo : 'Eboris more fulgere.' Vide Colvium. Elmenh. *A. vestibus intexti*] Deceptus Heinaius Editionibus Elmenhorstii et Pricæi, *intexti* ex Mss. Bertin. (sic enim in nota Elmenh. legi debet) et Oxon. conjiciebat ad dictum Ovidii locum, *vestibus intexti*. Mss. et Edd. reliqui, ut debent, habent *intecti* : quod nequaquam mutandum erat in *injecti*. Passim Auctor utitur compositis cum præpos. in ; licet significationem ni-

hilea variet : ut sæpe docti monuerunt viri : et inprimis amat hic participium *intectus* pro tecto : quod hic illic in *injectus* depravare nituntur editores : ut pag. 89. 'Inteis amplexus intectum.' Lib. XI. pag. 245. 'Candido linteamine cinctum pectoralem ad usque vestigia strictim intecti.' Sic enim legendum videbimus. p. 259. 'De sacratis quemdam linteis intectum.' Et hæc depravarant locum. Nec tantum Noster, sed et optimi quique ita loquuntur. Adi me ad Cæs. lib. III. B. Civ. c. 19. 'Intectus armis.' Drakenb. qui et de hoc loco agit, ad Liv. lib. VII. c. 23. 'Vallo integri Romanos.' Nec tamen omnino ubique damno id *injectus*. 'Vestis injicitur,' vel 'homo injicitur vestem' sive 'veste,' quando temere vel dissoluto, non cum cura nec strictim, ea superponitur. Vide ad Ovid. lib. I. Am. 4. 48. 'Veste sub injecta.' Hinc ita cum Mss. legendum lib. VIII. p. 173. 'Mitellis et crocotis et carbasinis et bombycinis injecti. Quidam tunicas cingulo subligati.' Lib. IX. p. 185. 'Centunculo magis inumbrati quam obiecti, nonnulli exiguo tegillo pubem injecti.' p. 190. 'Raptim tunicam injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis, sive nudis.' Oud. *Ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti*] Philo in de Vita contemplat. Τρίκλινος καὶ περίκλινος χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατασκευασμένα, καὶ τιμαλφεστέρας ἑλης, ὧν τὰ πλείστα λιθοκόλληται στρωμνῶν ἀλουργαῖς ἐνυφασμένου χρυσοῦ, καὶ ἀποβαφαῖς ἑταρὶ παντοίων χρωμάτων. Pric.

Gratia, sed pretiositatis unius] At qui *gratia* significat formam et pulchritudinem ac speciositatem. Sic Virg. Æn. VI. 653. 'Quæ gratia currum Armorumque fuit.' Vide ad p. 26. Ed. Pric. 'gratiam suam probatæ : qua pagina sæpius *gratia* eo sensu occurrit. Adscripsit et Burmann. Vegetium de Re Veterin. lib.

11. c. 5. et 15. Nec ait Auctor materiam fuisse 'pretiositatis unius,' sed calices, in quibus, quod pretii deerat materia, compensabat ars, et materiam superans opus varis speciebus. Nihil igitur movandum reor, licet *speciositatis* etiam sit in Par. Ma. Est ea glossa vocis *gratia*. Ateius Capito apud Macrobius lib. vii. Sat. c. 18. 'Cui commendaretur annuli pretiositas.' Oud. *Ampli calices, variis quidem gratia, sed pretiositatis unius*] Nemo quod sciam de lectione ista dubitavit unquam: ego suspectam habeo eam, legendumque *gaza* crediderim. In de Deo Socratis: 'Si ex argento et auro et gemmis monilia variaz *gaza* dependent: quem locum etiam inclementer tractabant Viri docti illi qui *variegata monilia* scribere adoriebantur. *Pric. Pretiositatis unius*] Oxon. *Speciositatis*: quod si scribamus *gaza*, bonum sensum efficiet: nimirum variaz aestimationis eas, ejusdem elegantiae fuisse. *Idem*.

Fabre sigillatum] In solis Edd. Colim. et Bas. est *affabre*. Mss. et Edd. al. *fabre*: vere, ut pag. 23. 'avæ faberrime politum.' Lib. iv. p. 85. 'simulacrum fabre politum.' Mela lib. ii. c. 1. 'Capita ubi fabre expolivere.' Sil. lib. xiv. 320. 'Trabs fabre teres.' Oud. *Hic vitrum fabre sigillatum*] Vitrum aliud statim figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo celatur. Sidon officinis quondam vitreariis nobilis: usus vitri ad potandum argenti metalla et auri pepulit. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, ut flexibile esset, et totam officinam ejus artificis abolitam, ne aeris, argenti, auri, metallis pretia detrabereantur: auctor Plin. lib. xxxvi. Græci 'hyalon' vitrum vocant: unde 'Hyalinus color,' vitreus. Virg. 'Carpebant hyali saturo fucata colore.' Gallenus imperator aspernatus est calices vitreos, dicens: 'Nil vitro communius.' *Fabre*, eleganter et ad amussim cæla-

tum. *Beroald.*

Crystallum impactum] Ridelice Roaldus impactum probat, explicatque crystallum 'parietibus pro speculo adfixum': cum Auctor discrete de poculis agat. Beroaldus vulgarem lectionem *impictum* sequens vel cepit pro *pictum*, ut Floridus quoque *impunctum* post Colvium circumscripsit in interpretatione, 'distinctum variis punctis,' vel exponunt non *pictum*, vel non *punctum*, sincerum, purum, et nullis asperum vel variegatum punctis. Corte *impunctum* esse legendum arguant Mss. Flor. Palat. D'Orv. Oxon. Reg. Par. et Ed. Junt. post. atque ultimam explicationem unice veram esse docet magnus Salmasius ad Solin. pag. 26. (p. 244.) 'Crystallum purissimum captant.' Hoc vocant *ἀκέρειρος*, id est, *impunctum*, non *ἀολιδειρος*, uti hic quoque exposuit Beroaldus. Vide ad Plin. lib. xxxvii. c. 10. 'Hoc' (vitium in crystallo) 'artifices celatura oculant. Quæ vero sine vitio sunt, puras esse malunt, acenteta adpellantes.' Nec enim placet conjectura Heinssii *cryst. limpidum*; quia Propertio lib. iv. 3. 53. dicitur 'crystallos aquosa:' ubi agitur de pila crystallina, quam frigoris faciendi causa mulieres manu tenebant. De 'crystallo' et 'gemmis,' quæ sequuntur, pro poculis ex ea materia factis optime Lucan. lib. x. 160. 'Niliacas crystallos' (sic Mss.) 'aquas, gemmæque capaces Excepere merum:' et ex eo Sidon. Apollin. lib. ii. Ep. 18. 'Spamarent Falerno gemmæ capaces, inque crystallis calerent unguenta glacialibus:' ubi vide Savar. et Sen. lib. vii. de Benef. c. 9. et sæpe. Oud. *Crystallum impictum*] Crystallum glaciem esse certum est: unde et nomen Græci dederunt: *κρύσταλλος* enim Græce glacies, *κρύσταλλος* glacialis: hinc illud in obscæno carmine: 'Rigetque dura barba vincita crystallo:' auctor est Xenocrates,

vas amphorale ex crystallo visum. Poculis crystallinis maxima auctoritas. Nero, amissarum rerum nuncio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit liliis. Mater familias olim mercata est trullam crystallinam sestertiis centum quinquaginta milibus. 'Impictum' autem 'crystallum' appellat, vel quasi non pictum, et sincerum, quale dicitur asyntheton, vel quia pingi solitum est, quod et Plin. refert, scribens ex crystallo tingi smaragdos, aliasque translucens gemmas. In frigido potu maxime crystallina commendantur, cum materia illa sit caloris impatiens. *Bersoid.*

Argentum alibi clarum] Argentea suppellex, et argentea vasa in apparatu mensarum regiarum usurpantur, utpote pretiosissimus. Lance ex centenis libris argenti super quingentas numero Romæ fuisse constat. Cornelius Nepos tradit, triclinia Romæ argentea fuisse: repositoriis argentum addi sua memoria cæptum, Fenestella dicit. Lectos operuisse argento totos primus traditur Carbilus Pollio, eques Romanus: qui aureos fecit. Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur. 'Anaglypha' vocant, quæ in asperitatem excisa sunt: ut Plin. ostendit in xxxiii. de quibus epigrammatista: 'Et mensis anaglypta de paterna.' Dixit Maro: 'cymbiaque ex auro perfecta atque aspera signis.' Interpretatur Servius anaglypha significari. In argento autem clariorem colorem esse quam in auro, magisque dei similem, tradit idem Plin. Ideoque militaribus signis familiariorem, quoniam is longius fulget. Græci ἀργυρον argentum vocant, unde argyræides a clypeis argentatis dicti milites Alexandri: et Apollo 'argyrotoxos' apud Homerum cognominatus, ab arcu argenteo: et gemma 'argyrodemas,' quam et 'androdamanta' vocant, quoniam impetus ho-

minum et iracundias domat. *Idem.*

Aurum fulgurans] Querit Plin. cur aurum prælatum sit cæteris metallis: quia, inquit, rerum uni nihil igne deperit: quinimo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem: aurique experimento ignis est. Idque ipsum obryzum vocant, quasi sincerum, quod valde pretiosum est: idque ecclesiastici scriptores *ophir* appellant, ut docet Fortunatus. Altera causa pretii major in auro est, quod minimum usus deterit super cætera; non rubigo ulla est, non ærugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuatque pondus. Messala orator prodidit, Antonium triumvirum aureis usum vasis in omnibus obsecris desideris. Ptolemæus olim mille convivas totidem aureis poculis saginasse fertur, immutans vasa cum ferculis. *Idem.* *Argentum alibi clarum, et aurum fulgurans*] 'Collucens pocula mensæ, Tota domus gaudet regali splendida gaza.' Phædrus: 'Spledebat hilare poculis convivium; Magno apparatu læta ressonabat domus. *Pric.*

Cavaturn in capides, ut bibas] Sine ullo sensu olim ediderunt, quod et Pithæanus servat, et lapides, Vicent. et Junt. pr. et lapidem, Ald. rectius, in lapidem, Florent. *cavaturn lapides*: ut satis pateat excidisse in; quomodo exhibent etiam Reg. Oxon. Bert. Palat. pluresque. Sed verissima videtur scriptura in *capides*: uti Nero 'capidem unam murrinam trecentis talentis paravit,' teste Plinio lib. xxxvii. c. 2. Nam de gemmis et lapidibus pretiosis sequitur mox. Intelligit ergo capidem dedolatum succino, ut lib. vi. p. 118. 'crystallo dedolatum vasculum.' Nec moveat te Roaldi animadversio, non esse verisimile dicentis succinum reperiri tanta magnitudine et crassitudine, ut inde pocula fieri possent. Respondet enim verbis Appuleii: 'Mire, et quidquid fieri non potest, ibi est.'

Quin immo Plinius ibidem testatur, de poculis agens: 'Proximum locum in deliciis, NB. seminarum tamen adhuc tantum, succina obtinere, eandemque omnia hæc, quam gemmæ, auctoritatem, sane majorem aliquibus de causis crystallina et myrrhina.' Sed et 'pateram electrinam' memorat Trebell. Pollio in xxx. Tyr. c. 13. ne de 'vasis electrinis,' quæ mixta erant materia, dicam. Adi Brisson. de Verb. signif. At statnam ex electro seu succino 'in Padi arenis invento fœcernat Augusto: si fides est Pansanæ in Eliac. l. v. c. 12. Oud. *Succinum mire cavatum*] Prisci crediderunt, succum arboris succinum esse: et nomen argumento est, ut auctor est Plinius: a Germania appellatur *glessum*, et ob id insularum una in septentrionali Oceano 'Glesaria' nominata. Liquidum primo distillare, indicio sunt quædam intus translucencia: ut formicæ, culices, lacertæ. Candidum odoris præstantissimi, fulvo major auctoritas: summa laus Phalerio, ita a vini colore dicto. Attritu digitorum accepta vi caloris, attrahit in se paleas et folia arida, ut magnes lapis ferrum: unde herpaga a rapiendo vocitarunt. Taxatio succini in deliciis maxima est, in tantum ut hominis quamvis parva ex succino effigies vivorum hominum vigintiunusque pretia superet. Domitius Nero princeps capillos uxoris suæ Poppææ succinos appellabat. Alio nomine 'electrum' appellant a sole, ex fabula vulgarissima; vocant et electrum metallum ex auri argenticque mixtura, cui auctoritas fuit apud priscos, Homero teste, qui Medæi regiam electrum fulgere tradit. Helena in templo Minervæ sacravit calicem ex electro, mammæ suæ mensura. Jurisconsultus: 'Si quis,' inquit, 'electrum ex alieno auro argenteoque miscuerit.' Julius Capitolinus auctor est, Corn. Macrum pateram electrinam habuisse, quæ per

convivas circumferretur: in cujus meditullio effigies Alexandri expressa visebatur: quod idcirco posui, quia dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento. *Caratum. Scilicet in pocula electrina. Beroald. Et lapides*] Significat vel lapides preciosos in convivio Byrrhenæ fuisse excavatos ad pocula, vel calices potorios lapidibus et gemmis ornatos: de quibus Martialis: 'Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit isto calix;' et Satyroglyphus: 'Nam Viro, ut multi, gemmas ad pocula transfert A digitis.' Plin. quoque inquit: 'Turba gemmarum potamus, et smaragdus teximtis calices.' Quod autem ex lapidibus pocula figurarentur, docet idem Plinius, qui tradit visa potoria ex onochyte lapide, et ex murrha escaria facta. Aliorum quoque lapidum commemorat rex, quibus pocula fierent. Quin etiam M. T. in Verriinis autumat, trullam ex una gemma excavatam fuisse. *Idem.*

Diribitores] Servorum erat in conviviis scindere et dividere partes epulorum in convivas, quos *Diribitores* Noster vocat. Lucianus Epistolis Saturnalitiis: *Καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄνων, καὶ τὸν οἰκίτην περιμένειν ἐστῶτα, ἐστ' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἐσθίειν. ἐφ' ἡμῶς δὲ ἐλθόντα ἐπὶ παρασκευαζομένων ὡς ἐπιβόλοισιν τὴν χεῖρα, παραμβέσθαι δαίξαντα μόνον τὴν λοιπὰν, ἢ ὅσον ἐστὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ λοιπόν. μὴδὲ ἐσκομισθέντας οὐδὲ διανέμοντα τῷ μὲν δεσπότῃ παρατίθεναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὅσα φέρειν ἔγκοκαλυμμένα.* Gæphrice Seneca Epistola quadragesima septima: 'Cum ad cœnandum discebimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aves scindit, pectus et clunes certis ductibus, circumferens manum eruditam, in frusta excutit. Infelix qui huic rei uni vivit, ut altitia decenter

seceat! nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit.' Et hæc ad ea addi possunt, quæ super his Iulius Lipsius noster in literatissimis Saturnalibus suis. *Colo. Flor. dirivtores. Elmenh. Sic et Palat. Pith. Guelf. D'Orvill. et Edd. omnes ante Colvium, ex solita confusione τὰν b et v. Inde male dirivtores Lips. durivtores Par. dirivtores Fux. Oud. Dirivtores plusculi*] Antiqui diribitorum appellatione intelligi voluerant ministros distributoresque: qua dictione, præter Appuleium, usi sunt Ammianus Marcellinus et Cicero. In antiquissimo Latino lexico scriptum legitur: 'diribitoriuñ,' a 'diribendo,' hoc est, distribuendo nominatum fuisse locum, in quo stipendia militibus numerarentur. Fortassis hinc vocabulum 'diribitoria,' super qua dictione non pauca annotavimus in v. Suetonii commentario, sic scribentis: 'Cum Æmiliana pertinacius arderet, in diribitorio duabus noctibus mansit.' *Beroald.*

Fercula copiosa, puella scitule ministrantes] Primo recte *puella* vocem inseruere Colvius et seqq. suffragantibus etiam Mss. Flor. et Regio. Passim in splendidis conviviis æque famulæ occurrant ac famuli. Vide Priæm, et quos laudant ad Sueton. Tib. c. 42. 'Utque nudis puellis ministrantibus cænaretur.' Sed causa non est, cur præpositionem demamus *sub*, quam D'Orvill. Fux. Bert. Pith. Oxon. Guelf. et Florent. servant. Licet enim creberrime hæc in re adhibeatur simplex *ministrare*, Auctor tamen, qui plurimus est in hoc composito, ut docere potest Index, etiam hic illud videtur prætelisse. Nam et sic lib. de Habit. Doctr. Plat. p. 586. Ed. Flor. 'Membra ancillari et subservire capiti, cibos et alia subministrare.' L. v. Met. p. 90. Ed. Pric. 'Vini nectarei, eduliorumque variorum fercula copiosa, nullo serviente,

subministrantur: unde concludas, etiam hic ut statim de pueris iungenda esse per accusativum, 'fercula copiosa puellæ scitule subministrantes,' vel, ut Lindenbrogius enotavit e Florent. *subministrare*, uti statim eadem membræ cum Bertin. et Edd. ante Colv. exhibent *offerre*, per modi enallagæ, itidem Nostro crebram. Vide p. 38. 39. 40. 43. 49. 70. 138. et 157. Neque aliter marginali adlevit Salmasius. Hinc et ratio adparet, cur alii legerint *ministrata*, alii *ministrantes*, infinitivi vim non capientes. In Pithæano est *subministrare* et *offerre*, in Ed. Vicent. *scitule*. Quare et conjicias, *scitule subministrare, et frequentes offerre*: seu in subministrando et offerendo. *Oud. Scitule*] Decenter et pulchre: in convivio enim hoc maxime spectatur, ut fercula non tam sint copiosa, quam eleganter et nitide mensis importata, illataque: ubi structores ex arte structiora decenter secent altitia et pisces. 'Scitus,' elegans: et pulchre apud priscos dicitur diminutive 'scitulus:' apud Plant. in Rudente: 'Sunt facie scitula.' *Inde adverbial, 'Scite' et 'scitule.'* *Beroald. Puella scitule ministrantes*] Gellius ii. 23. 'Non inuito puellam ministerio.' Josephus Antiquit. viii. 2. de convivalibus Solomonis ministris: 'Ἡ τε τῶν βασιλευμένων ἐσθῆς, καὶ τὸ μετ' ἐπιστήμης αὐτῶν περὶ τὴν διακονίαν εὐκαρπεία. *Prie. Puella scitule ministrantes*] Pherecrates Comicus: Κόραι δ' ἐν ἀμπεχόνασι τρυγλέφους ἡβυλλῶσαι, καὶ τὰ βόβα κεκαρμένα, Πάφροις κύλικας οἶνου μέλανος ἑυθερίου Ἥντλον διὰ χρόνης τοῖσι βουλομένοις πινῶν. *Idem.*

Pueri calamistrati] Seneca Epistola XLVII. 'Allus vini minister in mollebrem modum ornatus cum ætate iucatur. Effugit pueritia, sed retrahitur. Jamque militaris habitus glaber destriectis pills, aut penitus evulsis, tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit.'

Juvenalis Satyra xi. 'Idem habitus cunctis, tonsi, rectique capilli, Atque hodie tantum propter convivia pexi.' Lucianus: Παιῖδες δὲ πάντων τοὺς ἑσπέρους καὶ κομήτας, οὓς ῥαυτίνθους ἢ Ἀχιλλέας ἢ Ναρκίσσους ὀνομαῖζονσι, μεταρὶδ ὄντορας σφίσι τὸ ἔκτομα, φαλακροὺς γέγενεσθαι, ἐπιρρεσούσης τῆς κόμης. D. Ambrosius de Cain et Abel: 'Saltatrices tonæ, et crispantes pueri comam, epulantium cruditas.' Idem Epist. lib. iv. ad Irenæum: 'Quid de aliis dicimus, qui hoc ad luxuriam derivandum putant, ut calamistratos et torquatos habeant in ministerio? ipsi promissa barba, illos remissa coma.' Hæc de pueris comatis et calamistratis ministrantibus in convivio. Multa possent addi, quemadmodum Veteres ornare et colere soliti famulos suos. Sed scripsit, ni fallor, in hanc rem multa Lipsius doctissimis suis Commentariis ad Tacitum. *Colo.* Maxima cura pueros crispis capillis insignitos conquirebant, et epulis ministros adhibebant Veteres, ut observat Wowerius ad Petronium p. 114. et 473. *Elmenh.* Cui non dictus Hylas? *Ovid.* *Pueri calamistrati pulchre indusiati*] Philo ubi supra: χιτῶνας ἀραχτοῦφεις ἐκλείκους ἐπαραξωσάμενοι. Apud Ciceronem II. de Finibus: 'Adsint etiam formosi pueri qui ministrent, resplendat his vestitia.' Clemens Alexandr. *Ὁνομαζόντες τε ἱμάς ἀραχτοῦφας παρ' αὐτοῖς, καὶ μισρακίων ἑσπέρων δὲ γέλας, &c. Pric.* *Pueri calamistrati*] 'Calamistrum' est acus major, quæ calefacta torquet capillos: unde 'calamistratus puer,' pro crispalo cirratoque: et 'calamistrata coma,' quam M. T. probro dat Gabinio. Delicatorum enim est, et mollium, capillos inurere calamistro. Tales, ut inquit verissime Seneca, suam mallent rempublicam turbari, quam comam. M. Varro refert, calamistrum parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornat: qui calamistrum ministrabat a cinere,

'cinerarius' et 'ciniflo' est appellatus. Ciniflonum meminit Horatius: apud Plautum probro convicio dictum est, 'Cinæde calamistrate.' hinc ministri significantur, crispa coma et annulatis calamistro capillis conspicui: quales in conviviis regum esse decet. Papinius, celebrans Domitiani Saturnalia, ita laudat ministerium: 'Idæos totidem putes ministros.' *Beroald.*

Pulchre inclusati] Hoc est, eleganter vestiti. Legere malo *Indusiati*: est autem inclusium, vel potius Indusium, vestimentum corpori adhærens, quasi intusum, Plautus in Epidico: 'Intusiatam, patigiatam, caltulam, aut croculam:' quo versu significatur vestis indusium et patigium, de quo supra diximus. 'Caltulæ' vero nomine, et 'croculæ,' demonstratur vestis coloris caltæ et croci, ab herba calta, cujus color luteus est, 'caltula' dicta, de qua Virg. 'Mollia luteola pingit vaccinia calta.' Hinc ab eodem Plauto in Aulularia dicti 'indusiarii' et 'caltuarii patigiaril,' pro confectoribus horum vestimentorum: quamvis in Plantinis codicibus non 'caltuarii' scriptum sit, sed *cerinari*: quasi a colore cere nominati. M. Varro *intusium* dicere maluit, quam *indusium*: qui de indu tu sive amictu scribens, sic inquit: 'Unum quod foris ac palam, pala: alterum, quod intus, a quo intusium.' *Idem.*

Gemmas formatas in pocula] Non intelligit, quæ 'pocula gemmata' Juvenalis vocat, et *λιθοκόλλητα ποτήρια* Theophrastus in Characteribus, (de quibus etiam videndus ad Sat. v. Juvenalis vetus Scholiastes,) sed 'pocula ex gemmis integris constantia.' Plinius Procemio I. xxxiii. 'Gemma rum turba potamus.' Pacatus in Pannegyrice: 'Nisi ætivam in gemmis capacibus glaciem Falerna fregissent.' Virgilius II. Georg. 'Ut gemma bibat:' ubi Servius: 'Gemmeo,

non gemmato poculo.' Statius in Sylvio: 'Hic pocula magno Prima Duci, myrrhasque graves, crystallaque portat.' *Prie.*

Vini vetusti] Delenda hæc suspicatus est Cl. Wasse, forsitan quia gemmæ non possunt dici formatæ in pocula vini vetusti, sed cujusvis certe liquoris. At construendum est 'gemmas, vini vetusti' sc. plenas, solita locutione, 'formatas in pocula.' In D'Orvill. *frequenti.* Ond.

Frequenter offerentes] Georg. iv. 'Et plena reponunt Pocula:' ubi Servius: 'Iterant, sæpe offerunt.' *Prie.* *Offerre*] Pro offerebant. Infinitivus pro indicativo, quo historici et poëtæ utuntur. *Bersald.*

Epularis sermo] Ex præscripto legis convivialis oportet convivas nec loquacesse, nec mutos: quia eloquentia in foro, silentium vero in cubiculo esse debet. *Sermo* autem *epularis* hic est, qui inter epulas seritur: et debet esse jucundus atque invitabilis, et cum quadam illecebra et voluptate utilis. Dum vescimur, tunc tacendum est: ob hoc dixit Gellius: 'Interea puer venerat, et olla deferbuerat, tempusque esse cœperat edendi et tacendi.' *Idem.* *Illatis luminibus epularis sermo*, &c.] Tacitus Histor. iii. de Vitellio: 'Turrim vicino' (i. e. iu vicino) 'sitam collucere per noctem crebris luminibus animadvertit: aciscitanti causam, apud Cecinam Tuscum epulari multos, &c. nunciatur.' Lucretius: 'Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur:' adde jam statim producendum e Luciano locum. *Prie.*

Joci liberales] Non dicteria omnia et scommata accommodata sunt conviviali hilaritati, sed joci minus asperi, et dentatæ beluæ morsus in convivio dici et debent et solent. Apud Græcos lædoria et scommata nominantur joci mordaciores, et urbanitas amarulenta. 'Sapiens,' ut inquit Macrobius, 'inter mensas et pocula præcipue ex-

ercet id scommatis genus, hoc est, morsum figurarum, quod urbanitate tegitur, nec semper ad amaritudinem pergit. Veteres nostri jocos dicteria dicebant' Plantus comicus et Tul. orator jocosum venustate cæteris præstitisse memorantur. Tyro Tullius Ciceronis libertus libros tres de patroni joci composuit. Jocum id accipimus, ut docet Quintilianus in vi. quod est contrarium serio. M. Tul. in primo de Officiis: 'Duplex,' inquit, 'est jocandi genus: nunc il-liberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum.' Illiberali joco abstinere, ingenuo uti debemus. Tunc autem joco uti licet, cum seriis rebus satis fecerimus. *Bersald.*

Cavillus hinc inde] Ex omni parte convivii cavillationes resonabant: est enim *cavillus*, sive *cavillatio*, irrisio et jocosa calumniatio: ut supra diximus.

Idem. Jam, &c. *epularis sermo percrebuit: jam risus affluens, et joci liberales, et carillus*] Lib. i. 'Jam adlubentia proclivis est sermonis et joci: et actum est cavillum.' Plutarchus in Convivio: Οὐκ ὡς ἀγγεῖον ἦκει κομίζων ἑαυτὸν ἐμπλήσας πρὸς τὸ δεῖννον ὁ τοῦν ἔχων, ἀλλὰ καὶ σπουδᾶσαι τι, καὶ ταῖσαι, καὶ ἀκοῦσαι, καὶ εἰπεῖν ὃ ὁ καιρὸς παρακαλεῖ τοῦτο συνόντας, εἰ μέλλουσι μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσσεσθαι. Lucianus Prometheo: "Ἦν ἀφ' οὗ τις τῶν συμπόσιων τὰς κόμψεις, σκώμματα, καὶ τὸ συλλαβεῖν, καὶ ἐπιγελᾶν, τὸ καταλείπεμεν ἐστὶ μέθη, καὶ κόρος, καὶ σωπή, σκιθρωτὰ καὶ ἀτερπῆ πρόγματα. *Idem* in Lapith. "Ἦδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβέτο ἡ κίλις: καὶ φιλοτησία, καὶ οὐμιλία, καὶ φῶτα εἰσεκεκόμωτο. Eupapius in Promesio: Χαρμοῇ ἦν περὶ τῆς οἰκίας καὶ οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἐχλεύαζον. 'Joci liberales' heic, ut apud Plinium in Panægyrico: 'Neque enim obscœna petulantia mensis Principis inerrant, sed benigna invitatio, et liberales joci.' Macrobius Saturn. ii. de Augusto: 'Affectavit jo-

cos, salvo tamen majestatis pudorisque respectu: nec ut caderet in scurræ: quod *ἔνεν βαμολοχίας οὐκ ἔπτεω* Porphyrius IV. *περὶ ἀποχῆς* vocat. *Pric.*

Quam commode versaris in nostra patria] Terent. III. 5. Andr. 'Quid vos? quo pacto hic? satin' recte?' nbi Donatus: 'Significatio est peregrinantia.' Casaubon. heic: *Comment vous trouvez vous en nostre pais?* Id.

Quod sciam, &c.] Id est, certe, aut, ni fallor. Lib. v. 'Quod sciam, fidei atque pariloquii mei documenta perpendisti.' VI. 'Quod sciam, soles periclitantibus ultro subvenire:' et IX. 'Non enim ovum quod scimus, illud, &c. sed pinnis et unguibus partum perfectum edidit.' Quintilianus IX. Declam. 'Quod scio, victis etiam gladiatores parcent.' Hieronymus in Epistolis: 'Si frigus fuerit, &c. ligna non coëmam, et calidius vigilabo, vel dormiam: certe, quod sciam, vilius non algebo.' Et sæpius Tertullianus. Locutio Plautina est: 'Menechme vigila. Vigilo hercle quod sciam.' Ibidem: 'Est tibi Menechmo nomen tamen quod sciam.' Id.

Templis et lavacris] Consimiliter Sidorius Apollinaris Narbonæ Galliæ civitatem a delubrorum et thermarum magnificentia commendat. *Beroald.*

Utensilibus præterea poll. affatim] *Utensilium*, quod erat in Edd. Colviana prioribus, firmant quoque Cod. Paræi, et margo Guelferb. sec. ab eadem manu; sicuti passim scriptores optimi *adfatim* cum genitivo construnt. Sed *utensilibus*, ut a verbo pendeat, præbent etiam D'Orvill. Reg. Palat. Guelferb. Quomodo in Nostro variari vidimus ad lib. I. pag. 18. 'Cenæ adfatim piscatum prospexeramus:' ubi plura dixi. De *utensilibus* seu *utilibus*, uti dicta quoque docent *Pricæus* aliique, sive rebus victui necessariis, adi ad Liv. lib. III. c. 42. 'Exutusque omnibus utensilibus miles.' In Oxon. et Par.

est perinde pro præterea, non male. *Oud. Pollemus affatim*] Copia utensilium abundamus. *Affatim* adverbium est, quod admodum, abundanter, et copiose significat, ut Grammatici autumant: cujus dictionis syllaba prima acnuit, et ita Probus Grammaticus et Veteres pronuntiabant: et testis est Gel. Coniungitur fere semper cum genitivo: ut 'affatim lignorum,' 'affatim copiarum,' 'affatim pecuniarum:' est apud eruditos frequentissimum, et nos in superioribus annotavimus. *Beroald. Utensilia præterea pollemus affatim*] 'Utensilia' (quæ cujusmodi sunt enarravit nemo) sunt copiæ, *provisions de bouche*. Tacitus (qui Nostro quasi promptuarium) Annal. II. 'Quasque copias frumenti, et omnium utensilium quæque natio penderet.' Et Annal. xv. 'Subvectaque utensilia ab Hostia, et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum,' &c. In lib. XII. § 28. ff. de Instrum. leg. 'Vina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsis causa, continentur: et si quid aliud utensilium.' Seneca Epist. XXXVII. 'M. Cato Censorius cantherio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.' Quo loco otiose Elmenhorstius *utilia* reponerat. In Glossis Isidori dictis: 'Utensilia, viatici sumptus.' Imo vox utraque in usu, vox utraque res eadem designat. Sic in vet. Onomast. 'Utensilia, utilis, *χρησίδης*.' Ammianus XIV. 'Ne cedentium quidem ulli parcendo, obtruncatis omnibus, merces opimas vel utiles, &c. avertabant.' Idem lib. XXV. 'Absumptis omnibus quæ mandî poterant, utilibus, &c. furebat inedia iraque periclitus miles.' Et lib. XXXI. 'Hac spe nimirum, ut, &c. multitudo hostium, &c. periret inedia, cunctis ad vivendum utilibus in validas civitates comportatis.' Aurelius Victor de Actuariis in Vita Galieni: 'Genus homi-

num nequam, venale, callidum, &c. annorum dominans: eoque utilia emrautibus, et fortunis aratorum infestum.' *Pric.*

Certe libertas otioso, et negotioso, &c.] Nihil est *libertas otiosa, et negotiosa Romana frequentia*. At male vitium latere credidit doctiss. et celeb. Bayerus in voce *Romana*, pro ea in Epist. ad La Croze t. i. p. 25. legens *Romano*. Veram correctionem viderunt jam olim Beroaldus ac Bacichemus Ep. LXIII. 'libertas otioso, et negotioso quidem advenæ Rom. frequentia, modesto vero hospiti quies villatica:' quo faciunt non solum Codd. Florent. et Ed. Junt. post. sed et Regius, Fux, *negociacio*. Libertas hic est plane otioso advenæ; ut præterea ei, qui negotia vult gerere, hic tanta est hominum frequentia, quasi Romæ esset. Præterea non otioso solum, sed *modesto* hospiti quies est, et accessus, quasi esset in villa. Male *negotiosa* contra Colvii monitum revocarant Elmenh. ac Pricæus. Sed primæ vocis lectio me suspensam tenet. Nec enim displicet, quod habent Edd. ante Colv. nec mutat Beroaldus, *certa libertas*; quia libertas æque requirere videtur adjectivum, ac *frequentia* et *quies*. Verum Ms. O. præter Pithæanum, cum Ed. Junt. post. præbet *certe*, sive *quidquid sit, saltem*. Nec illepida est conjectura Roaldi, vel lectio Fux. Cod. *cetera*, pro ceterum, porro: de quo agam ad lib. x. p. 229. 'possumus omnia quidem cetera fratres manere.' Sed præcessit *ceteris*. Dein *odociente* Pith. in Palat. *villitica*. Oud. *Certa libertas*] Laus illa est maxima civitatis, in qua sit libertas certa, æquaque tam civibus quam peregrinis. 'Vult,' inquit Arist. lib. iv. Politicorum, 'lex popularitatis pares esse divites et pauperes, et utroque juxta æquales:' popularis enim libertas est, ut idem in vi. refert, propositum popularis reipub. est libertas, quæ, ut

jurisconsulti memorant, inestimabilis res est: de qua Plautinus Ieno sic: 'Ædopol libertas lapida res.' Prisci festivitatem Libertatis colebant, 'Eleutheria,' quasi dicas 'liberatoria,' appellantes. Plantus in Persa: 'Basilice agito Eleutheria.' *Ber. Otiosus*] Pulchrior sensus est, si legas, *Otiosus et negotioso quidem advenæ*, hoc intellecto: Otiosis hominibus in Hypatæ est certa libertas: negotiatoribus vero advenis, qui frequentia gaudent, hic videtur esse tam frequens multitudo, quam Romæ convivitur: vel quod Hypatam negotiatores quoque Romani frequentes colerent: nihil tamen immuto ex priori lectione, cuius sensus substatit. *Idem*.

Quies villatica] Mirificum optimæ urbis præconium, in qua hospites et alienigenæ eâ quiete et otio degant, qua in villa præfrauntur. *Officium* autem peregrini et incolæ est, ut præcipit M. T. nihil præter suum negotium agere, minime in aliena esse Repub. curiosum. *Idem*.

Provincia] Thessaliam significat, ubi erat Hypatæ. *Idem*.

Secessus] Legas etiam *secessus* in Fux. et D'Orvill. Sed male, ut contra Brantium jam docuit Pricæus; et Casaub. ad Suetonium, qui sapiens per *secessus*, ut hic, capit loca amena, quo voluptatis causa, urbium frequentiam et negotia vitantes secedimus. Sic et Tacit. lib. xiv. Ann. cap. 16. 'Secessus amœnos promittens:' et passim. Sed elegantius verbum *sumus* omittit Ms. Parm. Oud. *Omni denique Provincia voluptarii secessus sumus*] Salvianus l. vii. 'Nemini dubium est Aquitanos omnes populos medullam fore omnium Galliarum, et uber totius sæcunditatis: sed,' (melius, *sed et*) 'quem præponi interdum sæcunditati solent, voluptatis, jucunditatis, pulchritudinis.' Pro *secessus*, vir doctus ex Ms. *secessus* reponebat: at nil mutatione opus. *Secessum* Noster vocat quem

Cassiodorus digressionem. Ita de Campanis ille XII. 23. 'Urbis regis cella penaria, volupthosa nimis, et delicata digressio.' *Prie.*

Ad hæc ego] Recte Vule. Ed. sec. Elmenh. et seqq. restituerunt participium, quod exciderat Edd. Basil. Agnoscunt id Mss. O. et Edd. Vett. Adi ad lib. I. p. 16. 28. 'Ad hæc ego subjiciens.' Dein in Edd. primis vitiose est magna pro magis, quod rescipsere ejus monita Juntæ, &c. Tum emca prave in Bas. pr. Oud. *Ad hæc ego subjiciens, &c.]* Supra lib. I. 'Ad hæc ego risum subjiço:' sic enim legendum monimus. *Prie.*

Magna] Lego magis. Beroald.

Oppido] Valde: Veteres *antigerio* dicebant, in eadem significatione. Sed verba quæ ab ultimis et jam oblitteratis sunt repetita temporibus, ea omittere debemus, si Quintiliano præcipienti credimus, qui ait, nihil esse odiosius affectatione. *Idem.*

Cæcus et inevitabiles latebras Magice discipline] Ollm ad Apolog. pag. 80. dixi. *Prie.*

Sed et bustis et regis] Vir doctus in margine exemplaris mei Ed. Junt. post. malebat, sed ex b. contra Appuleii stylum polysyndeton amanti sexcenties. Pricæus etiam sine necessitate conjecit, sed et a b. Dein Fux. *exitiales.* Oud. *Ex bustis et regis]* 'Bustum' proprie est locus, in quo mortuus est combustus et sepultus. Dicitur 'bustum,' quasi 'bene natum.' Aliquando 'busta' sepulcrum vocamus. Serv. pyras, busta, et rogos ita discriminat: 'Pyra,' inquit, 'est lignorum congeries, regus cum ardere cœperit, bustum vero jam extinctum vocatur:' quem ordinem servat Virg. dicens: 'Ter circum accensos decurrere rogos:' Item: 'semitæque servant Busta.' Donatus vero sic refert in XI. *Æneidos* commentario: 'Busta sunt,' inquit, 'loca in quibus busta arserant: primo enim pyra dicuntur, et postea

busta vocitantur, ubi arserunt.' Apud Solonem pœna ex lege constituta est, si quis bustum violaverit, dejecerit. Bustum putat appellari M. Tul. quod Græci *tumbam* vocant. A busto, *bustuarii* gladiatores dicti, qui ante sepulchra depugnare solebant. *Beroald.*

PAG. 34 *Cadaverum]* Apud Lucanum Erichth, magarum formosissima, ossa ardentia ex mediis rogis rapit, feræ quoque vestes colligit; eadem deævit in artus defunctorum: 'Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodisse orbes, et sicca pallida rodit Excrementa manna.' Ubi annotandum, a Lucano 'excrementa manus' dicti, quæ alii *resegmina* vocant, et *præsegmina*: hoc est, excrementis purgamenta, quæ ex unguibus eminulis subinde resecantur. Magi, ut tradit Plin. lib. duodetragesimo: 'resegmina unguum ex pedibus manibusque cera permixta tertianæ vel quartanæ febri mederi dicunt.' Idem jubet, resegmina unguum ad cavernas fornicarum abjici, eamque quæ prima cœpit trahere correptam subnecti collo, et ita discuti morbum febris. Idem Plin. ait, magos omnia esse persecutos usque ad resegmina unguum. Plaut. in *Aulularia*: 'Quando ipsi pridem tonsor ungues dempserat, colligit omnia, abtulit præsegmina.' Præterea Democritus commentatus est, et Apollonius scripsit, ossa defunctorum esse efficacissima ad quosdam morbos. Artemon ait: 'Calvaria interfecti aquam fontanam si quis propinet, comitalibus morbis mederi: quidam ex eadem calvaria suspensiosi hominis catapota fecerunt, contra canis rabidi morbus.' *Idem.* *Sed et bustis et regis reliquis quædam, et cadaverum præsegmina, &c.]* Onomast. vetus: 'Præsegmina, ἀντομύματα.' Fulgentius: 'Præsegmina sunt partes corporis incisæ: ut Tages in Haruspica: Præseginibus amputatis.' Hesychius: Τόμα, τὰ ἀντομύματα καὶ ἀποτομήματα.

μῦρα τοῦ νεκροῦ, &c. vide et in *Tup-βόδες*. Apud Quintilianum xv. Declamat. 'Tumulos, busta scrutari, et amputatis cadaveribus ipsas in scelus armare manus,' &c. Lucanus de Venefica: 'Et quacunq[ue] jacet nudum tellure cadaver, Ante feras volucresq[ue] sedet.' In verbis Quintiliani legendum *ipsis*: neque aliud enim videtur velle quam quod Appuleius heic: 'Ne mortuorum quidem sepulchra tuta dicantur,' &c. In Appuleio enim fortasse scribendum, *Sed et a bustis, &c. Pric.*

Et cantatrices anicula] Reg. Fux. *etiam*. Dein miror, neminem interpretum hic aliquid variationis adnotasse, cum vox *anicula* non compareat, quantum sciam, in ullo Mss. præter Pitheæanum forsitan, nec Editione ante Basil. pr. sed *anus*, quod sine idonea auctoritate non fuerat mutandum; ut p. 40. 'cantatrices anus.' Vide ad Suetonii Ner. c. 11. 'annusque matronas.' Plin. lib. xv. c. 19. 'Anusque ficus distillant gummi modo lacrimam.' In nota N. Heinsii mox laudanda citatur *avicula*, typographi, ut opinor, errore. *Oud.*

Choragii funeris] *Choragi* Fux. Edd. Junt. pr. Ald. *coragii*. Sed adi Beroaldus, et Comment. ad lib. iv. in f. 'feralium nuptiarum choragium:' et, 'Choragio perfecto.' Dein *funeris* male exaratur in Mss. plerisque et Edd. ante Scalig. sive Vulcan. sec. Fulviano Cod. ad stipulatur Florent. cum N. Heins. ad Petron. cap. 54. p. 262. vel 347. Sæpe littera *b* in hac voce elapsa est. Vide me ad Suetonii Ang. c. 19. *Idem. Choragii fun.*] Apparatus funebris. Pensitata diligenter et solerter significatione hujusce vocabuli, animadverti, *choragium* generali vocabulo dici iastrumentum atque apparatus: unde 'choragium gloriæ' in iv. Rhetoricorum ad Herennium: 'choragium scenæ,' apud Festum: 'choragium

funeris,' apud Appul. pro instrumento scilicet apparatus. Fulgentius Placiades non satis scienter et recte 'choragium' accipit pro virginali funere, anper quo copiosius in secundo Suetonii commentario. 'Choragus' autem significatur præfectus choragii, pro, expensæ suppeditator, choræ princeps, necnon chori conviviiq[ue] magister: ut apud Plant. in Persa scribentem: 'Ornamenta ab chorago sumito:' item in Trinummo: 'ipsa ornamenta ab chorago sumpsit suo periculo.' Appul. in apologia, 'choragium thymelicum' appellat: intelligi volens instrumentum scenicum et histrionicum apparatus. Vitruvius in v. de architectura, præcipit porticus post scenam constituendas esse, ut cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro: 'Choragia laxamentum habeant ad comparandum, uti sunt porticus Pompeianæ.' Beroald.

Perpeti celeritate] *Præpeti* legendum esse, jam olim vidit et monuit Beroaldus, quem vide, item Lipsius e suo Cod. corrigendum adlevit margini Ed. Colv. ac bene parnerunt Elmenh. et sequentes, excepto Pricæo. Suffragantur quoque Pal. et Fux. cum Salmasio. Vulgatum ante *perpeti* sive *perpetua*, ut p. 35. 'perpetem noctem:' in Flor. N. 17. 'silentio perpete,' hic locum non habet, sed *præpeti* sive *veloci*. Nam male Brantius explicat. Virgil. *Æn.* v. 255. 'præpes rapuit Jovis armiger.' vi. 15. 'Præpetibus pennis ausus se credere cælo:' ibique Serv. Claudian. lib. i. in Rufin. vs. 264. 'præpetæ cursu.' Auson. Ep. 146. 'Puer notarum præpetum.' Et *præpetes* in augurio *aves*, de quibus alibi Appuleius, quis nescit? Hinc Persæus vocatur *subitus* et *tantus* præpes Lucano lib. ix. 662. 688. ubi in uno alterove Cod. est quoque *perpes*. Contra in Ausonii Epigr. de Fastis: 'Digessi

et fastos et nomina perpetis ævi: in vetustissimis etiam Vossii membranis et aliis legitur *præpetis*. Vide ibi Comment. et Schwarz. ad Genethl. Mamert. cap. 3. 'perpeti cura:' et Burm. ad Catal. t. I. p. 7. 'præpete nimbo.' Solin. c. 27. 'Qua invitantis dolo pastus, sc. avibus, necem præpetem aucupentur.' Sic Mss. vel *perpetem*. Præfero tamen Salmasianum, *invitantis d. p. n. præpetum*, sc. avium. Idem male, *quæ aucupetur*. Tum frustra *antevertunt* D'Orvill. Oud. *Perpeti*] Perpetua, continua, durabili: *perpetem* enim Veteres pro *perpetuum* dixerunt. Plautus in Amphitryone: 'Nisi item unam verberatus quam præpendi perpetem:' sed hoc in loco legere malim *præpeti celeritate*, quasi veloci et strenna: sicut a Virg. dictum est, 'Præpetibus pennis:' item alibi, 'præpetis omnia pennæ:' quod vocabulum angulare est, ut Hyginus tradit. 'Præpetes' enim vocantur aves, quæ volatu futura prædicunt, quasi superiora petentes: quæ cum sint boni augurii, ut docet Ser. ideo dixit Maro 'præpetibus pennis,' pro felicibus. Hyginus ait, 'præpetes' aves ab anguribus appellari, quæ aut opportune prævolant, aut idoneas sedes capiunt. Locos quoque 'præpetes,' quod idonei felicesque sint, augures appellant. Et Ennius in annalibus dixit: 'Præpetibus hilares sese pulchrisque locis dant.' Item: 'Brundisium pulchro procinctum præpete portu.' Tsimatius poëta Victoriam volucrem præpetem appellavit, hoc versu: 'Dum dat vincenti præpes victoria palmam.' Discrepant a præpetibus avibus inferæ aves, auctore Nigidio Fibulo: ex quo est conjectare ut Auli Gellii verbis utar, 'præpetes' appellatas, quæ altius sublimiusque volitent. Homer. præpetes alites appellat *ραυροπόγυας* id est, ingentibus alis patulas atque porrectas. Beroald. *Antevertunt*] Sensus est, Aniculae

magia pollentes, celeritate quadam perniciosissima, dum apparatus funebria instruitur, dum necessaria ad funeralium præparantur, præripiunt anticipantque alienam sepulturam. *Id. Istic*] Hypatæ, et in tota Thessalia. *Idem.*

Nescio quis] De ignoto homine, et ignobili, sic loqui consuevimus. Plautus: 'Certe enim hic nescio quis loquitur.' M. Tul. in Orationibus: 'Nescio quis iste Ligus, additamentum inimicorum meorum.' *Idem.*

Ore deformato] Lib. I. 'Alium in arietem deformavit.' *Elmenh.* Et sæpe. Oud. *Omnifariam*] Ex omni parte: adverbium est: 'omnifariam' disciplinæ dicuntur omnis generis, sicut et 'multifariam.' 'Multifariam' dixerunt Antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat. Beroald. *Deformato*] Dehonestato, deventustato, depulcato: alias formato, figuratoque. 'Deformare' enim modo est pollnere, et dedecorare: alias per formas designare, ut apud Vitruvium oppido quam frequenter in hac significatione. Cic. in III. de Orat. 'deformatam Rempub.' dixit. Virgil. 'horrida vultum Deformat macies.' *Idem.* Et nescio qui simile passus, *ore undique omnifariam deformato truncatus est*] Seneca in de Ira III. 17. 'Oris truncati mutilatione deformitas.' Pro est, in Auctore nostro videtur adest legendum. *Præ.*

Per convivium totum illicitiosus cachinnus effunditur] Uti Colvius hanc periodum edidit, sequentibus editoribus ceteris, habent sane Mss. Lips. Flor. D'Orvill. Reg. Guelferb. Pal. Oxon. Par. alique. Verum tunc, ut bene monet Pricæus, scribendum foret *licentiosus*. Quare puto illam lectionem interpolatoribus deberi, et cum egregia illa Ed. Juntarum posteriore scribendum esse: *Conv. tot. in licentiosos cachinnos eff.* quod etiam postea vidi a Salmasio libri sui margini adscriptum esse. *Convivium* po-

suit pro convivio, ut 'convivii decretum' pro 'convivarum' Curt. I. viii. c. 5. Min. Fel. c. 9. Sulp. Sev. I. ii. 13. 'convivium calere' vel 'incalere' dicitur. Et sexcenties in similibus fit: ac quidam legunt in Suetonii Ner. c. 38. 'Sermo convivii.' Sed male illic, ut docui 'Effundi in cachinnos' dixit, ut Sueton. in Aug. c. 98. 'Cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est.' Cal. c. 32. 'Lautiore convivio subito effusus in cachinnos.' Immo Noster ipse supra p. 30. 'in clarum cachinnum videret effusus.' Quid multa? Idem vult Auctor, quod lib. x. p. 323. 'Interim convivium summo risu personabat.' Contra passim 'effundi in lacrymas,' 'questus,' 'gemitus,' &c. Confer Burmann. ad Val. Flacc. lib. vii. 34. 'Taliq̃ue effunditur ira.' De voce *licentiosus* ad Pricum. *Oud.* *Illicentiosus cachinnus*] Scribe *licentiosus*. Sic iv. 'lamentationes licentiosas:' v. 'licentiosi amplexus:' et ibid. 'licentiosa temeritas.' Gloss. '*ῥαψισμωδός*, licentiosus.' Pric. *Licentiosis cachinnis*] Solutiore risu, et sonantior. *Beroald.* *Obtutus*] Oculi. *Idem.*

Ora et obtutus in unum, &c. conferuntur] *Conferunt* non est nisi in Edd. Ber. et Bas. utroque, refragante constructionis nexu. *Conseruntur* Plith. Ed. Vic. Male. Idem est 'conferre ora in unum,' ac 'conjicere in unum oculos.' Vide ad Liv. lib. iii. 35. De *obstinations*, sive perseverantia eorum adspectus in se, consule quoque Sclopp. lib. I. Lect. Susp. c. 6. Jam præcessit *obtutus*. *Oud.* *Secubantem*] Scorsum, sejunctimque cubantem. Id enim significat secubare. Amatores secubant, hoc est, sejunctim dissep̃ratimque dormiunt, causa religionis et castitatis. Ovid. 'Secubat in vacuo sola puella toro.' Livius: 'Nolle eam mirari, quod per aliquot noctes secubasset.' *Beroald.*

Obstinatio] Id est, aspectu obfirmato et immobili. *Idem.* Qui cuncto-

rum *obstinatio*ne confusus, &c.] Horatius: 'Quid iste fert tumultus? aut quid omnium Vultus in unum me trahit?' Philostratus iv. 6. Ἀλλὰ δεινὸν ἔσται, εἰς ἓν ἄνδρα ἐστραπτέον. Hesychius: *Κατὰθεῶν ἀβρὸν ἀλοχὼθῆναι ἀβρὸν ἐνολῆσαι*. Infra lib. iii. 'Sic omnium oculis, &c. denotatus, impos animi stupebam.' Pric.

Indigna murmurabundus] *Indigne* Reg. Fax. Guelf. sec. et Oxon. cum Ed. Scriverii. Perperam, ut monuit jam Pricus. Amat Græcissans auctor Adjectiva neutra pro Adverbis. Vide ad lib. iii. p. 62. 'crebra nos tandentes.' Dein Reg. Fax. item vitiose *mirabundus*. *Oud.* *Indigna murmurabundus*] *Ἰκανόμηνος ὀφείτω*. 'Irritato animo indignabundus,' ut apud Gellium xix. 9. ille. Virgilius de ventis: 'Indignantem magno cum murmure.' Palat. et Oxon. Mss. *indigne m.* at illud *indigna* Græcum est, et ideo Appuleianum satis. Pro *murmurabundus* male alius Ms. *mirabundus*. Ovidius: 'Iram vultus habet, pro verbis murmura reddunt.' Seneca Apocol. 'Excandesce, &c. Claudius, et quanto potest murmure irascitur.' Pric. *Indigna murmurabundus*] Ob indignationem murmurans, archaismos est. *Murmurabundus* autem, ut alibi docuimus, non tam dicitur murmuranti similis, quam immodice et intemperanter murmurans: sicut nomina in *bundus* desinentia fere semper demonstrant largam copiam, et fluentem, et quasi abundantiam rei unde inclinantur. *Beroald.*

Telephron] *Theliron* Oxon. Fax. Guelf. pr. D'Orv. hic et infra. *Cheliron* Plith. *Teliron* Palat. *Telephron* Ed. Beroaldi, *Telephron* Bas. pr. *Telephron* bene, sive benevola mente. Dein Byrr. dixit, Oxon. *Oud.*

Subsiste paulisper] Cum Telephron vellet exsurgere, merito dixit matrona Byrrhena, *subsiste*: hoc est, cohibe te et contine. *Beroald.*

Remetire] Renarra, repete. Trans-

latio ab his quæ pondere et mensura metiri solemus, ac remetiri: dixit Virg. 'pelagique remenso Improviali aderunt.' *Idem. Fabulam istam tuam remetire*] Lib. ix. 'Non cessat obstandere, totam prorsus a principio promeret fabulam.' *Pric.*

Filius meus] Nomen amoris et affectus. *Luctus.* Appuleium intelligit. *Beroald.* *Ut filius iste meus Lucius lepidi acrimonis tui comitate fruatur*] Apud Achillem Tatium lib. viii. *Ἀγῶ τῆς ἀδελφῆς (Leucippen), ὅτε ἐπεί ἡμῶν τῶν μύθων τῶν τῆς ἑδῶου λεγόντων, &c.* *ἵνα σου καὶ ὁ πατήρ ἀκούσῃ;* 'Lepidi sermonis,' ut initio lib. i. 'Auresque tuas lepto susurro permalceam.' *Pric.*

In officio manes sanctæ, &c.] Mirum est, Mss. tantum non omnes cum Edd. Vett. exhibere *mones*. D'Orv. *mones*. Sed *manes* bene jam edidit Juntæ. Adi Prienum. Liv. xxviii. 24. 'Exercitus in officio mansit.' Passim 'in amicitia,' 'fide,' 'fœdere,' 'litteris' manere. An *mones*, sc. *me*, *officio tua pietatis* erga Lucium; ut in abundet, ut sæpe. *Oud.* *Tu quidem in officio manes, &c.*] Lib. v. 'Vos quidem carissimæ sorores in officio vestræ pietatis permanetis.' Cicero ad Atticum: 'Quod verita sit ne Latine in officio non manerent.' Tacitus Annal. iii. 'Pauci equitum corrupti, cæteri in officio mansere.' Terent. Phor. iv. 5. 'Nos nostro officio nihil digressos.' Egesippus iv. 9. 'Clypeis se tegebant, manentes in officio.' Vide et i. 17. § 16. ff. de *Ædilit. edict.* *Pric.*

Sic ille commotus] Sic Telephron dixit, indignatione percitus, et bile commotus. *Beroald.*

Instantia Byrrhæna] Expressit Elmenh. scripturam Cod. Florentini. At *instanti Byrrhæna*, quod æque in plerisque est Mss. ac Vett. Edd. non habet unde construat. In D'Orv. est *instanti Byrrhæna*. Quod exponi potest: Telephron perfecti, ut

vellet, pro, volebat Byrrhæna, instante illa. At rectius cum Lipsio ad marginem emendavit Colvius, quod receperunt omnes; immo et legitur in Regio, et Par. Vide illum ad lib. vii. p. 141. 'Instantia validiore.' Lib. viii. p. 157. 'Instantia pervicaci.' Lib. xi. p. 253. 'Meam differens instantiam:' pag. 260. 'Numinis premebar instantia:' et sæpius, me, ut patet ex Indice. Solin. p. 12. 'Ille ut instantia urgeat tarditatem.' Pro *quæ* in Ed. Vicent. est *quise*. Forte legendum: *q. cum cum adj.* Nam *cum* est quoque in Lips. Palat. Ed. Junt. post. Adi ad Cms. v. B. G. 58. 'Cum contumelia.' In Pal. *salutis suæ*. *Oud.*

Adjuratione suæ salutis] Lib. ix. 'Suam, snornmque carorum salutem, &c. adjurans.' Et viii. 'Per salutem Geniosque vestros.' *Pric.*

Ingratis] Non ultro, et nolentem, et quasi reluctantem adegit, ut fabularetur. 'Ultronea,' ut inquit Donatus, 'grata sunt: ingrata, quæ ab invitis sunt, ac recusantibus.' *Ingratus* dicitur invitus et coactus, ut apud Terent. in Ennucho: 'Opus faciam ut defatiger, usque ingratus ut dormiam.' *Beroald.*

Aggeratis in cumulum stragulis] De hoc more adi Bourdelot. ad Heliod. p. 29. Ed. Par. in 8vo. Pricæus vel ita, vel *aggestis* malebat prius legi. Sed recte in Addendis sententiam mutavit. Nam 'aggerare' est aggerem vel cumulum quavis ex re facere. Plura de hoc verbo dicemus ad lib. ix. p. 193. 'In erectum aggerata cumulum:' ut est in Mss. Vulgo: in *rectum aggreg.* quo loco simul liquet, male ex eodem codice *funulum* contra ceteros Mssos prætulisse Wowerium, quem miror secutos tamen esse posteriores editores. Cart. lib. vi. c. 6. 'Aggerari arbores jubet, celeriterque stipitibus enmulatis.' Perpetua est harum vocum confusio. At *camulus* factus, *funulus* naturalis ple-

rumque. Vide ad Liv. lib. x. 29. Infra lib. vi. p. 118. 'Mentis petit tumulum:' ad Cera. lib. vi. B. G. c. 17. 'Harum rerum extractos camulos.' Solin. p. 11. 'Arenarum cum malis contegunt:' ubi Salm. reposuit e Mss. *tumulis*, ut sane legitur etiam in vetustissimis duobus Leid. At vide Strachtmeyer. Observ. pag. 128. Oud. Aggeratis in cumulum stragulis] Nec male aggeratis scribas. Lib. i. 'Grabatulo pone cardines apposito atque aggesto:' at bene Cod. Palat. *aggregatis*. Lib. ix. 'In rectam aggregata cumulum.' In veteri Onomastico: 'Aggrego, *ἐνωμαδρῶς*.' Potest permitti tamen *aggeratis*. Infra hic lib. iv. 'Spinetis quaqua versus aggeratus.' Glossæ: 'Ἐνωμαδρῶς: Coaggero, congero, cumulo, &c. Pric.

Effultis in cubitum] Probat *effultus* Pricæus, quem omnino vide, inter alia citantem Propert. lib. i. El. iii. 34. 'Sic ait in molli fulta toro cubitum.' At ibi in Mss. et Edd. est *fra*: quod non mutandum esse, ut Passeratius, Grævius, et Heinsius volunt, in nixa, docet Nostri locus lib. x. p. 223. 'Me mensam accumbere subfixo cubito:' ubi consule Beroald. et Pric. Magis firmat locus Claudiani Cons. Prob. et Olybr. va. 114. 'Arbore fultus Adclines humeros.' Adde me ad Lucan. lib. v. 316. 'Stetit aggere fultus Cespitia.' Verum tamen illic plerique Mss. dant *fulti*, ut hic in ceteris Codd. legitur: *stragulis effultis in cubitum*, sive quibus aggestis cubitus *suffulciretur*, ut lib. x. p. 225. Nec temere quid mutandum, evincit locus Silii lib. xiii. 813. 'Culminique stramine fultum Prescit læta toram.' Oud. *Effultis in cubitum*] Mos est sermocinaturi in convivio, ut sese componat ad dicendum, ut aggerem quasi quendam faciat ex veste stragula et mensali, cubitumque effulciat: sicut apud poetam: 'Æneas medio stans aggero fatur.'

Beroald. Et effultis in cubitum, &c.] Sic editi omnes, quasi nempe de stragulis lecti Appuleius loquatur: sed, nisi animi fallor, *effultus* scribendum. Servius ad vi. Eclog. 'Apud Veteres unusquisque eo, super quod jacebat, fultus dicebatur.' Lucilius iii. 'Et pulvino fultus.' Lucianus Asino: *Κατακλινεσθαι με ἐπὶ κλῆτρῃ, ὅσπερ ἐν θρόνῳ ἐπὶ ἀγκῶνας, ἐποίησεν.* Hesychius: *Ἀγκωνισμέρος, ἐν σχήματι τὸν ἀγκῶνα ἀποτετακός* Seidas: *Ἀγκωνισμέρος, ἐπὶ ἀγκῶνας καθίσας.* Clemens Pædag. ii. 7. *Ἀμειψόμενοι, τοῖς ἀγκῶσιν ἐρηρυσμένοι.* 'Levato in cubitum corpore,' Curtius lib. iii. dixit. Philo *μετακίττειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν ἀγκῶνα πῆγνυσθαι.* Hegesippus i. 45. de Herode: 'Paulipar sese attollens, cubitoque adnixus:' et passim apud Scriptores hic habitus loqui incipientis. Homerus: *Ὀρθοῖς δ' ἔρ' ἐπὶ ἀγκῶνας, κεφαλὴν ἐπαείρας.* *Ἀτραπὴν προσέειπεν,* &c. ubi et ad verbum *ὀρθοῖς* advertendum. Gloss. vett. excerpt. 'Falciri, *ἀναρθρωθῆναι.*' De Christo Nonnus: *Καὶ παλάμῃς ἀγκῶνα παλινθῆγον ἔρπας,* *Ἀκρότατον περὶ κέλευν ἐμυστέρῳ τραπέζῃς, ἔλποντο ἰσὶς ἐτάρας,* &c. Herodiani de Marco Imperatore: *Ἐνυχὴ τοῦ σκιμπῶδος κουφίσας ἑαυτὸν, τοιοῦτον λόγον ἔφερε.* Petronius: 'Erectus in cubitum hac fere oratione contumacem vexavi.' Ovidius Metam. viii. 'Quem, facta audire volentem Mira Deum, nixas cubito Caledonius amnis Talibus alloquitur.' Cornel. Nepos de Attico: 'Hos ut venisse vidit, in cubitum nixus: Quantam, inquit, curam diligentiamque,' &c. Lucianus in de Luctu: *Ἀν' ἀγῶν ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπιστραφεὶς, ἀνακλινὰς αὐτὸν ἐπὶ ἀγκῶνας, οὐκ ἐν οἰόμεθα διακρίματα αὐτὸν εἶπαι;* Propertius i. 3. 'Sic ait, in molli fulta toro cubitum.' Pric.

Suberectusque in torum] In Ms. Bertin. et Edd. Vicent. Junt. pr. *suberectisque*, Bas. pr. *subrectisque*, Ms. Guelf. pr. *suberptisque*, Par. *surrep-*

tasque. Oxon. *Fux. subrectusque*. Recte se habet vulgatum, aive leviter erectus. De hac voce vide Drakenh. ad Liv. lib. viii. c. 8. 'subrecta cus- pide.' Ovid. lib. ix. Met. 516. 'In- latus erigitur, cubitoque innixa sini- stro.' et Burm. ad lib. vii. 344. 'Cub- ito tamen adlevat artus.' Petron. c. 132. 'Erectus in cubitum,' &c. Fulgent. Mythol. lib. i. p. 608. Ed. Stav. 'Adstiti, propter ergo erectus in cubitum.' Oud. *Suberectusque in torum*] Hesychius : 'Ὀρθός, ἀνωρθός. Qui id ex parte facit, se suberigit : est itaque quod Luc. 7. 25. ἀνακλίσσειν. *Pric.*

Instar oratorum] Fulgentius Placides de continentia Virgiliana : 'Itaque compositus in dicendi modum, erectis in totam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exornat.' Hunc librum memini exstare apud amicam meam Paulam Mismetium Gulielmum Batavum, juvenem eruditum. *Colo.* Hunc morem explicat Joseph. Stephanus, ephecorum Vostanus, lib. de oscul. ped. Rom. Pont. cap. 16. *Merillius.* Reg. Guelf. pr. et Edd. Vett. cum Edd. Colv. Vulc. et *instar*. Sed in ceteris Mss. item Edd. Junt. post. Wow. Elmenh. &c. et *ad instar*. Verissime. Ad ali lib. i. pag. 19. 'ad instar solitudinis.' Dein *consulis* Ed. Ber. et *digitis* Reg. vitiose. *Oud.*

Confermat articulum] Manus oratoris, sine quibus (ut inquit verissime Quint.) trunca est actio ac debilis, innumeros motus habens, ipsam verborum copiam persequentes, immo (ut ita dicam) ipsæ in oratore manus loquuntur: cujus gestus ille maxime comis est, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus: duo quoque medii digiti sub pollicem veniunt, et est hic adhuc prior gestu instantior, principio et narrationi accommodatus: interdum tres contracti pollice premuntur: digitusque ille index nominatus, qui est pollicis

proximus (qui exprobrando et indicando, unde et nomen est, potissimum valet), explicari solet : quo usum optime Crassum Cicero dicit. Nunc Lucius noster ait, ita conformatam oratoris manum, ut duo digiti infimi, minimus scilicet et minimo proximus clauderentur, cæteris discaepdinatis et expositis: nam talis quoque gestus dicturo convenit. *Beroald.*

Eminentes porrigit] *Eminus porrigens* exhibent, et Pithæanus, et Edd. omnes ante Colvium, cui tacite alterum rescribenti tamen suffragantur plerique Codd. nisi quod in Palatino, et Guelf. pr. sit *eminens porrigit*. In Florent. est, ut notavit Lindenbrogii: *eminens porrigens*. Hinc cum Ill. Heinsio, quem vide ad Ovidii lib. v. Met. vs. 450. emendandum reor: *eminulos porrigens*. Prudent. Carm. III. πρὸς στέφ. 'eminulis digitis tangere.' Lucil. lib. III. 'Dente adverso eminnulo:' et lib. XVII. 'Dentem eminulum unum:' apud Nonium de Propr. Serm. V. 'Bronci et Compernes.' Plura dabit Cortius ad Plin. lib. v. Ep. 6. § 15. 'In porticum latam et prominulam.' Quomodo et Mas. multis antiquissimis legendum in Mart. Capell. lib. III. p. 58. 'Labris prominulis.' Vide et ad Flor. N. 3. 'Promulsis vel prominulis caproneis.' Veram esse *porrigens*, patet et sequ. participio. Oud.

Infesto pollice] Sive exserto et supinato, a re gladiatoria vocabulo ad oratorium translato: quod et fecit Quinctil. lib. xi. Inst. c. 3. p. 1024. Ed. Barm. 'Manum infesto pollice extendit.' Proprie in Pith. Epigr. p. 32. 'Sit licet infesto pollice turba minax.' Vide Lips. lib. ii. Sat. c. 22. Inepte igitur D'Orleans ad Tac. xi. Ann. p. 575. reponere conatus est *manifesto*. Effigiem Polyhymniae, dextram ad orationem componentis, Nostro similem, vide apud Sponium in Miscell. p. 44. N. 7. *Idem. Infesto pollice*] Erecto, et quasi minante:

pollet enim plurimum in tota manu pollex: unde et nomen, ab eo quod polleat, accepit: apud Græcos ἀντίχρῳ vocatur, quasi manus altera. Præcelsis pollicibus militiæ remouetur, ut inutiles: hinc apud Rhetores famigerata est illa *αὐχρῶς*, id est, sine colore controversia: Decem milites belli tempore pollices sibi amputaverunt, ne militare possent: Rei sunt læsam rei publicæ. Scribit Ammianus Marcellinus, quod nemo ex Gallis pollicem sibi præcidit unquam, munus Martium pertimescens: hos joculariter marcos appellant, quasi ignavos, ut opinor, et desides: namque et prisci Murcem Deam vocaverunt, quæ faceret hominem (ut ait Pomponius, et narrat Augustinus) mureldum, id est, nimis desidiosum. Olim, ut apud Historicos scriptum legimus, Athenienses pollices præcidi jusserunt Æginetis, ut rei nauticæ inhabiles redderentur: classe enim valebant. *Berwald.*

Clementer subrigens] Optime Priæus, [Æc. Vid. Not. Delph.] Verissime, et nihili hic est vulgare *subrigens*. Lib. i. pag. 18. 'Ad hæc ille subridens inquit.' Unde adparet, e Mss. in Virg. lib. x. *Æn.* 744. leg. *ad* quæ *subridens*, cum Heinsio, et in Catal. Burm. tom. i. p. 667. 'Subrides al virgo:' quod ibi jam occupavit Bondtius cum Burmanno. Lib. x. p. 234. 'Dulce subridens constitit amone.' Et ita sæpius alii. *Oud. Infesto pollice clementer subrigens*] Quintilianus ii. 3. 'Manum infesto pollice extendit.' Est quidem Græcis 'subrigere, ἀντρίχρῳ, ἀντρίχρῳ' at non huc quadrat acceptio ea: quid ergo est? quid aliud, nisi hanc falsam lectionem esse, inque locum ejus (quod et mihi in mentem venit) *subridens* ex Oxoniensi reponendum? *clementer subridens* heic, ut e converso lib. vi. 'amarum anbridens.' In veteri Onomastico: 'Subrideo: *ὀνυβρίζω*.' Gloss. Philoxeni: 'Τροπεύω.

Idæ. Subrides.' *Pric.*

Inft] *Mede* incipit, modo loquitur significat. Virg. 'Inft, eo dicente Deum domos alta sillescit.' Item: 'Et Venales dictæ parens ita fateri inft:' apud Plantam in *Rudente*: 'Inft lenoni suadere.' *Berwald.*

Mileto] Civitas est Ioniæ caput, Lelegis antea et Anactoris nominata, super octoginta urbium genitrix. Ex Mileto fuerunt Thales, unus de septem sapientibus, et Anaximander, et Anaximenes. Item Hecataeus historicus, et Æschines orator. Proverbium est apud Aristophanem, et Græcos, de Milesiis, *τάλας πὺρ ἦσαν ἑλαφῶς Μιλήσιαι*, olim fortes fuisse Milesii: cum amplius non essent, utpote luxu emolli, enervatique. Altera quoque paræmia celebratur *οἶκῳ Μιλήσιαι*, id est, domi Milesiæ: de his qui deliciis intempestiviter, neque ubi convenit, ostentant: nam cum Aristagoras Milesius Lacedæmonem venisset, rogatus ferre suppetias Ioniæ bello Persarum pressis, conclonabatur indutus veste delicata et pretiosa. Tunc unus ex Laconibus ephoris, ad illum versus, dixit, *οἶκῳ τὰ Μιλήσιαι*, hoc est, Domi deliciæ Milesium neurpandæ sunt, non apud nos, quando videlicet capitis impetrare auxilium: non enim convenit calamitosæ delicatæ apparatus. *Idem.*

Ad spectaculum Olympicum] Olympiacis ludis apud scriptores fere omnes nihil celebratius, de quibus copiose apud Suetonium perscripserat: ideoque in præsentia supersedendum. *Idem.*

Famigerabilis] Clarus, et inclytus, hoc vocabulo significatur: sicut et 'famigeratus': 'famigeratores' vero dicuntur hi, qui famam rumusculosque disseminant ac circumferunt, vanidici et mendaciloqui, quos senex Plaut. in *Trinumm.* malo et damno dignos censet. *Idem.*

Fuscis aribus] Malo augurio, et improspere: fuscæ enim aves nigrique coloris ominosæ fere sunt, et inforta-

nium portendunt: sicut econtrario candidæ aves accipinatur pro bonis, et felicitatem prædicunt. In hanc sententiam Horatius, 'Mala soluta navis erit alite,' dixit, pro infelici et diro augurio. Cornix, corvus, bubo, nigro colore et fusco, inter auspicas aves numerantur a Plinio in x. Naturalis historis. *Idem.*

[*Larissæum*] Civitatem Thessaliam clarissimam, unde Achilles Larissæus dictus est: et Larissa Argivorum arx, Cyclopum opus, qui 'gasterocheres,' id est, ventrimani appellantur: ut ante diximus. Larissa quoque Ossæ locus est, pensilis nominata. Est et alia in Creta: fuit et Larissa in Asia, juxta Cymam: in agro quoque Attico Larissa, et Trallibus vicus nomine Larissa. *Idem.*

[*Et dum singula pererrans, &c.*] In initio libri istius: 'Ac dum, &c. ostiatim singula pererro,' &c. *Pric.*

[*Tenuato viatico paupertati meæ fomenta conquiro*] Lib. iv. 'Tenuato ventri sordentia supplementa, &c. conquerere.' *Idem.*

[*Conspicor medio foro, &c.*] Id est, in foro conspicor: sic in Apologia: 'Turbabat, &c. in medio foro bacchabundus.' Vide ad Matth. 14. 24. notata. *Idem.*

PAG. 35 *Insistebat lapidem, c. v. prædicabat*] Schottus Observat. lib. v. cap. 2. Baptista Pins Sylloge 111. cap. 55. *Elmenth.* M. *insistentem lapidi, cl. v. prædicantem.* Putean. Pesime ita interpolata hæc sunt in Cod. Mangani. Intelligitur enim eleganter qui. Consuluntur omnino notata ad lib. i. p. 18. 'Demonstro seniculum. In angulo sedebat.' *Lapidi* posset probari ex lib. vi. p. 185. 'Insistentem rupi verticem.' Lib. viii. p. 252. 'Supinato illi insistere.' Verum et cum Accusativo construit hoc sensu Noster p. 40. 'Editiorem quemdam lapidem insistentem.' Item Horatius Epod. xvi. 11. 'Barbarus, hen! cineres insistet victor.' Immo

Servius ad Æneid. lib. vi. 563. 708. tantummodo probat *insistere rem.* Sed erravit ille cum Burmanno, qui putat quidem cum Accusativo dici; *sed non ut inhæreat quis, ut pergat,* ut patet ex præcedentibus. Contra Servium vide et auctorem Epist. Cydipp. xxi. 85. 'Institeram terræ.' De aliis, ut 'insistere viam' et 'via,' 'vestigilis,' quæ huc non pertinent, adi Drakenb. ad Liv. lib. xxv. 33. xxxvii. 7. 'Iter, quod insistis,' aliosque. Vide et ad lib. iv. p. 65. 'Rivulum insistentem.' Fux. mox *prædicebat.* Oud. *Insistebat lapidem*] Servius ad Æn. vi. 'Insisto illam rem dicimus, non, illi rei: quod qui dicunt, decipiuntur, propter, insto isti rei.' Infra hic: 'Editiorem quemdam lapidem insistebam.' Vide Hesychium in Κρητικῶν. *Pric.* *Insistebat lapidem*] Præconem fuisse significat: siquidem ex more prisco solebant præcones ex lapide facere præconium: ubi mancipia quoque venalia, præconis voce venalia proclamabantur. Ob id servos de lapide emptos dici reperies. Plautus in Bacchidibus: 'o stulte, necis nunc vendi te?' atque in eo ipso adstas lapide, ubi præco prædicat.' M. Tullius in oratione contra Pisonem, translatione decenti tribunos de lapide emptos esse ait: quia, ut interpretatur Asconius Pedianus mercede id faciebant. De hoc genere servorum qui de lapide empti sunt, intelligi voluit Columella his verbis, quæ ex libro quarto agricolationis subjecimus: 'Non tamen excedunt septem jugera unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium posse comparari putat.' Hic de lapide noxius, handdubie significatur venalis, de lapide emptus. Corrector Columellæ, vir alioquin eruditus, (quem nominari in hac parte, in qua reprehenditur, inhumanum est,) in Annotamentis quæ in scriptoris agricolationis annotavit, de lapide noxi-

um interpretatur, de Capitolino lapide dejectum, errore non dubio: cum, ut alia omittam, emi non possit is qui ob noxam de saxo Tarpeio ad mortem præcipitatus sit. Non infior, de saxo Tarpeio solitos dejici ob atrox delictum fontes: ut olim T. Manlius, et alii: sed ad sententiam Columellæ hoc adeo non pertinet, ut sit penitus contrarium. *Beroald.*

Si qui mortuum servare] De hac custodia mortuorum etiam putem sensisse Ulpianum: 'Impensa peregre mortui, saxo facta est, ut corpus perferretur; licet nondum homo funeretur. Idemque et si quid ad custodiendum, vel etiam commendandum factum sit.' L. XIV. D. de Religios. et sumptib. funer. Petronius Arbiter: (cap. III.) 'Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentię plangere, in conditorium etiam prosecuta est: positum in hypogæo Græco more corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusque cœpit.' *Colo.* *Si qui mortuum servare vellet*, &c.] Firmicus III. 11. 'Faciet cadaverum mortuorum custodes, aut sepulchrorum janitores.' *Pric.*

De pretio liceretur] Palat. Guelf. pr. Reg. D'Orvill. Oxon. *liceret*; ut hæc variantur in Cæs. lib. I. B. G. cap. 18. Mira vero locutio est *de pretio liceri*. Proprie enim *liceri* dicitur ille, qui indicat pecuniam, quanta rem emere vel conducere velit; unde et 'liceri pretio,' 'asse,' ponitur pro tanti emere, Persio Sat. v. in f. Plinio lib. VII. cap. 37. 38. ut est in optimis Mss. Res vero 'pretio licere' dicitur, quæ tanti venditur, vel locatur. *De pretio licere* vel *ri* nusquam, quod sciam, occurrit. Debet hic sensus esse: 'pactionem de pretio faciat.' An *de pretio diceret*? uti ibidem in Cæs. et Suet. Cæs. cap. 20. variant quoque Mss. *Oud.* *De pretio liceretur*] Indicare pretium faceret, quantum sibi dari vellet, qui mortui

cadaver sese servaturum esse promitteret. Hoc enim præconium illic fieri solebat, ad defendendas scilicet magarum præstigias, quæ mortuis irrepentes sub habitu bestiarum corpora demorsicabant, et frustra amputantes subducebantur. *Liceri* autem proprie est, pretium deferre pro re emenda, ut sibi potius quam alteri venalia addicantur. Ulpianus: 'Si res ejus venierit, et existat qui plus liceatur, an integrum propter lucrum restituendum sit.' Præceptum est M. Tullii in Officiis, ne 'licitatorem' venditor, nec contra se qui 'liceatur' emptor apponat. Apud Curtium Alexander in epistola ad Darium: 'Impia,' inquit, 'bella suscipitis, et cum habeatis arma, licitamini hostium capita,' hoc est, pretium offeritis pro capite meo. Darius enim Persarum rex pro capite Alexandri mille talenta percussori daturum sese promiserat. Plautus in Stichio: 'Jocos ridiculos vendo, age licemini.' *Beroald.*

Quid hoc, inquam, comperior] *Heic* Oxon. *heic* Par. Scriverius uncia inclinat verbum, quod non desiderares, si scripti non agnoscerent. Sed nunc non est abigendum. Ellipsis est, *quid hoc est, quod audio*: ut Græce, *τί τοῦτο ἀκούω*; Quod egregie docuit Pricæus ad Lucan. cap. 16. 2. Oxon. *comperio*, uti vulgo nunc contra Mss. edunt lib. XI. p. 259. 'Novumque mirumque plane comperior.' Eadem confusio in Flor. N. 15. Sed N. 16. 'ut comperior.' Fux. *comperiar*. *Oud.* *Comperior*] Pleraque verba utroque modo, faciendi scilicet et patiendi, apud priscos efferebantur: ut *luxuriatus luxuriat, fluctuatus fluctuat, essentior assentio, comperior comperio*: auctor Quint. in IX. *Beroald.* *Quid hoc, inquam, comperior*] Oxon. *Quid heic i. c. male*: est enim heic ellipsis quæ in illis Luc. 16. 2. *τί τοῦτο ἀκούω*; *Pric.*

Hicine mortui solent aufugere] Am-

brosius in cap. 10. Tobiae: 'Quoties vidi a feneratoribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum dum fenua exposcitur! quibus ego, &c. Tenete reum vestrum: et, ne vobis elabi possit, domum ducite.' *Idem.*

Oppido puer es] Id est, (ut I Cor. 14. 10.) *φρασεὶ παιδίων*. Basilus in Asceticis: *Διαφέρει οὐδὲν τοῦ νηπίου καθ' ἡλικίας ὁ ταῖς φρασεὶ νηπιῶδ' ὄντων*. Lucretius: 'Et qualis puero sententia, pectore simplex.' Lucianus *Βαλάν*. *Ἐν δὲ παιδὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ ἀποφώνηται*. *Idem.* *Oppido puer*] Valde puer, puerilitatis incascia praeclitus. Talia merito dicuntur ad ignarum Theasalicis moris. *Beroald.*

Satis peregrinus] Gruter. *Snaspic.* lib. v. cap. 3. voluit, *aut sane*. Perperam. *Satis* cum Adjectivo valet *et valde*, ut bene advertere Pricæus et Floridus, p. 29. 'Oppido mira et satis varia.' Lib. vi. de Cerbero p. 121. 'Trijugo et satis amplo capite praeclitus.' Lib. viii. p. 170. 'Satis forticulum.' Lib. xi. p. 256. 'Quæras forsân satis anxie.' Et sæpius. Nec secus alii solent. Adi Munker. ad Fulgent. i. 26. Cortium ad Plin. pag. 449. Bronkhus. ad Tibull. lib. ii. 7. 35. 'Satis anxia vivas.' Ceterum expressit Auctor Lucianum iv. *Ἐραυ*. *Ἀνευρέεις ὄντι καὶ ταῖς ἑτι*. *Es* abest a Guelf. sec. *Oud.*

Medioque ign. te Thessalia cons.] Sic Pric. emendat, &c. [V. Not. Delph.] Margini itidem adscripsit alius vir doctus, et probat Cel. D'Orvillius ad Charit. Aphrod. l. i. c. 12. p. 17. *Ἐνός ἐστὶν μοι δοκεῖς*. et l. vi. c. 4. p. 108. Quantumvis aridire posset hæc conjectura, vel Guilielmi, in *editoque*, falsa est tamen. 'Merito ignoras,' ait senex adolescenti Thelephroni, quia et puer et peregrinus erat: hinc sane *merito* sive juste ignorabat, se talibus esse in locis. Vide Glossas. Hoc subodoratus est etiam Wass. turbare tamen putans *Thessalia*. At ita dicitur pro in *Thessalia*. Nam et su-

pra lib. i. pag. 6. vidimus, nomina regionum instar urbium offerri, ut 'Macedoniam profectus.' Adi me ad Cms. lib. iii. B. G. cap. 7. Lucan. lib. viii. 108. 'Siccaque Thessalia confudit lumina Lesbos:' viros doctos ad Liv. Epit. XLVII. *Ægypti regnaret:* et Ep. LIX. Festus in Troja v. 'Locus in agro Laurente, quo primum Italiæ Æneas constitit.' Sic enim Mss. omnes Leid. et Edd. Vett. Vulgo, in *Italia*. Est, qui simpliciter rescribat, *media ig. te Thessalia*. Pro *te* in Guelferb. pr. est *qua*. *Oud.* *Satis peregrinus, meritoque ignoras Thessalia te consistere*] Infra lib. viii. 'An nulli scitis quo loco consederitis?' Arrianus ii. 13. in Epictetum: *Ἄνθρωπός καλῶ αὐτὸν, καὶ λέγω* Ὄντος δ' ἀνθρώπου οὐκ οἶδε ποῦ τῆς γῆς ὄντι. Donatus ad Phormionem: 'Hospes, nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia.' Quid autem illud *merito ignorare?* aut quæ constructio illa, *Thessalia consistere?* ni nimium fallit me conjectura mea, scribendum, *medioque ignoras T. t. c.* Supra in libri limine, 'repntansque me media Thessalia loca tenere.' Fallantur porro eruditi *sane peregrinus* scribentes. Infra lib. iv. 'Satis curiosa avis:' et passim adiectivis id vocis Appuleius jungit. *Pric.*

Saga] Incantatrices, et scientes artis magicæ: super qua dictione in primo commentario satis ac super. *Beroald.*

Dic sodes] Dictio comica est: et, ut auctor est M. Tull. in Oratore, ex copulatis verbis coagmentata: dicitur enim *Sodes*, pro si audes: sicut *sis*, pro si vis. *Idem.*

Custodela feralis] Mortui custodia, diminutivum est: cui consimilia sunt 'fugela,' 'cautela,' 'axela,' 'mandatela,' 'umbela,' et hujusmodi alia: de quibus Priscianus in iii. 'Feralis,' i. e. ad mortuos pertinens: 'feralia' dixerunt, Dis manibus sacrata festa. *Idem.*

Perpetem noctem] Nocte perpetua et integra: *perpetem* enim, ut supra diximus, *perpetuum* dici voluerunt. *Idem.* *Perpetem noctem, &c. vigilandum est*] Justinus v. 'Atque ibi' (in foro) 'perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant.' Mamertinus Panegyri. 'Dies noctesque perpeti sollicitudine, &c. transigere.' Lactantius VII. 26. 'Per annos septem perpetes.' *Pric.*

Exertis] Lib. i. 'exertam vigiliam tenere.' *Elmenh.* *Exertis oculis*] Vigilantibus, et inconnuiventibus. Sicut enim *exertum* dicitur, quod denudatum est, ita 'exertus oculus' eleganter appellatur, apertus et vigil: talis enim denudatus, intectusque est. *Beroald.*

Inconnuis oculis] Merito hanc emendationem receperunt omnes post Colvium. Immo jam ante expressa est in Junt. Ed. post. confirmata a Mss. Flor. Reg. Fox. Palat. Oxon. D'Orr. Par. &c. *inconversis* ex glossa vocum sequentium est natum. Gellii locum bene defendit altero ejusdem *Pricæns.* Adde Ammiani Marcelli. lib. xxix. 2. 'Inconnuens justitiæ oculus:' et Solin. cap. 61. ex altera editione: *Inconnuos oculos habet:* quod et inveni in aliquot Mss. Vide Salm. *Oud.*

In cadaver intentis] Virgil. VII. *Æneid.* 'Intentos volvens oculos.' Lucianus in Hermotimo: '*Ἀρεὺς ἀροβλέρεω.*' Horat. 'Spectare oculo irretorto.' Lib. i. 'Eumque adspiciens aliquanto intentiore acie.' *Elmenh.*

Acies] Scilicet oculorum. *Beroald.* *Nec acies usquam divertenda*] Gellius XIII. 26. 'Nusquam connivens, nusquam aciem suam flectens.' Qui locus alterum ejusdem huc allatum sanum evincit, nec fuisse cur P. Colvius *inconnuis* reponeret. *Pric.*

Ne obliquanda quidem] Floridus contra Mss. et Edd. exhibuit *nec*, metuens, credo, concursum vocalium;

sed inscite. *Ne quidem* dicitur, licet vocalis sequatur. Sic Mss. lib. iv. p. 78. 'Ne ululatu quidem.' Lib. vii. pag. 143. 'Ne ulla quidem.' Lib. ix. 'Ne ipse quidem asinus.' Ter. Heant. v. 1. 22. 'Ne is quidem.' Vide omnino Gron. et Bnm. ad Suet. Tiber. cap. 15. 'Ne hereditatem quidem:' ad Donat. de vita Virgilii: 'Ne Homero quidem.' Ita e Mss. correxi Cæsarem lib. i. B. G. c. 32. 'Ne in occulto quidem.' Mss. optimus Melæ lib. ii. c. 7. 'Ne ea quidem,' ut eidem lib. i. c. 9. 'Ne illud quidem.' Alia vide ad lib. iv. p. 69. in f. 'Ne perfringere quidem.' *Oud.*

Latenter obrepant] Palat. D'Orr. Guelferb. sec. et Par. *adrepant* cum Edd. Elmenh. et seqq. præferant, *arepant* Pith. Guelf. pr. *errepan* Oxon. In Reg. Lips. et Edd. prioribus *obrepant*. Quod passim de somno sensim et clanculum adveniente usurpatur. Vide Barth. ad Rutil. Itin. lib. i. 306. N. Heims. ad Ovid. Met. l. vii. 155. Potiores tamen Mss. hic sequor. Cic. lib. iii. in Verr. cap. 68. 'non sensim neque moderate ad ipsius amicitiam adreperat:' ubi consulatur Grævius. *Idem.* *Versipelles*] Glossæ: '*Κωδωπῶτες*, versipellis.' *Pric.* *Versipelles*] Magas sive sagas intelligit, quæ potentia magica transfigurantur in varias effigies animalium. 'Versipelles' enim dicti sunt, quolibet genere sese commutantes. Plautus in Amphitryone: 'Versipellem sese facit quando lubet.' Plinius ex opinione fabulosa homines tradit in lupos verti, rursusque restitui sibi dicit; inde factum esse, ut in maledictis versipelles habeantur. *Beroald.*

Oculos Solis et Justitiæ] Alnus Poëta, *Ἰππὸς Ἀλκμ.* *Soping.* At Justitiæ oculis fere clausis pingitur. *Wasse.* Intelligit Sopingius, Julianum citatum jam a Bapt. Pio, qui t. i. Thea. Crit. pag. 371. &c. 448. 450. deducit hoc ab Hieroglyphicis Egyptiorum. Lib. iii. pag. 47. 'Solis et Justitiæ

testatus oculum.' Apud Suidam 'Ἐκδ-
 λων' Ἡλίου τε καὶ Διὸς, in v. Καθεύδαι.
 Diverse scilicet a nostris pictoribus
 sculptoribusque senserunt sæpe An-
 tiqui, qui 'os oculosque Justitiæ,
 aspectu vehementi, luminibus oculo-
 rum acribus, expressere,' teste Chry-
 sippo apud Gell. lib. xiv. c. 4. quem
 bene citavit Floridus. Adde Amm.
 Marc. lib. xxx. cap. 2. 'Inconnivens
 Justitiæ oculus, &c. vigilavit adten-
 te.' In nummis etiam conspicitur
 Dea Justitia oculis apertis. Vide
 Spanhem. de præst. Num. Diss. viii.
 tom. i. pag. 466. Montfauc. Antiq.
 Explic. lib. iii. c. 9. aliosque. Quin
 et in Epigrammate Simonidis p. 201.
 Ὅρμα Διὸς καθ' ὅφ' πάντα τὰ γινόμενα.
 Adde Kust. ad Suid. v. Διὸς ὀφθαλ-
 μός. et in Onomacriti H. 62. 1. Ὅρμα
 Διὸς μέγα πτερύκεος. ut leg. cum
 acutissimo juvene, J. Piersono Veria,
 p. 44. Oud. *Oculus Solis et Justitiæ*]
 Nihil Sole oculatius est: quippe qui
 omnia intuens, omnia etiam exan-
 diens esse dicitur ab Homero et Pli-
 nio. Ambrosius in Hexamero, Solem
 esse ait mundi oculum, jucunditatem
 diei, cæli pulchritudinem. A Græcis
 πᾶν ὁρᾶν, id est, omnia videns, Osi-
 ris, qui est Sol, interpretatur multio-
 culus: ut Diodorus et Eusebius pro-
 didere. Justitia quoque oculatissima
 esse fingitur, oculo vegetissimo, acie
 perspicaci et cuncta perspiciente:
 quam Chrysippus fieri solitam esse
 prodidit aspectu formidabili, lumi-
 nibus oculorum acribus: neque humi-
 lis, neque atrocis, sed reverendæ cu-
 jusdam tristitiæ dignitate. Plato, vo-
 lumine de legibus nono, Justitiam
 omnium speculatricem atque vindi-
 cem appellat, et ita dici a priscis sa-
 cerdotibus tradit. Lucius noster Ili-
 dem in tertio, junctim ponit: 'Solis
 et Justitiæ testatus oculum.' Quod
 autem quidam dicunt, de oculo jus-
 titiæ mentionem fieri a Diodoro, et
 inter sacras Ægyptiorum literas re-
 ferri, id haud utique verum est: et-

enim Diodorus in iv. Bibliothecæ,
 disserens de literis Hieroglyphicis,
 ait, in illis oculum hominis scribi, qui
 significat justitiæ servatorem, et to-
 tius corporis custodem: nulla facta
 mentione de oculo justitiæ. Lege
 et pensita diligenter verba Diodori,
 apertissime cognosces ita esse et sig-
 nificare, uti nos docuimus. *Beroald.*

Et aves, et ursum, canes et mures, &c.]
Et ursum, quod est in Lips. Guelf.
pr. Flor. male retinere cum Colvio
Vulcanius, Elmenh. aliique. Quam-
vis enim ursus de quavis fera majore
sumi possit, ut videre est ad Veget.
lib. ii. c. 16. et crebro, quotiescum-
que ursorum mentio in calidis fit re-
gionibus, tum certe ursos debnisset
scribi, ut reliqua sunt in plurali, et
hinc ita edidit Scrivierins. Sed bene
Wow. et Florid. revocarunt rursum,
quod Fux. Oxon. Pith. Guelf. sec.
Pal. et D'Orvill. quoque vindicant;
sensusque loci necessario exigit. Sa-
gæ mulieres non se transformant in
feras, magnasque bestias, sed do-
mesticas, minoresque, ac velocissi-
mas. In Fux. videtur esse, et etiam
canes. Oud. Muscas induunt.] In mus-
cas et aves transfigurantur: induere
autem est, in avem transformari. A
Virgilio dictum est, 'Induit mucro-
nem,' pro mucrone confoditur. Ber.
Nam et aves, et ursum, et canes, et
mures, &c. induunt.] Apud Lucianum
in Philopseude: 'Ἐπιστὰς ἐπειρώτό μου
λαβεῖν, &c. καὶ ἔρρι μὲν κύνων, ἔρρι μὲν
ταῦρος γυγρόμενος, ἢ λέων, &c. In Oxon.
et aliis Mss. aves, et rursum canes, &c.
Pric.

Commisiscuntur] Reg. Fax. commi-
niscuntur. Vide supra ad lib. i. p. 19.
'Scias, quemadmodum debent,' in
nonnullis. Perpetua hæc est varia-
tio; et uterque modus ita per Vete-
res adhibitus. Oud. Quantas latebras
commisiscuntur] Μηχανάς. Sic Gel-
lius xvii. 9. 'latebram scribendi'
dixit. Pric.

Et, quod pene praterieram] Infra

lib. III. 'Sed, quod sciscitari peno præterii.' Plaut. Pæn. 'Et hoc quoque etiam, quod pene oblitus fui.' *Id.* *Pene præterieram*] Sic Plinius: 'Pene præterii, quod minime prætereundum fuit.' *Beroald.*

Corpus] Defuncti, quod custodiendum receperit. *Idem.*

Mane] Hora matutina. *Idem.*

Desectum] Par. Cod. *descepto*, Pith. *desecreto*, Palat. *Guelferbytani*, Ed. Junt. post. *desecto*. Optime, uti et Salmasius margini adlevit. Sarcire id compellitur membro desecto de sua facie. Nam id, quod ex alterius facie desectum est, non potest de sua facie desecari; sed similia possunt membra. *Compelli* Pith. *Oud.*

Sarcire compellitur] Tanquam talionis pœnæ subjiçitur, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente, membrum pro membro reposcit. *Beroald.* *Id omnia de sua facie resectum sarcire compellitur*] Apposite in Glossario: 'Aroribus, pendo, resarcio.' *Pric.*

Commasculo] Roboro, firmo, et mascula quadam virilitate perfulcio, nam quæ mascula sunt, valentiora sunt, et robustiora. Unde *masculum* pro forti et vehementi usurpat antiquitas, ut testatur Nonlus. Arboribus, immo potius omnibus quæ terra gignit, herbisque etiam, utrumque sexum esse, diligentissimi scriptores tradunt: maresque in omni genere fortiores esse, præterquam in pantheris et ursis. 'Masculescere' verbum Plinianum est, pro eo quod est masculinum fieri. 'Masculæta' quoque in vineis dicta, cum palmites induruerunt per pedamenta propagati. *Beroald.*

Clamare desine] Tandiu clamat præco in re aut vendenda aut locanda, quamdiu adest emptor vel conductor: quo parato, clamare desistit. *Idem.*

Adest custos paratus] Id est, ego adsum: nam de nobis, ut auctor est Quintil. loquimur tanquam de aliis, ut, Dicit Servius, Negat Tullius: pro eo quod est, Ego Servius dico, Ego

Tullius nego. *Idem.*

Cedo] Dic: da præmium. Verbum comicum, et apud Plaut. frequentissimum. *Idem.*

Mille nummi deponentur] Numum cum Florent. et Mang. exhibent membranæ *Guelferbytanæ*, Oxon. et Ed. Scriv. Quod mutarunt nasutuli, qui putarunt vitiosum alloqui esse *deponentur*, in plurali. Neque enim is in *deponetur* cum Heinsio mutandus, qui et *numum mille* in Petron. c. 97. reponi volebat, ut et Plinio lib. XVI. cap. 40. e Mss. *octoginta numum*. Vide et ad fin. lib. I. *Viginti denarium*. Adi omnino summum Gronovium lib. I. de Pec. Vet. cap. 10. et lib. II. cap. 4. p. 77. ejusque filium ad Gell. lib. I. cap. 16. in f. item me ad Cæs. lib. III. B. Civ. cap. 84. 'Equitum M. sustinere auderent:' ut est in Mss. Infra quoque lib. VII. p. 134. Florent. habet, *ex promtis mille aureum*. Passim Noster cum optimis quibusque *um pro orum* per syncopen in Genitivo plurali dixit. Plura erunt monenda lib. VI. p. 124. *Deponentur* in Palat. *Guelf. sec. Oud. Mille, inquit, nummi deponentur tibi*] Sic apud Petronium: 'Accipiet nummos mille.' *Pric.*

PAG. 36 *Cave d. ut primatis civitatis*] Non satis accurate hic suam rem egerunt Colvius et sequentes, pro *principum* vel *principium* reponentes ut *primatis*, et tamen retinentes *filii*. Nam Mss. omnes, nt Lips. Fux. Pal. *Guelferb. Reg. Oxon. D'Orv.* qui habeant ut *primatis*, non agnoscunt *filii*; quæ vox omnino deleri debet, si retineamus *primatis*, id est, *principum filii*, ut diserte est in Florent. Pithæano, alioque incerto, et Edd. ante Colv. nial quod Rom. et Vicent. dent *principium*. Quomodo sæpe scribitur ille Genitivus. Vide Drakenb. ad Liv. lib. II. cap. 27. Duker. ad Flor. lib. III. cap. 21. § 13. 'Ad principium cædem:' ut exaratur etiam in duobus vetustissimis Voss. Matis; et quæ

laudavi ad Cæs. lib. iv. B. G. cap. 3. Post *primatis* in Guelferb. pr. est vacua litura, major quam pro voce *filii*. Posset quoque legi *primatum* vel *primorum*, id est, *principum filii*. Nam intelliguntur pater et mater. Vide ad p. 25. 'Dominis parabat.' Librarii hoc non capientes interpolant locum. Quare reposui *principum filii*, deleta vocula ut, quæ immerito inrepsit. Adi ad pag. 32. 'Cave, cœna regrediare maturius.' De *primatibus* et *primoribus* confer ad p. 16. lib. i. Dein *hujus* deest Flor. Bert. et Edd. Rom. Vicent. Oud. *Cadaver a malis harpyiis*] Præcipit præco, cadaver illud primarii juvenis solenter custodiendum esse a nequissimis mulieribus, quas scito appellat 'malas harpyias,' quoniam instar harpyiarum rapiabant, et raptu immundo furtivoque cuncta prophanabant. Harpyias Jovis canes dictas esse tradunt, quas Apollonius duas esse dixit, alii tres, quas poëta inclytus luculentis versibus ita describit: 'Virginei volucrum vultus, foedissima ventris Proluvies, uncæque manus et pallida semper Ora fame.' Ab ἀρπύγῃ, quod est rapio, harpyias nominari autumant: quas quidam Neptuni filias esse prodiderunt, quia fere prodigiorum omnium pater est. Alii dicunt harpyias filias Thaumantis et Electræ. Namine harpyiarum rapaces furtifici avari significantur. *Beroald.*

Ineptias mihi narra, et nugæ meras] Suidas: Οὐκ οὐδ' ὁ κρέζειν ἐπὶ τῶν μάτην θρυλλούντων, ὥς αἱ κορώναι. *Pric.*

Vides hominem ferreum] Ajax apud Sophoclem: Τὰ δέιν' ἐκατέρουν τότε βαφῇ σιδήρεος ὥς. Philo lib. 8. τῆς πᾶς ὁ σπουδ. ἐλεῖτο. Δι' ὅλου νεκρωμένον, οἷα πέτρας καὶ σιδήρου. Artemidorus i. 52. Σιδηρέους λέγομεν τὰ πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας. Aristoph. Acharn. Σιδηροῦς ἀνὴρ. nbi Schol. στεφθεὶς καὶ ἀτέραμος. Euphrasio de Prometheus: Ἀπαθὴ τινα καὶ σιδηρεον ὑπελάμβανον. Sic Seneca m. 7. de Ira, 'fortem et silicem'

dixit: contrarius ἀνὴρ σίκκος, τοῦτ' ἔστιν, ἀσθενὴς καὶ ἀχρεῖος, expouente ad Eidyll. x. Theocriti Scholiaste. *Idem. Hominem ferreum*] Semetipsum Telephron signat, qui loquendi modus est usitatissimus. *Beroald.*

Insomnem] Pervigilem, ac sine somno. 'Insomnia' dicitur vigilia, et 'insomnis' vigil. Unde apud Virg. Grammatici legunt: 'Anna soror, quæ me suspensam insomnia tefret' ut *insomnia* generis fœminini, et numeri singularis, vigiliam significet. *Idem.*

Ipeo Lynceo, vel Argo, et oc.] *Lynce* vel *Lince* præbent Oxon. Reg. Fux. Pal. Bert. D'Orv. Guelf. A Lynce, visus acerrimi bestia, nomen fuisse creditur nobilissimo illi Argonautæ Lynceo. Vide, num *Lynces* dici queat æque ac *Lyncæus*, ut 'Perseus' et 'Perseus,' similiaque nomina, et in consilium adhibe viros doctos ad Livium lib. xlii. cap. 25. et N. Heins. ad Vellei. lib. i. cap. 9. *Ipeo* exsulat a Regio, Fux. Oud. *Ipeo Lynceo*] Valerius Flaccus, in primo Argonauticon, Lynceum memorat in catalogo Argonautarum: quem dicit fuisse oculatissimum perspicacissimumque mortalium, his versibus: 'Fluctibus et mediis terras dabit ille magistro, Et dabit astra rati, cumque æthera Jupiter umbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.' Autumat Plin. fabulam cernendi Lynceo inde ortam, quod novissimam primamque Lunam in Ariete primus eadem die conspexerit: quod nullo alio in signo contingit. De Lynceo sic scribit Hieronymus contra Johannem Origenistam: 'Lynceus, ut fabulæ ferunt, videbat trans parietem: hinc proverbialiter Lynceus pro oculatissimo, et acutissimi visus usurpatur.' M. Tullius: 'Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?' Horat. 'Non oculo possis quantum contendere Lynceus.' Item: 'ne corporis optima lyncis Contemplerè oculis.' Qui-

dum oculos *lynceos* a lyncibus, quæ elarissime omnium quadrupedum cernunt, falso deducunt. *Beroald.* *Argo*] Argum totum stellatum oculumque fuisse, nullus ignorat, qui vel illud Nasonis notissimum legerit: 'Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.' Huic custodi Ionis vigilantissimo Mercurius falcato ense caput amputavit, cujus oculos excepit Juno, eosque collocans in pennis pavonis, caudam gemmis stellantibus implet: hinc 'Argiphontes' poësis dictus Mercurius, quasi Argi peremptor: mystice autem 'Argus' est, cælum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species celestium videtur oculorum. Cælum autem 'Argum' vocari placuit, a candore et velocitate: hic ergo ambitus cæli, stellarum luminibus ornatus, existimatur enectus esse a Mercurio: quia Sol, qui et Mercurius est, diurno tempore obscurendo sidera veluti enecat, vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. *Idem.* *Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo*] Proverbiale et istud. Arrianus III. 22. in Epictetum: 'Αργος τυφλὸς ἢν πρὸς ἀνθρώπους. Vide et Scholiastem ad Plutum Aristoph. In Oxon. lince, non *Lynceo* scriptum. *Pric.*

Oculeum totum] Plautus *Aulular.* Scena, 'Nimium libentes:' 'Intro misisti in ædes quingentos coquos, Quos si Argus servet, qui oculis totus fuit, Is numquam servet.' *Elmenh.*

Me produxit ad domum] Edidit *Elmenh.* *Pric.* *Flor. perduxit*, quod habet quoque *Reg. Par. Fux. vel perducit* *Oxon.* *D'Orv. Guelf. uterque*, et *Ed. Junt.* post. uti et *Bertin.* ex mea *Coll. perducunt.* Hinc certe et ob seq. *demonstrat*, præ tuli præsens. *Scrivierius produxit* ex *Vett. Edd. revocarat: producere* placet, sive porro ducit: ut *producere in insidias*, et similia crebro. Variatio est perpetua. *Oud.*

Illico] Statim. *Obseptis.* Occlusis, obfirmatisque. *Beroald.*

Per quandam br. posticulam] In *D'Orv. postulam.* Sed ut a postico 'posticulum' Plauto, sic a postica 'posticula.' Adi *Socrem meum* ad *Valer. Max. lib. v. 7. 3.* 'Quum domo postico clam esset egressus:' ubi in aliquot *Mss. postica.* *Oud. Posticulam*] Hoc est, per postes tergo relictos, et posteriorem domus partem, quod et posticum dicitur: diminutive posticulum. *Plautus in Trinummo:* 'Posticulum hoc recipit, cum ædes vendidit.' *Servius Grammaticus* ait 'posticam' fœminini generis a 'postico' differre, eo quod 'postica' verbum augurale sit, et ad augures tantum pertineat, quæ in cælo designantur: de qua *M. Varro:* 'Templi in cælo quatuor partes dicantur: Sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem.' Annotavimus in *Tranquilli commentariis, pseudothyron* perquam eleganter et scite pro postico usurpari ab *Ammiano Marcellino, M. Tullio, Paulo Orosio*, aliisque scriptoribus laculentis. *Beroald.*

Intro vocat me et conclave quoddam obscatis luminibus umbrosam, et demonstrat matronam febilem] *Pricæus* legit: et cum clave quadam roscatis luminibus, umbrosam demonstrat cubiculum, matronamque f. *Piccart.* in *Peric. Crit. cap. 19. Intro vocat me in conclave q. obs. luminibus umbrosam demonstrans m.* *Ferrar.* in *Elect. lib. i. cap. 19. Et in conclavi quadam obs. luminibus (fenestris, ut in lactu) umbrosa, demonstrat matronam feb.* *Flouridus* denique edidit tacite: et conclave q. obs. luminibus umbrosam demonstrat, matronamque f. *Salm. margini adposuit: obs. luminibus umbrosam, dem.* *Burmman.* margini adlevit: *F. intro vocat me in conclave quoddam, et obscatis luminibus (fenestris) umbrosam demonstrat cubiculum, matronamque feb.* Nunc *Mss. videamus. Et conclave quoddam servant omnes; nisi quod in Oxon. et Fux. et Guelf.*

ferbytanis sit, et cum clave quadam, ac Palat. et concl. quadam. Nam vix fidem habeo Ferrario, testanti in Cod. Zabarellæ esse et clave quadam. Sed et abest a Fux. Dein obsecratis liminibus Mss. aliquot, et Edd. ad Elmenh. usque. At luminibus diserte exstat in Florent. Pith. Palat. D'Orvill. et, pro Var. Lect. in Bertin. *umbrosam* in Mss. etiam Lipsiano. Sed tamen in D'Orvill. et Oxon. ex Coll. Gronov. item Guelferbytanis, *umbrosam*, in Cod. Zabar. si fides Ferrario, *umbrosa*. Dein demonstrat matronam, sine *q̄* cubiculum et que, exhibent libri omnes, etiam Oxon. si Cl. J. Gronovio fides. Nam Pric. ex eo protulit, *umbrosam cubiculum d. matronamque*. Ex eunctis itaque patet, *cubiculum* inrepsisse e glossa, non additum tamen primum a Beroaldo, ut censet Ferrarius. Nam Edd. etiam Rom. et Vicent. &c. dant: præterea et retinendum, ut copulet introvocat me, et demonstrat matronam. Quare facile amplector Ferrarii correctionem, omissa tamen non necessaria prepositione in, sic: *Conclave quadam obs. luminibus umbrosæ*: sc. cella, domo, parte. Vide illam et Gujetum ad Terent. Heaut. v. 1. 29. 'Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam, retro.' Gloss. 'Conclavia, *ὄλκος ἐν τῷ μίαν κλειδα*.' Quamquam et legi possit: *conclave vel conclavi obs. lum. umbroso*. De luminibus seu fenestris consule Ferrar. et Zinzerling. ad Valer. Flacc. lib. iv. 28. In alio cubiculo seu obscuro conclavi tamen erat cadaver: (vide infra:) ubi mortuos ponebant Græcæ ante *πρόθυρον* in atrio. Apposite Lucian. in Timon. t. i. p. 132. Ed. Hemst. καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῇ πύλῃ οὐκ ἔκλειε προέκτανται, ἐπὶ τὰ γόνατα παλαῖ τῇ δόλῃ σκεπόμενος, περιμέχχτος ταῖς γυναιξί. Inepte Lnd. D'Orleans ad Tacit. Ann. lib. ii. p. 385. refugit æratis luminibus. *Flebilis* abest a D'Orvill. Oud. *Conclave quoddam*] 'Conclavia' dicantur loca, quæ una

clave clauduntur. 'Conclavata' quoque dicebantur apud Veteres, quæ sub eadem erant clave. Mart. 'In omnibus Vaccerra quod conclavibus,' Beroald.

Fusca veste contextam] Lib. vii. 'Fuscaque veste contexta.' Catullus 'funestam vestem' appellat. Propert. lib. iv. Eleg. 'ultima lugubria.' Arnobius et Valerius, 'miserorum et doloris insignia.' Vide Lælium Bisiolam Subsecivarum lib. x. cap. 18. *Elmenh.* Atræ, pullæ, fuscæ, sordidæ vestis in luctu mentio ubique. Oud. *Fusca veste*] Nigra vestimenta lugentibus accommodata sunt: a Varrone 'amiculum nigellum' dicitur vestitus lugubris. Prisci 'antracium' nigrum dici voluerunt: 'anthrax' enim Græce carbo appellatur, unde 'antracina' lugentium vestis. Illud notabile, quod tradit Plutarchus in problematis: mulieres scilicet in luctu albis vestibus indui solitas, ut quemadmodum mortui corpus albis vestibus velabatur, idem et propinquos factitare voluerunt. Alba autem veste idcirco cadaver exornabant, quia solus albor, color sincerus ac purus, minimeque inquinatus est, et ob id mortuis aptissimus. De nigris autem vestibus non minus quam purpureis illud dici merito potest: 'Dolosæ vestes, dolosi colores.' Beroald. *Et conclave quoddam obsecratis luminibus umbrosam demonstrat, matronam flebilem fusca veste contextam*] Servius Fuldens. ii. 'Ideo lugentibus inimica lux est, quia caruerunt ea hi quos dolent: ideo tenebras petunt, et atra veste amiciuntur, ut videantur cum defunctis agere, imitantes tenebris faciem Inferorum.' Notabilis hec Oxon. Codicis scriptura, *Et cum clave quadam obsecratis liminibus umbrosam cubiculum demonstrat, matronamque f. &c.* unde non magna licentia locum sic restituas: *Et cum clave quadam obsecratis liminibus, umbrosam demonstrat cubiculum, matronamque f.*

ἔρ. Gloss. 'Reserat, ἀνολύει, κυπλῆς μοχλῶν.' In vet. Onomast. 'Resero, ἀνολύω.' Si minus hoc arriserit, maneat altera lectio, *observatis*. In eod. utilissimo Onomast. 'Obsero, περι-
κλῶμαι.' *Pric.* *Matronam flebilem, fusca veste contextam*] Servius ad *Æneid.* xi. 'Lugentium mos est prioris habitus immutatio.' Infra lib. vii. 'Fleta et lacrymosa, fuscaque veste contexta:' et iii. 'Mulier flebilis, atra veste contexta.' Apud Nonnium Ennius: 'Quis illæc est quæ lugubri succincta est stola?' Artemidorus de nigris vestibus: Οἱ περὶ οὐρτες τοὺς ἀποθήσκοντας, τοὺς τοὺς χροῖντας. *Idem.*

Quam propter] Pal. Pith. Gneff. sec. *quapropter*. D'Orvill. et Par. *quam prope*. Cave, quid mutes. Frequens in hac præpositione est Appuleius: sed hic illic in Mss. et Edd. est corrupta. Vide l. iv. p. 105. 'Rivulum quemdam propter insitens.' Lib. v. p. 144. 'Suggestum propter:' p. 167. 'Venerem lavantem propter adsistens.' Lib. vi. p. 196. 'Lapidem viam propter positum.' Lib. viii. p. 232. 'Ignem propter adsidens.' p. 245. 'Capulum propter adsistens.' Lib. x. 'Lumen propter adsistens.' Et sic passim alii. Vide Comment. ad Ovid. lib. v. Met. 159. ad Front. lib. ii. 3. 23. 'Propter flumen Empea.' Posuit quoque adverbialiter; de quo ad lib. iv. p. 76. Ed. *Pric.* Dein *hinc* Pith. *Oud.* *Propter*] *Prope*, juxta: ut Virgilius: 'Propter aquæ rivum.' *Auctoratus*. Id est, auctoramento obligatus, et mercede conductus, et pretio emptus ad custodiendum cadaver. Interpres Horatianus illud ex Sermonibus, 'Auctoratus eas,' haudquaquam inscite interpretatur tali interpretamento: addictus, condemnatus: qui se vendunt ludo, auctorati vocantur. In tertio Suetonii commentario non parum multa per-
scripsi super auctoramento, et auctoratis gladiatoribus. Porphyrio signans gladiatorem, inquit: 'Auctora-

bitur in ludum.' Illud adde, quod auctorandi potestatem, hoc est, vovendi consecrandique, nisi patres, non habebant: est enim auctorare, obligare: auctoratus, obligatus: quod nomen maxime ad gladiatores refertur, qui auctoramento et mercedis obligatione addicuntur, mancipanturque gladiatorum: et proprie auctorati ad periculum conducuntur. Contra 'exauctorati' dicuntur milites, quasi exobligati solutique a militari consecratione, obligationeque, quod interdum per ignominiam contingit, ut legiones exauctorarentur ab imperatore: nonnunquam citra ignominiam. Plin. in xiv. 'Vindemitorum auctoratum' decenter dixit, mercede conductum, et sublimitate vitis periclitantem. Item xxxvi. 'populum Rom. decenter auctoratum' appellat, in spectaculis periclitantem iuxta gladiatorum, qui auctorati, id est, conducti sunt ad mortem. De auctoramento mentio est apud Senecam, M. Tullum, et Suetonium. In hanc ferme sententiam Livius in xxxvii. 'Eo vero pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est.' Pomponius poeta Bononiensis, scriptor Attellanarum, fabulam scripsit cui tit. est Auctoratus, cujus testimonia Grammatici identidem advocant. Quint. quoque senior in declamationibus unam condidit, quæ inscribitur 'Auctoratus:' ubi hoc legimus: 'Illum majores prohibuerunt theatro, qui villitate, qui gula se auctorasset.' *Beroald.* *Hic (inquit) auctoratus ad custodiam mariti sui fidenter accessit*] 'Auctoratus,' est δ πρὸς στήθεσιν πρᾶξις, ut bene in Glossario: quod de juvene isto ad tam manifestum debilitationis periculum elocante se ingeniosissime dictum. *Pric.*

Ille crinibus antependulis, &c.] Lib. v. 'Crinium globos decoriter impositos, alios antependulos, alios retropendulos:' ix. 'Comas anteventulas' dixit. Florid. i. 'Crinea ante-

ventulos et propendulos.' *Idem. Crinibus antependulis*] 'Caproneas' dici voluerunt Veteres, capillos, qui ante frontem sunt, quasi 'a capite pronos,' qui alio nomine 'antiae' nominantur, quos in praesentia Appuleius 'antependulos' vocat, quos alibi 'anteventulos' dixit; et 'propendulos.' In Floridis: 'Jam primum,' inquit, 'crines ejus praemulsa antlis, promulsis caproneis anteventuli et propenduli.' *Beroald.*

Luculentam proferens faciem] Id tam hic, quam lib. iv. p. 65. *Faciem illam luculentam*, placebat Sopinio. Perperam. *Luctulentus* vox est nihili, et, si *luctuosum* significet, non exprimit mentem Appuleii, qui ait, mulieri, etiamsi tristissimae, faciem fuisse pulcherrimam; ut pluribus docet Pricaeus. Terent. Heaut. iii. 2. 12. 'Et quidem hercle forma luculenta.' Supra pag. 22. 'Signum perfecte luculentum.' *Luculenta* Pith. Dein *praeferens* Ms. Par. et Ed. Sriverii. Non male quidem, sed tamen praefero vulgatum, quia addit 'crinibus dimotis.' Sic enim buccaeque facies oblecta est prolata, ita ut aspectui pateret. *Oud. Etiam in maeore luculentam*] Mira profecto et exuperantissima esse creditur formositas illa, quae etiam in maeore et aegritudine luculenta conspicietur. *Beroald. Etiam in maeore luculentam proferens faciem*] Notavi in hunc sensum mihi aliquot multos non inelegantes locos, quos hic in medium promere non importunum puto. Isidorus Pelusiota: Τὸ σωματικὸν κάλλος οὐδ' ἐπὶ τῶν ἐκπλήξεων ἀλλοιοῦνται, οὐδεὶς δ' αὐτὸ, κἂν ἐν δακρύοις διαίρῃ. Plutarchus de in virt. profic. Τῆς δὲ Πανθίας καὶ δάκρυα καὶ καθήφεια παντοίας ἔρα καὶ κεκαυμένης ἐξέπληξε τὸν Ἀροδοτην. Philostratus in Iconibus: Βλέπει δὲ οὕτω τι ἥδὲ καὶ ἀφελές, ὥς μὴδὲ ἐπὶ τῶν δακρύων τὸ ἴδιον ἐφαλλάντων. Achilles Tatius de Leucippe: Ἐπλήσθη δακρύων, καὶ εἶχεν αὐτῆς ὡς κάλλος καὶ τὰ δάκρυα. Dio

Cassius de Cleopatra: Καὶ γὰρ ἐν τῷ πενθίμῳ σχήματι δεινῶς ἐνέτρεπεν. Basilus Seleuciensis i. de S. Tecla: Οὐδὲν τῶν τοσούτων ἔσχυσεν ἀγλυῶσαι καὶ ἀμαυρῶσαι τὸ αὐτῆς κάλλος. Heliodorus i. Τραῦμασι μὲν καθήκιστο, &c. ἦνθαι δὲ καὶ ἐν τοῦτοις ἀνδρείῳ τῷ κάλλει. Senec. Herc. Oet. 'Per ipsas fulget ærummas decor.' Terentius Phormione: 'Capillus passus, pessendus, ipsa horrida: Lacrymæ, vestitus turpis, ut ni vis boni In ipsa inesset forma, hæc formam exstinguerent.' Curtius de Darii conjuge jam captiva: 'Formæ pulchritudine ne illa quidem sorte corrupta.' Manilius de Andromeda: 'Servatur tamen in pœna vultusque decorque: Supplicia ipsa decent.' Ovid. Metam. vii. 'Tristis erat, sed nulla tamen formosior illa Esse potest tristi: tu collige qualis in illa Phoece decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.' Et Amor. i. 'Clamabat flebatque simul, sed ntrumque decebat, Nec facta est lacrymis turpior illa suis.' Virgil. 'Tristior, et lacrymis oculis suffusa nitentes:' ubi Servius: 'Dicendo nitentes, expressit nimiam etiam in lacrymis pulchritudinem.' Pric.

Meque respectans] *Respicens* satis temere ex Rom. et Flor. Elmenh. Scriver. Pric. et Floridus in contextum receperunt contra ceteros Mss. et Edd. O. ac loca similia Auctoris. Lib. iii. p. 49. 'Meque respectantes:' in Apol. p. 481. Ed. Flor. 'Quid cunctaris? quid respectas?' Sic et Mss. aliquot et Edd. Vett. lib. ix. p. 194. 'Respectato communi periculo:' ubi tamen vide. E sno Codice *respectans* probavit etiam D'Orv. ad Charit. lib. v. 9. p. 94. *Oud.*

Quam expergit manus obeas] Ut vigilanter officium injunctum peragas. 'Obire munus,' est officium facere. Namque hac præpositione Ob Antiqui usi sunt pro ad: ut 'ob os,' ad os: 'obmoveto,' pro admoveto: 'occensos' dixit Ennius, pro accensos:

et in Iphigenia : 'Acherontem obibo,' inquit, pro adibo. Item, 'ob Romam' dixit, pro ad Romam, illo versu : 'Ob Romam uoctu legiones ducere cepit.' 'Obire diem' significat mori, quasi ire ad diem fato destinatum. Apud Suetonium et M. Tullium 'obire diem' significat adire diem, et in tempore esse ad munus obendum de præsinito. *Bersald.*

Sine cura sis, inquam, &c. 'Bone animo es, quod ad hujus rei curam pertinet,' ut infra lib. III. loquitur. Inibo, adnitar saltem inire, post tot editores, tot correctores, nonnullam hoc loco bonam a Plauto gratiam. In Pseudolo I. 3. Adolescens de lenone loquens : 'Quid mihi es auctor huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?' respondet servus : 'Bene curassis, liquido es animo; ego pro me et te curabo:' nec aliter ulla hactenus mihi visa editio: ex qua lectione tamen nil potest elici. Pro bene repono sine: pro curassis, scribo cura sis. Sine cura sis (inquit) mi here, liquido animo esto: ego pro me et pro te curabo. 'Quietus esto, ego curabo,' &c. dixit alius upud Terentium. Sic iterum supra hoc lib. 'Sine cura sis, inquam, Fotis mea:' et præter Nostrum Tacitus, qui sic de Agricola : 'Fina vitæ ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit:' quibus adde et II. 20. ista A. Gellij : 'Hortatur ut tum quoque sine metu ac sine cura sint.' *Prie.*

Modo compera] Imperativum hic primus inexit Scaliger, sive Vulcan. Ed. sec. cui parerunt sequentes: uti sæpissime modo construitur. Ovid. lib. I. Art. Am. 370. 'Capies: tu modo tende plagas:' et va. 477. 'Penelope ipsam, persta modo, tempore vinctes.' Verum Mss. quantum sciam, omnes, et Edd. priores exhibent *comparas*: unde malim cum alio viro docto reponere *compares*. Valet modo idem, quod si modo, dummodo, modo

ut. Torrent. Heast. v. 2. 28. 'Modo liceat vivere, est spes.' Septim. de B. Troj. II. 33. 'Modo in locum ejus Hippodamiam acciperet:' ubi tamen in Mss. et Edd. Vett. est *si modo*. Vel posset legi *comparsus*, ut modo explices per *tantummodo*. Vide Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 53. et sæpius. *Oud. Modo corollarium idoneum compara*] Varro IV. de Ling. Lat. 'Mannupretium a manibus et pretio: corollarium, si additum præterquam quod debitum: vocabulum fictum a corollis, quod hæc, cum pluerant actores, in scena dari solitæ.' Seneca VII. 16. de Benef. 'Gubernatori et opifici villissimæ mercis, et in diem se locanti, corollarium aspersimus.' Gloss. 'Corollarium, *εὐχάριστος*.' Osmast. vet. laudatissimum: 'Corollarium, *ἐρίσπεδ*.' *Prie. Modo corollarium*] Sensus est: omnem curam exue, et sollicitudinem missam facito, o matrona: modo mihi præpares aliquod quasi auctarium et munusculum, præter legitimam constitutamque mercedulam: nam corollarium dixerunt Antiqui, id quod additum foret legitimo præmio ac mercedi, præterquam quod debitum: vocabulum a corollis ductum: quod hæc, cum pluerunt actores in scena, dari sunt solitæ: auctor M. Varro. Scribit Suetonius, quod Augustus corollaria præmia, in alienis quoque muneribus ac ludis, et crebra et grandia de suo offerebat: quo loco pauca quædam annotavimus. Apud scriptores idoneos corollarii mentio fit in hoc significatu, ut accipiatur pro quodam additamento et re tenuissima, cum corollæ, quæ et ipsæ corollaria nominantur, minimi ob græcilitatem pretij dari soleant histrionibus: de quibus Plin. hæc in XXI. 'Paulatim et Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter græcilitatem nominatis, mox et corollaria.' Item in IX. 'Corollarium' pro re minimi pretij usurpavit: sicut M. Tullius 'co-

rellarium nummorum' dixit in Ver-
rimis, quasi (ut ita dicam) pro acces-
sorio atque appendicula: infra Ap-
puleius festiviter appellat 'puerile
corollarium,' præposterum concubi-
tum. Plinius neoteros 'operæ thea-
tralis corollaria' posuit pro mercede
dula et præmio laboris theatrici. *Beroald.*

Quo placito] Pith. Edd. Vicent.
Junt. pr. *hic pl.* Junt. post. *sic pl.* ut
placito sumatur absolute, ut supra
'comperto,' ubi vide. p. 38. 'Et ob-
luto statim.' sc. præmio, ac passim.
Nihil tamen contra Mss. muta. Lib.
ix. p. 179. 'Isto placito, vas,' &c.
Oud.

Et ad aliud cub. &c.] *Aliud* jam le-
gas in Ed. Junt. post. ac consentiunt
Mss. Flor. Pal. Reg. Oxon. &c. *aliud*
D'Orvill. Fax. In Bertin. tamen et
Pith. est *illud* cum ceteris vulgatis
ante Colvium. Quasi cadaver fuerit
in eodem obscuro conclavi, quo sede-
bat matrona, et in illud nondum in-
trarit Thelephron, sibi antea modo
monstratum. Sed malim sequi plu-
rimos Mssos. *Idem.*

Splendentibus linteis] Supra dixi-
mus, quod color albus ob sincerita-
tem, puritatemque defuncti est ac-
commodatissimus: velamenta quo-
que linea non modo indutui et amictui
et sanctissimis Ægyptiorum sa-
cerdotibus, sed optui quoque in re-
bus sacris usurpantur. In Evange-
lio scriptum legimus, corpus Domini
sindone indutum fuisse: quo vocabu-
lo significatur lineum velamentum.
Beroald.

Quibusdam septem testibus] [Vid.
VV. LL.] Hinc eam vocem dein nunc
incluserunt. Sed perperam, ut recte
monuit Pricæus, et ex eo Floridus,
adlato loco p. 42. 'Tres quidam ve-
getis corporibus.' Lib. iv. p. 68. 'Ec-
ce quidam longe plures.' Lib. x. p.
219. 'Quibusdam duobus servis fra-
tribus.' Cic. ii. de Orat. cap. 86.
'Juvenes statim ad januam duos quos-

dam.' ii. de Inv. cap. 61. 'Duo qui-
dam, cum jam in alto navigarent.'
Sueton. in Cæs. cap. 84. 'Duo qui-
dam gladiis succincti.' Hygin. lib.
ii. Astron. 23. 'De duobus quibus-
dam asellis.' Martian. Cap. lib. ii.
p. 45. 'Poscitque quosdam tres deos.'
Vide et Gronov. ad Gell. lib. iii. 7.
'Quadringentos aliquos.' Et sic pas-
sim solent Græci. Achill. Tat. lib.
vii. pag. 417. *Τὴν τέρτατον*. Sed
adi D. Heins. ad Theocr. Idyll. cap.
2. Pric. ad Act. Apost. cap. 19. 26.
Ἐν τῷ τῷ. Moll. ad Longi Past. p.
48. *ἐν δὲ τῷ*. Non opus itaque est,
cum Heinsio in Advers. p. 771. re-
scribi *septenis*. Oud. *Septem testibus*
Allusit ad numerum testium, qui ex
constitutionibus leguntur, et edicto
prætoris adhiberi solent et debent fa-
ciendis testamentis, quorum signacu-
la et subscriptiones necessariae sunt.
Possunt autem septem testes omnes
signare uno annulo testamentum.
Quod si quis sine scriptis volue-
rit ordinare testamentum jure civili,
septem testibus adhibitis, et sua vo-
luntate coram eis nuncupata, sciat
hoc perfectissimum esse testamen-
tum. *Beroald.* *Introductis quibusdam
septem testibus*] Tò *septem* delet Wow-
erius Elmenhorstio approbante:
male faciunt ambo. Infra heic, 'Tres
quidam vegetis, &c. corporibus.' Sic
Act. 19. 14. *ἐν τῷ τῷ*. Pric.

Revelat] Discooperit, renudat, re-
tegit. *Beroald.*

Dintine visu præfeto] *Ubi* est in
Mss. omnibus, et Edd. primis: *per-
feto* Itidem in Reg. Fax. Par. D'Orv.
Guelph. pr. Edd. Vicent. Junt. Ald.
Colin. et Beroaldi nota, Elmenh.
Pric. Flor. *defeto* Ed. Scriv. Sed
præfeto præbent Lips. Pal. Guel-
ferb. sec. Oxon. Edd. Ber. Bas. pr.
Colv. Vulc. Scal. &c. Quod præpla-
cet. Fleverat matrona, priusquam
loquebatur. N. Heinsius d. l. conji-
ciebat: *eo in super feto*, vel *eo super
feto*, aut *viro super feto*. Certe *eo non*

potest hic locum habere. 'Præfieri visus' dicitur, ut alibi 'deseri oculi.' Vide ad p. 5. 'Defletis ad captivitatem oculis.' Millies visus et unus confunduntur: ut mox. Si quid innovandum, præstet Sopingii conjectura, per Græcismum, visum præfeta. At tunc præcedere debebat copula ante *quod obtestata*, vel omnino illic *fide* legendum. Oud. *Unus perfeto*] Legendum *Visu*: hoc est, diffletis oculis. Beroald. *Diutine visu præfeto*] Statius: 'Dilectosque premis vultus, et frigida lambis Oscula.' Pric.

Obtestata fidem pr.] Zabarell. quoque membra dant *fide*, probante Ferrario l. i. Elect. c. 14. uti jam diu edidit Scriverius, passive, quemadmodum in similibus sæpe loquitur Appuleius. Immo Horat. i. O. l. 24. 'Bellaque matribus Detestata.' Sic sæpe 'testatus,' 'contestatus' passive occurrunt. Oud. *Obtestata fidem præsentium*] Lib. ix. 'Cunctos testatur incoram.' Pric.

Membra contacta] Verba concepta non de nihilo videtur esse in Mss. aliquot et Edd. omnibus ante Colvinum. Sed *membra contacta* etiam in Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pric. In Par. Guelf. utroque *umbra contacta*. Vulc. Ed. sec. et seqq. *contacta* ediderunt. *Contrectata*, quod Pricæns conjecit, jam occupaverat Meursius Crit. Arnob. l. ii. c. 3. Ab Auctore relictum opinor: *singula demonstrat anxie membra contrectata*, vel *contrectans, verba concepta d. i. q. t. prænotante*. Eo enim pertinent sequentia. 'Contrectare' vel 'contractare membra' frequens est. Vide ad l. viii. p. 157. 'Studium contrectandæ mulieris.' Oud. *Singula demonstrat anxie membra, contacta, &c.*] In quibusdam est *contacta*: Lipsius *contacta*: legendum *contrectata* puto. Tacitus de Nerone: 'Ad duntur his atrociora, nec incertis Auctoribus: ad visendum interfecit' (Agrippinæ) 'cadaver adcurrisset: contrectasse membra: alia vitu-

perasse, alia laudasse,' &c. Utrobique vides de *cadaveris* agi. Pric. *Verba concepta*] Dicimus *verba concepta*, quæ prout enunciantur, ita perscribi solent: nec aliquid præposterum dici fas est. Sæpe iurjurandum offerri solet conceptis verbis. Plantus in Asinaria: 'Ubi verbis conceptis sciens perjuraris.' Beroald.

Tabulis prænotante] Notarium sive tabellionem significat, quem et libellionem vocant. Papinius in Sylvis: 'De capsa miseri libellionis.' Ex eodem ordine videntur esse 'novatæ,' quorum meminit Horatius illo versu: 'De re communi scribæ magna atque novatæ.' Titulus est apud Jurisconsultos de novationibus, unde et novatis nomen. Idem. *Quodam tabulis prænotante*] Ammianus lib. xxviii. 'Cum hæc eadem numerantes notarii prope triginta adstant cum thecis et pugillaribus.' Pric.

Ecce nasus integer] Matrona coram testibus membra defuncti integra assignat custodi: quæ ille ex pacto integra et illibata debet repræsentare, peracta custodia. Beroald.

Illibata labia] Neutrum reposuit Elmenh. et cum eo sequentes; quia ita exaratum est in Florentino et Bertin. At nihil fuerat novandum contra reliquos Mss. et Edd. priores. Femininum hic genus antiquè, ut solet, amavit Appuleius, vacillantibus temere sæpius editoribus. L. iii. p. 59. 'Nares hiantes et labiæ pendulæ:' ut est in Mss. et Edd. ante Elmenh. sicut mox in singulari sequitur, 'postrema dejecta labia.' L. vii. p. 134. 'Pendulas vibrassem labias.' Ita Mss. non *labia*. L. x. p. 222. 'Contorta in modum lingue extrema labia.' p. 226. 'labiasque modicas, ambrosio rore purpurantes.' p. 231. 'Semihiantes compressit labias.' Nec secus Pompon. apud Nonium in v. 'Delirare,' ac 'Rictum ferarum.' Nigid. et alii apud Gell. l. x. c. 4. xix. c. 11. et ipse Gell. l. xviii. c. 4. 'La-

hiarum ductus.' De prava Donati ad Eunuch. Terent. II. 3. 44. 'demissis labiis,' aliorumque distinctione inter 'labra,' 'labia,' et 'labias,' consule Beroald. et Drak. ad Sil. I. VIII. 115. 'Labiisque trementibus Anna.' Oud. *Illibata labia*] Integra labra. 'Labia' et 'labias' neutro et feminino genere indifferenter apud Antiquos usurpata reperies: proinde quidam inanem facere discretionem voluerunt, ut viro- rum 'labra,' mulierum 'labia' esse dicerent. Antiquus versiculus est memoratu dignus, qui ait: 'Anima ægra et sancia cucurrit ad labias mihi.' Donatus in Eunuchum: 'Labia,' inquit, 'sunt superiora, labia inferiora, labiæ asinorum proprie dicuntur.' Beroald.

Mentum] Nulli præter hominem mentum est. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat: auctor Plin. De feris quoque dici mentum posse, scripturæ canonicæ testantur, apud quas libro Regum primo scriptum legimus: 'Leo et ursus consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam interficiendamque eos.' Vetus proverbium est, 'Inter manum et mentum:' idem fere significans quod illud, 'Inter os et offam,' de quo supra diximus. *Idem. Salva aures, illibata labia, mentum solidum*] Sidonius VII. 5. 'Omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida servantur.' Quæ cum scriberet, Appuleianum hunc locum sectatum esse satis obvium est. *Pric.*

Vos in hanc rem, &c.] Apud Ulpianum Fragm. tit. XX. 'Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium perhibetote. *Cole.* *Vos in hanc rem boni Quirites testimonium perhibetote*] Et hic, ut supra paulo, mos testamenta condentium respicitur. Testator IV. 24. apud Isidorum: 'Hæc uti in his tabulis cerisve scripta sunt, ita videtur, ita lego,

ita dico: itaque vos cives Romani testimonium perhibetote mihi.' *Pric.*

Consignatis] Signo scilicet septem testium. Beroald.

Facessit] Abiit, recedit, verbum comicum. *Idem.*

Et oleum ad lucem luci sufficiens] Et abest Fax. In Ed. Scriverii est *ad lucem loci*. Utrumque male: uti bene Beroald. et Roaldus animadvertunt Appuleii lusum in hac voce, quæ primo diem, dein lumen significat. Plura vide ad Snetonii Cæs. c. 31. Stat. lib. I. Th. vs. 435. 'numerosam lucem' dixit de lampadibus. 'Galeæ lncem' dat Sil. I. v, 308. x. 104. Contra 'lumen nascentis diei' pro luce lib. v. pag. 97. Burm. ad Virg. Æn. II. 683. Heinsius coniecerat, *ad diluculum, vel ad diem, aut lucem uni*. Oud. *Oleum ad lucem sufficiens*] Petit tantum olei sibi exhiberi ad noctem illuminandam, lucemque in loco tenebroso faciendam, quantum per totam noctem durabile sit usque in lucem matutinam. Decenter autem dictum, 'Ad lucem luci diei venientis,' alterum ad lucem illuminationis, quam facit lucerna. Beroald. *Et oleum ad lumen luci sufficiens*] Pollux. VI. 19. τὸ διαφαννύσσαι καὶ διασπνέρεῦσαι ἀν' ἑσπῆς, &c., καὶ παραπέμψαι τὴν νύκτα ἐς τε τὸν ἥλιον, καὶ τὸν λύχρον τὸν τοῖς τοῖς καύμενον, πάνυχρον. *Pric.*

Calida cum ænophoris] Et calida non modo in omnibus exaratur Codd. sed et editum jam est in Ed. Junt. post. Promiscue dicitur *agua calida*, et *calida vel calda*. Vide ad pag. 31. lib. IV. pag. 68. et ad Sneton. Tib. cap. 42. Mox D'Orvill. *œnophoris*, Oxon. *vinoph.* quasi fuisset *otnoph.* Sed in aliis quoque auctoribus *ænoph.* exhibetur. Latini enim Græcam sylvabam *oi* expresserunt per *æ*. Quin in Inscript. Fabrett. pag. 705. Cum ænophoru, cum calice. Fax. *extenophoris. et c. certarumque r.* Guelf. pr. *reliquis.* *Oneratus* malebat quoque

Heinsius. Vide Hb. II. pag. 31. 'Cœnæ honestas reliquias tolerans.' *Oud.* [Ænophoria] Vasis vinariis: 'œnophorum' enim, et nominis argumentum liquet, significat vas vinarium, apud Lucianum et Mart. reliquosque. Augustinus in VII. de Civitate Dei auctor est, in Liberi æde œnophorum sisti solere: quod significaret vinum, per id quod continet, id quod continetur. Praxiteles inter cætera opera quæ percenset Plin. fecit et œnophorum: quod, ut opinor, non tam vas vinarium significat, quam ministerium vini poculum inferentem. *Beroald.*

[*Discus*] Discum vocant vas escarium: unde 'discophoros' dictus, qui in disco, in mensa prandium refert. Divus Hieronymus 'discophorum' seito elegantique vocabulo appellat *Abacuch*, quia scilicet prandium Daniëli deportavit, in lacum leonum coniecto. Legimus in Evangelio, caput Joannis Baptistæ allatum in disco, et puellæ datum fuisse. Apud Antiquos 'ariostrophorum' quoque dicebatur vas, in quo prandium offerretur. Alias 'discens' pro massa plumbi sive ferri accipitur: quod genus est ludi, quo juvenes in ludo contendeant. Disco perlit Hyacinthus, delictolum Apollinis. Poëtæ frequenter disci meminere: aliter 'possinaculum' vocant. Inde 'discobolos' dictus, qui discum jaculat: in quo significato accipitur apud auctores, scribentes discobolon factum esse a Myrone, aliisque artificibus. *Idem.*

PAG. 37 *Capite quassanti*] Videtur Elmenhorstius per hæc exempla p. 95. 133. Ed. Pric. docere voluisse, se errasse in contextu edendo, illeque Pricæus addidit tertium e lib. VIII. pag. 251. 'At ille dñ capite quassanti.' Nam uterque exhibuerat *quassata*. Verum ita dicitur, cum illud externa fit vi, ut Apol. p. 477. Ed. Flor. *fronte et occipitio conquassatus*. Floridus edidit *quassato*. Sed hoc notaret mul-

to, ut l. VI. p. 182. 'Capilloque discisso, et capite conquassato,' sc. Pythes per Venerem. Ms. Palat. *quassatus*. Librarii non ceperant *quassanti* ita dici de ipso capite, nec primum indignatione motante. Atqui non solum Appuleius, sed et antiquiores ita dixerant. Plant. Asia. II. 3. 23. 'Quassanti capite incedit.' Bacchid. II. 3. 7. 'Subducant lembum capitibus quassantibus.' Adde omnino Servium ad Virgillii Georg. lib. I. 74. 'Siliqua quassante:' et Burm. ad l. v. Æn. 469. 'Quassantemque utroque caput.' Immo absolute Lucan. I. 1. vs. 494. 'Quatiente ruina.' In indignatione etiam Sil. VI. 600. 'Tam quassat caput.' De partibus adi ad Petron. c. 33. et Piccarti Perie. Crit. c. 19. *Oud.* *Capite quassanti*] Indignantis specimen est: ut apud Virg. de Turno in XII. 'Ille caput quassans:' et apud Plautum Trinummus: 'Quid quassas caput?' *Beroald.*

In domo funesta cenæs, &c.] 'Qui inget, abstinere debet a convivia, ornamentis, et alba veste.' Paul. Sententiar. I. II. cap. 21. *Elmenh.* *Partes*] Significanter locutus est: nam partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causa solent principes convictoribus dare: ut apud Sætonium et Xenophontem legimus, et infra apud Lucium quoque evidenter ostenditur. Græce *μειλεις* dicuntur. Scribit Dicaearchus, non fuisse moris apud Antiquos in cœnis partes distribuere: postea obtinuit consuetudo, ut deficientibus edulis partes viritim darentur, cum prius potentiores infirmorum alimenta corrumperent: et inde contingeret, ut ex voratrina suffocarentur. Unde factum est proverbium, *μειλεις οὐ σφίγεις*, id est, Pars non strangulat. Hæc ex monumentis Græcorum, secretariisque depromptimus, studiosorum utilitati consulentes, qui frequenter legunt, partes in cœna dari solitas. *Beroald.* Tum illa *capite quassanti*,

Abi, inquit, salve, qui in domo functo cœnam et partes requiris] Lib. VIII. 'At ille din capite quassanti, Vos autem, inquit, de cibo vel poculo, vel omnino nlla refectione cogitatis?' 'Conas et partes,' &c. &c. &c. id est, ut paulo supra, 'reliquias.' Petronius: 'Diversiter cum parte cœnam intervenit.' *Pric.*

In domo, &c. in qua totjugu jam diebus de sumis quidem viuis est ultus] 'Algebat clausa nuda culina foco.' Scholiastes ad Acharnens. Aristophanis: Τὸ σὺν ἐβρύχας ἐμπύρρυντο. Supra lib. I. 'In ejus hospitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer.' Artemidorus II. 9. 'Ἄρου τοῦ τροφῆς ὑπερκαυδῆτος, οὗ τοῦ ἐπ' ἐβρύχας σὺν ἑαῖν. Juvenalis: 'Tunc gemitus cœnis Urbis, tunc odimus ignem.' Scholiastes: 'Nec focum in nostra domo fieri patimur, quod et lugentes obervare solent.' *Idem.* Totijugis dictus] Id est, tot diebus: nam qua forma multijuga pro multis, eadem totijuga pro tot usurpamus: et sicut in 'postliminio' et 'legitimo.' Illud 'liminiam' et illud 'timum' nihil significant, sed pro nomine suppleamento ponuntur, ita multijuga et totijuga et horum nominum opiner esse producta, ut juba pro additamento supervacue ponatur. In apologia: 'Legisti Aristotelis multijuga volumina.' M. T. ad Atticum scribens ait, se 'multijugas' literas accepisse. *Beroald.*

An istis comissatum te venisse or.] Palat. Guelf. sec. conversatum. In plerisque Mss. et Edd. est comes. Sed prætulit i cum Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. et consule quos laudat Draconeb. ad Livii lib. XI. c. 7. 'Quin comissatum ad fratrem imus?' Malim quoque cum Mangani libro istuc ob rē venisse, uti passim 'huc,' 'illuc' adverbis sunt ad locum significantia: quomodo corrigendos videtur Propertius I. I. El. 19. 13. 'Illuc formosam veniant chorus Heroïnæ.' Sic enim in uno Voss. est. In alio Leid.

Delph. et Var. Clas.

Apul.

illuc, vulgo illic: unde Passerat. e conjectura legebat *verumt.* Infra I. XI. p. 180. *istuc* abierat quoque in *istuc.* Guelf. sec. *credis ven.* Oud. *Comessatum*] Convivatum, epulatum, compositum, ut scilicet et gulæ ventrique genitaliter indulgeas. De comensationibus et comessatoribus scripsi affatim in nono Suetonii commentario: ubi id quoque annotavimus, *comessari* proprie dici post cœnam epulari et compositare. *Beroald.* *An isthuc comissatum te venisse ordis*] Glossarium: 'Commissatum, ἐπὶ σίτου.' *Pric.*

Quin sumis, &c.] Perperam omnino Gruter. licet *simus* etiam sit in Palatino. 'Sumere luctus' est induere sibi animum lugubrem: uti 'sumere constantiam virilem' I. VI. p. 127. et lib. XI. pag. 249. 'Sumo vultum lætiores' et ita p. 351. 'suscipere lætatem.' Sic 'sumere fastum' Propertio I. II. 19. 16. ubi vide Passerat. 'Sumere animos,' 'iras,' 'figuras,' Ovidio Rem. Amor. 518. lib. II. Met. 175. XII. 556. 'scenam' I. IV. p. 77. Oud. *Hæc simul dicens, respexit ancillam*] VIII. 'Hic me simul domi, &c. conspexit.' Supra hic: 'Hæc simul dicens, in me respexit.' Fortassis in hac locutione Juvenalis post tot emendatores emendandus. Legimus Sat. IV. 'Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, calebat primo deprendere moram; Et simul aspecti dicebat litus echini.' ubi vulgo *semel* editur: tale infra hic VIII. 'Officilis inferalibus statim peractis.' *Pric.*

Myrrhine] *Myrrhene* vel *Myrrhene* etiam in Mss. Reg. D'Orv. Fux. Lips. Oxon. Guelf. et Edd. ante Vulc. sec. qui bene i reposuit e Gr. *Μυρρίνη*: uti in notis Beroaldi. Ven. *Myrrhene*, Junt. pr. Ald. Collin. *Myrrhena* vitiosissime. Oud. *Myrrhene*] Nomen ancillæ: *μυρρίνη* Græce dicitur myrrhus, *μυρρα* muræna. *Beroald.*

Trade c. et inc. c. c. pr. facessit de-

6 E

solatus] In Palat. Guelf. sec. est *tre-*
das. Male Mss. Lips. Reg. Fux. Pith.
Guelf. D'Orv. Palat. cum Colvio et
sequentibus ediderunt *tr. confestim*.
Et incluso custode, pr. cubiculo facessit
des. ut sub *facessit* subintelligatur ma-
trona. Verum tunc non *custode* de-
buit scribere Auctor, sed *me*, vel
me custode. Omnino igitur verissima
est ceterorum codicum et Edd. Vett.
scriptura *facesse*. Jubet enim matro-
na ancillam oleum tradere, et protin-
us cubiculo *facessere*, incluso Tele-
phrono custode. *Facessit* contractum
est ex *facesse*. Sic: quod clare patet o.
Florent. in quo est *facessit sit*. At sic
agnoscit etiam D'Orvill. cum Par. et
Ed. Pric. ac Flor. pro quo Bemb.
male *hic*. Immo Scriverius jam bene
expressit *facesse*. Sic d. Eaque par-
ticula ad transitionis connexionem hic
est necessaria. Vide ad p. 25. Ed.
Pr. Salmasius conjecit *facessito*. d.
Oud. Custode] Isto scilicet Tele-
phrono, qui se custodem cadaveris
futurum spondit. *Facesse*] Abi,
discede. *Beroald.*

Desolatus] Quasi solus, solitarius-
que relictus. *Idem*.

Perfrictis] Non vulgo legitur *per-*
strictis, sed in sola Ed. sec. Vulcanii
e Ms. Lips. cui accedit D'Orvill.
Sed bene damnavit quoque Pricæus.
Lib. III. p. 57. 'Unguedine adfricta'
et 'defrictis pupulis': ubi eadem est
varietas, et plura vide. Vulcanius
margini adlevit quoque *præfrictis*,
sive ante frictis. Mirifice in Parm-
ano est *perfrigidiscule sed obrinnas*
ad v. et Guelf. sec. *perfrictis culis*,
sed obrinnatus ad v. a m. pr. *ober-*
matus a sec. Fux. *perfrutis*, Guelf.
pr. *perfrutis* o. Oudendorp. *Perfric-*
tis oculis] Moris est oculos digitis
perfricare, ad somnum repellendum,
quando reluctantes et invitos placi-
disimus ille Deorum cogit connivere,
et ramum letheo rore madentem su-
pra capita dormitantium quassat.
Beroald. *Perfrictis oculis, et oberma-*
tis ad vigilias] Omnino legi sic debet,

non *perstrictis*. Infra lib. III. 'De-
frictis pupulis, an vigilarem scire
quererem.' 'Oculus ad vigilias ob-
firmare' hic, est quod vi. 'inconni-
vigiliis lumina addicere.' Heliodoro;
τὸν ὕπνον ἐντελελὲς ἐνιφραδμῶντος διαδίδ-
δαι. Senecam 'caligantes oculos in
opere detinere.' *Pric.*

Crepusculum] Post occasum Solis
dicitur tempus illud 'crepusculum,'
a 'crepero,' quod vocabulo Sabino
significat dubium: a quo res dubia
dictæ creperæ: et a Lacretio dictum
est, 'creperi certamina belli.' Est
enim crepusculum id tempus, quo dies
sit an nox, est dubium. 'Crepusculi'
apud Antiquos nominati, qui eo tem-
pore erant nati, ut Lucii, qui prima
luce, 'Manii,' qui hora matutina: a
Sidonio Apollinari 'crepusculascent'
hora eleganter dicta est pro vesperti-
na, temporeque crepusculi. *Beroald.*

Concubia altiora] Restitui lectio-
nem, quam constanter servant Mss.
omnes, et Edd. Elmenhorstii priorum.
'Concubium' enim neutro genere
substantivum est apud Plantum in
Trin. IV. 2. 44. Varron. de L. Lat. p.
45. et apud Serv. ad *Æn.* II. 268.
Censor. de Die Nat. c. 24. At *concu-*
bia altior, quam lectionem, e con-
jectura Schickleradi in Epist. Crit. taci-
te reposuit Elmenh. nusquam legi:
ut substantive sumatur. Alioquin
enim 'nox concubia' adjective ponit-
ur a Cicerone, Livio, Tacito, Valer.
Max. et Floro lib. IV. 2. 37. 'nocte
concubia.' Macrob. Sat. I. 8. 'Deinde
concubia nox et inde intempesta.'
Quod et restituendum Martiano Ca-
pelli lib. I. p. 14. 'Concubia aut in-
tempeste noctis silentio.' Sic enim
veterimus Cod. Scriverii; vulgo *con-*
cubia. Si vero subintelligas e præ-
cedentibus vel seqq. τὸ *nox*, contra
Latine lingue genium junguntur duæ
adjectiva: ad hæc 'nox concubia'
vel 'noctis concubia' num *altior* vel
altiora dici possint, dubito; item am-
umquam *concubia* in plurali occurrant.
Quare ego hic deleam τὸ *altior* vel

altior, e prioribus repetitum. Optime procedunt *nox altior*, et deinde *concupbia*, et *jam nox intempesta*. Ac sic solent noctis partes describere Romani. Vide citata loca: et tum *concupbia* stare erit adjectivum, ut apud optimos quosvis. *Concupbia* in Pith. *Oud. Altior*] Profundior. *Concupbia*. Apud Macrob. dies ita dividitur, ut post vesperam prima fax dicatur, deinde concupbia, et inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus gerendis rebus. M. Varro noctem intempesta ab aliis concubium appellari docet, ab eo quod fere omnes cubent: ab aliis, quod sileretur, silentium noctis: quod idem tempus 'conticinium' Plautus vocat. Hinc apud historicos, maximeque apud Livium, identidem leges, 'silentio noctis' eductas copias: ubi accipe pro nocte intempesta sive concupbia, super qua re in superioribus quoque non indiligenter scripsi. Scito autem me non tam ex oblivione quam animi sententia non parum multa bis terque repetere, ut scilicet satisfaciam veteri proverbio, quod inquit, *ὁς καὶ τρίς τὸ καλόν*. quod significatur, quæ pulchra sunt, bis et ter et saepius dici oportere. *Beroald.*

Formido cumulation quidem] Lib. I. 'Crebritas ipsa metum mihi cumulabat.' *Elmenh.* Facile substantivum verbum erat subintelligi potest. 'Cumulation formido' dicitur, ut 'cumulata venia,' &c. Adi Comm. ad Virg. *Æn.* IV. 436. Si tamen Ms. idoneus Brantii firmaret conjecturam, non refragarer. Nec satisfaci hic loci istud quidem. *Oud. Nox intempesta, ubique formido cumulation*] Virgilius: 'Simul ipsa silentia terrent.' Idem: 'Hinc exaudiri voces et verba vocantis Visa viri, nox cum terras obscura teneret:' ubi Servius: 'Ut augeret terrorem, tempus adiecit,' &c. *Pric.*

Mustela] Significatur magis, quæ, in mustelam transfigurata, introrepsit intra cubiculam. Placita magorum, vel potius vaniloquia, existi-

mant vi magica homines, potissimumque mulieres, transformari in mustelas, mures, feles, et id genus bestiolas, quod et vulgus credit, cui id quoque persuasum est, feminas certis quibusdam diebus equitare super bestiolas, et cum Diana sive Nerodia de silentio noctis loca multa peragraré. Cujus rei mentio fit in decretis canonicis 26. quæstione 5. Cæterum hæc omnia falsa esse, confidenter existimare debemus: etenim, ut docet divus Augustinus, non potest homo immutari in aliam effigiem: sed illusiones sunt, et phantasmata dæmonum, qui ludificatores sunt mortalium: qui instar Protei omnia transformant sese in miracula rerum, quibus homini præstigis diffidentem esse non possunt. Denique huc referunt ecclesiastici scriptores omnia illa, quæ de Circe, quæ socios Ulyssis mutavit in bestias; quæ de Arcadibus, qui in lupos transfigurabantur; quæ de his qui in jumenta versi annum bajulabant, memorantur. Sed ad propositum: Mustelarum duos sunt genera, distant magnitudine: Græci vocant *λερβας*: dicitur et γαλῆ, est quædam mustela domestica, quæ in domibus nostris oberrat, et catulos suos (ut auctor est Cic.) quotidie transfert, mutatque sedem: ob hoc dixit Plaut. in Stichio: 'Certum est mustelæ posthac nunquam credere: nam incertiorē nullam novi bestiam, quin et ipsa decies in die mutat locum.' Plin. et Solinus tradunt, mustelarum virus exitio esse basillicis, quos interficiunt in cavernis solatib: necantur illi simul odore, commorianturque, et naturæ pugnæ conficiunt. Fel stellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur. Scribunt Grammatici, mustelam dici, quasi murem longum, a longitudine, unde et telum dictum. Genitalia ossea sunt mustelis. Catulus mustelæ efficax est contra mala medicamenta. *Beroald.*

Contra me constitit] Edd. Vicent. Junt. Ald. circa, confusione et aberratione frequentissima. Vide Roald. ad lib. vii. p. 84. Ed. Lugd. 'contra montis fastigium.' me ad Frontin. lib. i. c. 4. § 7. In Palat. *consistit*. Huc autem pertinet egregius locus Æliani lib. xv. de Anim. c. 11. de mustelis: *Νεαροῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθενται γαλαί, καὶ μὴ φυλαττέμεναι ἐπιτάττεισι, καὶ συλῶσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἐκροφούσι.* ubi quis non videt post *ἐπιτίθενται* prave subjici *ἐπιτάττεισι*? Ms. Augustan. cnjns varias lectiones olim Hamburgo ad me misit Celeb. Jo. Christ. Wolfius, dat *ἐπιτάττει*. Lego *ἐπιτάττει*, irruunt. Oud.

In me destituit] Fux. *destitit*. Roald. Sic et Regius. Sed male; nec melius rescribere tentavit Heinsius *destinavit*. *Destituit* est defixit. Gracchus apud Gell. lib. x. c. 8. 'Palus destitutus est in foro.' Vide Drakenb. et quos laudat ad Liv. lib. xxiii. cap. 10. 'Ante pedes destitutum.' Hinc et sistere significat, ut videbimus latins lib. iv. p. 65. 'fugam destituo.' Oud. *Obtutum acerrimum in me destituit*] Gloss. 'Obtutus, ὁρατός ἡμῶντων.' et in alio, 'Ἀνεσις, obtutus,' &c. Virgil. vii. 'Defixa Latine Obtutu tenet ora.' et xi. 'Obtutuque hæret defixus in uno.' *Pric.*

Tantillulum animalis] Pith. *tantillum animal*. In Edd. ante Colvium erat *tantillum*, ut infra h. l. 'Ne præsentia quidem n. tantillum conterriti,' lib. iii. p. 47. 'Tantillo crimine,' p. 52. 'tantillum scrupulum.' Et sæpius. A 'tantus' enim est 'tantulus.' Vide ad lib. iii. p. 59. Hinc *tantillus*; inde ergo *tantillulus*, non *tantullulus*, ut in Zabar. Ms. Servant enim Mss. sed legunt, ut Reg. Fux. Guelf. uterque, Palat. Oxon. Par. D'Orvill. Zabarell. *tantillula animalis*. Quod merito probat Ferrar. lib. i. El. c. 14. *Animalis* substantive dicitur feminino genere: ut crebro dant Mss. et Edd. Vett. in lib. de

Mundo. Sic p. 735. 'Animalium nantium pinnigerarumque ceterarum.' p. 743. 'Animales simul abire patiat' p. 752. 'Animalium pinnatarum.' Neque aliter Mss. duo Voss. Franck. Arundel. in Vitruv. præfat. lib. viii. 'Alit et nutrit animales pascendo.' Vulgo *animatis*. Sic et *animans* usurpatur. Cic. lib. i. de Leg. c. 9. 'Ceteras animantes abjecisset ad pastum.' ubi in uno Cod. prave inveni *cetera animalia*. i. de Off. c. 28. 'Præstantisque animantium ceterarum.' ubi consule viros doctos, uti et Gronov. ad Liv. lib. xxviii. c. 27. 'Insuetos fatus animales edere.' ut est in Mss. multis, item Heins. ad Ovid. Met. i. 70. Reddenda vox *animans* Lactantio Carm. de Phoen. vs. 70. 'Nulla nocens animans.' Sic enim Mss. quod vidi dein occupatum a Cl. Buemann. Adi et Heusing. in Antibarh. p. 436. Plin. lib. vii. c. 1. 'Unum animalium cunctorum.' In antiquissimo Cod. Leid. est *cunctorum*. Mart. Cap. lib. i. p. 18. 'Cunctorumque species animalium.' Veterimus Ms. Leid. dat *cunctorumque*. In scriptura scil. Longobardica plurimum vix ci ab u distingui potest. Oud. *Præ nimia sui fiducia mihi turbaverit animam*] Avidè arripuit hanc lectionem Scriverius. Probavit etiam cum Elmenhorstio Pricæus, male sua (vide ad lib. v. p. 90. 'fatigationem sui') exprimens. Mihi secus videtur. Non tam *præsentia* mustelæ erat turbatus Thelephron, quam fiducia ejus, quia 'obtutum acerrimum in ipso defixerat.' præ hac nimia fiducia animas ejus turbabatur. At *turbavit* recipi, vel restitui potius. Nam sic exstat in omnibus Edd. ante Bas. pr. et Mss. D'Orvill. Palat. Oxon. Fax. Gnelf. sec. *Idem*. Ut *tantillulum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbaverit animum*] Nil equidem metem, nec spernenda tamen cujusdam Mss. lectio, *præsentia sua fiduciam mihi tur-*

taverit et animam: figura & δὲ δύο dicta. Infra hoc lib. 'Ac ne praesentia quidem nostra tantillum conterriti,' &c. *Pric.* *Tantillum animalis*] Elegantius dicimus 'tantillum animalis,' pro parva bestiola, quam tantillum animal. Ita enim enunciatum refertur ad contemptum. Annotat Donatus, hac elocutione per obliquum, ut 'quid hominis,' 'quid mulieris,' contemptum significari: quod si recto casu proferatur, non esse contumeliosum. *Beroald.*

Quin abis] 'Comminantis est, et abigentis a se.' Donat. ad Terentii Andr. *Pric.*

Impurata bestiola] *Fux. impurata bestiola.* *Roaldus.* *Palat. inpyta b. Guelf. sec. imputata b. Ed. Bas. pr. incurata bestiola,* cum in ceteris Edd. et Mss. sit *bestia.* *Floridi Ed. impura.* Satis negliger. *Impurata* vox obvia Plauto et Terentio, sed et Nostris lib. ix. p. 188. 'Impuratissima illa capita.' *Ond.* *Incurata bestia*] *Impura, maculosa, foeda: impurus aliquo vitio maculatus dicitur et improbus.* *Plautus: 'Incurate leno.'* *Beroald.*

Musculos] *Pith. Guelf. sec. musculos.* *Reg. musculus.* *D'Orr. mustelos:* quod juvat Scriverii lectionem *mustelas:* qui videtur non potuisse concoquere *mustelam* in *murini* genere poni. Sed iis illam adscribit Thelephron praedignatione per contemptum et contumeliam, ut bene advertit *Floridus;* nisi malis *mustelulas.* *Ond.* *Musculos*] Tanquam et *mustela* ipsa ex musculorum genere sit. Jeensecula musculorum bruma dicuntur augeri: auctor *M. Tullius* ii. de Divinatione. Inter ea quae neque placida sunt, neque fera, sed mediae inter utramque naturam, numerantur a *Plin.* mures domorum incolae: qui tradit, musculis inesse praesagia, ut scilicet ruinis imminutibus praerigrent. Hinc festiviter *M. Tullius:* 'Reliquae tabernae rimas agunt: itaque non solum inquilinae, sed mures migraverunt.' Scitum est illud *M. Catonis:* consultus, a quo-

dam, qui sibi a sorticibus sive musculis erosae caligae diceret, respondit, illud monstrum non esse: sed monstrum illud habendum fuisse, si sortices a caligis roderentur. De musculis, quam in homine sint innumeri, suo loco mox plura dicentur. *Beroald.* *Teque ad tui similes musculos recondis*] *Oxon. Teque atque tui, &c.* eo recidit quod et ex alio *Ma. Colvius* produxit. *Pric.*

Prasentarium] Quae nunc et in praesentia sine procrastinatione exhibebitur: 'praesentaria remedia,' quae illico sanant: et 'praesentaria pecunia,' quae praesens numeratur: 'venenum non praesentarium' ab *A. Gellio* dictum, quod non statim necaret, mortemque in diem preferret. *Plautus* in *Mostellaria:* 'Ubi id erit factum a me argentum petito praesentarium.' *Plin.* remedia 'praesentissima' identidem ea vocat, quae ocyssime auxiliantur. *Ber.*

Terga vertis] *Glossae: 'Ελε φέρη δίδωμι. terga do.'* *Pric.*

Nec mora, cum me somnus profundus, &c.] *Homerus: Νεκρόν κοιμήσατο χάλκον θάρον. Idem.*

Somnus profundus] Intelligi vult, hunc somnum altissimum vi magica immissum esse ab illa maga, quae, sub specie *mustelae* introrepens, fuerat exterminata ejectaque. *Beroald.*

In immum barathrum] Sive *χθονος βάρετον* *Hom.* ii. 8. 14. vel *Αἴδης βάρετον* *Apoll.* ii. 264. ubi vulgo male exsulat &ε, ac 'Chaos barathri' *Val. Flacc.* ii. 86. *Ond.* *In immum barathrum*] In ipsam quasi mortis et manium profunditatem. *Ber.* [Quae hic de *Barathro* habet *Beroald.* supra jam dictum sunt: quare ea repetere nihil opus. *J. Bosscha.*]

Ut ne, &c. discerneret, duobus, &c. quis esset] *Vitiosae in D'Orr. nec, &c. discernet duobus, &c. p. esset.* *Lipsius* margini adlevit *e duobus.* *Nec male.* Ceterum, ex summi *J. F. Gronovii* sententia, hic quoque legendum foret *discerneret,* sive *dijudicaret,* et certi

quid statueret. Quam cum aliis etiam probat Cl. Drakenb. ad Liv. lib. vii. c. 9. 'Nec, qui potirentur, incertis viribus, satis discerni poterat.' Juvat unus alterque Cod. in Sueton. Calig. c. 25. 'Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere.' ubi vide. Simillimus hisce locus est Nostri lib. viii. p. 166. 'Ut discernere prorsus nequiremus, quam p. cavere- mus cladem, comminus canum, an eminus lapidum.' Nil temere igitur in Appuleio mutem. *Oud.* *Deus Delphicus*] Apollo, qui Deus est divinationis. Delphis fuit clarissimum in terris oraculum Apollinis, sub monte Parnaso, ubi medium et umbilicus terrarum esse traditur: quod negat Varro. *Beroald.*

Quis esset magis mortuus] Id est, 'uter.' Vide ad Matth. ix. 5. et xxi. 31. notata. *Pric.*

Inanimis] Quasi sine anima et spiritu: hoc est, exanimis. M. Tul. in Hortensio, solertia effici dicit, ut, inanima quæ sunt, vivere et spirare videantur. *Beroald.*

Et indigens alieno custode] Simile apud Scriptorem ad Hebræos v. 12. *Pric.*

Pene ibi non eram] Post vocem non *pene*, sed *custode* distinctio ponenda. Amator adolescens apud Plautum Cistell. 'Nullam mentem Animi habeo: ubi sum ibi non sum.' At proxime ad sensum Philostratus ii. 14. *Καθείδοντες, ἀπελθόντων δαυταὶς ὅσπερ οἱ ἀποθήσκοντες, ὅθεν μετὰ τινος λήθης ἀποστάνται, καὶ ἄλλοι ποὶ μᾶλλον εἰσὶν ἢ ὅσπερ εἶναι δοκοῦσι.* Simile illud infra lib. iii. 'Præsentis facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius.' *Idem.*

Commodum noctis inducias cantus perstrepebat] Pal. Pith. *commode*. Pro noctis malebat Lips. nocti. Pro cantus in Reg. Fux. *cunctos*. Divinaram olim prædicebat, ut apud Virgil. de Moreto vs. 2. 'Excubitorque diem cantu prædixerat ales.' Prudent.

Cathem. H. i. 2. 'Ales, diei nunciatur, Lucem propinquum præcinit.' *Moenere* dixit Lactant. in Phœn. vs. 46. 'Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, Et mira lucem voce monere novam.' Ut *monere* adhiberit de alite, qui Phœbo sacer est. Oraculis enim et auspiciis est proprium. Vide ibi Burmann. et Comm. ad Lucan. lib. i. 587. 'Monitus errantis in aëre pennæ.' In Oxon. *vociferare*. Voces. optimo *referre*. Vulgo *ciere*: quod non moverem, si addicerent Codices. Eodem enim sensu Gallus 'provocare diem,' 'evocare Auroram,' &c. apud Pœtas dicitur. At certe nihil nunc in Auctore nostro mutem. Sic 'perstrepere' de Pœtaco in Flor. N. 12. de anseri Virgilius, ut notum est. De cynais in pervig. Ven. 'Stagna cynai perstreperunt.' Ac cum quarto casu lib. v. p. 148. 'Multa sermonibus mutuis perstrepebant:' pag. 158. 'Verba substrepebat.' Sed et h. lib. pag. seq. 'Questus instrepebat.' Huc faciunt et illa e lib. xi. 'Religiosi primam nunciantis horam perstreperunt.' Cicero et 'obstrepere' dixit passive pro Marcella cap. 3. *Oud.*

Cristata gallorum cohortis] *Crista* Fux. Reg. in quibus perperam, ut in Guelf. pr. et Lips. Cod. et Ed. Vulc. sec. Scriv. adest *gallorum*, quod quivis deprehendit glossam fuisse interlinearem τῆς *cristatæ cohortis*. Sicuti abest recte a ceteris Mas. Adi etiam Pricænum. Ovid. Fast. i. 455. 'Nocte Dem Nocti cristatus emittit ales.' *Cohortatis* Pith. *Idem.* *Cantus perstrepebat cristata gallorum cohortis*] Illud *gallorum* ab importuna manu irrepsit, abestque ab Oxon. Cod. Martialis: 'Cristatæque sonant undique lucis aves.' *Pric.* *Cantus cristatæ cohortis*] Gallos gallinaceos significat, qui, ut Plin. noster eloquenter tradit, vigiles nocturni sunt, atque excitandis in opera mortalibus, rupendoque somno geniti: norunt sidera, et ternas distinguunt horas, quartaque cas-

transi vigilia ad curas laboremque revocant. Ambrosius, in v. Hexameri, de galli cantu hæc refert: 'Est galli cantus suavis in noctibus: nec solum suavis, sed etiam utilis: qui, quasi bonus cohabitator, et dormientem excitat, et sollicitum admonet, et viantem solatur, processum noctis canora voce protestans.' Hinc tempus post mediam noctem, auctore Macrobo. *gallucinium* dictum. 'Noctis inducias' non minus scite quam eleganter appellat, horas nocturnæ quietis, quibus per quasdam quasi inducias animantes tuto dormiunt, quiescant, recreantur: id quod induciis, datis fieri solet: 'induciæ' autem sunt, ut docet M. Var. pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco: 'Induciæ,' inquit, 'sunt belli feriæ.' Donatus, inter Grammaticos classicus, atque emunctæ naris, Inducias dici ex eo autumat, vel quod in diem dentur: vel quod in dies otium præbeant. Aliter Aurelius Omilius, et A. Gell. super induciarum etymologia. Græci *ἐσπερας*, ab abstinendis manibus appellarunt, nam per cessationem istam pugnae pacticinam non pugnatur, et manus cohibentur. Inducias primas invenit Lycaon. *Beroald.*

Exsporgitus] Evigilans. Apud Antiquos 'expergere' accipitur pro expergefacere et excitari. Iidem dicebant 'expergisceret,' pro expergisceretur. Pomponius: 'Ut si quis dormitaret, expergisceret.' *Idem.*

Cadaver accurre] Ald. *cadavere*: unde Grossetus faciebat *cadaveri*. Sed optime se habet vulgata. P. 56. 'Trepida me accurrit:' ubi idem volebat ad me. Et passim Nostro. *Occurro* Fux. *Ond.*

Admoto lumine, revel. ej. facie] *Com-moto* Pith. Bertiniani Codicis lectionem vulgatæ multum præstare censet Sciopp. lib. III. Susp. Lect. c. 6. quia verisimile credit, lucernam de summo cubicali dependisse. Perpe-

ram sane. Nam domine jussu Incernam et oleum Myrrhine ancilla Thelephroni soli relicto tradiderat, isque non eam aliubi suspenderat, sed juxta se statuerat. Hanc igitur manu nunc admovit, ut accuratius cuncta cognosceret. Quod et paullo post fecit matrona, 'sub arbitrio luminis cuncta recognoscens.' De verbo 'ad-movere' adi Burm. ad Virg. Ecl. III. 44. 'Necdum illis labra admovi.' Præterea 'amato linteo et revelata facie' sunt *dis rã abrd.* Rectius scripserat Auctor lib. III. pag. 79. 'Arrepto pallio retexi corpora.' Fux. *revelata ej. Palat. facie ejus.* Idem. *Revelata*] Rejecta, discooperata. *Beroald.*

Rimabar] Curiose scrutabar. 'Rimari' enim est scrutari, et quærere. 'Rimari' proprie dicuntur suæ, ut Grammatici tradunt, cum pascentes cibi gratia glandes rimantur de rimis terrarum: unde rimari significat pascere. Virg. 'Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.' *Idem.*

PAG. 38 *Cum hesternis testibus*] Palat. Par. Guelferb. Ed. Bas. pr. *externis*, Oxon. *extenis*: unde Priæus conjecit *septenis*. Cave, quid mutes. 'Hesterni testes' sunt, quos heri advocaverat. Ac variatio ista in hac voce est perpetua. Vide Drakenb. ad Liv. lib. XL. 14. Heins. in Advers. lib. II. cap. 4. eumque et Burm. ad Ovid. lib. III. Art. 154. ac lib. v. Fast. 507. 'Hesternum stipite:' ad *Æn.* VIII. 543. 'Hesternumque Larem.' Atque hanc vocem putem reponendam quoque apud Ovid. lib. IV. Metamorph. vs. 662. 'Clauserat Hippotades hesternos carcere ventos.' 'Hesterni venti' sunt, qui heri flaverant, et quos nunc carcere continebat Æolus. Nam hinc Persens vs. 620. erat 'Per immensum ventis discordibus actua.' Vulgo legitur *æterno*, qui ita dici nequit respectu ventorum, qui ex eo sæpius ante et postea eruperunt. Nequidquam ergo

eam defendunt editor Colmellus in Præf. et vir doctus Misc. Obs. vol. vii. p. 274. *Oud. Corpori superueniens*] Oxon. *supratque*. Guelf. pr. *superueniens*, sec. *subueniens*. Pricæus mallet *corpus* ex lib. i. p. 12. 'De alto decidens Socratem superuuo.' Sed ibi vim notat maiorem. Hic tantum celeriter *supercubans*. quod dativo iunxit Auctor lib. vi. p. 129. 'Europam tauro supercubasse.' *Id. Uxor miscella*, &c. *introrupit anxia*, et *statim corpori superueniens*, &c.] De Charite lib. viii. 'Mariti cadaver adcurrit, labantique spiritu totam se super corpus effudit.' Pro *corpori malim corpus superueniens*. Supra lib. i. 'Socratem superuuo.' *Pric. Hesternis*] Qui hesterno die evocati introductique fuerant: ab heri hesternus, non ab extra. *Beroald.* Cum *hesternis testibus*] Oxon. *cum extensis* t. unde forsan *septenis* legendum. Supra in hac ipsa fabula: 'Introductis quibusdam septem testibus.' *Pric.*

Sub arbitrio luminis] Ammianus lib. xxviii. 'Vestæ luce nitentes arbitra.' *Idem.*

Actorem] *Coclorem* Pith. Vere actorem præbent ceteri Msti; additque Guelf. pr. glossam *procuratorem*, uti legendum jam monuerat quoque J. Guilielmus lib. iii. Verisim. cap. 4. Perpetua in his similibusque vocibus est confusio. *Actor* est *πρόδρομος*, *δικομνητής*, *oeconomus* et *dispensator*, e *Procuratorum* genere. Ad viros doctos ad Plinium lib. iii. Ep. 19. 'Sub eodem procuratore, ac pæne iisdem actoribus;' uti et Ill. Bouhier. in Gall. Explic. de Marmor. p. 48. *Oud. Et ei præcipit*] *Vulgati, eique.* Colvius. Hi sunt modo Edd. Colin. et Bas. Priores non agnoscunt copulam cum Pith. et Bertino: quare Scriber. et seqq. uncis includere. Ac certe non desideres. Habent tamen et ei Florent. quoque, Reg. Fuz. Oxon. D'Orvill. *præcepit* Bas. pr. Dein *præmens* pro. *præmum* in Pith.

Oud. Philodespotum requirit actorem, et ei præcipit, &c.] Hic mos opulentiorum: non suis, sed procuratorum manibus et dabant et solvebant. Matth. xx. 8. *λέγει ὁ Κύριος τοῦ ἀποκλῆναι τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, κάλεσαι τοὺς ἑργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὴν μισθόν.* Infra lib. iv. de divite monerario: 'Jubet nobis gaudii sui gerulis decem aureos, &c. adnumerari.' Vox 'Philodespotus' apte servo tributa. Pollux iii. 8. ex Lysia, *ἀνδράποδα φιλοδύστορα*. Sic 'amicum Mancipium Domino' Horatius dixit. *Pric. Philodespotum*] Nomen proprium est ex duabus dictionibus Græcis compositum: quod significat domini, sive domine amatorem. *Beroald.*

Sedulum] Navum, diligens, industrium, 'Sedulo' adverbium est, quod significat sine dolo et impense: auctores Donatus et Nonius. *Idem.*

Ob sedulum istud ministerium inter ceteros familiares, &c. *nostros dehinc numerabimus*] Lucianus in *Reviviscitibus*: *Τὸ λοκὸν ἰσθὶ ἡμέτερος ἔσ.* Apud Procopium 2. Gothic. *φίλον μὲν αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα Χοσρόης βασιλεὶ ἐκ τοῦ ἔργου τοῦτου λαχυσόμενος ἵστοῦσιν.* *Pric.*

Insuperato lucro diffusus in gaudium] 'Largioris quæsticuli copia letatus,' ut infra lib. xi. loquitur. *Idem.*

In aureos refulgentes, &c.] Lib. ix. 'Demonstrat ei novitate nimia candentes, &c. aureos.' *Idem.*

Quos identidem manu ventilebam] Seneca 'concutere' dixit iv. 6. de Benef. 'Tres aut quatuor denarios' (Inquit) 'non invita manu domum retulit, subinde concutiens.' Hieronymus 'insonare': 'Munera vel parva vel magna non sprevi? in manibus æs alicujus insonuit?' *Idem.*

Identidem ventilebam] Frequenter agitabam. Signate letentis est: ita enim facere solemus, ut nummos manu tractantes quasi 'ventilemus.' Columella præcipit, ne fragmenta in horrea 'ventilentur.' Notissimum

illud: 'Ventilat æstivum digitis sadentibus aurum.' *Beroald.*

De famulis tuis unum putato] De hac loquendi forma ad Luc. xv. 19. dixi. *Pric.*

Quoties operam nostram desiderabis, adenter impera] Plant. Cistell. 'Si quid est opus, dic, impera.' Et Pseudolo: 'Quin tu, quicquid opus est, audacter impera.' Hieronymus ad Theodorum: 'Quicquid posse me scieris in opere spiritali, audacter impera.' 'Quoties operam nostram desiderabis' est, quoties maritum, aut alium quem ex tuis necessariis et propinquis sepelieris. Hic est 'infaustus sermo' ille de quo infra statim: hoc illud 'omen nefarium' quod continuo heic execrantur omnes: quod non intelligens Beroaldus quas nugas de mustela promittit! *Idem.*

Omnes nefarium execrati, raptis] Scriverius e Bert. et Vett. Edd. *omnifariam exertis* fecit *omnifariam execrati*. Sed reliqui Mss. item Becichemi Ep. 71. et Ed. Jant. post. cum Colv. et seqq. dant, *omnes nefarium execrati*, quod, utpote sani sensus, retinui, nullus dubitans tamen, quin Gruteri lib. v. Susp. c. 6. et Merceri ad Aristen. Epist. l. 1. Ep. 8. p. 215. emendatio sit egregia certissimaque, merito probata ab Elmenh. Pricæo, et Florido, *omen nefarium execrati*. Istud enim consistebat in verbis Thelephronis, sub quibus latebat omen de morte secundi mariti, vel adfinium ejus matronæ, qui post mortem adservandi essent; quare ipse paullo inferius 'infaustum sermonem' vocat. Ubivis voces 'omen' et 'omne' a librariis, etiam typhotetis confundi, nemo nescit, et in ipso Appuleio aliquoties occurrit. *Oud. Familiares omen nefarium execrati*] Seneca cap. 9. ad Marciam: 'Quis nostrum de exilio, &c. de luctu cogitare ausus est? quis non, si admonetur ut de his cogitet, tanquam dirum omen respuat,' &c. *Pric. Omnifariam*] Ex omni

parte: 'aliquot fariam' dixit Varro in primo de Re Rustica: pro eo quod est, in aliquot partibus et locis. Tradit Festus, Antiquos dixisse 'multifariam': quod videlicet in multis locis fari poterat: 'omnifariam' doctrinam vocant omnigenam, et omni disciplinarum genere consarcinatam. *Beroald. Exertis*] Eductis expositisque. Peculiare fuit et gentilitium Cethegorum, ut humero exerto irent in expeditionem: unde nudi poetico epitheto appellati. Silius: 'Ille humero exertus gentili more parentum.' *Idem.*

Raptis cujusque modi telis] Virgilius: 'Raptis concurrunt undique telis.' Philostratus vi. 18. Ἀρπασόμενοι ξόλα καὶ λίθους, καὶ δ, τι εἰς χεῖρας ἐλάσσει ἔλθοι. Aristides Panathen. τῶν ἐπὶ τὸν ἀπορίαν τῶν φανέντων χρησόμενοι. *Pric.*

Offendere] Pro *offendebat*: infinitivus pro indicativo, apud historicos et poetas frequentissimus. *Beroald. Impingere*] Impingebat, contundebatque. Hieron. 'Impegi novissime in Danielelem.' *Idem.* *Pugnis ille males offendere, scapulas alius cubitis impingere*] Plinius iii. Epist. 14. 'Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem.' Juvenalis: 'Ferit hic cubito, ferit assero dero Alter, et hic lignum capiti incutit, ille metretam.' Infra lib. ix. 'Qua pugnis, qua cubitis, &c. totam faciem mannsque ejus converberat.' *Pric.*

In modum superbi j. Adoni vel must. &c.] Primo temere nimis Appuleiani interpretes Colvium secuti sunt, rescribendo *Adoni* pro *Adoni*. Nam, licet poetæ quidam Adonidem vocarent quoque *Adonem* vel *Adoneum*, ut latius docet Voss. ad Catullum p. 71. non hinc sequitur, Appuleium ita formasse hoc nomen. Potius tum recipi merebatur ipsa Codicis D'Orvilliani scriptura *Adonis*. Sic enim Auctor nomina, quorum casus alii formantur in *idis*, &c. iisdem syllabis ex-

pressit per omnes terminationes, ut 'Oairis,' 'Serapis,' lib. xi. pag. 245. 250. 261. Immo hoc ipsum lib. viii. pag. 170. 'Cum suo Adone Venus domina:' et Reposianas in Catal. t. i. p. 42. 'post vulnera Adonis:' in Dativo in inscript. apud Murator. t. iv. pag. 2090. D. ADONI. SIG. EX-VOTO. M. VLPIVS. ET. AVR. SABINA. P. L. T. Vide de his Muncker, ad Hyg. F. x. 'Adona in Accus. in Epigr. Nossidis. Adon etiam apud Fulgent. in Nominat. Sed vide Serv. ad Ecl. x. 18. In Accusativo Arnob. lib. iv. pag. 145. 'Arsisse Proserpinam in Adonem.' Ex quibus patet, errasse cum aliis Ill. Bouhierius, quom pronunciat, *Adonis* in Genitivo non esse Latinum ad Pervigil. Veneris p. 186. 'Factus Adonis de crure.' Et sic Plin. lib. xix. c. 4. 'Hortos regum Adonis et Alcinoi.' Vide Hensling. in Antib. p. 449. Verum *Adoni* exhibent Mss. ceteri et Edd. Vett. *Abdoni* Oxon. Ad hæc nemo, quod sciam, Poëtarum Adonidem ita laceratum ac discerptum cecinit, cum tantum inguine ejus per aprum adorsio perierit. Immo nec quisquam illum 'superbum' vocavit. Hinc Barthius Advers. lib. xxxii. cap. 6. conjiciebat, *Adoni* esse e glossa ab acio adjectum, et Auctorem de Hippolyto fastidioso cogitasse; vel legebat, *semper lugentis*, vel *semper bijuvenis Ad.* quia idem Baccho fuit. 'Credat Jundæus Apella, Non ego.' Marklandus vero ad Stat. lib. i. Silv. 4. 26. in Addendis volebat reponi *Edoni* sive Thracii Orphei, quis adjective Statius ait 'Edonas hiemes.' De quo nomine ad præter alios ad Lucan. lib. i. 675. Atqui de Orpheo statim sequi videbimus; neque ille juvenis erat superbus. Verius ergo summi viri, Salmasius et Heinsius, subodorati sunt, Appuleium hic ob oculos habuisse 'Pentheæ,' ut statim 'Orpheæ.' Eorumque hic in Schedis *Edoni* vel ad Ovidii lib. i. Metam. vs. 504. legebat

Adoni, ille ad Solin. in Exercit. p. 112. *Adonis*. Nam quis Thebas, Penthei patriam, nescit dici Aonias? Sil. lib. xii. 220. 'Aonium plectrum.' Dicitur autem 'Aon' et 'Aonias,' ut 'Ion' et 'Ionius' Martian. Cap. p. 818. 'Calamos Aones in laudes inflavere cælestium:' ubi in Ms. etiam *Adones*. Græca captata esse ab Appuleio, liquet ubique et fatetur ipse in prologo. Dein loco omnium vexatissimo vel *mustelutatis* aut *mustelatis pipletis*, quod habent plurimi Mss. in his Regius, Guelferhytani, D'Orv. et Edd. primæ cum Cælv. Vulc. et Wow. quibus proxime accedit Oxon. *mustulatis pipletis* exhibens, et Pitheæus *mustulatis pipletis*; *mustelatis pepis* ex correctione Beroaldi, confirmata per Barthii Ms. ediderant Junt. Ald. Colin. Bas. sec. Vulc. sec. sive vestibus mustelino colore per sanguinem eum infectis: ridicule, ut monuit jam Pius; nec minus inepte conjecerant L. D'Orleans ad Tact. lib. xi. Ann. pag. 609. *Marsya miselli vatis pepletis*; in qua conjectura proprium nomen plane redundat; et Barth. dicto Advers. loco, *mostellatis pepis*, i. e. vestibus, quibus monstræ læuinationes corporum intextæ erant. Marklandus conjecit, *miselli vatis Erpolidis*. Sed præterquam quod hæc conjectura nimium a Mastorum lectione recedat, non solet Auctor exempla sumere in hoc libro, nisi ex fabulis; ut convenit stylo Milesio, neque Erpolidis mors hanc rem exprimit. Nihil certius est, quam respici ab Auctore fabulam Orphei; atque hinc e Codice Cæsaris, Professoris Ferrariensis, *Musa vatis* (quod placuit Beroaldo, Pioque, ac Philomathi Pisano in Ed. Junt. post. Græco more pro *vate*, *filio Musæ*, durissime; unde N. Heinsius ei meriti tentabat, refingens *Musæ nati* sive filii) rectissime emendarunt Lips. Schickleradus et Sciopp. *Musæ vatis*, ut exhibent Elmenh. Scriv. Pric. et Florid. sive *Musici vatis*, quod etiam

non multum discrepat a nonnullis Mss. *muscaletis* Paræan. al. *miseri vultu*. Restat igitur ultima vox *pipletis*, pro quo *pipitis* vel *pipulis* male placuit post Gualterium in eadem, excepto Scriverio. Sed leve nimis est *pipulis*; quæ vox nequaquam respondet tam duræ tractationi, neque verbis *lacerari* et *discerpi* apte jungitur. Neque magis hæc facit *peplis*; quod ex Beroaldina interpolatione servavit Scriverius. *Peplis* de vulgari vestitu non ita usurpanti solet, nec tantum vestes suas discerptas ait, sed et 'malas,' 'scapulas,' 'latera,' 'capillos,' manibus, pugnis, cubitis, calcibus, impetita et vulnerata refert. Quapropter omnino existimem cum Salmasio, ipsam scriptam lectionem *Pipletis* esse servandam, a Nominativo 'Pipeletes.' Nam *Musæus vates* potest esse quisvis poëta: quod etiam videns Heinsius malebat *Musæi nati Pimpleidos* ex Cod. Cæsaris. Sed abundat tam 'Pimpleidos.' At 'Musæus' vel 'Musicus vates,' seu 'Musa natus Pipeletes' est Orpheus Thrax, 'Pipia' vel 'Pimpla' Thraciæ est urbs, crebro sic in auctoribus variata, uti patet e Salmas. Exercit. pag. 112. et Markland. ad Stat. l. 8. 4. 26. Ceterum ex disputatis liquidum est, vel pessime exsulare a Mss. Palat. D'Orv. et *velut* edi ab Aldo et in not. Elmenh. *decerptus* Fux. Mox domum Pith. *Oud. In modum Adoni*] Adonis Myrrhæ filius, Veneris delictum, formositate præcellens, apri dente sub inguine pressus, laceratusque prosternitur leto, ut canunt nostri. Græci vero tradunt, Martem sub specie apri ob zelytyliam id factitasse. Venus miserrata in florem Adonidem transformavit, qui sanguineo est colore: scribit Plin. in XXI. Adonium florem esse aliosum: ubi annotandum, dici aliosum id quod frigore infestatur, et algorem ferre non potest. M. Varro pecus caprinum aliosum esse ait. Ob interfectum ab apro Adonim, sil-

lum genus invisum Veneri esse prodiderunt. Adonis in mysteriis arcanis symbolum est frugum, et fructus perfectos significat: auctor Eusebius in III. Præparationis evangelicæ. 'Adonia' Antiqui dixerunt diem festum, et solennia Adonidi dedicata, quæ cum planctu colebantur, ob planctum Veneris representandum: hinc ait Venus apud Ovid. 'luctus monimenta manebunt Semper Adoni mei.' Ezechiel quoque propheta: 'Ecce,' inquit, 'tibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.' Physici tradunt, Adonim esse Solem: ab aproque interemptum fingunt, Herculis imaginem in hoc animali figurantes, quod acilicet aper hispidus et asper gaudet locis brumalibus, propriæ hyemali fructu pascitur glauco. Hyems autem veluti vulnus est Solis, quæ et lucem ejus nobis minuit, et calorem. Ausonius 'Adoneum' vocat, atque eum hoc nomine coli a gente Arabum, qui idem sit Osiris et Bacchus et Dionysius. De his Ammianus Marcellinus volumine XXII. sic refert: 'Evenserat iisdem diebus, annuo cursu completo Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleta: quod in adulto flore sectarum indicium est frugum.' 'Adon' dicitur Fulgentio, recto casu, qui a cæteris 'Adonis,' a Plauto 'Adoneus.' 'Adon' Græce suavis dicitur: et quia myrrha odore snavis est, Adonem dicitur genuisse: idem autem Venerem amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit valde fervidum. Lego apud Lucianum in libro de Dea Syria, Adonim fluvium, ex Libano monte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri: per eos dies maxime, quibus Adonis fuit interfectus: et sanguinem in aquam profluentem immutasse fluminis colorem. Idem tradit, Orgia fieri in honorem Adonidis: quibus cæduntur, lamentantur, et capita radunt. Apud Græcos proverbium est, *ἀκαπρότερος ἂν*

'*Ἀδωνίδος ἄνθ' αὖ*, id est, infractuosior es quam Adonidis horti: de his, qui nil pariant generosum. Hortorum Adonidis meminit Plato in Phædro. Attamen Plin. noster tradit, antiquitatem miratam esse hortos Adonis et Alcinol. Extat apud eosdem Græcos epitaphion sive nenia de morte Adonidis, cuius principium est: *Ἀδὼν τὸν Ἄδωνι ἐπὶ τῷ καλῷ Ἀδωνίς. Beroald. Mustelatis piletis*] Lego *mustelatis pepis*, hoc intellectu, ut dicat: vestimenta quibus erat indutus, sanguine suo perfusa, fuisse ad instar mustelini coloris. 'Poplum' vestem dici, nullus ignorat: qua dictione scateant libri Græcorum et Latinorum: hinc Homer. *ἑλκυστέπλους* vocat feminas, vestes trahentes. Autumat Servius, 'peplum' proprie dici paliam pictam fimbriam, Minervæ consecratam: hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. *Mustelatis* autem dixit, a colore mustelino. Terent. 'Senex veternosus colore mustelino.' Ubi exposit Donatus, 'mustelinum colorem' dici sublividum ac lentiginosum. Talis color fieri solet vestibus, quæ sanguineis guttis inasperæ, quasi lentiginosæ sunt, et maculosæ. In vetusto codice manuscripto emendatius legitur, *Musæ vatis Pimpleidos*: quæ lectio probabilis est, referturque ad Orpheum, hoc intellectu puro et congruente: Ego domo proturbor, laceratus discerptusque in modum Adonis, quem aper discerpit: et ad instar Orphæi, quem a feminis divulgum dilaniatumque frustatim sciunt omnes, et canunt poëtæ. Ita ergo legatur, *discerptus in modum vatis Musæ Pimpleidos*, id est, Orphæi, filii Musæ Calliopæ: ex Græca loquendi formula. Illis enim familiare est sic loqui, ut dicant *Κλεόμβροτος ὁ Πανσώλου*, id est, Cleombrotus Pausaniæ, et subintelligatur filius. *Λεωνίδης ὁ Ἀναξανθοῦ*, Leonidas Anaxandridæ, scilicet filius. *Εὐδαμίδας ὁ Ἀρχιδάμου*, Eudamidas Archidami, videlicet filius.

Ita et hic, vates Musæ dicitur Orpheus, Musæ scilicet filius. Pimpleidas autem vocari Musas, poëtico nomine, quis ignorat? sive a loco Pieris regionis, sive fonte Musis dicato, ubi et Calliope Orphææ gennisse fertur. *Idem.*

Proturbor] Reg. et Bert. *protrahor*. Palat. *proturbor*. Male. Vide Comm. ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 19. VII. 81. Liv. lib. V. 47. Cuper. Obs. lib. II. cap. 5. Plura dicam ad lib. IX. pag. 197. 'Eamque protinus de sua proturbavit domo:' ubi male in multis perf. Oud. *Laceratus atque discerptus domo proturbor*] Phædrus: 'Propulsi vero sustibus vadant foras.' Petronius: 'Verberibus spatibusque extra januam ejectus sum.' *Prie.*

Ac, dum refectus a. reminiscor, dignum me, &c. consentio. Ecce] Contra Mas. O. fere quæ ejecit etiam Vulcanius, contra *refectus* edidit Scriverius. Regil et Fux. Cod. librarius omisit *ac dum*. Etiam bene, si cum vulgatis post *consentio* ponatur *τελεῖα ὀργή*. Sed mutatione nulla est opus. Verum cum Edd. Vett. et Florido post id verbum ponenda est minor distinctio, et ac cum ecce, ceteris quasi insertis, iungendum, vel omnino *dignumque* revocandum. Tunc omnia sunt clara. Vide ad I. III. p. 59. 'Ac, dum cuncta t. m. considerans, video querens,' &c. *Pro improvidi* in Fux. est *improbi*. Oud. *Improvvidi sermonis*] Quo scilicet impuratam bestiam mustelam appellaverat, elique vim præsentariam, si abiret, fuerat comminatus. *Beroald. Infausti, &c. sermonis mei*] Gloss. *Ἀνοφημαί, &c.* infauste loquitur.' *Prie.*

Dignum me pluribus verbis fuisse merito consentio] Apud Virgilium: 'Equidem merui, nec deprecor, inquit:' et Ovidiam: 'Multa miser patior, quia feci multa perterve.' *Idem.*

Ultimum conclamatus] Ultimo clamore et novissimis lachrymis deploratus. Nam per intervalla mortui identidem conclamabantur, post ult-

nam tandem conclamationem efferebantur, cremabanturque, ut ante diximus. *Beroald.* *Defletus*] Participium est, ut inquit Servius, ab eo quod est 'fleor': si tamen inveniat. alia sine verbi origine esse dicemus. Virg. 'Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt.' *Idem.* *Defletus et conclamatus*] Lib. I. 'Domi tunc defletus atque conclamatus es.' *Pric.*

Processerat] Efferebatur. Ritu naturæ, ut auctor est Plinius, capite hominem gigni mos est, pedibus efferi. Hinc Persianum illud: 'In portam rigidos calces extendit.' *Beroald.*

Pompa funeris] Ulpianus titulo de religiosis: Sumptus funeris pro facultatibus vel dignitate defuncti faciendos esse precipit. Per forum hodieque ducuntur funera nobilium: et antiquitus duci solita signat Horatius, cum ait: 'plaustraque ducant, Concarrantque foro tria funera, magna sonabit.' *Idem.* *Utpote unus de optimatibus, pompa funeris publici ductabatur per forum*] Tacitus *Annal.* xvi. *καὶ τὸν ἐν τῷ λαῷ* loquens: 'Exequiis a promiscua sepultura separantur.' *Pompam* hec propria dixit. Virgil. 'Atque hæc pompa domum me, non Pallanta referret:' ubi Servius: 'Pompa exequialis scilicet.' *Idem* ad Georg. I. 'Cum exequiali pompa:' et ad vi. *Æneid.* de Marcello: 'Cum ingenti pompa clatus, et in campo Martio est sepultus.' Quintilianus *Declam.* 329. 'Ducatur ingens funeris pompa.' Festus de vespillonibus: 'Vespertino tempore eos efferunt, qui fanebri pompa duci propter inopiam nequeunt:' quibus et locis vox *ducendi* perapposita. Tacitus ubi supra: 'Ductæ publicæ exequiæ.' Senec. *iii.* 25. de Ira: 'Qui vidit acerba funera etiam ex regia duci.' Ulpianus *lib.* II. ff. de in jus voc. 'Neque funus ducentem familiare, justave mortuo facientem.' Propertius *ii.* 'Ex hac ducentur funera nostra domo.' Ovid. 'Funera ducebant mediam la-

crymosa per Urbem.' Virgil. dicto Georg. loco: 'Et tristia funera ducant:' ubi Servius: 'Ducere proprie funerum est.' Illud 'pompa funeris publici' Appuleius ex his Taciti hausit: 'Fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.' *Annal.* *iii.* *Pric.* *Pompa funeris publici, &c.*] Isidorus *Orig.* xviii. 2. 'Pompa ἀνὰ τοῦ πομπῶν, hoc est, publice ostentare.' *Idem.*

Occurrit ad latus] Prave *adanxius* legas in Edd. quoque Vicent. Junt. pr. Aldi et Colinei. *Beroaldus* jam monnit, in Codd. exarari *ad latu*, lucidiore sensu. Nec enim metu valde anxius erat senex, sed jam mœstus dolore: nisi aliud quid lateat. Nam in Pithæano est *occurrit ad anxias*. Ridicule vero Gruterus l. vi. *Susp.* c. 8. et ex eo Elmenhoratus in *Indice latus* capiunt hic et l. *iii.* p. 49. 'e regione lateris tundeantes,' pro ferebro seu lectica mortui: cum certe intelligatur ibi 'latus Lucii,' hic latus Thelephronis, cui subitus et inexpectatus a latere adest senex, sive propere ejus lateri se adpiscit. De verbo *occurrit* vide ad Suetonii *Capit.* cap. 26. 'adesse dum sibi occurrere togatos.' *Oud.* *Adanxius*] Valde anxius: quidam codices habent *adlatus*, lucidiore sensu. *Beroald.*

Mœstus in lacrimis] Sive præ mœrore lacrimans, ac 'miser immerore,' ut est in Terentii *Andria* A. iv. 2. 10. *Stat.* lib. v. Th. 83. 'Adsiduis ægræ in lacrimis.' Sic enim præter Behotii, Barthii, et Lindenbr. Codd. Inveni in *Mss.* Taurinenai et Gronoviano. Vulgo deest in. Hæc autem loca egregie juvare possent sententiam Magni Perizonii ad Sanctii *Min.* lib. iv. c. 4. p. 572. contra Gronov. *Bronkh.* Heinsium (vide Burmann. ad Ovidii *Epist.* *Her.* I. 4.) vindicantis Propertium l. *iii.* 18. 4. 'Tantine in lacrimis Africa tota fuit.' Sic etiam Sabinus *Epist.* I. 5. 'Si sunt in fletibus ora.' *Infra* l. viii. p. 162. *Mss.*

nonnulli dant: *Hæc ille longos trahens suspiritus et nonnumquam in lacrimis. Metus D'Orvill. Oud. Mæstus in lacrymis* illud v. Virgili, 'Horridus in jaculis.' Vide supra pag. 175. a. notata. *Pric.*

Genialem canitiem] *Palat. geminalem. Bertin. genialem.* Explicant vero vel 'voluptariam,' et qua senex gaudeat, vel 'nativam.' Hefsius divinaverat *senilem, laniatam*, quæ nemini placere possant, vel *parnalem*. Sed *parnale* Nostro et optimis quibusque est id, quod supplicii causa sustinetur, ut l. vii. p. 147. 'Nobis pœnale reliquisset exitium.' L. viii. p. 161. 'Ad aliam pœnalem evigila calliginem.' Vide et J. F. Gronov. l. i. Observ. c. 8. Steph. ad Sax. Gramma. p. 67. Salm. ad Solin. c. 46. 'In pœnalibus tenebris.' Nec tamen bene explicant vulgo. 'Genialis' Nostro hic est venusta, decora. Sic l. iv. p. 64. 'Floris genialis regius nitor.' L. v. p. 102. 'Capitis aurei genialem casariam.' Lib. xi. p. 248. 'Vultu geniali.' Adde Salmas. ad Capitolini Verum c. 10. 'Fuit decorus corpore, vultu geniatus.' *Oud. Revellens*] In luctu usitatum capillos evellere. Cic. l. iiii. Tuscul. Quæst. 'Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. Hinc ille Agamemnon Homericus, et idem Accianus: Scindens dolore identidem intonsam comam. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur.' Josephus Antiquit. Judaic. lib. vii. c. 11. Interprete Rufino: 'Ascendens David in locum civitatis excellentissimum flebat filium, tundens crebro pectora, capillos capitis sui dilacerans, et omni se afflictione castigans.' Tzetzes Chil. v. hist. 5. *ἄλωσθ' &c. ἄρχεται θρηνῶν καὶ κατασφῆν τὴν κόμην. Eikmeh. Involleras*] *Corrige revellens*:

hoc enim intellectu, fieri solet ut canines revellant, et canitiem turpent: juxta illud Virgilianum: 'Canitiem immundo perfusam pulvere turpasa.' Genialem appellat, vel quasi voluptariam, tanquam senex canitie gauderet, perinde ac ex illa venerabilis: vel Genialem exponit pro ingentiam, quasi genitalem. *Beroald. Genialem caniciem revellens senex*] Homerus: *Ἦ β' ὁ γέρον, πολὺς δ' ἔρ' ἀνὰ τρίχας ἔλκετο χροῖ.* *Pric.*

Voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita] Ovidius: 'Singultu medios impediens sonos.' Glossa. Isid. 'Singultum loquitur, qui loquitur per gluttos.' Philo in de Legat. *Τὰντα διαφέσων ἐν ἀγωνίᾳ, &c. ὑποματι πολλῷ, κοκομῶν τῷ πνεύματι.* *Idem. Contenta*] Exerta et clamosa: unde 'contentio vocis' apud scriptores: et contentio, ut in Rhetoricis traditur, est oratio acris, ad confirmandum et confutandum accommodata. *Beroald.*

Per Adem vestram Quirites, &c.] 'Fide Quiritium implorata, opem et auxilium desiderari' ait Servius ad x. *Æneid. Pric.*

Perempto civi subsistite] Infra lib. viii. 'Decepto sœni subsistite.' *Idem. Subsistite*] Opem ferte, et succurrite. *Istam mulierem.* Uxorem signat defuncti, cujus pater eam arguit veneno filium extinxisse, ut adultero gratificaretur, et hereditatem mariti occuparet: hæc enim proxima sunt, et quadam quasi cognatione connexa, ut mulier quæ impudica est, eadem quoque sit venefica. Nam M. Cato, Nullam adulteram nisi eandem esse veneficam, dixit. Quod et Quint. tradit in v. *Istam* autem dixit, pessimam intelligi volens, nam in pronominibus, ut ante dictum est, maximum est pondus. *Beroald.*

PAG. 39 *Feminam*] Quamvis apud comicos vulgo *mulier* per convicium occurrat, et ita exaretur in D'Orvill. Pith. et Edd. ante Colvium vulgari-

bus, prætali tamen, ut omnes, qui Colvium secuti sunt, *feminam* quoque: quia sic exhibent etiam Flor. Reg. Fax. Pal. Oxon. Par. et jam Ed. Junt. post. Sic enim solet Auctor, ut pag. seq. 'pessimam feminam.' L. III. p. 60. 'Nequissimam facinorosissimamque feminam illam.' L. v. p. 96. 'Illas scelestas feminas:' item pag. 98. L. IX. p. 186. 'Nequissimæ illi feminæ.' p. 187. et sæpe. Vide et ad l. vi. p. 116. *Oud.*

Nec ullus alius] Exulat τὸ ὅτι ὁ ἄλλος αὐτοῦ. Reg. Fux. Guelf. pr. et Par. male. Pag. 29. 'Ipse est, nec ullus alius.' L. x. p. 227. 'Neque prorsus ulla alia.' Vide Pricæus, et Drakonb. ad Liv. l. vii. c. 33. 'Inde plus, quam ex alia ulla re.' In Guelf. sec. α. *alius ullus.* Idem. *Hæc enim, nec ullus alius, &c.]* Nota formulam istam. In Hymnis Orpheï dictis: Ὀδὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακῶν θνητοῖσι δίδωσι, καὶ πόλεμον κρύβοντα, καὶ ἄλγεα δακρύοντα. Ὀδὴ τῆς ἐστ' ἑταῖρος. Apud Suidam in ἀποστυγούσιν. Ὀδὸς ἐστίν, καὶ οὐκ ἄλλος. Supra hoc lib. 'Ipse est, nec ullus alius.' Infra lib. v. 'Illa prorsus mihi adhibenda est, nec ulla alia:' et viii. 'Qui hunc prorsus, nec ullum alium eorum locorum inquilinum præminabatur.' *Pric.*

Questus singulis instrepebat] Tacite Elmenhorstius et seqq. receperunt conjecturam Scioppii *singultum*; quæ vox apud Horatium occurrit, alioque. Sopingius malebat *singultiens instr.* At Mss. constanter exhibent *singulis*, D'Orr. *si non lis.* Nec video, cur istud Adjectivum tam unanimi consensu debeat damnari. *Singulis* sive cunctis hoc identidem *insusurrabat*, sive, quod est in Oxon. *instipabat*; postquam generatim 'voce contenta, sed singultibus inedita exclamaverat,' uti præcedit. *Instrepebat* Ed. Vicent. *Oud.*

Sævis vulgus interdum] Frustra incertum conjecerunt viri docti. Nunc omne vulgus sævis, et facti verist-

mitudine in credulitatem impellitur. Sed mox demum pag. seq. 'populus æstuat, diversa tendentes.' Alii voluerunt *interim*. Bene Pricæus observat, *interdum* hic poni pro *interim*: ut sæpissime. Adl. Colv. et me ad initium lib. III. et Elmenhorstii Indicem. Quem sensum male adfingunt Cæsari, Velleio, Justino Davis. ad Cæs. l. i. B. G. c. 14. Acidal. ad Vellei. II. 74. Contra *interim* usurpatur pro *interdum*. Adl. ad l. ix. p. 194. *Sævis* autem est *irasci*. Liv. lib. II. cap. 27. 'Sævis inde Coas. alter.' Vide et Drak. c. 44. et Nostrum sæpe. *Idem. Sævis vulgus interdum]* Max. Tyr. Dissert. 41. Δῆμος χόρημα δὲ τοῦ θυμοῦ. Virgil. 'Extemplo turbati animi, concussaque vulgi Pectora, et arrectæ stimulis haud mollibus iræ.' Apud Quintilianum in Declarationibus: 'Nihil est facilius quam in quolibet affectum movere populum: nulli cum coimus, ana cogitatio, ana mens est,' &c. Cicero in Bruto, de Multitudine: 'Gaudet, dolet, ridet, favet, plorat, odit, contemnit, invidet, ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendam: irascitur, minatur, &c. Hæc perinde accidunt, ut eorum qui adsunt mentes verbis et sententiis et actione tractantur.' Seneca in de Ira III. 2. 'Sæpe in iram uno agmine itum est: senes, pueri, feminæ, principes, vulgusque consensere: et tota multitudo paucissimis verbis concitata, ipsum concitatore antecessit.' Pro *interdum* male Ursinus et alii *incertum* reponebant: cum heic, ut sæpius in Appuleio, id vocis valeat *interim*. *Pric.*

Credulitatem] Rom. *crudelitatem*, male. *Elmenh.* Item Palat. Pith. Guelf. Edd. Vicent. et, quod mireris, contra monitum Beroaldi, et Elmenh. Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. *Pric.* obvia litterarum traiectione. Vide Drak. ad Liv. l. vi. c. 14. Infra p. 45. *Oud.* Et facti verisimilitudine ad crimina

credulitatem impelli] Menander: Τὸ πιστὸν λόγῳ τῆς ἀληθείας ἔχει *Elores mēlō, kai pistotēros ἔχῃ.* Valerius Maximus vi. 8. 'Quia verisimilis videbatur, habita est voci fides.' *Pric. Credo.*] *Emenda, Credulitatem.* Narratio enim, quæ probabilis est et verisimilis, facit criminis credulitatem. *Beroald.*

Conclamant ignem, requirunt saxa] Ex his Virgili: 'Sæviturque animis ignobile vulgus, Jamque faces et saxa volant.' Josephus Bell. Jud. vii. 31. 'Ο δῆμος τῶν ἰσχυρῶν οὐ κατέχευε, ἀλλὰ, &c. πῦρ εἰδὼς ἐκάλει καυλῆσαι. Bene ad illustrandum hunc locum Tertullianus: 'Lapidatio non legitimis bellis, sed popularibus cæribus et inordinati tumultu familiaris.' Curtius lib. viii. 'Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more saxa in eum jaceret.' 'Conclamant ignem' heic, ut iv. 'conclamant saxa.' Tale apud Virgilium, 'fremat arma juvenitas.' *Pric. Emeditatis*] Non video, qui *τὸ emendatius* hic locum queat obtinere. Feminarum est, flere, cum volunt; et fallunt: ut passim in Ovidio. *Beroaldus* recte explicuit. Mox in Bert. vitiose *poterant.* Guelf. pr. *petant.* In Pitt. *ad hoc scitibus illa.* Dein Guelf. sec. *adjurantem.* Oud. *Emeditatis scitibus*] Feminarum hoc prope peculiare est, ut fletus et lachrymas habeant paratas, ac velut in promptuario positas, ut cum velint præsto sit secundus lachrymarum fons, juxta illud: 'Uberibus semperque lachrymis in statione sua paratis.' *Beroald.*

Abnucebat] Negabat, inficiabatur, depellebat: controversim enim et lites constant ex intentione et depulsione. Intentio est, quod accusator proponit, qua facit litem: ut Occidisti Ajacem. Depulsio est, quod defensor respondet: ut Non occidi. Id Græci vocant 'Apophasin,' quasi dicas abnuentiam criminis ejus quod accusator intenderit: suctor Fortu-

nianus. Merito ergo dixit, *abnucebat*, quasi per *ἀνύκτωρ*, id est, abnuentiam crimen obiectum inficiabatur ac negabat. *Idem.* Quamvis sanctissime poterat adjungere cuncta Numina, tantum oculus abnucebat] Hesychius: Ἀνυκίμωτοι, ἀνυκίλλοι τὸ δὲ ἔργον. quo sensu et in veteri Onomastico, 'Dejerare, ἀνυκίμου.' Infra heic lib. ix. 'Negantis, easdemque Deam numen obstantis.' Plautus Casina: 'Per Deos omnes, per Deaque pejerabit.' Præcipue autem ad materiam præsentem faciant Juvenalis ista: 'Quis aspice quanta Voce neget, quæ sit fecti constantia vultus. Per Solis radios Tarpeiaque fulmina jurat, Et Martis frameam, et Cyrbæi spicula vatis, Perque tuum pater Egæi Neptune tridentem. Addit et Herculeos arcus, hastamque Minervæ, Quicquid habebat telorum armentaria cœli.' Lucianus Gallo: Οὐκ οὐδὲν ἀνύκτωρ ἀπὸ ἀνύκτας, οὐκ ἀνυκίμωτο θεὸς τρωτότερος. *Pric.*

Ergo igitur senex ille] Legerim, *ergo* inquit *sen. illa.* Colvius. Sane inquit est in Ms. Lips. Flor. Oxon. atque Edd. Valc. sec. Elmenh. et seqq. Sed in ceteris scriptis et Edd. *Ergo igitur*, quo nihil frequentius esse apud Nostrium vidimus jam lib. i. p. 4. l. ii. p. 32. 'Ergo igitur Fotis erat ad.' Verbum 'inquit,' ait,' inquit,' et similia passim subintelliguntur, ac crebro per librarios intrusa. Vide Drak. ad Liv. l. xxiii. 46. me ad Cæs. lib. i. 17. et Suetonium. Infra l. iii. p. 43. 46. 48. 'Et ad populum talia.' L. iv. p. 68. 'Pavida sic anus.' p. 89. 'Ac sic: An ego.' L. v. p. 100. 'Sic ad illas:' ubi vide Pricæm: item l. vi. 116. vii. 149. Quare revocavi antiquam scripturam. Oud.

Zachlas] D'Orr. Oxon. *Cathlas.* Pal. *Zathlas.* Fux. *Zatilas.* Pitt. *E-tathealas.* Salmasius ad Solin. pag. 290. emendat *Tuchos*, nomen Ægyptiis proprium. Quod certe multo verisimilius est, quam *Zacharius*, quod

placuit B. Pio t. 1. Thez. Crit. p. 377. Plura *Aegyptiorum* hujus artis professorum nomina videre potest Lector apud Reines. lib. II. Var. Lect. c. 5. *Idem. Zachias*] Nomen prophetae: apud Plin. Zachias Babylonius celebratur, qui, in libris quos scripsit ad regem Mythridatem, humana gemmis fata attribuit, in canonicis scripturis Zacharias propheta nomen est celeberrimum.

Aegyptius propheta] *Aegyptii* divinarum omnia concili dicuntur, a quibus clarissimi in studiis literarum disciplinas ingenuas haberunt. Apud hos sacerdotes fuerunt et prophetae rerum caelestium scientia praecellentes, qui mystici erant, et, ut Graeci dicunt, *ἑσπεύοντες*, id est, incommunicabiles: qui cum arcana doctrinarum occultarent, vix pauca quaedam communicarunt cum Platone et Eudoxo, qui annos 14. in *Aegypto* commorati sunt. Pythagoras quoque *Aegyptias* disciplinas petiisse memoratur, atque ibi a sacerdotibus ceremonialium incredendas potentias didicisse. Apollonius ille Tyanens *Aegyptios* prophetas accessit eruditionis causa. Hermes Trismegistus *Aegyptum* vocat caeli imaginem. *Bevoald. Aegyptius Propheta, &c.*] Noster alibi de Platone: 'Astrologiam adaeque *Aegyptum* petivit, ut inde prophetarum etiam ritus addiceret.' Laërtius de Eodem: 'Ἀπὸ τοῦ πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν, &c. ἔθεν τε εἰς Ἀθηνᾶς παρὰ τοῦ προφήτου. Adrianus in Prophetarum Synopsi ab Hesychio edita: Καλοῦνται καὶ παρ' Ἀθηναίων ἱερεῖς καὶ προφῆται, καὶ παρ' Ἑλλήνων οὐκ ὀνόματι. *Pric.*

Prælio pepigit, reducere ab inferis sper.] Lucianus Necyomantia: 'Ἀπὸ τοῦ οὐν ἡγοῦμαι οὐκ ἀπὸ τῶν τοῦτον διαπραξάντων τὴν κατάβασιν. *Colo.*

Postliminio mortis animare] Dracontius: 'Vitales animat per membra tepentia sensus.' Arnob. lib. II. adversus Gentes: 'Semiruda capil-

Delph. et Var. Clas.

lis et leviter animata porricere: ubi male Casanboun reponit: *a. c. et l. examinata p.* Tertull. de cultu fœmin. c. 6. 'Solis animando simul et stocando capillo exoptabilis ardor.' Quem locum vir eruditus in auctario Philologico cap. 26. non recte interpretatur. Vide Indicem. *Elmenh.* Qui necum jamdudum grandi præmio pepigit, &c. *juvenem postliminio mortis animare*] Lib. X. 'Surgentem postliminio mortisprehendit filium.' Lactant. VII. 23. 'Quid putemus futurum fuisse, si quis ab Inferis vitam postliminio recepisset?' Et nota heic 'grandi præmio pepegisse: hinc *ἱερεῖς μεγαλόμισθοι* Luciano dicti. *Pric.* *Postliminio mortis*] Reversione a morte, et post mortem: nam postliminium ex notatione nominis ita clarescere potest, auctore Boëtio, ut quia semper post id significat quod retro relinquitur, *postliminii* vocabulo quædam reversio significetur. *Bevoald. (V. supra.)*

P. palmeis baxeis indutum] Inductum sæ editionis marginali adiecit Scriverius, ac sic scribendum esse docuit Salmas. ad Tertull. Pall. p. 385. 'Calcatus inducitur.' Atque ita passim Nostro, ut lib. VII. p. 137. VIII. 172. IX. p. 191. &c. Auct. ad Herenn. lib. I. c. 13. 'Soleæ lignæ pedibus inductæ sunt.' Sed pluribus de eo egi ad Sueton. Aug. c. 92. 'Sibi calcæus induceretur.' Quomodo Virg. *Æn.* V. 379. 'Manibus ludere cæstus: ac de duplici hujus verbi constructione adi Burin. ad Virg. *Ecl.* IX. 20. 'Fontis induceret umbra.' In Oxon. et Palat. Guelf. pr. inepte *buxeis*. Fux. *vaccæis*. Oud. *Illectum*] *Lego intectum*, ut significet sacerdotem linea veste et candida indutum, ab integendo dictum. *Amicula* autem, ab amiciendo, vestimenta nominamus, quibus lintele sacerdotes vestiuntur: est enim lineam textum purissimum, rebus divinis velamentum: quod non modo indutus et amictui

Apul.

6 F

maximam Egyptiorum sacerdotibus, sed operari quoque in rebus sacris usurpatur: idque ex Orphei et Pythagoræ decretis. Hinc apud Juvenalem, Martialem, Ovidium, ceteros, 'linigeri' dicti sacerdotes Egyptii, quasi gerentes linea vestimenta, Apollonius Tyaneus apud Philostratum accusatur, quod vestita linteo amictur, seque imbi ratione reddita defendit: erat enim Pythagorica, et ad Pythagoram præscripta vivebat. De Isiacis sacerdotibus, qui linteo amictu vestiebantur, affatim in Suetonii commentariis. *Idem.* Juvenem quempiam linteis amictulis inductum, &c. et adusque deraso capite, &c.] Lucianus Philopseude, de Pancrate Egyptio: ἰσθὺν ἑνὴν, ἔνθα μὲν, ἐν ἰσθμῷ. Herodotus: Οἱ ἱερεῖς τοῦ θεοῦ τῇ μὲν ἄλλῃ κορυβάνει, ἐν ἄλλῃ δὲ ἔξουσιν. Vide 1. 23. Artemidorum. 'Adusque deraso capite' est quod xi. 'Capillum funditus derasi.' Hesych. Ἐν χροῖ κορυβ. ἢ φάλλ, καὶ τριὰς αὐτῷ τῇ χροῖ. Legebat heic Wowerius ad os usque d. c. Elmenhorstius, adusque cutim d. c. sic sane viii. Salvianus: 'usque ad cutim tonsam': at nil in Appuleio novandum. Plantus: 'Attonse hæ quidem ambæ usque sunt.' Abest et vox cutim ab Oxon. Ms. Pric. *Palmis baxeis*] 'Baxem' sunt calciamenta, de quibus Plantus in Menæchmis: 'Quis iste est peniculus, qui extergentur baxem:' mendose in codicibus Plantinis impressum est *baxæ*. Peniculo quoque, ut id transeunt attingam, baxeas extergi dixit, alludens ad spongiam nomine peniculum, qua et ad mensas calceosque extergendos utebantur. De baxeis ait in Floridia: 'Vestem de texterna emere, baxeas istas de suterna præstinare.' Ubi annotandum, *texternam* pro *textrina*, *suternam* pro *sutrina*, *præstinare* pro *emere* decenter usurpari. Item in ultimo hujus operis docet, baxeas esse calceos pro-

prie philosophorum. *Beroald.* *Inductum*] Calciatum. Plin. consimiliter in secundo: 'Divus Augustus levum prodidit sibi calcem præpostere indutam.' Dicimus, ut ait Servius, 'Induo illa re, et illam rem.' Catarchesticos dixit Virg. in x. 'An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat? Quidam illud Plinii *inductum* legunt, merito defensum ab Barthio lib. xxxiii. Advers. c. 15. et Pricæo, quos vide. *Usque*, ut habet Guelf. pr. a m. pr. sæpe hoc sensu apud Plantum et Terentium. At tamen septies præterea utitur Auctor, et semper Accusativo jungit. *Inductum, ad osque der.* Gulielm. *Ond.* *Adusque*] Licenter *adusque* et *abusque* usurpantur, ut notant Grammatici. Virg. 'Atrides Protei Menelaus adusque columnas.' *Beroald.* *Deraso capite*] Sacerdotem designat, cujus vertex deradi solet: ob hoc ait Satyroglyphus: 'Qui grege linigero circumdatus, et grege calvo.' Scribit Plinius, sacerdotes Egypti derasis capitibus morere, et in luctu esse ex morte Apidis, qui in Egypto nominis vice colitur. Auctor est Herodotus in Euterpe, sacerdotes Egyptios totum corpus eradere, vestem tantum lineam induere, calceos papyraceos gestare: hinc opinor fluxit ritus nostrorum sacerdotum, qui jubentur caput radere, et comam nutrire prohibentur. Hieronymus (quod et in decretis canonicis 22. questione 2. scriptum legas) rationem capitis et coronam designare autumat temporalium omnium depositionem. Capilli vero, qui remanent, designant aliqua sacerdotibus esse retinenda ad

stentationem. Paulus apostolus in Cenchris totondit comam, rasit calvitium, exercuit nudipedalia. *Idem.*

[*Producit in medium*] Ex his Virgilio: 'Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medium.' *Pric.*

[*Cujus diu manus deosculatus, et ipse genua contingens, Miserere ait*] Lucianus Orat. κατὰ τὴν προσῳδον. Μερύλλας ἀνέγκας ἔχουσιν αἱ δεξιᾶς, καὶ τὸ ἐφάσθαι τῆς χειρὸς, καὶ τοῦ γενέσθαι. Vide ad Matthæi 17. 14. notata. Oxon. heic, utrum deosculatus. *Idem.* [Genua] Utpote misericordiæ consecrata. 'Homini,' inquit Plin. 'genibus quædam et religio inest observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant.' *Beroald.*

[*Per nocturna silentia*] Quæ scilicet plena sunt venerationis: alludere videtur ad illud Virgilianum: 'loca nocte silentia late:' et, 'tacitæ per amica silentia Lunæ.' Præterea noctu cuncta silent, ut idem inquit: 'Tunc tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.' Aristoteles in Problematis tradit, ideo per noctem melius quæcunque audiri quam per diem, quia tunc nullus est strepitus, et (ut Anaxagoras ait) ær, qui interdiu stridet a Sole concalefactus, noctu requiescit: præterea tempus id nocturnum, quod quidam concubium, alii intempestam noctem appellant, silentium noctis vocaverunt, ab eo quod id temporis sileretur, ut docet M. Varro. In hoc significatu 'silentium noctis' frequenter a Livio usurpatur. Dicitur et *silentium* in auspiciis, quod omni vitio caret: quod intelligere perfecti auguris est. 'Silet cælum,' Plinio significat, serenum et tranquillum: sicut Columellæ, 'Silet herba,' quæ non germinat. *Idem.*

[*Et adepta Coptica*] Hæc verba, mirifice vexata tam per Interpretes quam librarios, de hirundineo ad Cop-

ton opere sive *adepta Coptica* ex Bertino, seu *Coptitica*, sumserunt quoque B. Pius pag. 377. t. 1. Thes. Crit. et Maussacus ad Plutarch. de Flum. p. 301. Namque a Beroaldo usque ad Vulc. Ed. sec. ita in textu mansit; et hinc illi interpretamento adhæserunt viri docti. Sed quæso, unde dixerunt, hæc χέματα, de quibus videatur quoque ad Statii lib. III. Silv. II. 109. adeo sacra fuisse, ut per ea jurarint et precati sint Ægyptii Magi, aliive eos imprecati? Quare illa omnino missa faciamus. *Adyta*, quod, non *adypa*, ut ait Elmenhorstius, Ursino et N. Heinsio placuit, et reposuere Scaliger seu Vulc. Ed. sec. et Elmenh. Scriv. *Pric.* retinui: quia sic exaratur in Flor. Cod. Veror tamen, ut sit vera lectio. Nec enim de locis agit Auctor, ut Diog. Laërt. lib. VIII. init. de Pythagora: 'Ἐν Αἰγύπτῳ κατῆλθεν εἰς τὰ ἔδωρα, sed de rebus sacris. Jam vero *adyta* non dicuntur, nisi de sacrarum ædium infimis: unde et Appuleius dixit lib. XI. p. 255. 'De operis adyti profert quosdam libros.' Hinc vix dubito, quin e Mas. illis, quos citant Becichemus Ep. 68. et Pius, cum Colvio *operta*, vel potius cum Roaldo, *adoperta Coptica* vel *Coptitica* esse rescribendum. Nam exaratum fuerat *adoperta*. Hinc illæ turbæ. Gruterus e Palat. notavit *adepacco eptitica*. In Guelf. sec. *adepacco eptitica*. Pithæan. *adaptica coceptica*. In D'Orv. est. *adepoco ceptica*: quod juvat Sopingli conjecturam et *epoptica*. N. Heins. quoque jececerat *adyta epoptica*: ut ad Cereris mysteria respiciatur. In Ed. Vicent. *adepta cooptitica*. Exsulant em voces quoque a Regio, Oxon. Guelf. pr. et Par. *Adoperta* igitur sunt μυστήρια, quo bene citat Colv. locum lib. XI. p. 246. et hæc similia, quæ præcedunt 'silentia,' et sequuntur 'arcana Memphisita,' de quibus et 'incrementis Niloticis' vide ibidem B. Pium. et lib. XI. p.

234. 'Arcana perissimum religionis secreta.' Unde et Memphis vocatur *secreta* Lucano lib. vi. vs. 400. 'Socrusque Memphis Omne vetustorum solvas penetrare mavorum:' et 'invida' Statius d. i. vs. 110. 'Cecropie stagnata luto: cur invida Memphis, Curve Therapnezi lasciviat ora Canopi.' Nam aliorum rationem probare neutiquam possum. Porro de magia sic jungit Auctor lib. iii. p. 53. 'Domus aperta, et arcana dominæ secreta.' Valer. Flacc. ii. 400. 'Sacræque metum oervemus operis.' Ac ne putet quis *adopera* esse, quæ ex parte sunt aperta, ut quidam credunt, cavi ad Sueton. Aug. c. 53. Ceterum post vocem *Coptica* seu *Copticia*, in vetustissimo Becichemi codice additur, et *comperta Nilivum*, ipso probante, et hinc citante Servium ad Virg. Georg. lib. iv. vs. 364. 'Hæc ex Ægyptiis tracta sunt sacris. Nam certis diebus Nilides' (sic Becich. Vide Barm.) 'pueri, de sacris parentibus nati, a sacerdotibus Nymphis dabantur; qui cum adoleviscent, redditu narrabant lucos esse sub terris, et immensam aquam omnia continentem, ex qua cuncta procreantur.' Judicet Lector. Mihi additamentum illud non probatur. *Und. Coptica*] Sic enim legendum est. Significat autem aggerem hirundinum, quem scilicet in Ægypto juxta oppidum Coptea hirundines maniant, opere inexpugnabili, palea et stramento rostro firmantes continuationis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet: eaque militia illis verna est, et cum anno redit semper: eadem hirundines molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii fere unius spatio: quod humano opere perfici non posse, auctor Plin. in x. Ob hoc dixit Papinianus in Sylvis: 'Ripam Nili luto Cecropie,' id est, nidis hirundinis signatam esse et coercitam: quod et in li-

bro Annotationum copiose explicari. Nunc Appuleius 'adepta coptica' vocat illud incrementum et opus quod maniant hirundines juxta Coptea, quæ res religione quadam prædita esse videtur. Illud adde, quod legimus in libris Jurisconsultorum, ubi Ulpianus ad titulum de extraordinariis criminibus scribit: 'Commata dici aggeres, qui oppositi sunt coercendo evaganti Nilo: quos qui ruperit extra ordinem, plectitur.' Mendosæ sunt dictiones in voluminibus impressis, in quibus passim legitur: 'Aggeres solent aquam in otitum contingere: tu vero lege, *Solent aquam Niloticum continere*: ideo enim illi aggeres extruuntur, ut aquam Nil evagantis coercerent atque contineant. *Bersold.*

Per incrementa Nilotica] Nilus coloni vice fungens, quotannis evagatur a solstitio: a primo lente crescit, deinde vehementius, quando Sol in Leone est: mox pigrescit, Sole in Virginem transgresso, in totum revocatur intra ripas, in Libra, ut tradit Herodotus: centesimo die, incrementa ejus per pateos mensuræ notis deprenduntur, ex qua cuncta procreantur. 'Nilometria' vocant: justum incrementum est cubitorum 16. minores aquæ non omnia rigant: in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim etiam esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferant, quindecim securitatem, sexdecim delicias: majora incrementa majores proventus denunciant, minora sterilitatem. Causas hujusce incrementi varias prodidere: sed maxime probabiles, ex percussu Etesiarum, qui venti sunt annversarii. De incremento Nilotico, et causis, assatim scribere Herodotus, Diodorus, Plinius, Strabo, Seneca, et carmine luculentissimo Lucanus: qui multijugas causas explicaturus ex philosophorum secretariis depromptas, sic cecinit in x. 'Sic jussit natura parens discurrere Nilum, Sic

opus est mundo.' Philosophi vero, qui de Nilotico auctu scripserunt, ferme sunt hi: Thales, Anaxagoras, Democritus, Ephorus, Agatarchides, et Timæus mathematicus. Memphitici quoque philosophi rationem hujus incrementi reddere conati sunt, magis quod non reprehendi quam quod probari possit, referentes. Dixerunt enim, Nili fontem esse in zona nobis opposita: ibique hyemem esse, nobis æstatem agentibus, ideoque ingentem aquarum vim eo tempore manantem, causam præbere incremento. *Id.*

Arcana Memphitica] Memphitici sacerdotes arcana cerimoniarum mysteriorumque cum nullo communicant: ob id *ἀνοσιγόνοι*, id est, incommunicabiles dicti: ob hoc ipsum 'invida Memphis' dicta Papinio in Sylvio: est autem Memphis civitas magna et populosa, et post Alexandriam secunda, ubi multæ pyramides fuerunt, regum sepulturae. Plinius Memphim quondam arcem Egypti regum fuisse tradit. *Idem.*

Sistra Phariaca] Sistrum instrumentum est stridulum et sonabile, Isiacorum peculiare: qui ob id sistrati nominantur. Martialis: 'Lingeri fugiunt calvi, sistrataque turba.' Isis, maxima Egyptiorum Dea, sistrum in dextra gerens figuratur, quo Nili accessus significatur. Valerius Flaccus, in quarto Argonauticon, de Iside scribens sic loquitur: 'Aspide cincta comas, et ovari persona sistro:' et Ovid. Isim Deam describens, cecinit in nono: 'Cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum.' 'Phariaca' appellat a Pharo Egypti notissima Cæsaris dictatoris colonia, olim juncta ponte Alexandriæ: ubi fuit turris, et ipsa Pharos nominata, a Ptolemæo rege facta talentis 800. ejus structuræ architectus fuit Sosstratus, quem nocturnis ignibus cursum navium nocturnam regere solebat. Tales turres in compariis locis extructæ priacis temperibus visaban-

tur, quas 'Pharos' vocant: de quibus scripsimus affatim in Propertium, et mox Tranquilli commentariis. Egesippus autumat, 'Pharon' dici quasi 'phanon,' quia procul appareat. *Idem.*

Usuram] Usam. M. Cic. 'Huic latroni unius diei usuram non dedissem:' item audita Vatinii morte, cuius parum certus dicebatur Auctor: 'Interim,' inquit, 'usura fruatur.' 'Ukorem usurariam' dixit Plantus, cuius usuram et usum capiebat Jupiter. *Idem.*

In æternum conditis] Morte perpetua clausis. Virg. 'in æternam conduntur lumina noctem.' *Idem.* *In æternum conditis luminibus*] De cæco Declam. II. Quintilianus: 'Perpetua nocte genæ clausæ.' Virgil. x. 'In æternam clauduntur lumina noctem.' *Prie.*

Nec terræ rem suam denegamus] Cic. Tusc. Qu. lib. III. ex Euripide: 'Reddenda est terra terræ, tum vita omnibus, Sic jubet necessitas.' Tertull. de anima cap. 50. 'Publica totius generis humani sententia mortem naturæ debitum pronuntiamus. Hoc stipulata est Dei vox, hoc spopondit omne, quod nascitur.' *Elmenh.* *Nec terræ rem suam denegamus*] Artemidorus II. 24. 'Ὁ ἀνοσιόγαν εἰς τὴν γῆν καταρίβειν, ἥτις ἐστὶ κοινὴ πάντων πραγμῶν.' Euripides Hipsipyle: *Εἰς γῆν φέροντες γῆν.* Cicero III. de Republ. 'Neque enim Natura pateretur, ut id quod esset de terra, nisi in terra maneret.' Ecclesiastes 12. 7. 'Prænaquam, &c. revertatur pulvis in terram suam.' Virgilius VI. 'Sedibus ossa quierunt:' ubi Servius: 'Prænaquam corpus in naturam suam redeat: id est, in terram.' Ovidius ex persona Livii, Druso mortuo: 'Artus complector inanes, Et vocat hos ipsos flamma rogosque suos.' *Rem suam*, id est, Juvenem exanimum, 'et nil jam cœlestibus ullis Debetem.' Prudentius de sepulchris loquens:

'Res creditur illis Non mortua, sed data somno.' Bene autem *rem suam*, quasi debitam. Philo in de Josepho: Τὸ εἰκεῖον ἐπὶ λήμα τῆς φύσεως ἀπολαβεύσας. Nec minima heic elegantia *denegamus* dixit. P. Chrysologus de Christo Lazarum suscitante: 'Dat locum morti, licentiam dat sepulchro: putredini nil negat, nil factori.' *Pric.*

Sed ad ultionis solatium exiguum vitæ spatium deprecamur] Apud Lucianum in Reviviscentibus: Μῶν ἡμέραν ταύτην παρατηροῦμεθα, &c. ὅτι ὀπότερ τι δὲ δέφακεν ἀξίαν. Apud Pacuvium ille: 'Dii me etai perdunt, tamen esse adjutum expetunt, Quod priusquam iutereo spatium ulciscendi dantunt.' Proprie autem 'ultionis solatium.' Seneca i. 21. de Clementia: 'Ultio duas res præstare solet: aut solatium affert ei qui injuriam accepit, aut in reliquum securitatem:' ubi et pro aut reponendam utroque loco videtur. Scriptor de Excid. Hierosol. sive is Egesippus i. 1. 'Obsecrans, non salutis auxilium, sed ultionis solatium.' Justinus lib. i. de Tamyri: 'Orbitatis dolorem non in lacrymas effudit, sed in ultionis solatium.' Sic in de Anima cap. 34. Tertullianus 'solatium ultionis' dixit: et cap. 10. de Patientia (emendante Viro summo erudito Josia Mercero) 'Ultio penes errorem solatium doloris videtur, penes veritatem certamen malignitatis.' Plinius lib. iii. Epist. 14. 'Paucis diebus ægre refocillatus, non sine ultionis solatio decessit.' Basilus in cap. 3. Esaiæ: Παραμυθία (δοτιν) ἐν κακοῖς, τὸ ἐπαμύναται τοῖς ἀγρημένοις, καὶ τοῖς ἰσοῖς ἀντιστεριβάλλει τοὺς λελητηκότας. Otho apud Tacitum ii. Histor. 'Frnatur Vitellius fratre, conjuge, liberis: mihi non ultione, neque solatii opus est:' id est, *mihi ultionis solatio non opus est.* Tiberius apud Eundem Annalium lib. iii. 'Sin facinus in ejuscunque mortalium nece vindicandum detegitur, vos vero et liberos Germanici, et nos parentes

ejus justis solatiis afficite:' solatiis ultionis nempe. Sidonius viii. 11. de Lampridio: 'Secuta quidem est ultio extinctum, sed magis prosunt ista victis: nam quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari.' *Idem.* *Exiguum vitæ spatium deprecamur*] Minucius ex Pagani persona: 'Quis unus ullus ab Inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permissio commentu?' *Idem.*

Propitius] Placatus, exoratus: quæ illæ tres lineolæ significant. *Be- roald.*

Ter ob os] Abest vox *ter* a Mss. Lips. Pal. Reg. Fox. Quelf. utroque Oxon. Par. D'Orv. et Ed. Junt. post. unde suspiceris, sacerdotem non *ter* inposuisse herbam, sed semel inpositam ibi liquisse, et ejus vi per *os* et *pectus* animam reciperet cadaver. Nisi potius vox illa exciderit, quod lineæ iii. creditæ fuerint ortæ ex repetita littera m, et hinc nata vocula in: atque ea herbula lustrationis causa *ter* fuerit inposita. Namque ut in sortilegio, (vide ad Cæs. lib. i. in f. ubi etiam excidit *ter*), item in magicis sacris, (Ovid. lib. vii. Met. 189.) aliisque mysticis erat numerus ternarius, ita similiter in lustrationibus passim occurrit. Vide Lucian. Necom. tom. i. p. 465. Burm. ad Val. Flacc. lib. iii. 441. et alios. An vero in Necromantia numeri ternarii meminerint alii, vide. Certe non Lucanus. Porro male Scriverius in contextum recepit Bortin. et Pithœani Cod. scripturam in *os*. Aliter solet Auctor. lib. v. init. 'Pecudibus occurrentibus ob os introëuntium:' pag. 119. 'Ob os puellæ prævolans.' Lib. xi. p. 247. 'Ob os ipsum memum coronam exhibuit.' Et sic alii. Cic. in Timæo c. 14. 'Igni, qui est ob os offusus:' ubi Ms. Voss. male *eff.* Prudent. *Περὶ στροφ.* c. 10. vs. 76. 'Adstanti ob ora.' Plura vide apud Heins. ad Virg. *Æn.* xii. 866. 'Ob

ora Fertque refertque.' Drakenb. ad Silium lib. xvii. vs. 477. 'Ob ora Lux micat:' et Burmann. ad Ovid. lib. viii. Met. vs. 115. 'Patris ob ora:' et alia huc pertinentia de hac præpositione vide in lib. iv. p. 66. Passim 'opponere manum.' Vide Bunemann. ac Lact. lib. iv. c. 1. Oud. Ter] Ternarium autem numerum Pythagorici potentissimum esse prodiderunt, eoque ad cerimonias Deorum utebantur, ut docet Aristot. lib. i. de Cælo et Mundo. Idem numerus in rebus magicis plurimum pollebat: et, ut auctor est Plin. ternæ despuere deprecatione in omni medicina mos est, atque effectus adjuvare. hinc Tibullus: 'Ter cane, ter dictis despuere carminibus:' et poëta in cantamentis amatoris cecinit: 'Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,' Martianus, Plutarchus, cæteri, triada sive ternionem, hoc est, ternarium numerum, qui masculus est, et efficax, extollunt. Beroald. *Herbulem quamprimum* De qua herba loquatur, ambigi potest, cum eam nominatim non designet. Forsan intelligit balin, qua Xanthus historiarum auctor tradidit occisum draconis catulum, revocatum ad vitam a parente: eademque Chilonem, quem draco occiderat, restitutum salutis: et Jubæ in Arabia herba hominem revocatum ad vitam tradit: plerique existimant, nihil non herbarum vi effici posse. Ab Herophilo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas herbas prodesse. Orpheus de his herbis curiosus aliqua prodidit: post eum Musæus: Pythagoras quoque et Democritus de magicis herbis volumina composuerunt, de quibus et Plinius noster non parum multa in xxiv. Idem. *Herbulem quamprimum ter ob os corporis, &c.*] Eliæus (etiam in resuscitandi negotio) ad famulum 2 Reg. 4. 29. Ἐπιθήσεις τὴν βακτηρίαν μου ἐπὶ πρόσωπον τοῦ παιδαρίου. Pric.

Orientem obversus] Lucianus Me-

nippo: Ἐσθὲν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσιν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἥς σφόδρα καθήκουον. Colv. Orantes vultum ad orientem convertebant. Origenes Hom. 5. in Num. Damascenus Orthod. lib. iv. c. 17. Author Quæstionum apud Justinum Martyrem, Qu. 115. Brissonius lib. i. de Formulæ, Drusius ad lib. i. Severi p. 16. *Elmenh. Orientem obversus*] Ætherei spectans orientia Solis Lmina. Pacatus Panægyr. 'Divinis rebus operantes, in eam cæli plagam ora convertimus, a qua lucis exordium est.' Virgilius: 'Illi ad surgentem conversi lumina Solem,' &c. Ubi Servius: 'Non utique nunc Solem surgentem dixit: (jamdudum enim dies erat) sed disciplinam cerimoniarum secutus est, ut Orientem spectare diceret eum, qui precaturus erat.' Pric. *Orientem obversus*] Adoratoris hoc proprium est, ex mystica religione, ut in adorando ac salutando Deo, ad orientem convertatur, totumque corpus circumagat: sic enim apud Antiquos factitabant adoratores, ad Solem respicientes. Mundi enim ortus a læva est, unde sinistrum et lævum fulmen inter prospera est. In cælo templum est locus auspicii, cujus partes sunt quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Hermes Trismegistus præcipit, cum quis Deum orare voluerit, respiciendum esse in austrum Sole occidente: Sole vero oriente, in eum qui subsolanus dicitur. Beroald.

Et incrementa solis angustij] Abest et ab Oxon. Fux. Guelf. pr. vel incrementum. Pith. Edd. Rom. Vic. Ber. Junt. Ald. Colin. et incrementa D'Orvill. Quod non displicet: ut variaverit stylum elegantie gratia Auctor, qui præmiserat 'incrementa Nilotica.' Simplex enim 'crementa' æque probum, atque 'incrementa:' uti 'cunabula:' quomodo p. 41. et sæpe dixit Noster, et 'incunabula.' Plin. lib.

II. c. 37. 'Ad crementa Lunæ.' Sic enim Mss. Hardaini, et quinque Leid. non *ad incr.* Et sic Varro, alique, quos post Vossium et Borrichium jam laudavit Munckerus ad Fulgent. Myth. lib. II. c. 19. 'Lunæ crementis.' Arnob. lib. I. p. 22. 'Cur Luna semper in mutuis damnia ac crementis.' Oud. Augusti] Venerabilis et sancti. Solem mundi totius animam, ac planius mentem et principale naturæ regimen ac numen, plerique crediderunt, opera ejus existimantes: unde merito 'augustus' dictus, quæ sanctus, divinusque. Beroald.

Tacitus imprecatus] Non voce, sed corde orandum Deum esse, præcipit divus Hieronymus: et in decretis canonicis, distinctione ultima, de consecratione, scriptum legimus: 'Non verbis, sed corde adorandus Deus est.' Cyprianus, in expositione illa orationis Dominicæ luculenta, secreto adorandum esse ex Dominice præcepto demonstrat, in abditis et secretis vel semotis locis: quia Deus non vocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt. Hoc declarat Scriptura divina quæ dicit: 'Loquebatur in corde suo, et labia ejus movebantur, et vox ejus non audiebatur, et exaudivit eam Deus.' Item legimus in Psalmis: 'Dicite in cordibus, et in stratis vestris, et transpungimini.' Hieremias quoque hoc idem docet: 'In sensu tibi debet adorari Deus.' Imprecatus in bonam partem hic accipitur autem: cum alibi fere semper malum significet. Scena. Apparatu et spectaculo. Idem.

PAG. 40 Venerabilis scena facie s.] Bertin. et Pith. dant, ut ante Colv. legebatur, venerabili scena facies et studia, &c. In Ed. Scal. seu Vulcan. sec. venerabili schemate facies ac et. contra Mss. In Florent. D'Orvill. et Ed. Elmenh. venerabili scena facies et. sine sensu. Palat. Guelf. sec. cum Ed.

Scriv. et Pric. venerabilis scena facies et. Sed viri docti sic edentes debebant certe præcedentia obverius et imprecatus, hic pleniore distinctione posita, junxisse verbo imponit. Sed tunc satis significat ibi non incipere periodum, adeoque istos nominativos pendere ab verbo adrexit, et idcirco facies hic locum non habere. In Oxon. est venerabilis scena facies studia. Satis ferri potest antiqua lectio, venerabilis scena facies et studia astr. Nam oculos simul cum mente addelebant ad hoc spectaculum. Sed quia scena habent Mss. copula carentes, omnino recipienda est Colvii lectio, firmata a Lips. Fax. Guelf. pr. et Regio, venerabilis scena facie studia adrexit. Zachas arrexit studia presentium adspexit et externa specie venerabilis adparatus ad partes agendas, quas sibi sumserat. Faciem sexcenties dici de cujusvis rei specie et imagine exteras, nemo ignorat. Sic 'facies hederae,' 'lauri,' 'pulveris,' de quibus vide ad finem lib. III. 'facies cæli,' 'maris,' 'montis,' 'loci.' Virg. IV. G. 360. Sil. XII. 665. Ovid. III. Met. 414. Meli. I. 17. II. 1. 2. III. 3. 4. Septim. de B. Tr. I. 23. 'leti,' 'pugnae,' 'scelerum,' 'luxus.' Virg. Georg. I. in f. Tib. IV. 106. Sil. IV. 596. ubi vide Drakemb. et ita innumera alia occurrunt. Restituenda et hæc vox Solino, cui frequens est, c. 37. 'Ostentans ruforum crinium faciem.' Sic enim Mss. 3. Vulgo similitudinem e glossa. De scena, nequaquam mutanda, sive adparatu spectatorio, quæ Appuleio in frequenti usu est, ut patere potest ex Indice, dicam plura ad lib. IV. pag. 77. 'Scenam, quam sponte sumserat, retinens, varias sui corporis schemata,' &c. Ridicule satis Scipio Gentilis in Parerg. ad Prod. lib. I. c. 37. legit, venerabilis scena, et per supercillum exponit. Oud. Studia presentium ad miraculum tantum certatim arrexit] Lib. VI. 'Tanti præmii cupido certatim omnium, &c.

studium arreborat.' Virgil. 'Arrectas mentes, stupefactaque corda.' Tacitus Histor. iv. de Vespasiano: 'Erecta quae adstabat multitudine, jussa exequitur:' ubi malim *arrecta* legi. *Pric.*

Immitte me turba socium] Placet, si quid mutandum, Wassei conjectura, *ocius*. Oud. *Immitte me turba socium*] Divinabam, *turba medius*. Virgil. 'Mediam nam plurima turba Hunc habet.' *Æn.* vi. Idem viii. 'Ipse agmine Pallas In medio.' Infra hic lib. viii. 'Quam potui, turbæ medius, &c. clamibus meis ab aggressionibus ferimis consuebam.' *Pric.*

Extolli] Extollebatur. Significat autem, defunctum illum potentis Ægyptii prophetae animatum reviviscere coepisse, ita ut pectus jam intumesceret ex anhelatione pulmonis. *Ber.*

Salubris vena pulsari] E Glossis Sopingius ad marginem conjecit legendum *acutibris*. Nil innovandum existimo. 'Venas' sive arterias 'pulsam,' ut lib. x. p. 210. Gell. l. xviii. c. 10. intelligit, a quo corporis *salus* vel valetudo cognoscitur, et hinc quasi pendet. *Vene* Oxon. *venæ* Guelf. pr. Oud. *Vena pulsari*] Medici recentiores venas pulsatiles appellant, quibus pulsus exploratur: quas Antiqui *ἀρτηρίας* vocant. Sunt autem arteriæ spiritus somitæ, sicut venæ sanguinis rivi. Arteriarum pulsus gubernacula vitæ temperat. Hierophilus medicinæ conditor subtilissimus descripsit leges et modulos, quibus pulsus per ætates citatior aut tardior moveatur, qui evidens index fore morborum est. Græce dicitur *σφυρμός*. *Bersoid.* Jam tumore pectus *extolli*, jam *salubris vena pulsari*, jam *spiritu corpus impleri*: et *adurgit cadaver*, et *profatur adolescens*] Hieronymum hac reapsexisse non dubito cum sic scriberet: 'Palpitat pectus, et oculis quærentibus lucem corpus animatur ad vitam. Jam spirat, jam videt, jam sublevar, et loquitur.'

Luc. 7. 15. 'Ανστήτω δ σαρπη, καὶ ἁγιάτω λαλῶν. *Pric.*

Spiritus corpus impleri] Genitivum illum impense probat idem lib. iii. *Susp. c. 6.* ut apud Virg. l. *Æn.* 215. 'Implentur veteris Becchi:' ubi vide Heins. et Burm. Et sane eidem casui jungit Auctor lib. iii. init. 'Turba cuncta completa.' *Flor. N. 15.* 'animi expletus.' Vide et lib. x. pag. 215. Verum ceteri Mas. et Edd. servant Ablativum *spiritus*, qui hic suavis videtur sonare. Atque ita in Apolog. p. 400. 'Solis conviciis impleturam.' *Impleri* exultat a Guelf. pr. Oud.

Adurgit cadaver] Seneca (ubi et de aliis portenta) de tæuro mactato: 'Tentantque turpes mobilem trunci gradum, Et inano surgit corpus,' &c. (Edip. Servius ad *Æneid.* viii. 'Cadaver est corpus nondum sepultum: ita dictum quod honore careat sepulture.' *Pric.*

Profatur] *Profatur*. Fux. Male. Lib. iii. p. 45. 47. 'Sic' vel 'hæc' 'profatur': *acpassim*. Frequens hæc est aberratio. Adi J. F. Gron. et quos laudat Drakenb. ad Liv. l. xxiii. c. 1. et corrige ex veterissimis membranis Vossianis Anson. in *Protrept.* 53. 'Et melicos lyricosque modos profundo, novabis.' Vulgo *prof.* Oud.

Quid (ore) me? &c.] Q. d. 'Carmina quid miserum torques? jam parce sepulto, Parce sitos violare Manes.' *Pric.*

Lethæa pocula] Animæ mortuorum, ut Poëta nobilissimus canit: 'lethæi ad fluminis undam, Securos latices et longa oblivia potant.' Cui succinit Silius versu consimili: 'Lethæos potant latices oblivia mentia.' Philosophi autem animam, cum coeperit in corpus descendere, potare stultitiam et oblivionem, alias vero magis, alias minus. Ideoque qui minus oblivionis hauserunt, hi magis verum inveniunt: et hoc est quod Veteres Lethæum fluvium vocaverant, ut

elegantem et acite refert Macrobius in somno Scipionis : ' Apud Antiquos in funebribus indictivis dicebatur, Oles letho datus est : quod significat, illum qui mortuus est, datum esse ὅλῃ : id est, oblivioni.' *Beroald.*

Momentaria citta] Temporarie, et brevi momento duraturæ : videlicet, tantisper dum enunciet ipsius mortis causam, et auctores. *Idem.*

Reducitis] Oxon. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. *reducis* : uti sequitur *desine* et *permittle*. Sed tamen forsitan hoc est ab importuno correctore, crebram numerorum variationem ignorante, de qua vide ad pag. 2. ' præfamar veniam, si offendero.' *Oud.* *Ad, &c. vitæ reducit officia*] Macrobius. Som. Scip. i. 18. ' Officium suum deserit corpus, cum jam non possit animari.' Servius ad *Æn.* vi. ' Defunctos mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia.' Sic 'vitæ officia' Seneca Epist. 77. et Donatus ad ii. 8. Ennuchi dixerunt. Noster lib. i. ' spiritus officia.' *Prie.*

Desine jam procer] Apud Propertium : ' Desine Paule meum lacrymis urgere sepulchrum.' *Idem.*

Ac me in m. quietem permittle] Sopingius libro suo adlevit *remittle*. Et solent hæc crebro variari ; ut in celebri isto Justiniani loco lib. i. c. 9. ' Militum vacationem permittunt : ' ut procul dubio est legendum. Nec hic quid mutandum. Sine, me plane et omnino quietam permanere. Ut sexcenties dicitur, ' permittere in fidem,' ' potestatem,' ' ditionem.' Pith. *mea quiete*. *Oud.* *Ac me in meam quietem permittle*] Senec. Suasor. ii. ' Optamus quoque plerique mortem, adeo in securam quietem recessus est.' Scholiastes vetus Horatii : ' Mors, ut necessitas est, ita perpetua est laborum requies.' Lactantius de Ira Dei cap. 17. ' Quies sempiterna solius mortis est.' Spectrum Samuelis ad Saulum, 1 Sam. 28. 13. ' Quare inquietasti me ut suscitarer ?' *Prie.*

Hæc vox audita de corpore] Id est, cadavere. Supra : ' Ibi corpus splendentibus linteis coopertum,' &c. Sic Matth. 14. 12. et 27. 58. vetus Interpretes. Isidorus xi. 1. ' Corpus, quod non vivit : ' et statim : ' Corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum.' *Idem.*

Devotionibus] Magico cantamine. ' Devotiones' enim execratoria sunt carmina : vulgo accipimus in bonam significationem. ' Devotum' quoque pro detestabili et execrando : de hoc alibi plura. *Beroald.*

Diras] Virg. in xii. ' Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ.' Hæc una cum furiis uno eodemque partu ex intempesta Nocte progenitæ sunt. *Diras* dici autumant Grammatici, qui non nisi ante iratum Jovem videntur : præterea *diras* dici voluerunt imprecationes quasdam horrendas, quibus Deos quosdam inauditos et formidandos invocabant : quibus quicunque devotus damnatusque fuisset, eum maximo infortunio affici necesse erat : quamobrem non temere in quenquam, nec levi de causa, dirarum uti obnuntiatione consueverat. Atteius tribunus plebis Crassum, ad expeditionem Parthicam properantem, hisce dirarum imprecationibus denotavit, (auctores Plutarchus et Appianus,) quod et Lucanus signat in iii. sic scribens : ' Crassumque in bella secutæ Sæva tribuniciæ voverunt funera diræ.' *Idem.*

Suscipit ille] Sopingius conjecit *suscipit* ; atque ita editum videas in Elmenh. Scriv. ac *Prie.* Verrum cada-ver jam ' adsurrexerat,' sed jam ad prophetæ verba respondens ' suscipiebat,' sive *ὀφειλόμενον*, ut bene explicuit *Prieus*, quem adi. Et sic lib. iii. p. 52. ' suscipie : ' ubi idem error. Lib. iv. p. 73. ' sed suscipiens ego.' Lib. v. p. 94. ' suscipit alia.' Virg. lib. vi. *Æn.* 723. ' Suscipit Anchisea,' *Oud.* *Suscipit ille de lectula*] *ἑτάλμαδεν*. ut Luc. x. 30. ubi Ve-

tus, 'Suscipiens Jesus.' Infra hic lib. iv. 'Suscipit unus ex illo posteriore numero,' &c. *Pric.*

Imo cum gemitu] *Imo cum gemitu* Schikeradi est emendatio. Hunc secuti sunt Scriv. *Pric.* Florid. Nec refragor, si modo idonea accedat Manuscriptorum auctoritas. Nam Lips. Palat. Flor. Reg. Pith. Oxon. Fux. servant priorum Edd. lectionem, uno *congestu*. D'Orv. uno *congesta*. Stewechins ad finem lib. vi. p. 128. legebat, uno *contextu*. Vide num huc pertineat Capitolinus in Marco cap. xix. 'Et quidem hæc breviter et congeste.' Omnia congestit in unum, culpamque mortis in uxorem unam eonjecit congestitque. *Oud.* *Atque imo cum gemitu populum sic adorat*] Oxon. *Atque uno congestu*, &c. amplectimur nos alteram scripturam. Turbati aut æraninosi sermonem gemitu incipient. (*adorare* enim heic valet *alloqui*.) Supra lib. i. 'Imo de pectore cruciabilem suspirium ducens, &c. Me miserum infit,' &c. Virgilius: 'Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces.' Imo infra hic in hac eadem narratione, 'Rursus altius ingemiscens.' *Pric.*

Malis novæ nuptæ, &c. artibus] Id est, veneficiis: hinc 'artium malarum doctor' lib. xxvi. apud Amm. Marcellinum. Gloss. 'Κακοτεχνία, mala ars.' *Idem.* *Malis novæ nuptæ*] Significat defunctus, se periisse veneno ab uxore sacrilega sibi propinato, ut ita adultero liberior potiretur. nam quæ impudica est, eadem venefica esse solet: ut dicebat M. Cato. *Beroald.*

Addictus noxio poculo] Pessime Stewech. ibidem et ad lib. ix. p. 270. volebat scribi *inductus*. Edd. Vic. Jant. pr. Ald. Colin. *adductus*. D'Orv. *additus*. Sed recte Beroaldus et *Pric.* causam defenderunt *addictus*. Verum dubito, an bene dicatur quis *addictus poculo*, qui per poculum morti est addictus, ut ait Cic. lib. iii. de Offic.

cap. 10. 'Qui morti addictus erat.' Inscript. Grut. p. 843. 2. 'Addictum manibus ire sacris.' 'Amor Fatis addictus' Lucano lib. vi. vs. 452. e Ms. Voss. Vulgo *adductus*. Infra lib. iv. p. 87. 'Cui acopulo sors me addixit.' lib. v. p. 104. 'Matrimonio addici.' lib. vi. p. 110. 'Vigiliæ addictis oculis.' Vide plura ad lib. iii. p. 52. 'Culpæ addicere.' Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 21. et me ad Frontin. lib. iv. 1. 36. 'Securi addixit.' Quod certe nimis potestum. Et hoc forsân senserunt illi, qui *adductus* legerunt, sc. 'ad adin (ἄδιν) i. e. Plutonem ductus;' ut est in nota Beroaldi. Nempe miror non vidisse viros doctos, si Barthium lib. xxxii. Advers. c. 13. excipias, aut saltem non monuisse, hic esse tres versus Iambicos; qui optime conveniunt cadaveri, quasi ex oraculo et divino instinctu profanti; (quod imitatus in simili re est Saxo Gramm. ad quem adi Stephanium p. 46.) sed quorum secundo versu excidit vocula. Pro *noxio* enim scribendum cum Elmenh. et Scriverio *pernoxio*, suadent Mss. Lips. Bert. uterque Guelferb. Oxon. Palat. D'Orv. Fux. ut 'pertrux' lib. v. p. 90. sæpe 'pervigil.' Mel. lib. i. c. 19. 'Pernoxii adpulsis.' Quare lego: *Malis novæ nuptæ peremptus artibus, Addictus et Diti poculo pernoxio Torum tepentem mancipavi adultero.* Diti (Plutoni) ut lib. vi. p. 121. 'Ditis et pater:' ubi vide. Vel, *Addictus umbris poculum per noxium.* Facile ob præcedentem vocem *addictus* excidere potuit *umbris*. Vides, me nihil invertisse nisi voces *pernoxio poculo*, quæ sunt sexti casus, et *adultero mancipavi*. In Guelf. sec. a m. pr. erat *adulterio*. Ceterum multi tales Iambi sunt in Nostro, licet nunc sæpe adhuc, ut prosa, censeantur. Vide ad finem lib. viii. et lib. ix. p. 181. *Oud.* *Adductus*] Coactus. Nitidior lectio est, *addictus*. Quidam exponunt *adductus*, quasi ad Adin, id

est, Platonem ductus: quod etsi sententia quadrat, tamen elegantia Latine non convenit. *Beroald.* Et addictus noxio peculo] Valerianus Cime-liensis: 'Artificium veneficii, et noxias poculorum compositiones.' Miles. x. Noster 'noxiam potionem' dixit. *Addictus* bona lectio est: sic vi. 'Vigilie luminibus addictis:' apud Horatium 'feris et alitibus addictus:' et Salvian. de Gubern. ii. 'steris placulis addictus.' *Prie.*

Torum tepentem] *Tepentem.* Sic eleganter Bert. Alii, t. *repente* ad. Elmenhorstius. Verissime id receperunt sequentes. Vide *Pricæum*, *Lacan.* lib. iii. 23. 'En! nupsit tepido pellex Cornelia busto.' Eadem confusio lib. vi. p. 112. 'Aram tepentem amplexa.' In Barthiano autem Codice (*Advers.* lib. xxxii. 13.) est *emancipari*, sed simpliciter verbo usus etiam est locis adpositissimis Auctor lib. iii. p. 56. 'Flagrantibus papillis in servilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem.' L. ii. p. 27. 'Tibi mutua voluntate mancipata sum.' Lib. ix. p. 186. 'Stupro corpus manciparat.' De Phil. Mor. p. 602. Ed. Flor. 'Religiositas supplicis divinæ rei mancipata est:' et alibi. *Oud.* *Torum repente adultero mancipavit*] In Ms. aiunt esse *torum tepentem*: quomodo etiam ex ingenio Nos legendum conieceramus. *Lucanus*: 'En! nupsit tepido pellex Cornelia busto.' *Quintilianus Declam.* 347. 'Subito absentium' (maritorum) 'obliviscuntur, et pene cum ipsa toris uxorum pectora refrigescunt.' Idem *Declam.* 338. 'Adhuc in torum uxoris prioris, calente adhuc vestigio, adducta est novæ nupta.' *Prie.* *Torum tepentem, &c.*] *Seneca* vii. 31. de Benef. 'Et cum Penates igula absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus.' *Idem.*

Tunc uxor egregia, &c.] Lib. ix. 'Tunc uxor egregia,' &c. et x. 'Egregia illa uxor mea,' &c. *Cicero* in

pro *Cluentio*: 'Tunc vero egregia illa et præclara mater,' &c. *Idem.*

Præsentem caput audaciam] Lib. ix. de non absumpti femina: 'Dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita vultum,' &c. *Ibidem*: 'Mihi penitus carpebantur præcordia, et præcedens facinus, et præsentem deterrimæ feminae constantiam' (id est, audaciam) 'cogitanti:' adeo vere Juvenalis: 'Nihil est audacius illis Deprensas, iram atque animos a crimine sumunt.' Apud *Tacitum Annal.* xi. 'Sceleribus manifestis subsidium ab audacia petendum est.' *Idem.*

Populus æstuat, d. tendentes] Ms. *populus.* *Colv.* Sic quoque *D'Orvill.* *Gueif.* ut et p. 44. *Tum Fux æstuat, Reg. æstuant*, quod præfero, ut ibidem, 'populus stipaverant:' p. 44. 'Multitudo periclitarentur:' p. 47. 'Conspicio totum populum: risu cachinnabili diffuebant:' ubi vide plura, et ad omnino *Drak.* ad *Sil.* xi. 232. ad *Liv.* lib. x. 13. 'Populus suffragia inhaant:' ubi in multis etiam *populus.* *Septim.* de *B. Troj.* lib. i. c. 8. 'Omnis populus reclamabant.' Sic enim *Voss.* *Periz.* et *Ed. Merc.* Vel dictum, ut *Solinus* c. 42. 'Populus circumit et Hytan voce clamant:' ut sæpe alii. *Oud.* *Populus æstuat, diversa tendentes*] In fragmentis *Varronianis*: 'Videmus populum Furiis incluctum tribus Diversum ferri:' ubi instinctum legendum videtur. *Diversa tendentes*, ut vi. 'Sic nos diversa tendentes:' id est, *contententes.* *Æneid.* xii. 'Vasto certamine tendunt.' *Servius*: 'Contendunt.' *Cartius* lib. ix. 'Dissonæ voces nusquam unum et idem tendentium.' *Suetonius* 'diverse tendere' dixit: ut et *iv.* *Lucretius.* *Plinius* lib. viii. *Epist.* 9. *Nazarius Panegyristes*, et *Judic.* xx. 45. *vetus Interpres*, 'in diversa tendere.' *Noster* in *de Mundo*: et in *Dialogo ad Asclepium*, 'ad diversa tendere.' *Tacitus Histor.* i. 'Sibi quisque tendentes.' *Prie.* *Diversa*

tendentes] 'Tendere, pertinacem contentionem significat.' Donatus ad Eunuchum. *Idem.* *Dicere tendentes*] Juxta populi vulgique consuetudinem: nam, ut illo versu notissimum est: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.' Figurata autem locutio est, 'populus diversa tendentes.' *Beroald.*

Hi pessimam feminam viventem statim cum corpore mariti sepeliendam, &c.] Lib. IX. 'Addebat et tales oportere vivas exuri feminas.' *Pric.*

Hanc conationem seq. adol. sermo distinxit] Ed. Junt. post. Guelf. sec. *conatationem*: et D'Orv. *distruxit*: unde posset legi *destruxit*; ut Ovidio Art. II. 812. 'Destruere dicta': ubi vide Burm. Sed nihil mutare est tutius. Hanc *conatationem* sive quod idem est, *conatationem*, seu dubitationem et longam incertitudinem dissolvit, et quasi *discrevit*: quod ablit aliquoties in *distinxit*. Vide Drakenb. ad Liv. lib. XXXI. c. 29. sed et confer Lexica. Non cepit locum N. Heinsius, qui post varia, *distraxit*, *restinxit*, quae delevit, conjecit *instinxit* i. instigavit, ut alibi. *Oud.*

Docum. peritucida, et quod pr. n. n. cognoverit, indicabo] D'Orv. *perituc. docum.* Sunt qui per duplex *u* semper scribi eam vocem præcipiant. Tum in Palat. Guelf. sec. *rursus prorsus* e varia lectione. *Cognominariis* est quoque in Ed. Junt. poster. quod non capio. An fuit, *alius me nemo cognovit?* pro *alius quam ego*. Vide ad lib. III. p. 68. 'Me nullam aliam mea Fotide præmalle.' An potius vitium ortum ex eodem Thelephronis cognomine, ut e seqq. patet? *Idem.* Et, quod *prorsus nemo alius cognovit*] Lib. III. 'Quæ sola mortalium novi:' et X. 'Servum qui solus hæc ita gesta esse scire diceretur, statim, &c. oportere.' *Pric.*

Me demonstrans] De seipso loquitur Telephron, a quo omnia ista dicuntur. *Beroald.*

Exertam] *Insomnem, sedulam, oculisque inconviventibus perspicacissimam.* *Idem.* *Exertam vigiliam*] Diligentem, protenti colli. Infra lib. VI. 'Longa colla porrecti sævi dracones, et inconvivæ vigiliæ luminibus additis.' *Pric.*

Industriam sedulam] Supra, in eadem re ista, 'sedulum ministerium' dixit. *Idem.*

PAG. 41 *Postremo*] Variant Mss. D'Orv. Plith. et alii cum Edd. *præcis* habent *postremum*. Flor. Pal. Reg. *postremo*: Actor ipse ntrumque adhibuit, ut docet Index. Sed in Cod. Florent. lib. VIII. p. 172. pro *ad postremum* legas *ac postremum*: ubi vide. *Oud.*

Injecta somni nebula] Lib. VI. 'Crassa soporis nebula.' *Pric.*

Me nomine ciere, &c.] Lib. V. 'Jamque nomine proprio sororem miseram ciebant.' Et VIII. 'Clamore nominatum cientes illum juvenem.' *Idem.*

Membra frigida pigris conatibus] Seneca (Edip. 'Piger ignavos Alligat artus languor.' *Idem.*

Dum, &c. nituntur] In Indicativo habent etiam mei Codd. sed dubito, an vere; et an nunquam *dum* pro *denece* eo modo recte dicatur. Adi Cl. Duker. ad Flor. lib. III. c. 11. 7. Arntz. ad Cat. Dist. 2. 3. Abr. Gronov. ad Melam lib. III. c. 8. 'Dum montem adtingat.' Sic et 4. Mss. a me visi. Sed tamen potest hic temporis præsentis actum indicare; sive *nec prius, quam tunc, quoniam jam nituntur*. Et tunc requiritur Indicativus, ut innumeris locis eviderunt eruditissimi passim. *Oud.*

Sed tantum sopore mortuus] B. *sed tamen sop. m.* Putean. Recte. Vitium ortum e perpetua confusione. Vide me ad Front. Cæs. et infra ad lib. III. pag. 57. nisi velis *sed tantum non*: quod et Aldus voluit, teste Putschio. Sed non ita in Ed. ipsius. et *tantum* aliquando placnerat Wasseo. Sic tamen N. Heinsius, qui et *mutus* pro *mortuus* conjecerat. *Oud.* *Sopore mortuus*] Supra dixit Tele-

phren, se somno profundo in unum barathrum repente demersum, ut vix discerni posset, quis ex duobus jacentibus esset magis mortuus. *Bersoid.*

Eodem vocabulo] Significat ambos fuisse cognomines, et eodem Telephronis vocabulo nuncupatos. *Idem.* Quod eodem mecum vocabulo nuncupatur] Id est, 'nomine': sic sæpe Tacitus. Vide ad Præfat. lib. i. Martialis Ramiresium. *Pric.*

Et in exanimis u. modum] Bert. et exan. Elmenh. Male. In modum sexcenties, ut ita dicam, ait Noster, ut supra: 'in modum juvenis Aonii.' Statim, 'in modum prosectorum aurium.' Lib. iii. pag. 56. 'In modum Ajacis.' Lib. iv. p. 64. 'In modum floris.' Lib. v. p. 90. 'In modum confortis multitudinis': ubi plura. Et sic alii sæpe, ac sine dubio legi debet e Sangerm. Cod. in Colum. lib. v. c. 10. 'et ea se in modum ramorum alias radices emittit': ubi vide Comm. Vulgo, ex summo dum r. ambas. Minuc. Fel. c. 34. 'In aliquem modum' pro 'quodammodo.' *Oud.* In exanimis umbra modum gradientis] Μετά τὴν αὐτῆς τοῦ νεκροῦ περιπατῶν: ut Antiphanes locutus. *Pric.*

Prosectis naso pr. e. m. auribus] Sequitur statim, *prosectorum aurium*, et de verbo 'prosecare' plura vide apud Pricæum, lib. ix. p. 204. 'Gulam sibi prorsus exsecuit': ac de 'prosectu' ad l. viii. p. 156. Sed hic loci in Cod. D'Orvilliano est *præsectis*. Id quod præfero. Nam hinc talia 'præsegmina' vocantur. Adi Pricæum ad pag. 34. 'Cadaverum præsegmina.' Lib. i. p. 10. 'Impetu teli præsecata gula.' Ovid. Rem. Am. 212. 'Debuerant partem præsecuisse manu.' Denique Liv. Epit. lxxxviii. 'Auribus præsectis': et mox Fuz. *Oud.* *Prosectis naso prius, &c.*] Onomast. vetus: 'Denaso, ἀποφύω.' De prosecandi verbo sub finem libri ix. dicemus. *Pric.*

Lanienam suscitavit] *Suscitavit*, quod

bene revocarunt eruditi, jam olim ex suis Mss. legendum monuit Beticus Ep. lxxi. item Schicklerus, et expressit quoque Junt. post. ut et in Oxon. et Coll. Voss. sive in se suscepit. Eadem est confusio l. xi. p. 261. 'teletam susceperare.' ubi recentiores etiam servarunt *suscitare*. *Oud.* *Vicariam pro me lanienam suscepit*] Firmicus: 'Aut propiores fratres pro ipso vicariis mortibus interibunt.' Interpres vetus Levit. 24. 18. 'Vicariam reddit: i. e. animam pro anima.' Seneca in Controversiis: 'Quidam ardentibus rogis torum miscuerant, quædam vicaria maritorum salutem anima redemerant.' *Pric.* *Vicariam pro me lanienam*] Significat defunctus, Telephronem vivum laniatum mutilatumque fuisse vice ipsiusmet a cantatricibus aniculis. *Vicaria enim laniena* dicitur, opido quam eleganter, laniatus sive laniatio in alienam vicem substituta. Proprie 'laniena' significat locum ubi caro venditur, vulgo macellum vocitant: cum macelli significantia sit latior, et ad omnia esculenta venalia extendatur, ut alibi docuimus. 'Lanienam' dici locum ubi caro venit, sicut ubi pelles 'pellesuinam,' ubi calcei 'sutrinam,' docet M. Varro, lib. de analogia primo. *Bersoid.*

Utque fallacia reliqua continerent, &c.] *Fallacia* patrio casu, non dandi sume. Infra l. iv. 'Ad reliqua fallaciæ pergitur.' Locutio Græca est. *Pric.*

Ceram in modum prosectorum f. aurium ei adplicant] Oxon. in m. *prosectorum f. auribus ei adp.* ut duo Dativi adponantur verbo *adplicant*, probante Pricæo ad l. iii. p. 51. 'Ut ei hodie næ cœnæ pigneraret.' Græco more. Sic enim Xenophon p. 223. *οὗ δόσω ἄνδρα τῇ θυγατρὶ.* Anth. l. i. p. 17. *Εὐρώπῃ δούλον ζυγὸν αἰχμή θησαν.* Sic l. vi. p. 121. 'Decidenti sarcinæ fusticulos aliquot porrigas ei:' quem locum male corruperunt editores. L. x. p. 213. 'Quod ei probrosæ libidini

nolasset succumbere:’ ut est in Palat. Septim. de B. Tr. III. 9. ‘Quis non alii casus acerbissimi cordi insederant:’ quod male mutare conantur. Adde omnino Burm. ad Ovid. Met. l. ix. 779. ‘Crinalem capiti vittam natæque sibi Detrahit.’ Scilicet pronomen sive casus personæ loco Genitivi etiam in Dativo ponitur: uti passim amant ibi Dativum, ubi vulgus ponit Genitivum. Vide ad pag. 26. ‘Cullibet femiæ caput capillo expoliaveris.’ Vox *formatam* exsulat a Fux. Oud. *Ceram in modum prosectorum formatam aurium ei applicant*] Oxon. Ms. *Ceram in modum prosectorum auribus ei applicant*, &c. quam rectam esse lectionem inferius indicabimus. *Pric.*

Examussim] *Examine*, decenter, optime. Est enim ‘amussis,’ regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt: hinc ‘amussitatum’ derivatur, quod significat examinatum, probatumque. Plantus in Milite: ‘In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.’ In Plautinis codicibus pro *amussitata*, perperam legitur *emussitata*, dictione elegantissima contaminata, interpolataque: quem locum alibi non insubtiliter perpendimus. *Beroald.*

Tentare fortunam aggredior] *Tempore* Par. et Edd. veteres, ut passim. Ed. Bas. pr. non Ber. *temptans. Fortunam* addunt Mss. O. Immo jam et Ed. Junt. post. ante Colvium, pro qua mallet legere *frontem*, quam reponere Gruteri l. v. Susp. c. 8. conjecturam *formam*, probante etiam Pricæo, licet passim ‘forma’ et ‘fortuna’ confundantur. Adi ad p. l. ‘figuras fortunæque’ sive conditiones: quo sensu hic *fortuna* forsam quoque capi posset. Burmann. conjectit *furtim*: sed addendum videtur necessario, quid tentarit. Oud. *Tentare formam aggredior*] Ita Gruterus, non male: cum antea *fortunam* legere. Heliodorus de Chariclia, que

se oculum amisisset somniaverat: *Τῷ προσέειπεν τὴν χεῖρα ἐπέβαλε, καὶ τὸ μέρος, ὃ κατὰ τὸ ἔναρ ἀπέλασεν ἐταφομένη, πᾶν ὅθεν ἐπέζητει. Pric.*

Sequitur] Quia cereus erat nasus, facilisque ob hoc sequelæ: ceræ enim lenta sequaxque est materia. *Beroald.*

Directis digitis, et detortis nutibus præsentium denotor] Lib. III. ‘Omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus:’ et XI. ‘Toti civitati notus et conspicuus, digitis omnium nutibusque notabilis.’ Quintilianus XIV. Declam. ‘Proh miseranda conditio! rideor ubique, narror, ostendor.’ Plantus II. 3. Mercat. ‘Contemplant, conspiciunt omnes, nutant, nictant, sibilant.’ Tertullianus in de Pallio: ‘Acie figere, digito destinare, nutu tradere.’ *Pric.*

Dum risus ebullit] Glossæ: ‘Ebullit, ἀναβλίζει.’ at propius Onomastici illud, ‘Ebullio, καυχάζω.’ Hesychius: *καυχάζει, καυχῶμαι, ἀδρός γέλας, &c.* Eundem et in *καυχασμός* vide. Supra hoc libro Noster ‘cachinnum licentiosum’ dixit. *Idem. Risus ebullit*] Fervescit cachinnatio ‘Linteolo agglutinato.’ Quosdam vidi, qui, cum essent denasati, nasum subdititium agglutinaverant tam decenter, ut verus videretur. *Beroald.*

Inter pedes circumstantium, &c. evado] Hesychius: ‘Ἐκτροπήσαι, ἐξελθεῖν λαληθῶτως. Idem *ἐξαγεῖραι, λαληθῶτως ἀπέφυγεν.*’ In veteri Onomastico: ‘Evado, διαδύομαι.’ *Pric.*

Fr. sudore defluens] Pricæus in Add. corrigit *perfluens* ex lib. I. p. 10. ‘sudore frigido miser perfuso:’ ubi illum vide. Sed rectius N. Heinsius et Wassens malebant *diffuens*, ut apud Phædr. I. IV. F. 24. 23. ‘sudore multo diffuentes.’ Sic fere lib. IX. p. 194. ‘Odore sulphuris obnubilatus, intercluso spiritu, diffuebat:’ quod male ibi tentat Heinsius. Eleganter de vi compositorum *diffuit* et *defluit* disputat Cl. Drakenb. ad Liv. I. XLII.

c. 15. 'jecur defluxisse.' J. Obs. c. 101. 'Argentum adflatu fulminis diffuxit.' Infra lib. iv. p. 47. 'Risum diffuebant.' Oud. *Frigido sudore defuissis*] Fortasse *perfusus*: vide supra 153. a. dicta. *Pric.*

Lari me patrio reddere potui] Aut ἔδωκός, non φέρωκός intelligendum illud 'reddere potui,' aut (quod facilius concesserim) pro reddidi accipiendum: sic infra x. 'Respondit, sermonis ignorantia se quid ille diceret, scire non posse:' id est, nescire: xi. 'Sacerdos, ut reapse cognoscere potui,' &c. hoc est, cognovi: et ix. 'Vix ad campestras semitas evadere potui,' pro evasi. Nec ita hic Scriptor tantum, sed et sili. Valerius Max. viii. 7. de Sophocle: 'Qua sola fabula' (Œdipo Coloneo nempe) 'omnium ejusdem studii Poëtarum præripere gloriam potuit.' Macrobius Saturnal. i. 11. 'Recentior est memoria, quam ut possit inter oblitterata nesciri:' id est, quam ut nesciatur. Idem ii. 10. 'In qua' (gloria) 'appetenda duo sunt maxime, quæ præoptari possunt.' In Eleg. Maximiniani: 'Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.' Lactantius Epit. divin. Instit. de Deo loquens: 'Non indiget terrenis luminibus, qui Solem cum cæteris astris in usum hominibus potuit accendere.' Et alibi eodem libro: 'Redigendi sunt ergo isti affectus intra fines suos, et in rectam viam reducendi: in qua etiam sunt vehementes, culpam tamen habere non possunt.' Servius ad Georg. i. 'Quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri.' Idem ad Eclog. i. 'Antiqui, post, ante, circum, etiam ablative jungabant, quod hodie minime facere possumus:' pro, *quod hodie minime facimus*. Philo in de Abrahamo: Καὶ τῶν ἐψέχων ἐνὶ μοί δοκεῖ νικῆν δύνασθαι (id est νικῆν) τῶν ἀνδρῶν ἐμοῦ καὶ γυναικῶν εὐμορφίας. *Idem.*

Capillis hinc inde laterum dejectis,

aurium vulnere colat] Ovidius de Acheloo uno cornu mutilato: 'Capitis quoque fronte saligna Aut super imposita celatur arundine damnorum.' *Idem.*

Nasi vero dedecus, &c.] Id est, nasi perdit dedecus. Proprie autem hec *dedecus*. Isidorus xi. 1. Orig. 'In corpore nostro quedam tantum utilitatis causa facta sunt, ut viscera: quidam et utilitatis et decoris, et sensus in facie, et in corpore manus,' &c. Corruptum locum corrige, et pro *sensus*, *nasus* substitue. Chrysostomus Homil. 30. in Epist. 1. ad Corinth. 'Ἐστῶσαν ὀφθαλμοὶ λήμψοντες, καὶ παρὰ μετώδου, καὶ χεῖλος ἑρπῆδον, καὶ ἡς ὀδοῖα, καὶ ὀφρὺς ἑκτεταμένῃ ἀλλ' ὅμως κἂν τὸ τυχεῖν ἐκ τούτων λυγρῆς, τῷ κοινῷ πάντων ἐνικητῇ πᾶλλει· πάντα καταφύλας μετὰ, καὶ πάντα αἰσχρὰ φανέσθαι τὰ πρὸ τούτων καλὰ· ἔν γὰρ τὸ ἄκρον τῆς βυθὸς συντρέφει, πάντων καλὴν κατέχειας τὴν ἀμορφίαν. Diæd. Siculus lib. i. in legibus Ægyptiorum: τῆς δὲ γυναικὸς (μοιχευομένης) τὴν βίαν καλοβοῦσθαι, ὑπολαμβάνοντες θεῷ τῆς πρὸς ἀνγυχέρητον ἀκρασίαν καλλωπιζομένης ἀφαιρεθῆναι τὰ μάλιστα κοσμοῦντα τὴν εὐπρέπειαν. Firmicus vi. 31. 'Vel cicatricem, seu notam in vultu semper infligit, ut inhonesta quadam specie formæ faciem dedecoret.' Bene *inhonesta*: ita narium prosectarum vulnus Virgilius *inhonestum* vocat. Artemidorus iv. 29. 'Ὁ τι ἀνλείπει τῷ προσώπῳ, ἄτιμον αὐτὸ ποιεῖ. *Idem.*

Fabulam posuit] Sive finivit cum Pricæo, seu enarravit ad finem. Vide ad Snet. Oth. cap. 7. 'Positaque brevi oratione.' Sed l. ix. p. 193. 'Totam prorsus fabulam a principio promeret.' Oud. *Hanc fabulam posuit*] Finivit. Virgilius: 'Posito certamine.' Servius: 'Finito.' *Pric.* *Posuit*] Finivit, deposuit, desivit. Oratorum proprium est, causam ponere: ut apud rhetoricos frequenter. *Bersold.*

Vino madidi] Lib. vi. 'Vino madens:' et x. 'Vino, &c. memet ma-

defecerat.' Vide Festum Pompeium. *Pric.*

Dumque bibere solitarium postulant] Perperam viri doct. *salutaria* exponunt pecula salutis amicorum destinata. Nam illa solebant sumi jam matutinus, et in medio computationis tempore, quæ incipiebat mensa prima remota, sive primis sublatiis ferculis, per poculum ἀγαθῶ δαιμονος. Adi Comment. ad Cic. de Senect. c. 14. Nec pertinent huc ea, quæ vide lib. x. p. 229. Hic jam vino madidi erant, lique. abeundi tempus erat, sicut etiam statim discessit Lucius: quare sive *solitarium* vel *solitaria*, sive *salutaria*, neutraliter a sing. *salutare*, non *salutarius*, legas, intelligendum foret 'solitum Salutis poculum' sive 'φιλανθρωπικόν' et 'servatorium', ut in Glossis, quod convivæ in fine sumebant, et hinc decore *postulabant*; sive *ζωηφόρος δαΐς*, quod et hinc τέλειον sive ultimam vocabant, multa aqua temperatum, ut prius merum dilueretur. Consule D. Heinsium ad Horat. lib. xv. O. 5. et J. Jensiū Epist. ad Græv. pag. 401. Sed eam lectionem esse veram, nequaquam reor. Neque ita in Fulviano esse declarat ipse Sciopp. in Epist. Corp. t. II. 51. at *salutarias*. Bene enim notandum est litteram s adhærere ei voci in omnibus Mss. quibus non deest. Nam D'Orv. omisiss ceteris jungit *cachinnam postulant*. In Par. quoque est *salutarias*, in Regio, Fux. *solitudinarias*. In Pal. Oxon. Guelferbytanis, Flor. Bert. *solitarias*. Quod ut corruptum non intelligentes librarii, ut Pithœani Codicis, et editores primi hinc fecere *solitariam*, et Beroald. cum seqq. *solitarium*; sive more solito: quod Latinum non est. Ac Basileenses ex corrupta Ed. Ven. *solidarium* lectione, quam et Schikeradus protulit, refinxere *solidarium*: unde Sopingius margini adlevit *salialium*, i. e. φιλανθρωπικόν e Glossis Stephani, vel *colterium*, citans se ad Jambli-

Delph. et Var. Clas.

chum. Sic var. viulam sequitur. Nihil certius est Lipsiana correctione *solitarii*, cujus festum crastino mane rediret, unde Byrrhæna ejus admonet Lucium. Sed insuper aliud latet vitium, quo deterio egregia oriatur sententia. Namque pro *bibere* in Palat. est *bibens*, in Reg. Lipsiano, Fux. Guelferb. utroque *biberes*, sed in Oxon. et Par. *bibones*: Elegantissime me hercules. Compotores vino jam erant madidi; sed *bibones* tamen *solitarii* postulant, ac quia hoc agunt, Byrrhæna explicat Lucio, quid ista petitio sibi velit. *Bibones* sunt bibaces. Sic Jul. Firm. lib. v. cap. 4. 'Epulones et bibones.' Glossæ: 'Bibonis, πολυδότης.' Id est, bibo, bibonis. Sic enim explicanda est Glossa. Male legitur *Bibonius*. Animadvertendum præterea, in hisce solere ab auctoribus verbum omitti: unde notum 'poscere majoribus peculis.' Vide Cic. 1. in Verr. cap. 25. III. cap. 44. de præt. Urb. c. 26. Ambros. de Hel. c. 13. et ad Horat. Ep. ix. 33. Forsan ita sumendum apud Juven. S. xi. 148. 'Et magno cum posces, posce Latine.' Sic enim Mss. non in magno; scil. pretio; ut vulgo; dicit sibi esse modo plebeia pocula et rudes famulos. Quare si magno poculo poscas, posce Latine. Nam Græce non intelligit. Simile quid lib. ix. pag. 196. 'Mensam potius comiter postulabat:' ubi vulgo poni contra Mss. Oud. *Bibere solitarium*] Ex more et ex solito bibere: a 'solito' enim, *bibere solitarium*, nova dicendi elocutione deducit: alioqui 'solitarius,' a solitudine ac solitudine dictus, juxta illud Ciceronis: 'Natura nihil solitarium amat.' Beroald.

A primis cunabulis] A primordiali origine. Sunt enim 'cunabula,' lectuli et cunæ, in quibus infantes jacere consueverunt: vel loca in quibus nascantur, quasi 'cynabula:' nam κύνεω Græce est eniti: inde 'cunabula,' pro primordiis aliarum quoque

Apul.

6 G

rerum usurpantur: ut apud Fortunatianum, qui 'cunabula verborum' decenter dixit, pro originibus. Apud jurisconsultos 'cunabula legum,' pro institutionibus et primitiis legalibus. 'Cuninam Deam' priisci coluerunt, quæ infantium cunis sive cunabulis præsidebat. *Idem.*

Deum Risum propitiemus] Antiqui, quod et Augustinus memorat, singulis rebus singulos Deos attribuerunt: ut Vagitanum, infantium vagitibus: ut Murceam, quæ faceret hominem murcidum: ut Agenoream, quæ ad agendum excitaret: ut a stimulis, Stimulam. Consimiliter hilaritatis præsidem et gaudii Risum vocaverunt, quem Græci 'Gelota' nuncupant. Legimus apud scriptores idoneos, Hilaria quoque festa solennia a Veteribus celebrata fuisse, qui dies erat ad 8. Kal. Aprilis: tanquam tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. Hoc intellectu accipiendum est illud Flavii Vopisci, sic scribentis in Aureliano: 'Hilaribus, quibus omnia festa et fieri scire debemus, et dici, impletis solennibus.' Herodianus insinuat, Hilaria matri Deum dedicata fuisse: quo die passim omnibus ludendi licentia, lasciendiue permissa. Igitur ut ad propositum redeamus. Risus Deus hilaritatis et gaudii ac ridendi rebus erat propitiandus: illique ad festivitatem celebrandam merito vocabantur, qui urbanitate et salibus pollentes ad risum facile provocarent. Ille tamen risus est cavendus, qui Græco proverbio dicitur *σαρδόνιος γέλας*, Sardonius risus, ab insula Sardinia, in qua nascitur herba quædam apiastro similis, nomine Sardonîa: quæ si in edulio fuerit, nervos contrahit, diducit ora risu: et ita *γεωδόμενοι μετὰ σπασμοῦ καὶ γέλατος ἀποθνήσκουσιν*: id est, gustantes eum spasmo et risu moriuntur. Hinc illud Ciceronis ex epistola ad Fabium Gallum: 'Ridea-

mus γέλατος τὸν Σαρδόνιον.' Græci *παρομύλια*, id est, proverbium de risu Sardonio varie interpretantur: nam Æschylus tradit, incolæ Sardinie colicos extitisse Carthaginensium; id eoque Saturno immolasse senes, qui annos septuaginta excessissent, idque foculæ ridentes, seque invicem amplexantes, tanquam indecorum foret lachrymare et lamentari: unde simalatus risus dictus est Sardonius. Aliiter Timæus, aliter Simonides, aliter quoque alii prodiderunt: verum illud de herba Sardonîa tam nostris quam Græcis usurpatum, videtur probabilis. *Idem.* *Quo die soli mortalium sanctissimum Deum Risum hilare atque gaudiali ritu propitiemus*] Meminit solennitatis lætius Pausanias de Hypæntensibus agens. Lycurgum Risui simulacrum erexisse Plutarchus tradit; Templumque eidem Deo dicatum in Cleomene narrat. Bene autem ritu *hilare et gaudiali*. *Γέλας καὶ ἔδμεν, διαπερδὲν καὶ συμπερσυνδὲν δαίμων,* Philostratus in Iconibus vocat. *Pric. Soti mortalium*] Lib. III. 'Quæ sola mortalium novi.' *Idem.*

PAG. 42 *Tua præsentia nobis efficit gratiorem*] Exsulat nobis a Palat. *efficit* prave Ed. Scal. sen Vule. sec. D'Orv. *efficiens*. Sed *efficiēs* Florent. Bert. Fux. Pith. Gneif. ambo, Oxon. Edd. Rom. Vic. Junt. Ald. Colln. ut *tua præsentia* sint ablativi. Quomodo amabant simplicius aureo Latinitatis seculo loqui: et Beroaldus tacite mutare non debuerat. *Ond.*

De proprio lepore] Genuina et nativa urbanitate. Pronunciandum est media producta, ab eo quod est 'lepos.' Catullus de versicula, qui tum denique habent salem ac leporem: 'Si sint molliculi, ac parum pudici.' Item: 'est enim leporum Disertus puer, ac facetiarum.' Inde *lepidus* dictus: quamvis Donatus *lepidum*, qui politus est, dici velit a *λεπτός*, id est, lama sive squama: de quibus Plin. in XXXIV. 'Excutiuntur,' inquit, 'velut

milli squame, quas vocant lepidas.' *Beroald.*

Lætitium] Quod lætitiā faciat. Alias mortiferum, quod letum, id est, mortem afferat. *Idem.*

Numini litamus] Rsum Deum propitiemus. Litare enim proprie est Deum propitiare, et sacrificio facto numen placare: auctores Macrobius et Nonius: hinc illud Plautinum ex Pœnulo: 'Tum me Jupiter faciat ut semper sacrificem: nec unquam litem.' *Idem.*

Fiet ut jubes] Luc. 14. 12. *Œtyores* *ds* *ἐντραφας*. *Pric.*

Quam deus affluenter indueret] Bene Gruterus mutavit sententiam. Vehementer autem miror, Scriverium in contextum recepisse conjecturam Is. Pontani in Analect. III. 4. 'Qua d. a. inclueret:' sive gloriosus fieret. Ineptissime: dum optime Deus dicitur 'induere lætitiæ materiam,' qua velint veste affluenter esset ornatus. Passim 'induere' et 'exsuere' de animi affectibus, eorumque externis indicibus, usurpatur; quod jam Lexicographi docuere post Gronov. lib. 1. Obs. cap. 2. Gell. lib. XII. cap. 5. Senec. Cons. ad Polyb. cap. 24. 'Indue dissimilem animo tuo vultum.' Auct. Eleg. ad Liv. vs. 116. 'Urbs gemit et vultum miserabilis induit unum.' Auct. Dial. de Corr. Elog. cap. 6. 'Accipere affectum quemcumque Orator induerit.' Quod nequaquam est mutandum cum Schurzleischio in Aet. Litt. pag. 132. Minuc. Fel. c. 37. 'Mimus Deos vestros, induendo stupra, suspiria, odia, dederat.' Huc pertinent 'induere avem' lib. III. p. 58. 'Induere aucupem cum visco' lib. XI. p. 244. non *inducere*. Val. Max. lib. II. c. 2. § 1. 'Abjecta privata charitate, publicam induebantur.' Sic enim legendum cum optimo Cod. Harlem. non *induebant*: accorrigendus quoque Lactant. lib. IV. c. 12. 'Quod carnem indui haberet in terra:' ita antiquissimæ membranæ Bonon. non *carne*.

Vide N. Heins. ad Ovid. Fast. I. IV. 176. 'Induimur trepida protinus arma manu.' *Oud.* *Affluenter*] *Affl.* etiam Flor. Reg. D'Orv. Oxon. Guelferb. Palat. sive copiose: ut lib. IV. p. 67. 'Fons affluens.' Lib. VI. p. 125. 'cœna nuptialis affluens.' Immo supra p. 33. 'Jam risus affluens.' Eadem confusio apud Colum. lib. I. cap. 4. 'Ne, cum a vertice torrens imbribus conceptus adfluxerit,' &c. Sic Sangerm. Cod. et alii bene. Vulgo *effl.* Alterum tamen non ansim penitus damnare. Vide Broukh. ad Tib. I. 7. 46. 'Effluit effuso cui toga laxa sinu:' ubi in plerisque Codd. *Et fl.* *Idem.* *Quam Deus tantus affluenter indueret*] Pontanus Analect. I. 4. durinscule, *Qua D. t. a. inclueret*, id est, *inclaresceret*. Vide Gruteri Suspici. v. 8. *Pric.*

Monitu famuli, qui me noctis admonēbat] Virgilius: 'Sed comes admonuit, breviterque affata Sibylla est, Nox ruit Ænea.' Infra hic VIII. 'Qui requisitum comitem tempestivæ viæ commonefactum reduceret.' *Id.* *Noctis admonēbat*] Quia advesperascere jam ac noctescere significabat: est enim verbum vetus 'noctescere,' quod significat noctem fieri, et in noctis modum obscurari: quod Furius vetus poëta primus finxisse creditur, illo versu: 'Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.' *Beroald.*

Distentus] Oxon. *distractus*. Guelf. pr. *correctus* cum glossa *distractus*. Sed lib. I. p. 13. 'cibo et crapula distentos.' Lib. VI. p. 142. 'Cœnæ reliquiis canes distentos.' p. 161. 'ventrem esitando distendit.' Suet. Claud. cap. 33. 'Triclinio abscessit nisi distentus ac madens.' Enn. in ann. 9. 'Venter carnibus distentus.' *Oud.*

Adpellata prope Byrrhæna] Manuscriptus liber, *appellante*. Colvius. Minus bene. Sed loco *roû prope*, quod e conjectura Beroaldi primi admiserunt Colinus et Basileenses, repositi *prosperare*, ut cum prioribus Edd. item Junt. et Aldi dant Pal. Reg. Fux.

D'Orv. Pith. Guelf. Par. Forsan mutarunt e lib. 1. p. 24. 'Salve prospere addito.' Sed ibi *salvo* est quod hic *prospera*. Discedentium est *vale dicere*. Vide Suet. Aug. cap. 53. Infra l. iv. p. 76. 'Post hæc vale facto:' et ut hic de convivio Suet. Tib. c. 72. 'Inatans in medio triclinio singulos valere dicentes adpellaret.' Sic *prospera* in *propere* abiit in Mas. Flor. et Reg. apud Liv. lib. v. 46. § 6. Gell. lib. XIII. cap. 4. atque alibi. Oud. *Prospera*] *Lego propere*: ut dicat, se, statim et festiviter allocuta Byrrhena, domum repetiisse. *Bersold.*

Titubante vestigio] Phædrus Fab. LXXI. 'Sero domum est reverans, titubante pede.' *Elmenh. Titubante*] Lapsante, vacillante, nutabundo: quod proprium visolentorum est: nam, ut inquit scite et eleganter Plautus: 'Vinum luctator dolosus est, pedes, captat primulum.' *Domitionem capesso*] Id est, itionem ad domum capio: est enim dictio composita, quasi domus itio, ab eundo domum: non tam Appuleianum vocabulum quam Ciceronianum. Namque ante Appuleium M. Tullius in primo de Divinatione sic scripsit: 'Sed Rhodiornm classi propinquum reditum ac domum itionem dari:' a Martiale 'domicœnium' eleganter fictum est vocabulum, pro eo quod est cœnare domi. *Idem. Titubante vestigio, &c.*] Columella: 'Titubante gradu multo madefactus Iaccho.' *Pric.*

Cum] *Pricæus* mallet *dum*, ex lib. III. 'Dum primum angiportum insistimus:' ut statim, 'dum jam vicum proximamus:' et sæpe. At Mas. nihil variant; et parum refert. Ac videtur significare 'simulac in platea incedimus:' unde et frustra Oxon. habet *primum*. Oud. *Plateam vadimus*] Stewechius initio libri pr. scribi volebat *invadimus*. Sed male. 'Vadere plateam' est Appuleio idem quod aliis 'ire viam' et similia. De Phil.

Mor. p. 616. 'Mediam viam vadest' Statim, 'hospitium redire.' Si quid mutandum, elegantior foret lectio Codicis D'Orvill. *capimus*, sive ingredimur, ut 'capere portum,' 'regionem,' &c. de introëntibus, Cæs. lib. iv. B. G. c. penult. Hirt. B. Alex. cap. 47. *Idem. Cum primam plateam vadimus, &c.*] Scribe, *Dum p. &c.* Sic infra III. 'Dum primum angiportum insistimus.' Virgilius: 'Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem:' ubi Servius: 'Primam partem urbis.' Terent. 1. 4. Phorm. 'Sed quis hic est senex quem video in ultima platea?' id est, in ultima plateæ parte. Virgilius: 'Quatuor hic primum omen equos in gramine vidi Tondentes campum late.' Servius: 'Primum, aut quale nunquam antea viderat: aut, antequam aliud videret, &c. alii vero, tondentes primum campum, id est, primam campi partem.' *Pric.*

Vento repentino] Par. *vento vere repentino*. Hinc putavit Cl. Wasse latere aliquid, et conjecit: *vento, de repentino*. Non male, sed silentibus ceteris Codd. nihil necesse. Oud. *Vento repentino lumen, &c. exstinguitur*] Ovid. II. de remed. &c. 'Nutritur vento, vento restinguitur ignis.' *Æditus* apud A. Gellium, de flamma sui pectoris: 'Istam non potis est vis sæva exstinguere venti.' *Pric.*

Improvida noctis, &c.] Exponunt obscura, ego *improvisa*. Sic 'cæca et improvida tela,' Plinius IV. 22. in Epistolis dixit, et 'casus improvidos' Nostrer in de Platonis Dogmate. *Id.*

Detunsis ob lapides] Ideo servi ditioribus, a quibus monerentur per vias de lapidibus, ad quos offendere possent. Lucianus Nigrino: *Πρόδοτας γὰρ τινὰς τὸν αἰκένῃ θεῖ βαλόν, καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοὺν ποδοῦ, ἢ ὑφ' αὐτὸν τι ἢ κούλῃν μάλασσιν υποβαίνειν, καὶ ὑπομνήσκειν αὐτοῖς τὸ καυότατον, ὅτι βαδίζωσι. Colo.* *Digitis pedum detunsis ob lapides*] Lib. IX. 'Offenso lapide, et obtunsis terræ digitis:' et

ibidem: 'Crebris offensaculis, &c. contusis cruribus meis.' Petronius: 'Evasi, digitis omnibus inter decursum crucentatis.' Apud Suidam de Zenone: Προσέταυσε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέβηκε. Heic autem pedes detulsi ob extinctum lamen: in quam quæ diximus sententiam ad Joh. 11. 10. si libet confer. Hinc Ethnium 'luculento etiam die in lapides impingere,' facite dixit Fœlix Minucius. Aristoph. Vesp. Εἰ νῆ Δ' ἀδὴς κοινάλοις νοθεύησθ' ἡμᾶς, Ἀποσβέσωτες τοὺς λόγχους, ἔπιμεν ὁκασ' ἀντὶ Κῆπει' ἴσως ἐν τῇ σκότη τουτοῦ στερεήβελ, τὸν πηλόν, ὥστερ ἀνταγῶς, τυρβήσους βαδίῳ. Pric.

Jam in vicinam proximamus] In ticum temere ex Scloppii conjectura lib. III. Susp. Lect. c. 6. reposuit Elmenborsius, quem secuti sunt Pricæus et Floridus. In Mss. et Edd. Vett. constanter legas *junctim*; nisi quod in Oxon. et Guelf. pr. sit *juncti*, et in D'Orvill. *victi*. At rectum esse nequit in vicinam, vel sine præpositione *vicin*, ut conjecit Sopingius; quia jam dixit Auctor, se 'defessos hospitium rediisse.' Quare, si quid mutandum, nunc amplector lectionem a Scriverio, sine necessitate tamen jam excludente, (vide ad Lucan. lib. v. 678.) expressam, *jamnam*. Cum quarto casu *proximare* construxit Auctor etiam lib. vi. p. 114. 'jamque fores ejus dominum proximanti.' Lib. xi. p. 249. 'Ripam maris proximamus:' ubi perperam Pricæus contra Mss. conjecit *ripæ*, ut quidem 'præsepio proximare' lib. III. p. 60. et alibi apud Pric. ad lib. iv. p. 64. Solin. cap. 5. 'Ei proximans lacus:' ut edidit bene Salm. e Mss. Vide omnino cap. 5. 'Cui si aqua proximavit:' et, 'metalla Centurpis proximantia.' Cap. 11. 'Terræ proximantem.' Cap. 15. 'ad hos proximare.' Atque ita legendum ex Mss. aliquot cap. 24. 'Callirrhœ Hterosolymis proximat.' Vulgo *proximus* vel *proxima*, ac mox ibi delendum τὸ ἐστ

eam Mss. Sed 'propinquare amnem' dicitur fuisse apud Sallust. lib. iv. Hist. § 12. Certe 'adpropinquare Oceanum, munitiones' in veterrimis membranis est Cæsaris lib. iv. B. G. cap. 10. et lib. vii. cap. 82. ubi vulgo, ut in aliis locis, reperitur *Dativus*. *Junctim* forsân dixit Auctor, declarare volens, sibi jam fores hospitii proximo non amplius præviase servum, sed *junctim* et ad latus suum adfuisse. *Proximare* sic absolute lib. viii. p. 166. 'per viam proximat.' De adverbio *junctim* vide Schwartz. ad Mamert. Genethl. cap. 11. 'Quam junctim sedent.' Oud.

Tres quidem utres et vastulis] Quidam est etiam in D'Orvill. sed prave. Vide ad p. 36. 'Quibusdam septem testibus.' Pro *utres* vulgo legitur *vegetis*. Verrum non potuit Appuleius illos latrones hic jam *utres* nominare. Nam nec ipse jam tum scisse voluit videri, alios quam latrones fuisse: tunc enim stultissime eos invasisset: neque id vult scire jam lectores, ut eorum expectationem suspendat. In Mss. tamen Reg. Fux. Oxon. D'Orv. exaratur *vegetes et*, Guelf. pr. *vegetos et*. Verissime scilicet vidit J. F. Gronov. lib. III. de Pec. Vet. cap. 17. p. 257. legendum esse: *ut res est, v.* Exemplis per illum tam ex Nostro, quam aliis, prolatis adde lib. x. pag. 216. 'Ergo, ut res est, de me cognoscite.' Arnob. lib. vii. p. 239. 'Delectantur, ut res est, capitibus rasis.' Mamert. Genethl. cap. 9. 'Adeo, ut res est, adversus inclementiam locorum:' ubi vide Schwartz. Septim. de B. Troj. xi. 25. 'Si omnes ita, ut res est, animo reputarent.' Euseb. pro Restaur. Schol. cap. 7. 'Consecravit, ut res est,' &c. Adde Ærod. ad Quinctil. Decl. ccxcviii. 'Hæc, ut res est, accessit elegantia.' Sæpe Noster lib. ix. et x. pag. 328. item Gell. lib. xvii. cap. 10. 'Quod res erat.' Solin. p. 19. 'Seu quia ita res est.' Quod frustra sollicitatur. *Idem*.

Vastulis corporibus] Negligenter hunc locum tractavit Elmenh. Nihil enim hic mutatum voluit Colvina, sed Gruterus, ut vides, conjectit *masculis*. In Vulc. Ed. sec. seu Scal. est *basulis*, e Glossario. Neque *vastis* est vulgata lectio, sed *vastulis*: unde deceptus Pricæus ait in Oxon. melius esse *vastulis*. Immo sic est in Mss. et Edd. O. nisi quod in Fux. et Guelf. *vasculis*, prout deminutiva amat Auctor, qui passim 'vastum corpore' et 'corpore vastum' dixit. Adi Pric. Hoc tamen loco minus quadrat deminutivum, et ineptum pronuntiavit N. Heinsius, cui in mentem venit *basilicis*, sive regis et maximis, ex Plant. Epid. 1. 1. 54. Pseud. 1. 5. 43. Taubm. p. 1119. Acute, si non vere. *Idem*. *Tres quidam vegetis et vastulis corporibus, &c.*] Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ἄβρομοι. ut in Theogon. Hesiodus. Scalliger et alii *basulis*: quibus adstipulatur Glossarii illud: 'Παχὺς, Basus, grossus, crassus.' Item: 'Παχὺς ὀποκοριστικὸς, basulus.' Iterum: 'Παχύτης, basilitas.' Ego *vastis*, vel (quod et in Oxon. est) *vastulis* legendum contendo. Gellius 1x. 10. 'Gallorum Dux vasta et ardua proceritate:' et cap. 11. 'Sed quid hostis, et quod genus, et quam formidandæ vastitatis!' Curtius lib. 1v. de Scythia et Bactrianis: 'Eximiam vastorum corporum magnitudinem.' Noster lib. 1. 'A vastissimis latronibus obscensus:' et vii. 'Ætate juvenem, et corpore vastum.' Imo de his ipsis juvenibus lib. 111. 'Unus manu promptior, et corpore vastior,' &c. Sic de leone Gellius, 'Corporis vastitudine.' Noster de Lupis viii. 'Corporibus vastis sarcinosos:' et de seipso tum asino lib. x. 'Insolita tergoris vastitate commoti.' Gloss. 'Παμμεγέθης, Immanis, vastus.' Pric. *Vastulis*] *Vastis*, et enormibus, ac magnis: sed cum mediocritate. *Beroald.*

Et summis viribus] Tacite præpositionem [ex] receperunt seqq. nisi

quod Scal. sive Vulk. Ed. sec. plane omiserit, ut videtur abesse a Florent. Sed ex præbent quoque Palat. et Oxon. et confer Brant. ad lib. 111. pag. 48. 'Ex læta facia.' Priæum, et me ad lib. vii. p. 149. 'Ex summo studio,' et alibi, Salmas. ad Tertull. Pall. p. 371. 'Ex uno circumjecta.' Corrige etiam, auctoribus Mss. a me visis, Septimium de Troj. B. lib. vi. cap. 5. 'Ad Circeam atque ad Calypso, utramque reginam insularum, in quibus morabantur, ex quibusdam illecebris animos hospitum ad amorem sui illicitentes.' Vulgo *et*. Sed lib. 1. cap. 11. 'aliquid ex oratione promoturnus.' Oud. *Summis viribus irruentes*] Irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. *Donatus* ad Terentii Eanach. 1v. 7. *Pric.*

Magis magisque] Perperam *magis* abest ab Ed. Junt. post. et *magisque* a Codd. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Guelferb. Frequentissima formula est 'magis magisque.' Vide Sallust. in Jug. cap. 7. Melam lib. 11. cap. 6. Sneton. in Tito cap. 3. Drak. ad Liv. lib. viii. cap. 39. Suspiciois tamen ex librariorum errore hic aliquid lectum fuisse, quod non perceperant. Cogitavi aliquando, fuisse *magis magis*, ut apud Græcos μάλλον μάλλον, et Catull. Epith. Pel. et Thet. v. 374. et Virg. lib. 1v. G. 311. Sed ibi vide Comm. Dein credidi scripsisse Appuleium, *sed magisque magisque*. Confer Enn. lib. xii. Ann. pag. 99. Ed. Hess. cum Giphani. Ind. Lucret. p. 267. Ed. Haverk. At nunc valgatam servo. Frequenter ita aberrarunt librarii. Sic lib. 111. p. 49. 'Magis magisque ad indignationem arrecti.' D'Orv. caret *et* *magis*, ut et lib. v. p. 103. 'Magis magisque cupidine flagrans.' Lib. viii. p. 164. 'Magis magisque præclusos aditus.' Lib. xi. p. 253. 'Magis magisque cupido gliscibat.' Excidit semel quoque e Septimio de B. Tr. lib. 111. cap. 2. 'Et amor magis et magis ingravescit.' Sic

Ms. Peris. Vide ibidem lib. II. 7. 30. III. 3. Comm. ad Virg. G. IV. 311. 'Tenuemque magis magis aëra carpunt.' Alibi Nostro, 'diu diuque,' 'carior cariorque,' 'longe longeque.' Adi Pric. p. 71. et lib. VIII. init. Ovidio 'Nimium nimiumque' Ep. I. 41. ubi vide Comm. 'Major majorque' Silio lib. XV. 742. 'Propius propiusque' Mamert. in Genethl. cap. 10. 'longius longiusque' cap. 18. *Oud.*

Cumulatione virium] Miror, Elmenh. et sequentes editores temere Bertin. Cod. lectionem arripuisse, dissonantibus ceteris Mss. et Edd. prioribus cum *am.* quod multo est elegantius. Alius alium ex Lucii opinione æmnlabatur, quis fortius fores insultaret. Quare id revocavi. L. III. init. 'Cum magna irruptione.' Lib. IV. pag. 65. 'Cum plangore prosilit.' V. pag. 89. 'Cum voluptate visere.' Lib. VII. p. 140. 'Cum indignatione.' Lib. X. p. 215. 'Cum trepidatione.' ut leg. Et millies. Inspice Pric. ad lib. VI. p. 113. 'Cum gaudio.' Præpositio cum ejusque casus inservit adverbii loco. Vide omnino Drakenb. ad Liv. lib. XXXVIII. cap. 18. 'Cum cura.' Nec opus conjectura N. Heinssii, *ceu am.* ad lib. II. p. 23. *Idem.*

Ut nobis, ac mihi p.] Ed. Vic. *ut nobis ac nobis.* Male. Non tam servo, quam ipsi Lucio videbantur esse latrones in tenebris grassantes, quia erat ebrius; ut præcessit, et pluribus fatetur p. 46. 'potulentus alioquin.' Dein in Pal. *videretur.* *Idem.*

Ad hos usus.] Rom. *ad huc usque.* Elmenhorst. Item Pith. et Ed. Vicent. Sed recte jam Beroaldus e Ms. *hos* legit, cui suffragantur Mss. et Edd. O. Frustra Heinsius ad Ovid. lib. II. Fast. 793. proposuit: *ad hoc usus.* Adde Misc. Obs. vol. IV. p. 303. vol. V. p. 206. Comm. ad Suet. Domit. cap. 7. ad Lucan. V. 698. 'Hinc usus placere Deum.' Qui locus egregie confirmatur alio Ovid. lib. IV. Met. 523. de Baccho: 'Hos usus præstat

tibi, dixit, alumnus.' *Oud.* *Ad hos usque*] Id est, usque in id temporis momentum. Codex manuscriptus habet *Ad hos usus*: ut sit sensus, se eduxisse gladium, quem ad tales usus paratum habuerat, et domo secum eduxerat. Beroald. *Gladium, quem veste mea contextum ad hos usus extuleram, &c.*] Diod. Siculus in Excerptis: 'Ἐχοντας ὅτῳ τοῖς ἰσχυροῖς ἔλην. Nicol. Damascenus: 'Τὸ τοῖς περιβολαῖς ἔλην κεκρυμμένα ἔχοντες. Josephus Bell. Jud. II. 22. Ταῖς ἐσθῆσιν ὑποκρύπτοντες μὴ καὶ ἐκφύζα. Capitolinus in Clodio Albino: 'Quinque validissimi interemerunt eum, gladii intra vestem latentibus.' *Ad hos usus* est, quod I. III. in hac narratione 'propter hujusmodi pericula.' ad quem locum notata vide. *Pric.*

Latrones involo] Roaldus ad lib. VI. p. 115. retractavit sententiam, et *invado* hic retinet. *Involo* quidem præbent quoque Reg. Guelferb. Pal. Oxon. et Colvium secuti sunt Wow. ac Vulcan. ac pluribus confirmavit Heinsius ad Ovid. lib. XIII. Met. vs. 560. 'Corruptum captivarum agmine matrum Involat.' Sed tamen cum plurimi et præstantissimi Codd. vetustarum Editionum scripturam *invado*, quam revocarunt Elmenh. et seqq. confirmant, non ausim ab iis recedere, licet possit videri *invado* esse glossa τοῦ *involo*. Sed prius non minus altero adhibuit Auctor. L. III. p. 61. 'Globus latronum invadit avidus.' et passim cum optimis quibusque. Vide Indicem. *Oud.*

Singulis, &c. demergo] Fux. *singulos.* Roald. Adde Guelferb. pr. D'Orvill. Perperam. Nec quis cogitet leg. *singulis in os.* Nam a tergo invasit, eosque crebris perforavit vulneribus. Sed et vide p. 47. Recte citat Pric. lib. I. p. 10. 'Gladium totum ei demergit.' Mox ipsa abest Col. D'Orvill. *Oud.*

Spiritus effl.] *Spiritus* Reg. D'Orv. Guelf. sec. quia scil. de anima trium loquitur. Sed singuli efflaverunt u-

nam. Adī de hac confusione ad p. 26. 'Columbarum colli flosculos.' Inepte in D'Orv. *affluv.* Idem. *Quoad tandem ante ipsa vestigia mea, &c. spiritum efflatterint*] Lucianus Toxart: τὸν ἀντίπαλον πάλαι εἰς τὸ στήθος, καὶ διήλασαν, ὥστε αὐτίκα ἐπεσθῆναι πρὸ τοῦ ποδοῦ αὐτοῦ. Judic. 5. 27. de Sisera a Jaële occiso: 'Inter pedes ejus ruit, defecit, et mortuus est: volubatur ante pedes ejus, et jacebat exanimis.' Curtius lib. 11. 'E quibus duos ita gladio excepit, ut ante ipsum exanimis procumberent.' *Pric.*

Sicque praelatus] Istud sicque legas in Lips. Flor. et Pith. et Guelf. sec. et pr. Sed a manu recentiore. Ac nullo judicio admisere cum Colvio Wower. Valc. Scal. Abest a ceteris Mss. et Edd. In Oxon. est *sicut*. Adī ad p. 26. Ed. Pr. 'Sic iudicis statuta ratione.' *Oud.*

Anhelans, et sudore perlatus] Petronius: 'Inter anhelitus et sudores,' &c. *Pric.* *Perlatus*] Madens, aspersusque. Quidam codices habent *Perlatus*: alterum a 'perluor,' alterum a 'perlinor' inflexum est. *Beroald.*

Pugnantium] *Pugnarium* Pith. *pugnorum* Fox. *pugnacium* vel *pugnarium* habent Mss. Flor. Oxon. Pal. D'Orv. Guelferb. ut Vnlc. Ed. sec. et seqq. expresserunt. Ovid. lib. 14. Met. vs. 358. 'Pugnacemque tenet.' Claudian. lib. 1. in Ruf. 204. 'Pugnaces Curli.' Ac construxit Auctor: 'fatigatus cædis latronum pugnacium.' Adī ad lib. 14. pag. 78. Nisi majis cum Salmasio emendare, *pugna trium.* *Oud.*

In vicem] *Pricus* omisit præpositionem tacitus: deditane opera, an typhothetarm culpa, non dixerim. Vide ad lib. 1. p. 9. 'Vicem Calypsonis.' Sed Mss. O. hic cum reliquis Edd. agnoscunt τὸ ἴν. Et bene. Lib. III. p. 44. 'Vasculo in vicem coli fis-

tulato.' Lib. vi. 97. 'In vicem denegatæ imaginis.' Suet. Cland. c. 7. 'Præsedit spectaculis in Caii vicem.' Septim. de B. Troj. 1. 21. 'In vicem Virginis oblatum.' *Idem.*

Geryonea cædis] Palat. *Gesonæ*, D'Orv. *Gereleuæ*; Guelf. pr. a m. pr. *Gersonæ*, sec. *Gesonæ*. Nil temere muto: nisi quis vellet scribere *Geryonæ*, ut non jungantur *Geryonea cædis*; sed *cædis p. latronum instar Geryonæ*: eaque constructio videtur melior. Plura vide ad Appulei. lib. III. p. 55. 'Trigeminio corpori Geryonis.' *Idem.*

Geryonea cædis] Ita, inquit, fatigatus sum pugna trium latronum, sicut Hercules tergemini neca Geryonis. Geryones enim tricorpor fuisse fingitur, quia tribus insulis præfuit, Balearibus duabus et Ebuso. Adversus hunc terna arma movenda, ter leto sternendus erat, quem Hercules extinxit: qui ideo fingitur ad eum olla ærea transvectus esse, quod habuit navem fortem, et ære munitam. Historici autantam, ideo triplicis naturæ fuisse Geryonem, quia fuerunt tres fratres bellatores, robustissimi, tantæque inter se concordia, ut uno animo omnes gēri viderentur, ut pro tribus unus nominaretur. Geryonis armenta speciosa, illo extincto, Hercules abegit: ut tradunt Diodorus, Justinus, Livius, Virgilius, cæteri omnes. Hinc Plautinum illud: 'Ex genere Geryonaceo.' *Beroald.*

[*Hactenus Beroaldi commentarios integros huic Editioni adjungi placuit, ut eorum ratio ex hoc specimine cognosci possit. Quam vero multa in iis sint, acitu quidem dignissima, sed quæ ad Appulcium parum aut nihil pertinent, et præterea eadem res ad fastidium usque repetantur, jam eas tantum notas exhibebimus quæ sunt e genere critico, aut ad quas in notis suis lectorem relegarunt interpretes. J. Bosscha.*]

METAMORPH. LIB. III.

PAG. 43 Exorto die, magistratus cum ministris domum Appuleii petunt; eumque, tanquam homicidam, in iudicium trahunt. Turba populi confluentis et cuncta stipantis describitur. Accusator homicidii reum agit: reus innocentiam suam tutatur, causamque agit argumentis oratoris. Inter hæc annus adventat, tanquam pater necatorum: quos iussu magistratus revelat Lucius, ut res esse apparent. Exoritur cacinthus immodicus: et sic Dei Risus celebrata cum hilaritate solemnia. Photis causam docet facti. utricidii. Mox adhibet Lucium spectatorem Pamphiles, in avem se transfigurantis, unguine magico delibutus; qui et ipse tali desiderio flagrans, dum in bubonem gestit immutari, per errorem pyxidis unguentariæ in asinum transfiguratur. In calce latrociniale furtum refertur, quo asinus cum cæteris iumentis onustus gazis Milonis hospitis abducitur. *Ber.*

Commodum puniceantibus phaleris Aurora, &c.] 'Cum primum crastina cælo Puniceis invecta bigis Aurora ruberet.' *Pric.*

Rosæum quatiens lacertum.] Nonnus Dionys. lib. XVIII. vs. 165. 'Ἄλλ' ὅτε δὴ βοῶντος ἀμαρτυμασιν ἄγγελος τοῦτος Ἀκροφάνης ἐχάραξε λιπώσιον ὑβρὸς δολύχλην. Homerus Odyss. μ. vs. 316. Ἥμος δ' ἡργήεντα φάει βοῶδάκτιλος ἦλς. Theocritus Eidyll. β'. vs. 148. 'Ἀνίκα πῆρ τί ποτ' οὐρανὸν ἔτρεχον ἱπποὶ Ἀῶ τὰν βοῶπαχυν ἀπ' Ὀκεανοῖο φέροισαι. Ovidius Metamorph. lib. VI. fab. 1. 'Subitusque invita notavit Orator, rursusque evanuit, ut solet aër Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur, Et breve post tempus candescit Solis ab ortu.' Unde

Nævius Poëta, nevator verborum haud infelix, scito et eleganti vocabulo apud Ageilium lib. XIX. c. 7: rubentem Auroram 'pudoricolorem' appellat. *Elmenh.*

Secura quieti revulsam.] *Secura* non comparet in *Par. reculeus* est in *Palat. Remulæum* hic non videtur locum habere posse, nisi in Ablativo *quiete* legatur. Quamquam et *revelli quiete* forsitan aliis præplaceret, ut Ovidio lib. XI. Met. 553. 'Revulsus sede sua:' ubi vide, et lib. XII. 356. Idem est enim ac 'recussus somno,' quod dixit Auctor lib. IV. p. 80. Vide pag. 106. Sed si *quietem* consideramus tanquam personam et Deum Somnum, qui tenuit Lucium, recte isti ejusque potestati per Auroram excussus, ereptusque, et diei *redditus* dici potest. Et sic lib. VIII. p. 159. 'Quiete excussa,' in *Ms.* aliquot est *quieti*. Observandum præterea est, in *Ms. D'Orvill.* exarari *quies*. Nam et Afranius et Nævius in quinta declinatione eam vocem extulerunt. Confer Vossium de Analog. lib. II. c. 20. *Oud.*

Me nox diei reddidit.] Videtur potius dici debuisse *lux* sive *Aurora*: quæ vox aliquoties confunditur cum *nox*, ut in Ovidii *Fast.* VI. 411. *Trist.* I. 3. 5. Posset etiam legi *nox*. Simulac et somno excitor, Aurora me diei reddidit. Nil tamen sine scriptis innovari velim. Nam captasse hanc locutionem potuit pro 'e nocte in diem translatus sum;' sive *nox* præcipitans mihi lucem reddidit. Similiter fere explicandum docui in *Miscell.* Oba. vol. V. t. II. p. 166. locum *Lacani* lib. I. 15. 'Nox ubi sidera condit:' in Occidente. *Idem.*

[Ætus invadit animum] Bernhardus de interiore domo cap. 45. 'Vis nunquam esse tristis? bene vive. Bona vita semper gaudium habet: conscientia rei semper in pena est.' Vide quæ Cl. Janus Gruterus hac de re notavit in discursu secundo ad Tacitum p. 78. et seq. *Elmenh. Vel vespertini r. fac.*] Delevi tò vel auctoritate Codicum, etiam Palat. Guelferb. pr. Coll. Voss. Lips. Fux. Oxon. D'Orv. Junt. post. ac sensu postulante. Non enim præcipue hinc anxius erat Lucius, sed ob eam solam causam. Uncis vocem jam incluse-rant Scriv. et seqq. Dein Ms. Palat. et Ed. Junt. post. dant *vesperni*. Sane 'vespernus' est vox adjectiva. Vide Festum in v. 'Cœna.' 'Vesperna' (Leid. sec. male *vespertina*) 'quam nunc cœnam adpellamus.' Sic lege e Mss. omnibus, et Edd. Vett. et confer in v. 'Scensus' et 'Vesperna.' In Regio, Fux. *facinorum*. Oud. *Ætus invadit animum recordatione vespertini facinoris*] Prudentius: 'Sol ecce surgit aureus, Piget, pudescit, pœnitet.' Vide ad Matth. 27. 3. adnota-ta. Pric.

Inter alternas digitorum vicissitudi-nes] *Inter* exaratur quidem in Lips. Reg. Fux. Pal. Oxon. ac D'Orv. et cum Colvio receperunt Vulc. Scriv. sed male. 'Manus' non possunt dici 'connexæ inter vicissitudines,' sed in; qua præpositione Accusativo juncta modus rei sive pectinata utriusque manus digitorum conjungatio exprimitur, ex perpetuo Nostri stylo, de quo sæpius vidimus. Vide ad lib. i. p. 3. 7. &c. Rectissime igitur is restituit tacitus Pricæus, ut est in Bert. Pith. Guelf. sec. aliisque, et omnibus Edd. ante Colv. Accusati-vum hunc præfero quoque contra Cortium in Plinio lib. v. Ep. 5. 'In lectulo compositus in habitum stn-dentis.' Oud. *Dig. viciss. super genua connexus*] Hansit sua Woverius ex Beroaldo. Adposita magis luctui vide

apud Pricæum, et Valea. ad Amm. Marcell. lib. xxix. c. 2. 'Quosdam etiam complicatis articularia.' In se-pulcralibus Græcorum aliorumque monumentis pueri et puellæ complicitis pedibus stantes non habent manus pectinatim connexas, sed alteram altera, ejusve brachio imo *com-pressas*: quod videtur signum otii per mortem domini dominæve. 'Insinnatas manus' ait Auctor lib. ix. p. 180. Vide Cl. Canneg. de Mon. Dodenw. c. 6. et me ad Lucan. lib. 11. 293. Erasm. in Adag. Titulo, 'Indulgentiæ.' In Palat. est *complexis*, frustru. De Dogm. Plat. lib. i. p. m. 793. 'Hæc invicem connexa.' *Idem. At palmulis inter alternas digitorum vicissitudines, &c.*] Ut solent mæsti. Chre-todorus: *Ελόντες ΚΑΙΤΗΣ ΜΕΝ ΔΕΧΕΙΡΕΣ, ΕΧΕΙ ΔΕ ΔΟΙΔΣ ΚΑΙΤΗΣ ΔΕΜΟΛΑΕΙΣ, ΚΡΥΦΙΣ ΚΗΡΜΕΣ ΔΥΤΕΡ.* Basilus Homil. in famem et siccitatem: *Ταῖς ἀροφραῖς ἐπικαθήμενοι, καὶ τὰς χεῖρας κατὰ τῶν γονάτων συμπλέκοντες*: (τοῦτο δὲ τὸν παρθένων σχῆμα, &c.) Pric. *In alternas digitorum vicissit.*] Significat digitos pectinatim junctos, de quibus Plin. in xxviii. sic scribit: 'Assidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter sese amplexis, veneficorum est: idque compertam tradunt, Alcmæna Herculem pariente pejus, si circa unum ambove genua, item poplites alternis genibus imponi.' Ex hac Pliniana sententia jam satis liquet, id quod ab Ovid. non minus scite quam decenter dictum est lib. ix. *Metamorphoseos*: 'dextroque est poplite lævum Pressa genu, digitis-que inter se pectine junctis Sustinuit partus.' Dixit postea 'digitos pec-tine junctos,' quod Plin. 'pectina-tim inter se amplexos:' et nunc Ap-puleius, 'in alternas digitorum vicissitudines connexas manus.' Beroald.

Grab. coxim insidens] Reg. Fux. *sesim*, D'Orv. *cessim*. Male. *Coxim* citat Vales. d. i. et sic in aliis esse

Codd. notavit vir Doctus ad Marg. Ed. Vic. Rectius, ut puto. Nam *x* sæpissime depravatum est in duo *ss*: quia sic pronuntiabatur. Ut 'Ulixes,' 'Iaxus,' 'Naxos,' et innumera. Vide ad Rutil. Itin. i. 371. et crebro. Et sic scribe in exemplis ad lib. II. p. 32. allatis. *Oud.* *Cossim insidens*] Pro in coxas sedens: adverbium est, dictum quasi *cœria*: id est, in coxas. Pompon. 'Hoc sciunt omnes quantum est qui coxin cacant.' Hoc gestu satores sarcinatoresque sedere solent. Adhuc referri potest Plantinum illud: 'Quasi claudus sutor, demi sedet totos dies.' *Beroald.* *Grabatum cossim insidens*] Euripides Hecuba: 'Ἰφὼ δὲ κλῆρος ἐν μέσῳ, κἀμῶνος γένου. *Pric.*

Jam forum, et judicia, jam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus] 'Legesque, forumque, Et pavidò cernens inclusum corde tribunal.' *Ἀποκρίμα θανάτου ἐν ἐμαυτῷ ἔχω*, ut Paulus 2 Cor. 9. locutus, Apollonius apud Philostratum VII. 12. ad custodias desperantes: 'Ἐλεῶ ὁμᾶς, ὡς δὲ αὐτῶν ἀπόλλυσθε, οὐκ εὐδότες εἰ κατηγορία ἀπολαί ὁμᾶς. δοκεῖτε γὰρ μοι προσηποκτυγνόντες αὐτοὺς, τοῦ καταφθισθέντος ἂν ὁμῶν ὡς ὁλεσθε θανάτου. Valer. Maximus VIII. 1. 'Licitor et carcer ante oculos obversabantur.' Sidonius I. 7. de Armando: 'Ex sCensulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit: unicum, et Gemonias, et laqueum turbulentum' (forsan *truculenti* scribendum) 'carnificis perhorrescens.' Nota et quanta emphasi 'imaginabundus.' Firmicus VI. 17. Mathes. 'Gravia etiam vitæ discrimina imponit, ac metuentes mortis imaginem frequent ostendit.' Virgilius: 'Et propior Martis jam apparet imago:' ubi Servius: 'Jam prælium cogitabatur a matribus: ergo, ut solet, imaginem, τῆς φαντασίας.' Ammianus lib. XXVIII. 'In quorum miseriis velut sui quique discriminis imaginem cer-

nens, tortorem, et vincula somniabat, et tenebrarum diversoria.' *Idem.*

An mihi quisquam] D'Orv. *a. m. inquam*, ut addit quidem aliquoties verbum. Sed et sæpe eleganter omittit. Quamquam etiam non necessarium est *quisquam*. Vide ad lib. II. pag. 39. Ed. Pric. ubi male inquit intrusit Colvius. *At Oxon. Oud.*

Tam amicus] B. M. *mitis*. Puteam. Sic etiam Mss. mei tantum non universi, et Edd. ante Basileenses, in quorum utrumque contextum nescio qui inrepsit *amicus*, a Colvii, Wow, et Vulcanii utraque Ed. retentus. Sed idem est *amicus* et *benivolus*. Forsan tamen habent sic Reg. Lips. *Oud.*

Terna cædis] *Tetra* est in Edd. Beroald. et Bas. ser. *At Oxon.* D'Orv. Pith. Ed. Junt. post. *trina*, ut infra vulgo: 'trinis civium corporibus expositis:' scil. ordine, qui hic locum non habet. Quare *terna* simul retineo, nihil tamen definiens. Vide me ad Sueton. Ang. c. 74. et infra p. 55. 'Trigeminò corpori.' Solin. c. 45. 'Jovem trina dextratione lustraret:' ubi prave contra Mss. edidit Salm. *terna*. *Idem.* Qui *me terna cædis cruore perlitum innocentem pronunciare poteris*] Cum vel duorum homicidium res gravis adeo ac detestanda sit. Apud Quintilianum ille Declam. CCLXXVII. 'Cum reus agar cædis, nil fortius confiteor quam a me occisos homines: et, si quid numerus quoque adicere invidiæ potest, duos.' Oxon. *trina*, non *terna cædis*: sic infra, 'Trinis civium corporibus expositis.' *Pric.*

Obstinate prædicabat] Reg. Fux. *obstinato prædicebat*. Sed alibi hoc adverbium cum ceteris per *e* scripsit Auctor. *Prædicebat* vero magis placet, quia erat 'vates' et 'prædictor.' Sæpius autem hæc verba sunt confusa. Adi Drak. ad Liv. lib. XXXV. 39. 'Imminentesque prædicaret clades.' Infra lib. IV. p. 82. 'Visiones nocturnæ, &c. pronunciant, &c. et

prædicant.' De Deo Soer. p. 676. Ed. Flor. 'Flaminio extispicia pericula cladis prædicant:' ubi vide. Oud. *Hanc illam mihi gloriosum peregrinationem fore Chaklaus Diophanes prædica[n]t*] Virgil. 'Hi nostri reditua, expectatique triumphi?' Idem: 'Hoc uno responso animum delusit Apollo, Qui fore te Ponto incolamem, finesque cane[n]bat Venturum Ausonios: En, hæc promissa fides est?' Horatius: 'Vides ut Nudus inopasque domum redeam te vate?' ejus notæ et Catulli ista: 'At non hæc quondam blanda promissa dedisti Voce mihi: non hoc miseram sperare jubebas. Sed connubia læta, sed optatos Hymenæos.' Pric.

Interim] Rom. q. f. *interdum*. Elmenhorstius. Vtiose ita exhibetur in nota Elmenh. Nam in Rom. uti in aliis ante Colv. est *interim*. Ipse cum Colvio, quique eum secuti sunt, edidit *interdum*: quod confirmant Mss. mei omnes. Vide Drakenb. ad Sil. lib. vi. 30. 'Occulere interdum et terræ mandare parabat.' Pric. et Stewech. ad lib. viii. p. 159. 'Interdum coitus obeamus.' Ad lib. ix. p. 194. lib. x. p. 230. 'Interdum perniciem cæcam medullæ adtraxerant.' Ejus vocis vim pro *interim* non percepit Broukhusius, et hinc contra Mss. longe plurimos, in his septem a me visos, *interea* reposuit apud Propert. lib. i. 3. 43. 'Interdum graviter mecum deserta querebar:' ubi in sex Leidd. etiam *leviter*. Oud. *Quati fores interdum, &c.*] Tacitus sub finem xi. ubi de Messalina in horas mortem expectante: 'Lacrymæ et quæstus irriti ducebantur. Tum impetu venientium' (Tribuni ac militum) 'pulsee fores,' &c. lege cum Florent. Cod. Cum *impetu, &c.* Dum fieret (inquit) fores pepulerunt illi: id ipsum hæc Appuleius noster. Pric.

Perstrepi] Ed. Col. *præstrepi*. Cave quid mutes. Vide Bonhier. ad Pervig. Ven. vs. 61. 'Stagna cygni per-

strepunt.' Stat. lib. ii. Achill. 76. 'Rumor in arcana jam dudum perstrepiit aula.' Claud. i. in Ruf. 215. 'Turba salutantum lætas ibi perstrepiit ædes.' Pejus in Guelf. pr. et Oxon. *perstrepebant*. De illo infinitivo Auctori quoque nostro frequenti ad lib. ii. p. 33. est dictum. A Coll. Voss. abest *nostræ*. A Fux. *τὰ janua nostræ*. Oud.

Ministris, et turba miscellanea c. completa] Copula et deest Ms. Bertin. et Edd. Colvianam antecedentibus. Perperam. In Guelf. sec. etiam. Tum *miscellanea* habent Edd. Basil. et Beroaldi, qui ridicule *miscellanea*, quod invenit in aliis Codicibus, uti extat in Ed. Vicent. deducit a 'miscellus.' Ceterum Vulcanius margini adlevit; ediditque Scriverius: *et turba miscellanea*, contra Mss. O. Nam vel possunt esse Dativi, *cuncta sunt completa magistratibus, &c. et turba*, pro Ablativo cum Præpositione, vel priores voces esse Ablativi, hæ Genitivi: ut rursus duos varios casus uni Adjectivo junxerit. De quo vide ad lib. i. p. 20. 'Ad hospitium et cubiculo me reporto.' Et cum Genitivo *completus* est et lib. ix. p. 178. 'Aquæ recentis completam pelvem.' Sed malim hic esse Dativum. *Compleri* Fux. *Idem. Turba miscellanea*] 'Miscellaneam turbam' eleganter vocat indidcrete, apparitoresque magistratum, qui colluvione variarum gentium commixti esse solent. A. Gellius 'miscellam doctrinam' nuncupat oppido quam decenter, quæ multifaria est, et ex mixtura multijugarum disciplinarum quasi confusanea. De 'miscellis ludis' apud Tranquillum in quarto commentario scriptum leges, ad quos referendum est illud satyrogaphi poetæ: 'Sic veniant ad miscellanea ludi.' M. Varro 'miscellum' appellat genus columbarum, quod ex agrestibus columbis et domesticis mixtum est. Quidam codices habent, *turba miscellanea*, nomine

a miseria ducto: 'misera' enim et 'misella,' et consequenter 'misellanea' esse solet turba eorum qui apparent ac præsto sunt iuridicis magistratibus: quales hoc quoque tempore prætorum familiæ conviuntur, fumidæ scilicet et pannosæ, et ex miseriæ gurgustio erunt. 'Misellæ uivæ' dicuntur Catoni et Varroni pro nigris. *Beroald.*

Statimque lictores de jussu magistratum, &c.] Infra heic, 'Lictores jussu Magistratum quam instantissime compellunt.' Et x. 'Donec jussu magistratum ministeria publica,' &c. *Pric.*

Inmissa manu] *Missæ* Oxon. et Gneff. pr. Male. *Inmissa manus* significat potentiam, adeoque injectam sibi. Sic 'inmittere capillos,' 'barbam,' &c. Vide Heins. et Burm. ad Ovid. lib. vi. Met. 167. *Oud. Trahere me sane non renitentem*] Pro me sane Heinsius citra necessitatem conjecit *vesana*. Reg. Fux. et D'Orv. etiam *reticentem*. Prave omnino. Vide ad pag. 40. 'Luctantem me ac diu renitentem.' Dein possemus verbo *occipiunt* carere, ut patet ex citatis ad vocem *perstrepere*, et exsulat Edd. omnibus ante Elmenb. præterquam Ed. Junt. post. Sed agnoscunt Mss. omnino omnes: quare restitui. Nisi quod solemnī errore Reg. Fux. quoque et D'Orvill. cum Ed. Pric. dent *occipiunt*. De verbo 'occipio' vide ad lib. i. p. 4. 'Qui occeperas.' *Idem. Inmissa manu trahere me, non sane renitentem occipiunt*] Theocritus, vel Moschus: 'Ἡ δ' ἐρέην κραιπνέσσιν βιασόμενα πάλαισιον ἔλκων οὐκ ἀκούσας. Glossarium: 'Ἀντιβιάζομαι, renitor.' Infra lib. vi. 'Trahebat eam nequam renitentem.' Virgilius: 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum Pastores magno ad Regem clamore trahebant Dardanidæ, qui se ignotum venientibus ultro Obtulerat.' Ubi Servius: 'Trahebat, ad ducendum desiderium pertinet, non

quod Sinoen reniteretur.' Contrarium de Flacco Philonis illud: *Οἱ δὲ (percussores ejus) πρὸς βίαν εἰλεον ἀφηνέζοντα, καὶ κεκραγόντα, καὶ διαπαλαίοντα. Tò occipiunt* (quod ab editis quibusdam male abest) est etiam in Oxon. Ms. *Pric.*

Civitas in populum effusa] Idem conjecit cum Groselotio Cl. Drakenb. ad Sil. ii. 151. coll. cum vs. 8. In Tabula ænea Gennensi apud Ortel. in Theatro de Liguria, et Gruter. p. 204. sæpe *agri poplici*, et in *poplicum*. Mss. Voss. de Phil. Mor. aliquoties dant *poplicus*. Adde me ad Cæs. lib. vi. B. G. c. 13. vii. 26. 'In publicum procucurrit:' et elegantem Mamertini locum in Genethl. c. 11. 'omnibus viris, feminis, parvulis, senibus, aut per fores in publicum proruentibus, aut per superiora ædium limina imminentibus.' Conjectura Floridi debetur Barthio, qui lib. xi. Advers. c. 15. et ad Stat. t. ii. p. 205. sic in suis membranis esse testatur, aliquo modo probans, sed vulgatum non rejiciens; quod constanter servant reliqui Mss. et acriter defenditur a Pontano ad Macrob. lib. vii. Sat. c. i. et L. Holstenio ad Passionem Perpetuæ p. 124. explicantibus 'magnam hominum multitudinem.' Rectius exponeres, in unam concionem ex diversis domibus confluisse, ita ut cives undique confluentes effecerint universum et conjunctum populum. Confer ad p. 7. 'In sarcinam prægnationis obsepto utero.' Ego pluribus accedo. Temere vero Vulcan. Ed. sec. pro glossemate ejecit. *Oud. Mira densitate nos insequitur*] D. Hieronymus, ubi de muliere sexies a carnifice percutsa: 'Totus ad spectaculum populus effunditur: &c. stipatis proruens portis turba densatur.' Lib. v. Cod. Theod. de sepulch. viol. 'Per confertam populi frequentiam, et per maximam insistentium densitatem.' *Pric.*

PAG. 44 *Capite ad terram, &c. dejecto*

manus incederem] Lib. ix. 'Ad ultima salutis jam detrusus, sublimo capite moriebam.' Glossa. 'Καθήμενος, ὁ ἐκκρεβόμενος.' *Idem.* *Imo ad ipsos Inferos jam dejecto*] Quintil. ix. Declam. 'Attonito, et in mortem pene demerso.' *Idem.*

P. circumcedentis] Pontanus Anal. i. 4. *circumcedentis* vult. Quid si *circumcedentis*? sive ma circum fluendo, et circum stando obsidentis, et undique cingentis. Quo sensu ipsum *circumcedentis* explicabat G. Vossius: 'circumfluere' *supinus* utitur Auctor: ut docet Pric. sed id a librariis non corruptum iri aspicio. Si alterius quid mutandum, placeret unice *circum secus stantis*, quod erat ultra captum eorum. Adi me ad pag. 30. vel, ut Heinsius divinavit, *circum incedentis*. Sed præcedit 'incederem': neque hoc verbum de populo confuso adfluente bene adhibitum videtur. *Oud.* *Inter tot millia populi circumcedentis*] Ita et Oxon. Cod. Reponunt *circumstantis*, *circumsecus*, *circumcedentis*, et *circumsequentis*. Ego legendum arbitror *circumfluentis*. Infra lib. iv. 'Populi circumfluentis turbulis immisceor': et alibi eod. lib. 'Setm circumfluentis densitate sepimus.' Virgilius, statim adducendus, 'circumfusum' dixit, et Noster lib. x. 'circumfusum populum.' Pric.

Pererratis plateis, &c.] Prudentius: 'Fertur per medias con publica pompa plateas.' *Idem.*

Expiamentis] *Expiamentis* autem notam expressit Elmenhorstius: quia sic dedere Aldus et Junt. post. Sed in ceteris, et Mss. O. est *piamentis*, D'Orr. *piamentum*. Lib. iv. p. 84. 'Communi numinis piamento.' Fest. in v. 'Piatris': 'Piamenta dicebantur, quibus in expiando utitur sacerdos.' Adde Lexica. Dein *expiat* Oxon. *Oud.* *In modum eorum qui lustralibus piamentis, &c.*] Plinius Panæg. 'Quorum' (delatorum) 'supina ora retortasque cervices spectavero Ro-

mani, cum vellet placulares victimas ad supplicia ducerentur.' Pric.

Hostis circumforaneis] Male Gotherius de jure manum l. ii. c. 7. fingit hoc novum vocem *circumforaneis*. Vide Bernold. hic, et ad Suet. Vitell. c. 12. Elmenh. in Ind. *Oud.* *Hostis circumforaneis*] 'Circumforaneis hostis' dicuntur, quæ circum agros et urbes in ambarvali ambarbalive sacrificio circumducuntur, circumagunturque: a circumferendo dictæ. M. Tul. in oratione pro Cluentio, pharmacopolam vocat 'circumforaneum', qui circuit fora et circumagitur: quales complaculi in nostro foro quotidie convulsantur, homines scilicet nugatores, impostoresque. Item Hieronymus: 'Garrulam nescio quem rumigeralium circumforaneum.' Bernold.

Expiant] Leniant, placent. Glossa: 'Piat, ἔλαττεραι.' Infra lib. ix. 'Quid magis, quid minus Numinum celestium leniendis minis, quot, et qualibus procurerent hostiis.' Pric.

Circ. angulati forum ejusque tribunal adstituit] Male omnino Sciopp. inculcat præpositionem non modo contra optimorum scriptorum exempla, sed præsertim Nostri. Vide Pricæum hic et ad l. ix. p. 187. 'Mole adstituitur': et omnino Arntzen. ad Victor. Cæs. c. 10. 'Adstituitur forum atque tribunal.' Cum Stewechio fecit Guilhelmus. Melius Barthius, adjuvante Mss. Oxon. et Guelpher. præ qui non agnoscat *quæ*, coniecit, *forum et tribunal reus ads.* ad Stat. l. i. Theb. 507. 'lustraliaque exta.' Sed multo propius vestigiis Mstorum N. Heinsius: *forum reus atque trib. ads.* ad Ovid. l. iii. Met. 698. 'dextris adducor litora remis.' Nihil tamen mutandum arbitror. *Forum ejusque tribunal adstituit* significat per se, 'reus sistor ad fori tribunal.' *Oud.* *Circumductus angulatum*] Servius ad Æneid. iii. 'Massilienses quoties perterrita laborabant, unus se ex paupere

ribus offerebat alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in illum reciderent mala civitatis: et sic projiciebatur.' *Pric. Tribunal adstituitur*] Ad tribunal sitor. Servius ad *Æneid.* l. 'Quod nos modo dicimus per præpositionem nomini copulatam sequente verbo, Antiqui verso ordine præpositionem detractam nomini jungentibus verbo, ita ut una esset pars orationis, et faciebant honestam elocutionem.' *Idem.*

Sublimi suggestu m. residentibus] *Pal.* et *Bert.* *Jam sublimi s. m. insidentibus.* *Alit J. sublimo s. m. r.* Solebant iudices in sublimi sella sedere. *Hellod.* l. r. *Æthiop.* de Thyame iudice: *ἐπὶ δὲ ἤχθησαν, ἡθροιστο δὲ καὶ ὁ λοιπὸς ὄμιλος, ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν προκαθίσας ταντὸν δὲ Θάμης.* Asterius Episcopus in VII. Synodo, actione IV. de Euphemia martyre: 'Adstant latrones regni et cohors militum: iudex in alta sella sedet.' Ita Ovidius Jovem iudicantem semper in altissimo residere facit. *Elmenh. Sublimo*, quod *Edd.* ante Colvium habent cum *Pithæano*, firmari potest p. 58. 'Sublimis volatibus:' et *Ovid.* l. IV. *Met.* 451. ex *Ed. Heins. A.* 1659. 'Sublimos animos.' *Gell.* lib. IV. c. 17. 'sublimas subices.' Sed *Mss.* ceteri constanter habent *sublimi*, præter *Bertinum sublimi s. m. insid.* et *Palat. s. s. m. in resid.* Hinc suspicor hic aliud quid latere, præsertim quoniam non soleat Auctor verbo *residere* jungere sextum casum, sed vel tertium, ut l. III. in f. 'residens ædificæ.' ubi vide, vel quartum. Quare conieci: *sublime suggestum magistr. residentibus.* et consule *Pricæum* ad l. VIII. p. 165. 'Quæ dorsum meum residebat.' Potestque *sublime* adverbialiter sumi, *sublime residere*: de quo vide ad l. IX. p. 206. 'sublime elatum:' vel 'suggestum' in neutra genere capi, vel

etiam *sublimem* rescribi. Plura de hac voce ad l. V. p. 90. 'Semirotundo suggestum propter.' Male vero *Elmenhorst.* iudices in subsellis sedentes videtur confundere cum prætore et magistratibus. *Oud.*

Præcone p. silentium clamante] *Gregorius Nyssenus* in Christi Resurrectionem *Orat.* III. fol. 849. *Εἰς δὲ φανήσεται βασιλεὺς καὶ κριτὴς, κοινὸς δεσπότης παρὰ πάντων ὁμολογουμένως. ἡσυχία δὲ ἔσται κατεσταλμένη, ὥστε περὶ τῶν ἔρχοντος ἐπὶ βήματος καθήμενου, ὁ μὲν κήρυξ ὑποσημαίνει τὴν σωτῆρ, οἱ λαοὶ δὲ καὶ ὄψιν καὶ ἀκοὴν συντείναντες τὴν τῆς δημογραφίας ἀκρόασιν ἀναμένουσιν.* *Elmenh. Silentio* edidit *Scriverius*, quod non capio. Rectius tum esset scriptura *Bertin.* ut *clamatus* deponentialiter ponatur. Nam 'clamare silentium' est cum clamore silentium mandare, jubere, silentium fiat. Sic enim solent breviter, unde passim 'clamare aliquid' est cum clamore edicere, ut quid fiat vel adferatur. Sic p. 39. l. II. 'Conclamant ignem.' *Ovid.* XIII. *Met.* 'Conclamat socios.' Vide et ad l. IV. p. 70. IX. p. 186. Adde *Salmas.* ad *Acbill. Tat.* p. 343. *καλεῖ δεσμὰ καὶ πέδας.* Alio sensu videbimus ad finem l. III. 'Viciniæ conclamantis, latrones:' ubi in multis est *latronibus.* An *silentia*? Sed forsitan ortus error ex pronunciatione *silentium.* Nec enim cuiquam hic, credo, placebit: *præcone publico silentio clamato*, pro *per præconem*: de quo *Ablativo* alibi. *Oud.*

Q. pressuræ nimia densitate periclitaretur] In *Oxon. præsertim n.* *Guelf.* pr. *pressura.* Par. caret τῇ *densitate.* *Pith. diversitate.* In eodem *periclitantur.* Sed *Oxon. Pal. periclitantur*, non ineleganter per *synthesin.* Vide supra l. II. pag. 40. 'populus æstuant diversa tendentes.' Immo in hac ipsa voce *multitudo* occurrit passim. Adi me ad *Cæs.* l. III. *B. G.* c. 17. 'Multitudo convenerant.' *Drak.* ad *Liv.* l. VI. 19. 'Multitudo

viderint.' Gell. l. iv. c. 1. 'Multitudo constitierant.' L. iv. c. 10. 'Multitudo adpellant.' Quin et Nostro in Flor. n. 18. 'Tanta multitudo conveniatis:' et variant Mss. et Edd. in fine lib. de Phil. Mor. 'multitudo habeantur.' Sed et Vitruviani Mss. lib. viii. c. 3. 'Aque multitudo, e qua,' dant *e quibus*. Idem.

Judicium tantum theatro redderetur] Vide ad Act. 19. 29. notata. *Pric*.

Cavea conceptum] Lib. x. 'Ad conceptum caveam pompaticæ favore deducor.' Vide Petrum Fabrum Agoniasticæ l. ii. c. 1. *Elmæh*.

Aditus etiam et tectum] *Ἐξέστροφας*, projectum Menianum intelligit Sopingius. Abest etiam a Bertin. *aditusque et t.* haud ineleganter in D'Orvill. Vide omnino ad l. ii. p. 31. 'Sequensque et tertium.' Mox in eodem prave *forum*, in Palat. *tactum*. Oud. *Aditus etiam, &c. fartim stipaverant*] Ipsum id quod Marci 2. 2. *ἡρώδης οὐκ ἔχων πολλοί, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν*. Virgilius, sensu diverso tamen, 'custode aditus coronare' dixit, quo loco Servius: 'Melior lectio, *aditus*: ciungunt enim sylvam ne abeant, non, ne adire' (lege *adiri*) 'possint.' Hæc ille commentatorum utilissimus: nos in alia sententia sumus. Tacitus Annal. xii. de Agrippina: 'Tenere amplexu Britannicum, &c. ac variis artibus demorari ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam sorores ejus attinuit, et canetos aditus custodiis claustrat.' *Pric*.

Et tectum omne, &c.] Virgilius: 'Tom studio effusæ matres, et vulgus inermum, Invalideque senes, turres et tecta domorum Obsedere.' Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: 'Non porticus, non imminetia desuper tecta capere poterant prospectantes.' Plin. Panægyr. 'Videres referta tecta ac laborantia: ac ne enim quidem vacantem locum, qui non nisi suspensæ instabile vestigium caperet.' *Id*.

Fartim stipaverant] Florid. iii. 'Fartim toto theatro ingens stipatio.' *Idem*.

Studio visendi pericula salutis neglegant] *Videndi* Fax. Vox *salutis* non comparat quoque in Reg. Fax. Quotferb. utroque, Oxon. Par. D'Orvill. qui habet *studio salutari visendi per. negl*. Quamquam igitur *pericula salutis* potuit dixisse, ut *pericula vite, &c.* tamen ob Codd. et præsertim Flor. Pithecan. ac Bertin. scripturam, opinor, Auctorem dedisse studio *visendi pericula* alterius, sua negl. hoc eat, quod Livius, citatus a Priæno, lib. iv. c. 27. ait, 'intenti in alieni periculi eventum, pro se incauti.' Eleganter *pericula* attribuit capitis reo, ut Cic. lib. v. Fam. Ep. 17. 'In tui familiarissimi iudicio et periculo.' Hinc 'capitis periculum et discrimen adire' sæpe dicitur capitalis criminis reus. Dein *alter* pro quovis alio obvium est. Vide Scheffer. ad Phædr. F. 19. et Burr. F. 4. et quos laudat, Ovid. lib. ix. Met. 635. et passim. Atque ita corrigendus est Solinus c. 7. p. 16. 'Quem post Nilum Achelous dat;' nec alter. i. e. nullus alius. In Mss. male, *nec alter alius*, vel *tertius nemo* e glossis. Errat Salm. Adposite autem sæpe *alter* in oppositionem τοῦ αὐτοῦ. Plant. Truc. 1. 2. 58. 'Qui alterum accusat probri, se ipsum intueri oportet.' Cic. lib. ii. Tusc. Q. c. 17. 'Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem.' Horat. lib. i. Ep. 14. 11. 'Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.' Oud. *Miro tamen omnes visendi studio pericula salutis neglegant*] Apud Livium iv. 'Intenti in alieni periculi eventum, pro se incauti.' Ait, *visendi studio, &c.* Virgil. ii. 'Undique visendi studio Trojana juvenus Circumfusa ruit!' Plinius lib. vi. Epist. 33. 'Stipatum tribunal, atque etiam ex superiore Basilicæ parte qua fæminæ qua viri, et audiendi (quod difficile) et' (*foras aut*) 'quod facile' visendi studio in-

minebant.' Suidas: 'Ἀρπίαρες, Ἰσὼν ἐκτεμνόντες. Palat. et Oxon. Mss. pericula negligebant. Prie.

Velut quandam victimam orchestra media victim] Philo de Judaeorum surge in civitate Alexandrina: Μαστιγόμηναι, περιάμηναι, προχιζόμεναι, καταβυζόμεναι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἡσυχάζουσαι ἐπὶ θανάτῳ. Idem.

Præconis ample beatus citatus accusator, &c.] Asconius in Verr. III. 'Apud Veteres, et Indices, et rei, et accusatores, et defensores, a voce præconis: citabantur.' Infra heio lib. x. 'Præconis vocatu primus accusator incedit, tunc demum clamatus inducitur etiam reus.' Et nota, *ample beatus citatus*. Scholiastes vetus Horatii ad Sermon. I. 'Citari dicuntur qui clara voces vocantur.' Bene autem hoc genus ministerii 'amplum beatum' tribuit. De iisdem Pollux IV. 12. τὸ φθέγμα αὐτῶν ἑδρὸν, ἐψηλὸν, πρῶτον, ἐπὶ μύκας. Idem.

Vasculo q.] Oxon. Pal. D'Orv. Fux. Quelf. ambo, *basulo*, ex perpetua, præsertim in his codicibus, confusione τῶν b et v. G. Voasius adlevit: *f. catillo*. Vide Glossas. Quodam non est in Pith. Oud.

In vicem colli graciliter fistulato] Describit elegantissime clepsydram iudiciariam, ad quam dicere solebant advocati et Rhetores. Namque pertusum vas aqua implebatur, eaque fluxa ad foramen usque finem facere cogebantur dicentes, aut si ultra nugari lubebat, eadem aqua adaspergebantur. Hoc nos docet Scholiast. Aristoph. vetus in Vespis 93. Κλεψύδρα γὰρ ἀγγεῖον τετραμήκον, ἐν ᾧ ὕδωρ ἔβαλλον, καὶ εἶον ῥεῖν ἀχρὶ τῆς ὀπῆς, καὶ οὕτως ἔπαυον τὸν ῥήτορα. τοῦτο δὲ ἐποιοῦν διὰ τὸ φθναρεῖν τὸν λέγοντα, καὶ ἐμποδίζεσθαι ἄλλοις θέλουσι λέγειν, ἵνα τὰ σπουδαῖα λέξας ἐξέλθῃ. Suidas: Διαμμετρημένη ἡμέρα. Μέτρον τί ἐστιν ὕδατος πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον. μετρεῖτο δὲ τῇ Ποσειδεῶνι μηνί, ἕς δὲ τοῦτο ἀγωνίζοντο οἱ μάχαστοί, καὶ περὶ

Delph. et Var. Clas.

τῶν μεγίστων ἀγῶνες. διεμέτρο δὲ ἐς τρία μέρη τὸ ὕδωρ, τὸ μὲν τῇ Διόκωρῃ, τὸ δὲ τῇ Φαίῳ, τὸ δὲ τρίτον τοῖς δικάζουσιν. Elmenh. Vide illic Kuster. et Spanhem. ad Juliani Cæs. in notarium probat. p. 64. Dion. I. I. XXVI. de Severo: τοῖς δικάζουσιν ὕδωρ ἑκατὸν ἐπέχει. Charit. Aphrod. lib. I. c. 5. p. 8. Sæpe in Apolog. Oud.

Ac per hoc, &c.] Id est, eoque, idcirco. Infra hic: 'Capillos flavos, ac per hoc illi, &c. juveni consimiles.' Lib. v. 'Articulari etiam morbo curvatum, &c. ac per hoc rarissime Venerem meam recolentem.' VI. 'Ac per hoc spurcius ille nascetur.' VIII. 'Metu volaticum, ac per hoc merito pinnatum.' Et ibidem paulo ante: 'Ac per hoc, nos cautione summa viæ reddi debere.' Sic sæpius Salvianus: ut v. et VII. de Gubernat. et II. de Avarit. Asconius III. Verr. 'Decuriam, modo ordinem, ac, per hoc, ex nobis.' Scholiastes ad Sat. XII. Juvenalis: 'Ut arborem succideret, ac per hoc, breviorem faceret.' Junius Phylargyrus ad III. Georg. 'Turpe caput, amplum, magnum, ac per hoc terribile.' Æneid. II. 'Et atria longa patescant:' ubi Servius: 'Aperiuntur, ac per hoc videntur.' Idem ad IV. Æneid. 'Bonus, ac per hoc propitius:' et ibidem: 'Sursum nectit, ac per hoc succinctum facit.' Idem ad I. Georg. 'Domabant, mollebant, (arva) ac per hoc colebant.' Seneca Epist. LXVI. 'Sed per illud quod boni sunt, pares sunt.' Prie.

Guttatim defluis inf. aqua] Et gutt. Fux. Quia vas non defluit, sed aqua, Lipsius, et Edd. Vulc. sec. Wower. ac Scriverii exhibuere *defluis*. Sed contra Mas. O. et Edd. reliquas. Passive dicitur 'vasculum defluum,' per quod aqua fluit. Sic 'circumfluis,' pro eo qui circumfluitur, Ovidio, Valerio Flacco, Claudiano, &c. Immo Noster lib. IV. p. 85. ait 'oras restui litoris,' per quod mare refluit, Oud.

Apul.

6 H

Populum adorat] Proprie, sive ere sic fatur ad populum. *Idem. Populum sic adorat*] 'Veteres adorare alloqui dicebant.' Servius ad Ænoid. x. *Pric.*

Neque parva res, &c.] Virgilius: 'Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.' *Idem.*

Sed præcipue] Ita tacitus edidit ex Bert. Cod. Wowerius, Elmenh. Scriv. et seqq. cum reliqui, et Mss. Flor. Reg. D'Orv. Guelf. uterque, et ceteri, ut puto, dent ac pr. Sed Ed. Junt. post. al. vere, ut coniecit quoque Gruter. lib. vi. Suspici. c. 6. Paulo ante nec in D'Orvill. pro neque, et mox tractata. Ond. *Neque parva res, sed præcipue pacem civitatis cuncta, &c. respiciens tractatur*] Quintilianus Declam. CCCXLVIII. 'Non enim discrimen pancorum capitum agebatur: an aliqui esset hæc civitas, an templa, an vestigium saltem vetustissima Urbis relinqueretur.' Sacerdos apud Lucianum Phalaride: *Δοκείτε δέ μοι ὁ ἄνθρωπος Δελφοὶ ἄριστον βουλευέσθαι περὶ τῶν παρόντων, εἰ λογισθῇ πρῶτον ὅτις ὄντων καὶ ἡλίκων ἡ σκῆψις ἔστω. Pric.*

Quirites] Ex more Romano sumpitum ubi oraturi ad populum *Quirites* appellitant: ut in orationibus Ciceronis sæpiissime. Sic Persius: 'Quod deinde loquere? Quirites,' &c. 'Quiritare' dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat. Ut 'Quiritare' urbanorum est, sic 'jubilare' rusticorum. *Beroald.*

PAG. 45 *Tot cædium lanienam*] *Tot cædium* est in Pith. Bert. Par. Guelf. sec. a m. pr. et Edd. a Ber. usque ad Wow. Mss. Lips. Flor. Pal. D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. pr. et sec. a m. s. cum Edd. primis, *totam cædium* vel *hedium l.* vel *ædium l.* unde Priæus coniecit, *totarum cædium*, sicut et Beroald. in *Thes. Crit.* t. i. p. 238. legit, *tot ædium*. Verum in ædibus cædes non facta, sed in platea: *tot civium* nimis ab ita vulgata et *Msta* leotione, nec eam vocem, *tot*

cisium sang. præcedente, corruissent librarum; nihilominus eam recipere Elmenh. et seqq. Ego scribendum unice contendo: *tot animarum l.* Ponitur anima pro homine, ut Belgice passim. Vide Lexica, et Caper. Obs. lib. i. c. 20. Burm. ad Virg. *Æn.* III. 66. XI. 24. Salpic. apud Cic. IV. 5. Flor. lib. IV. c. 7. Lucan. lib. i. 446. 'Fortes animas belloque peremtas.' III. 751. VIII. 651. 'Jus hoc animæ morientis habebat:' ut leg. Adpositis Ovid. lib. XII. Met. 60. 'Fortisque animæ nece cognitus Hector.' Sil. IX. 313. 'Animæ occidere.' XIII. 371. 'Tunc, inquit, ferro spoliabis inoltus Te majorem animam.' In Catal. Pithæi lib. i. p. 22. 'Cognatorum animas, promptum est, patrumque errorem Fundier:' ubi in vetustissimo Cod. Longobardici litteris emarato scribitur, *fratrumque cr.* Nec secus sic loquuntur Græci. Quis nescit istud Homericum, *Ψυχὰς δὲ πρὸς αἶψαι*; In Evang. Marci c. 3. § 4. *Ψυχὰς σώσαι, ἢ ἀποκτεῖναι*. In Edd. Rom. Vincent. est *totam ad. lanien.* Ond. *Totam cædium lanienam*] Mendosus locus, et deformatus, qui in pristinam elegantiam sic reformari potest: *Tot cædium lanienam*. Hoc intellectu, ut dicat accusator: providendum est, ne Appuleius, utpote nefarius homicida, impune commiserit lanienam, id est, laniatum sævitiamque triplicis cædis: est enim 'laniena,' locus ubi caro venditur: ut docet Varro: quin etiam accipitur pro laniatione ipsa, et traditione: videtur 'laniena' a laniando dici: unde et 'lanii' sive 'laniones,' qui laniant pecora: et 'lanistæ,' qui laniandis præsent gladiatoribus. Legato lanionis instrumento, menæ, pondera, ferramenta, et alia quoque quæ laniandæ carnis causa parata sunt, contineri docet Paulus JCTus. *Beroald.* *Providere ne nefarius homicida tot civium lanienam quam cruentè exercuit, impune commiserit*] Expressa ex Virgillii istis: 'U-

nus homo, &c. tantas strages impune per Urbem Ediderit? juvenum primos tot miserit Orco? In Sallustii Jugurthino: 'Quare moneo hortorque vos, ne tantum scelus impunitum dimittatis.' *Prie. Tot civium lanienam, &c.*] Veterimm Rom. et Vicent. editiones, cum Oxon. Ms. *totam adium lanienam*: unde non putide quis legat *toterum adium l.* Infra hic: 'Per totam domum cædes ambulet.' cui simile Pauli ad Titum illud, *θλῶς οἴκους ἀναρπάζειν*. At facile fero lectionem alteram a Woworio et Grutero excogitatam. Scriptor Maccabæorum 2. 5. 6. de Jaso-ne: 'Ἐνείητο σφῆρας πολυτῶν, &c. Vide ad Act. 8. 3. notata. *Idem.*

Nec me putetis privatis similitudinibus instinctum odio proprio scire] Apud Petronium ille: 'Ac, ne me putetis ultionis causa huc venisse,' &c. *Idem.*

Sum namque nocturna custodia Praefectus, nec in hodiernum credo quonquam pervigilem diligentiam meam culpasse posse] Val. Maximus VIII. 1. 'P. Vilius Triumvir nocturnus, a P. Aquilio Trib. pleb. accusatus, iudicio populi concidit, quod vigilias negligentius circumiret.' 'Vilius' apud Romanos gentis non memini, fortasse, unius literæ adjectione *Sutlius* legendum. *Idem.* In hodiernum] Glossæ: 'Μέχρι σήμερον, usque hodie.' *Idem.*

Rem denique ipsam, et quæ noctu gesta sunt, cum fide proferam] In Apologia: 'Omnem ordinem rei gestæ summa cum fide, &c. percensuit.' Infra hoc lib. 'Mihi cum fide memoræ,' &c. *Idem.*

Cum fere jam tertia vigilia, &c.] Totis noctibus ex officio Urbem circumibat isti muneri præpositus: vid. lib. III. ff. de Offic. Præf. vig. In formula Præf. vig. Ravennæ apud Cassiodorum VII. 8. 'Tuis lanreis mane defensa Civitas lætatur.' *Idem.*

Cuncta civitatis] *Cuncta* Lips. Flor. Pax. cum Edd. Colv. Vulc. et seqq. ut jungatur *τῇ* circumire. Sed Pith.

Oxon. D'Orv. Pat. Guelserb. et Edd. priores *cunctæ*, merito probante N. Heinsio ad Claudiani B. Gild. vs. 372. 'Germania cuncta:' sive construas cum adverbio *ostiatim*, sive potius *singula cunctæ civ.* Sic passim Noster, ut supra, 'pacem cunctæ civitatis.' L. v. p. 86. 'Cuncta civitas congemebat.' Lib. VIII. pag. 156. 'Civitas cuncta vacuatur.' pag. 34. 'Cuncta Thessalia.' Adde Cic. lib. I. in Verr. c. 31. pro Font. c. 16. 2. 9. 'In tanta lætitia cunctæ civitatis.' Virg. III. G. 20. I. Æn. 233. 'Cunctus orbis:' ibique Burm. *Oud. Cuncta civitatis ostiatim singula considerans, &c.*] Vicent. et Oxon. Ms. *cuncta civitatis, &c.* Supra lib. II. 'Rimabar singula quæ cuncta convenerant.' *Prie. Ostiatim singula considerans*] Lib. III. 'Ostiatim singula pererro.' *Idem.*

Macrone distracto] Ita lego, non dis. vel invitis hic libris, præterquam Guelserb. sec. uti p. 55. lib. IV. p. 66. 77. lib. V. pag. 96. 100. ubi ita Mss. et Edd. fere omnes. Vide ad Cæs. lib. I. B. G. 25. 'Gladiis distractis.' *Oud. Conspectio istum, &c. macrone distracto passim cædibus operantem*] Ibidem apud Cassiodorum: 'Tibi commissa est fortunarum securitas, &c. ut circa domesticos grassatores bellum pacatum' (forte *implacatum*) 'gereres, si quem civium lædendum esse sentiret.' 'Conspectio,' id est, inventio istum. Cantic. VI. 8. *Ἐβρησάν με οἱ φύλακες οἱ ἐν τῇ πόλει κυκλοῦντες.* 'Cædibus operantem,' ut apud Terullianum advers. Judæos, 'ensi operari.' Eundem in de Corona milit. 'prælio operari:' et, 'balneis, cauponis, lupanaribusque operari' in Apologetico. *Prie.*

Corporibus in m. s. palpitantes] Hæc jungit recte in notis Pricæus, et Heins. ad Ovid. Met. I. v. 40. non *spirantes adhuc corporibus*, ut alii. Mallem tunc legi *pectoribus*. Nam frequens hæc est permutatio. Consulo

Drak. ad Sil. l. xvi. 479. Prave vero Floridas tacite reposnit *palpitantibus*, quod non moverem, si in Mas. reperiretur. Sed nunc e stylo Appuleii defendi debet, qui sæpe *ἀνοδῆτος* exaggerat adjectiva seu participia. Vide ad l. i. p. 14. 'Ignavus ibat, argento æmulus.' Inff. p. 47. 'commotus, affectus.' p. 54. 'secutus, scrutatus, iratus.' L. iv. p. 66. 'antecepto cogitatus ementita lassitudine.' p. 81. 'sævians, cornescans.' p. 57. 'exter-natus animi, attonitus:' ut in plerisque Mss. item p. 61. 62. 91. 106. 'Inhians,iciens.' L. vii. p. 138. 'reformatus, exosculatus.' p. 149. 'cognitum, capistro prehensum.' viii. p. 137. 'succumbens, obiens.' L. x. p. 327. 'Nacta puellam, pietate præventa:' ut leg. l. xi. p. 361. 'fluctuantem, percitum.' Ut hic 'aspirantes, palpitantes,' ita 'semineces palpitantesque' jungit Sueton. Tib. c. 61. *Multo caret Oxon. pro quo conjecturam alto recte damnavit Priæus. Ejus exemplis adde Curtiana l. iv. c. 14. et 15. quæ adlevit hic Burmann. Oud. Corporibus in multo sanguine palpitantes*] 2. Samuel. 20. 12. de Amasa: 'Conspersus sanguine' (suo) 'jacebat in via.' Virgilius: 'Moriensque suo se in sanguine mersat.' Et bene heic *palpitantes*. Apud Quintilianum iv. Declam. 'Exultans super stratorum corporum strages, palpitantibus adhuc cadaveribus insisto.' Lactant. iii. 20. 'Quasi disjecta et dissipata, palpitare potius quam vivere videantur.' Nicetas Choniates de Isaacio Angelo Hagiochristophoritam occidente: 'Ἐκείνον ἐξ, &c. ὡς βόσκημα σφακελλίζοντα, καὶ τῷ αἵματι ἰδίῳ παλινόμενον. Oppianus Cynege. 2. Κατὰ δὲ χθονὶ πολλὰ κέχυνται λείψανα ποιφύσσοντα, καὶ δολαίροντα φόνουσι. Quum viderem porro Appuleium hinc inde phrases Virgilianas sectatum, putavi hic legi posse, in alto sanguine. Æneid. xi. 'Gemitus morientum, et sanguine in alto

Armaque, corporaque, et permixti cæde virorum Semianimes volvantur equi.' Ubi Servius, (non male ad mentem nostri vigillum Præfecti,) 'Ἐμφανὲς ἐκδῖς magnitudo ostenditur.' Et hæc, ut non insipida, ita verior communis lectio. Senec. Œdipo: 'Per ora multus sanguis atque oculos reddit.' Virgilius: 'In multo lapsantem sanguine nati.' *Pric.*

Conscientia tanti facinoris permotus, statim profugit] In supplemento lib. XLIII. T. Livi: 'Zensippus cum Stratonida quadam nocte profugit Tanagram, suam magis conscientiam quam judicium hominum, &c. metuens.' *Id.*

Præsidio tenebrarum elapsus] 'Densus tenebris, et dono noctis opacem.' Infra lib. iv. 'Provecta vespera abusi tenebrarum præsidio.' *Idem.*

Providentia Deum, &c.] Arrianna Dissertat. Epicteti lib. iii. c. 26. Ὁ δὲ ἀξίμωτος ἐστὶ τὸ ποιεῖν τὰ ἔδωκα. Et Oraculi versus est apud Herodot. lib. v. n. 56. qui reperitur Anthol. i. c. 6. Ὁ δὲ δὲ ἀνθρώπων ἔδωκον τίς οὐκ ἀνθρώποις. Coint. Smyr. lib. ix. v. 639. Heliodorus lib. ix. Æthiop. Isidor. Pelus. lib. ii. Ep. 217. *Elmenh.*

Providentia Deum, quæ nihil impunitum nocentibus permittit] Ἐχει θεὸς ἕκαστον ὅμμα. Eunapius in Ædesii vita, Ablatio oculo: Τῆς Προνοίας οὐκ ἀπέλσῃς τὸ ἀνθρώπων. *Pric.*

Eum c. producere] Bert. *perducere.* *Elmenh.* Item D'Orv. Fux. Quelf. ambo, et Edd. Vic. Ber. Bas. pr. Sed male. Passim 'producere ad forum,' 'mercatum,' &c. Nostro. Vide Prægem ad lib. ix. p. 183. et me ad Cæs. lib. vii. B. G. c. 13. 'Comprehensos ad Cæsarem producerunt.' A Palat. exultat *eum.* Oud. *Mane præstolatus, ad gravissimum iudicii cæstri sacramentum curatū eum produci*] In formula Pref. vigil. Urbis Romæ apud Cassiodorum vii. 7. 'Circa fures sollicitus esto, quos si leges punire tibi minime præcipiant, tamen

‘eos indagandi licentiam concesserunt.’ Recte ergo Præfectus hic noster, *curavi eum produci*. quo loquendi modo aliena, non propria designatur potestas. Androclus v. 14. apud Gellium: ‘Is’ (Dominus meus) ‘me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit.’ Et nota heic, ‘mane præstolatus,’ plane, ut in Actis Apostolorum IV. 3. *Ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αἰρίον, ἣν γὰρ ἐσπέρα ἦδη*. Aristænetus II. ult. *Θυμωθεὶς, ἔμμεκον εὐθὺς αὐτὸν ἀνελθεῖν, ἀλλ’ ἡ γυνὴ διεκώλυε, παραινοῦσα μᾶλλον τὸν κακοῦργον ἔσθαι τοῖς ἑνδεκα παραδοθῆναι*. ‘Sacramentum’ est ‘juramentum.’ Onomast. vet. ‘Sacramentum, ὄρκος.’ Sic et ‘Senatus sacramentum’ Solinus. Nec minus proprie heic *produci*. Ambrosius cap. 9. de Tobia, ‘*produci ad Judicem*’ dixit. Oxon. *Ad gravias. Judicium sacramentum*, &c. Pric.

Habetis reum, &c.] Terent. Eunuch. ‘Habemus hominem:’ ubi Donatus: ‘Mire hominem dixit, ut reum.’ *Id.*

Coram deprehensum] ‘Ἐπ’ αὐτοφάρῳ, quod JC. vocant ‘in flagranti crimine.’ Lib. IX. ‘Coram noxæ deprehensum.’ Achilles Tatius de Clitoph. et Lenciip. Amoribus lib. III. p. 177. ‘*Ἐγὼ δὲ ὁμῶν τοθαύμακα τῆς ἀναλγησίας, εἰ φονία ἐπ’ αὐτοφάρῳ λαβόντες· μείζον γὰρ τῆς φαρῆς τὸ αὐτὸν αὐτοῦ κατεπειν· οὐ δὲ κελεύετε τῷ δήμῳ. καθέξασθαι δὲ γένητες ἰκοόντες πιθανῶς μὲν ὑποκρινομένων, πιθανῶς δὲ δακρύοντος*. Lysias Oratione I. p. 2. ‘*Ἀξιώ δέ σε ἐπ’ αὐτοφάρῳ ταῦτά μοι ἐπιδείξει*. Nysseus Orat. II. in Resurrect. Domini f. 837. ‘*Ἐπειτα δὲ τὸ ταχέως ἐνεργεῖν ἔγαν τὴν κλοπὴν, ἵνα μὴ φαραβελς, καὶ τὰ πάνθ’ αὐτα πάθουσιν*. Elmenh.

Constanter] Ed. Scriv. *inconstant*. Bene, si e Mss. esset profectum. Eadem confusio occurrit infra p. 84. ‘Magistratibus te *inconstant* obijciam:’ ut ibi legendum. Hic nil temere mutem. *Constant* est summa cum fiducia, uno animo. In Guelf.

sec. exaratur: *Constat itaque*. In h. Oud. *Constant* itaque in hominem alienum feris sententias de eo crimine, quod etiam in civem vestrum severiter vindicaretis] Tiberius ad Senatum apud Tacitum Annal. III. ‘Si facinus in cujuscunque mortaliū necē vindicandum detegitur, vos vero ac liberos Germanici, et nos parentes justis solatiis afficite.’ Phineas ad Hebræorum exercitum apud Philonem in de Mosis vita: ‘*Ἔστιν οὖν ἡγοῶν οὐκ εὐλὸν μὲν αὐτοχρεῖας γεγενῆσθαι παρανομήσαντων, ἐχθρῶν δὲ χαλεπώτερα ἡδικημάτων ἀπέχεσθαι*. Et nota, ‘in alienum hominem.’ Aristoph. Equit. *Ἐ που δικίδιον εἴπας εὖ κατὰ ξένον, &c.* Scholiastes: *Οἱ γὰρ κατὰ ξένου λέγοντες, εὐκόλως λέγουσιν*. Pric. *Constant* itaque, &c. *feris sententias*, &c.] Quintilianus VI. 1. ‘Utitur frequenter accusator et miseratione, &c. sed id sæpius accusatoris est, avertere Judicem a miseratione, qua reus sit usurus, et ad fortiter judicandum concitare.’ Supra lib. II. ‘Extremum facinus in nefariam, &c. istam fæminam severiter vindicate.’ *Idem*.

Vocem repressi] Aldinus, *pressit*. Colv. Item Edd. Juntinæ. Non male, ut apud Virgilium et alios. Vide Scheffer. ad Phædr. F. XI. ‘jubetque vocem premere.’ Sed Mss. stant pro vulgato, quod æque probum est. Sic et ‘premere’ ac ‘reprimere gradum.’ Oud.

Ac me statim præco, si quid ad ea respondere vellem, jubet incipere] Irenæus: ‘Ecce judex in proximo, et præco jubet me defensionem meam adesse.’ Pric.

At ego, nihil tunc temporis amplius quam flere poteram] ‘*Ὅταν ἀμνησθήσασιν, εἰδόμενοι εἰς δάκρυα καταφύσσουσιν*. Theophylactus ad c. 4. Galat. *Idem*.

Me Hercules] Fidenter delevi nomen me, quo caret etiam Mss. Reg. Fux. Pith. Oxon. D’Orv. et Edd. ante Colineam, in quam primum inrepat. Vide Schegk. ad Vollei.

lib. II. c. 12. Creberrime Appuleius τῷ *Hercules*, rarius *me Hercules*, de quo dicam ad lib. x. p. 232. est usus. Cōsue omnino Indicem, et lib. II. p. 21. 'Est, inquit, *Hercules*, hic *Lucius*.' Lib. VIII. p. 165. 'Cerneres non tam *Hercules* memorandum: ubi plane eadem est varietas. Lib. IX. p. 186. 187. 'Dignus *Hercules* solus,' &c. Restituendum hoc etiam Plinio e *Mss.* ut vulgo recte legitur, in præf. lib. XIV. et reposuit Harduinus lib. XIII. c. 3. 'At *Hercules* jam,' &c. Sic enim et Leid. pr. pluresque *Mss.* lib. XII. c. 14. 'At, *Hercules*! *Alexandriæ*,' &c. Lib. XIV. c. 17. 'Et, *Hercules*! coactus eorum usus.' Sic *Mss.* O. non *hercule*. Septim. de B. Tr. II. 26. 'Egregie, *Hercules*! actum nobis est.' Ita duo Codd. mihi visi, ubi *vobis* cum Periz. an *nobiscum* cum aliis legam, dubito. Oud. *Non tam me hercules truculentam accusationem intuens, quam meam miseram conscientiam*] Menander: 'Ο συνιστορῶν ἀνὴρ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος, ἢ σύνεσις αὐτοῦ δειλότερον εἶναι ποιεῖ. Apud Euripidem dicenti Menelao, 'Ὅρῳτα τλημόν, τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος, [V. Porson. ad Orest. 389.] respondetur: 'Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνουδα δειλὸν εἰργασμένος. *Pric.*

Tamen oborta divinitus audacia, &c.] Idem Euripid. 'Ὁ φόβος, ὅταν τις σάματος μέλει πένι λέγειν, καταστὰς εἰς ἀγῶν' ἀνάντων, τότε τε στήρι' εἰς ἐκπληξιν ἀνθρώπων ἔγει, τὸν νοῦν τ' ἀπειργαί μὴ λέγειν ἃ βούλεται. Non ergo temere heic audacia divinitus oborta. *Idem.*

PAG. 46 *Persuadere. Sed si p. aud.*] Manuscriptus, *persuaderes ea*. Colv. Ita etiam Palat. et Guelferb. In Reg. Fux. *persuaderem*, sine τῷ *sed*. Oxon. quoque et D'Orv. habent *ea pro sed*. An fuit *Eja* vel *Ohe* vel *Heu*? An rursus scilicet *si*? In Par. per pro *pauillisper*. Oud. *Nec ipse ignoro quam sit arduum, &c. cum qui cadis arguatur, quamvis vera dicat, &c. tamen multitudini tantæ quod sit innocens persuadere*] Caracalla apud He-

rodianum IV. Geta fratre occiso: Ὁὐκ ἄγρῳ μὲν ἐστὶ πᾶς οἰκείου φόβος εὐθὺς ἀκουσθεὶς μεμίσσηται. τό τε ὄνομα ταῖς ἀκούαῖς ἅμα τῷ προσωνομασθῆναι, εὐθὺς φέρεται χαλεπὴν διαβολὴν, &c. cum sequentibus, simillimis Appuleianis hisce. Quintilianus XII. 1. 'Frequenter evenit ut optimæ causæ similes sint malis, et innocens reus multis verisimilibus prematur.' Bene autem quod sit *innocens persuadere*, nam et 'nonnunquam innocentia cum homicidio consistit.' Lib. XII. ff. ad l. Cornel. de sicar. &c. *Pric.*

Si paulisper audientiam publica mihi tribuerit humanitas, &c.] Seneca II. 24. de Benef. 'Quod dico, non videbitur durum, quamvis primo contra opinionem pugnet tuam, si te commodaverit mihi.' 'Audiendi patientiam commodare' I. 1. Lactantius dixit. Glossarium: 'Ἀκρόασις, audientia,' &c. utitur et lib. II. *Salvianus. Idem.*

Facile vos edocebo me discrimen capitis non meo merito, sed rationabilis indignationis eventu fortuito tantam criminis invidiam frustra sustinere] Nota, *eventu fortuito*. Suidas in Ἰερβλδ: 'Ἐστὶ γὰρ ὅτε καὶ ταυτομάτως ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἐπιβολαῖς ἀντίπαρε. Infra heic: 'Meditatus innoxios casus incertus vel etiam adversus, culpæ non potest adijcere: quem locum postea emendabimus. 'Frustra me sustinere' (inquit). 'Neque enim continuo occisus homo ad crimen et damnationem pertinet: sunt verba Quintilianii De clam. II. 8. *Idem* XII. 1. Instint. 'Si hominem occidere sæpe virtus, liberos necare nonnunquam pulcherrimum est, asperiora quædam adhuc dictu, si communis utilitas exegerit, facere conceditur. Ne hoc quidem nudum intinendum est, qualem causam vir bonus, sed etiam quare, et qua mente defendat.' Caracalla ubi supra: Πλὴν εἴ τις ὁρῇ κρίσει, καὶ μὴ διαθέσει τῇ πρὸς τὸν πεσόντα, τὸ πεπραγμένον λογίζοντο, τὴν τε αἰτίαν αὐτοῦ, καὶ

τῶν ἐπιθέσων ἐξετάζοι, εἴροι ἂν ὁμοῦ καὶ ἐθιλογον καὶ ἀνογκαιῶς, τὸν μέλλοντα πέλεισθαι δειδῶν, ἀμύνεσθαι μᾶλλον ἢ δυσμεῖναι. Pulcherrime autem et ad sensum et verba Appuleii Tertullianus in de Anima: 'Non semper ex irrationali censenda sunt indignativum et concupiscentivum.' Mox: 'Dat et Apostolus nobis concupiscentiam. Si quis Episcopatum concupiscit, bonum opus concupiscit: sed bonum opus dicens, rationalem concupiscentiam ostendit. Concedit et indignationem: quid nī? quam et ipse suscepit. Utinam et praecidantur qui vos subvertunt. Rationalis est indignatio, quæ ex affectu disciplinæ est.' Onomasticon vetus: 'Rationabile, ἐθλογον.' contra in Quintilianii Declam. cccxxv. 'Irrationabilis animi impetus.' *Idem.*

Nam cum a canna me serius aliquanto reciperem, potulentus, &c.] Aristoph. Vesp. 'Ἐπει' ἐπειθὲ μούνοι, οἶκαδ' ἔρχεται. In supplemento libri XLIII. T. Livii: 'Cum in publico epnlatus reverteretur domum potulentus.' Lucianus Somn. Babelas ἥδη ἰσπέρας ἦκει ὑποβεβρεγμένος. Cicero Famil. vii. 23. 'Et si domum bene potus, seroque redieram.' Plautus, emendante Scaligero ad Varronem: 'Inde bene appotus primulo crepusculo, Domum ire cæpi tramite dextra via.' De Hercule Theocritus xvii. 'Ἐπει δαλ-τηθεν τοι κεκορημένος ἦδη Νέκταρος εὐ-δομοιο φίλας ἐς δῶμ' ἀλόχοιο. *Idem.*

Vetus crimen meum] Ita bene et Oxon. Ms. *Idem.*

Ad bonum autem Milonem citem vestrum devorto] Cato apud Festum Pompeium: 'Divortebantur pro hospitibus ad amicos suos.' *Idem.*

Vide quosdam sævissimos latrones, &c.] Hanc lectionem præferunt excusati omnes: mihi placeret tamen, Vide tres q. l. Supra lib. ii. 'Introductis septem quibusdam testibus.' Ibidem de his iisdem juvenibus: 'Ecce tres quidam vegetis et vastis

corporibus,' &c. *Idem.*

Et domus januas, &c. evellere gestientes] Exaggeranter et invidiose dictum. Virgilius: 'Emoti procumbunt cardine postea, Fit via vi.' *Æn.* ii. 'Postea a cardine vellit.' Servius: 'Non, dejecit.' *Idem.*

Quæ accuratissime affixa fuerant] Glossarium: 'Ἀποδαύματα: accuratissime.' *Idem.*

Cl. vehementer evulsis] Quia procedit januas evellere, forsan mallet quis revulsis: ut r absorptum fuerit per ultimam præcedentis vocis litteram. Nam 'claustra revellere' apud Cic. Livium, aliosque; 'portas revelle- rent' Front. l. iii. 9. 2. ubi male Keuchenius volebat evell. 'Templa revellere' Luc. l. iii. 115. Sed sæpius idem verbum non magnum post intervallum repetitur ab Auctore. Ita p. præc. bis 'in domum elapsus,' so. manibus meis, et 'cl. itineribus elaboretur.' Ac l. iv. p. 70. 'claustrum evellere' rursus dixit. Lib. i. p. 9. 'evulsis cardinibus.' *Ovid.*

Hæus, pueri, inquit, maribus animis, &c. aggrediamur] Puer Fux. Pes- sime pro quam maribus, quod est In Oxon. et Palat. sive qua, Colvius et Vulcan. reposuerunt inquit e Lipsiano, licet accedant Flor. Reg. et D'Orviñ. cum viro docto ad marg. Ed. Vicent. Est enim istud otiosum plane, cum præcesserint 'his affatibus incitabat.' Vide ad p. 39. 60. 'talibus me monitis delenire gesti- unt,' &c. Nihilominus Elmenhor- tins prave scribens in Bertin. esse quam, reposuit utrumque inquit, quin: quod temere retinere Scriv. Pric. Floridus. Vetus lectio quam maribus satis defendi potest. Nam particula illa positivis adjuncta intendit signi- ficationem passim apud Nostrum aliosque. L. ii. p. 36. 'quam exper- gite.' L. iv. p. 65. 'loro quam vali- do.' v. 99. 101. 'quam concolores fallaciæ nian quam valido.' viii. ini- tio, 'quam misella.' p. 160. 'quam

probe.' L. xz. p. 246. 'fundo quam rotundo.' Mela lib. iiii. c. 5. 'quam diu.' Anson. Pretr. vs. 94. 'meritam quam grande.' Sept. de B. Tr. l. iv. 14. 'Gratulatio cunctos' (sic Mss.) 'iacerat interfecto quam metuendo hoste.' v. 9. 'Mitti Minervam deum quam magnificum et honoratissimum.' Vulgo *quam magn. et desunt*. Sed plura vide ad Hirt. l. viii. B. G. c. 13. 'Quam magnis itineribus.' Verum istud *inquit* videtur corruptum ex *quin*, quod restat in Pithæano, item in Bertin. vel alio codice. Nam in mea collatione sic inveni: V. C. *quin*. qui B. Obstat tamen, quod *qu* *quin*, cum est adhortantis particula, per interrogationem potius construi solet cum Indicativo, ut docet Gell. l. xvii. c. 13. Adeoque foret recipiendum, quod certe inveni in Basil. pr. *aggredimur*. Sic l. i. p. 10. 'Quin igitur hunc hacchatim discerpimus?' p. 13. 'Quin imus?' L. ii. p. 31. 'Quin parentem accedis et salutas?' L. viii. p. 155. 'Quin equos inascendimus?' et crebro. Nec secus aliis. Vide, ne plurima congeram, Benth. ad Terent. Eun. iv. 7. 41. 'Quin redimus?' Drak. ad Liv. i. 57. 'Quin concedimus equos?' Similiter corrigendum existimo Gell. l. ii. c. 29. 'Quin potius imus?' Vulgo, *quam*. L. vii. c. 17. 'Quin potius hæc mittis?' Vell. l. ii. c. 7. 'Quin tu hoc potius facis?' Lucan. lib. viii. 441. 'Quin respicias orbem Romanum, &c. petimus Pharon, arvaque Lagi:' ubi errat Cl. Burmannus. *Oud.*

Animis et viribus] Vir doctus mutandi prurigne tentatus adiecit ex v. ut supra. Sed prave hoc loco: quod facile quivis sentit. 'Animorum' virtus et corporum robor provocantur simul. Restituendum ita videtur Septimio de B. Troj. lib. iv. c. 6. 'Summa vi umbonem scnti ejus telo foratum, gravibus atque summis viribus ingruens inpulit:' ubi Wopkens. coniecit *nisibus*, in Misc. Nov. v. i. t. 2.

p. 12. Mss. *gravis*, et in marg. Periz. *as*, l. e. *animis*, sive ferocia generosa. Vide Drak. ad Liv. lib. ii. 27. vi. 23. Cerd. ad Virg. Georg. iv. 83. Et sic de uno apud Nostrium l. viii. p. 160. 'masculis animis impetumque diro invadit:' et eundem Septim. lib. ii. c. 51. et 36. 'Nihil animis remisierat.' Sic enim Mss. non *animi*, ut l. iiii. c. 11. 'nihil lectui remitteret:' ubi male Wopkens. pag. 147. legit *luctus*. L. ii. c. 50. 'Nihil iracundie remisierit.' *Idem*. *Hæus pueri* [*inquit*] *maribus animis*, &c.] Virgilius: 'Nunc animis opus o socii, nunc pectore firmo.' Ovidius Metam. 'Non est hortamine longo Nunc altitendum: viros effundite vestras.' *φύλας ἀπορρυδάς* *ἔχων* etiam Anonymus quis apud Suidam v. *ἐρχαζον* dixit. Vicent. et Oxon. Ms. *quam maribus animis*. *Pric.*

Cædes ambulet] Haud ineleganter dat D'Orvillii membrana, c. *ambulant*. Supra, 'cædibus operantem, tot cædibus implatum.' Monui id jam ad Cæs. l. iiii. B. Civ. c. 94. 'Factæ cædes.' *Oud.* *Ignavia omnis facesset e pectore; &c. per totam domum cædes ambulet*] Lateque vagetur Ensis, et a nullo revocetur pectore ferrum.... Sævam nullo discrimine cædem Jam facite, irarumque omnes effundite habenas.' 'Certetur omni acelere, et alterna vice Stringatur ensis, ne sit irarum modus Pudorve, mentes cæces instiget furor.' In Heocyra Terent. 'Te sedulo Et moneo et hortor, ne cujusquam misereant, Quin spolies, mutilas, laceras quemquem mactas sis.' Apud Plautum Amphitr. 'Certum 'st, introrumpam in ædibus, ubi quemque hominem apoxero, Sive ancillam, sive servam, sive uxorem, sive adulterum, Seu patrem, sive avum videro, obtruncabo in ædibus.' *Ambulet* hic pro *grassetur*. De canibus lib. ix. 'Alios stantibus inhaerere, alios jacentes inascendere, et per omnem nostrum commestam morsibus ambulare.' *Pric.*

Sic salvi recedemus, si saltem in domo neminem reliquerimus] Æneid. iv. 'Audendum dextra, nunc ipsa vocat res. Hæc iter est:' ubi Servius: 'Per hostium cædem, et audaciam nostram.' Apud Gellium ille iii. 6. 'Alia nisi hæc, salutis via nulla est.' *Idem.*

Fateor Quirites, &c.] Donatus ad ii. 1. Phorm. 'Non negat crimen, occasionem laudis de confessione sumpturus.' *Idem.*

Boni civis officium arbitratum, &c.] Terentius ibidem: 'Functus adolescentuli est officium liberalis:' ubi Donatus: 'Potenter officium nominat, quod ille crimen appellat.' *Idem.*

Gladio, qui me p. h. p. comitabatur] Lib. ii. 'Nec tamen incommittas ibo. Nam gladio solo cinctus altriuscuius ipse salutis meæ præsidia gestabo.' Ovid. Trist. ii. vs. 271. 'Et latro, et cautos præcingitur ens viator: Ille sed insidias, hic sibi portat opem.' *Elmenh. Gladio, qui me propter huiusmodi pericula comitabatur, &c.]* Canalic. iii. 8. 'Uniuscuiusque ensis super femur summa, propter timores nocturnos.' Seneca de privato loquens l. 8. de Clement. 'Possum in quilibet parte Urbis solus incedere sine timore, quamvis nullus sequatur comes, nullus citi domi, nullus ad latus gladius.' Et nota hæc 'propter pericula comitabatur.' In l. penult. ad l. Jul. de vi publ. 'Qui telum tutandæ salutis suæ causâ gerant, non videntur hominis occidendi causâ portare.' Phocylides: Τὸ ξίφος ἀμφιβαλεῖ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ὡς ἀμυνῶν. Ambrosius in Lucan: 'Domine cur me omere gladium iubes, qui me ferire prohibes? car haberi præcipis, quem vetas premi? nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria.' Diodorus Siculus lib. xii. de Charonida: 'Ἐν τῇ χάρῃ ἔχον μετὰ ξιφιδίου, διὰ τοὺς ἁγῶνας. Josephus Bell. Jud. ii. 12. de Essæis: Διὰ τοὺς ἁγῶνας ἔχοντες. Vide et ii. 2. Quintilianum.

De gladio autem eleganter comitabatur. Supra lib. ii. 'Nec tamen incommittas ibo, nam gladio cinctus, &c. Hesychius: Παρορδίων, μὴτὰ μάχης. ubi forsâ παρορδίων scribendum: παρορδίων nempe, quod ὄραδὸν ritu gestantem comitetur. De Hercule in Apologia Noster: 'Neque una pelle vestitor, neque uno baculo comitator.' *Pric.*

Proterere] Malo iudicio Becichemus Ep. 71. e Ms. Ciantani, et Sciopp. cum Wow. et Scriv. præferant *pertertere*; licet iis accedant D'Orv. et Fax. et in Palat. Guelf. ac vet. Ed. sit *proterere*. Nam *proterere* est injecto terrore propellere et ferme in fugam dare. Late id videre potes e notis meis ad Cæs. l. v. B. G. c. 59. 'Proteritis hostibus atque in fugam coniectis.' Virg. Æn. xii. 291. 'Anlesten proterret equo: ruit ille recedens:' ubi vide Burm. idque e Mas. reponendum Frontino l. ii. 4. 12. 'Peditum s. ordines proteruerant, vincendosque hosti præbuerant.' Nihil est, quod vulgatur, *protrierunt*, ut jam monuit Wopkens. ad Justin. l. xxi. c. 6. Et sic aliquoties Nostro, ut lib. iv. p. 76. 'Ad proterendos, si qui forte evigilassent.' ut legi debet. viii. pag. 164. 'Arduibus facibus proterrebant feras.' *Procurare* in Pith. Addidi vero pronomen eos auctoritate Codd. Flor. Palat. Fux. et Par. Oud. *Extremos latrones, &c. fugare atque proterere aggressus sum]* Mithridates apud Justinum lib. xxxviii. 'Quippe adversus latrones, si nequeant pro salute, pro ultione tamen omnes ferrum stringere.' Ait, *fugare et proterere*. Lucretius non absimili copula: 'Fugitare decet simulachra, et pabula amoris Absterere sibi.' Et Seneca ii. 26. de Clementia: 'Quocumque ventum est, multum sanguinis fundere, aspectu mo terrore ac fugare.' Glossæ: 'Κατατροῦν. proterreo, perterreo.' *Pric.*

Cum ne viderent in ferro] Id est,

ferro armatum. Sic apud Sallust. Catil. 'In armis esse.' Varro nem apud Nonium, 'Servi in armis contra Dominos:' et Heliodorum *ἑδραῖος ἄνδρες*. Act. 1. 10. *ἐν λαοῦς ἰσθῆτι*. Jacobum 11. 2. *ἐν ἰσθῆτι λαμπρῇ*. Solinus cap. 11. 'Campus Eanensis, in floribus semper.' *Idem*.

[PAG. 47 *Dirigitur praeliaris acies*] A Virgilio, qui, 'Direxere acies.' Infra VIII. 'Nec quidquam præter unicam tubam deerat, quin acies praeliaris esset.' *Idem*.

[*Ipsæ denique dux et signifer catervarum, &c.*] Petronius: 'Unus denique, Dux et magister sævitim, non dubitavit,' &c. Proconsul ad S. Cyprianum: 'Nequissimi criminis auctor et signifer deprehensus es.' Illa 'dux et signifer' a Cicerone sunt, qui in Orat. pro Muræna, 'Dux et signifer calamitosorum.' Cyprianus 'Auctor iniqui nominis et signifer.' Glossæ: 'Ὁ τῶν μακρῶν ἡγεμόνων. factionarius.' Sidonius lib. VIII. 'Factionis fomes, inceptor, antesignanus.' *Idem*.

[*Validissime viribus aggressus*] *Validissime aggressus* cum Edd. antiquis dat Fux. At Bert. e Coll. Modii addite viribus, ut habent Reg. et Guelferb. clare, *validis me viribus*. Sed in hoc suprascr. *validus*. Oxon. *me validis viribus*. Quare retinui Florent. lectionem, ab Grutero jam l. vi. Susp. c. 6. ex ingenio prolatam, et ab omnibus post Elmenhorstium receptam. In Ed. Junt. post. exhibetur: *signifer cet. validissimus me aggr.* Oud.

[*Capillo abreptum*] Ms. Par. adjectum, Pith. *abreptum*, D'Orv. Gueif. *arrepum* sive *adrepum*. Verissime; uti est in indice notæ Wowerianæ, et legendum jam viderunt Grosnot. Pric. ac Burm. ad Ovidii lib. 11. Met. vs. 476. 'adrepam prensis a fronte capillis Stravit humi:' quo loco consule etiam Heinsium. Eadem confusio p. 54. 'Me arrepam inclementer increpat.' Vide et ad l. 1. p. 16. *Id.*

[*Retro flexum*] Non *irreflexum*, sed *retro refl.* est in Bertin. et Rom. [vid. VV. LL.] uti in Oxon. Gueif. Palat. D'Orv. Par. et Edd. ante Colvium, quod is male mutavit, eumque secuti sunt Wow. Valc. Scriv. At *retro reflecti* per pleonasmum dicitur, ut 'retro redire' Sen. Herc. *Æt* 48. 'retro reverti' infra l. x. p. 236. et innumera similia. Hoc ipsum est in nonnullis Mss. Lucretii l. iv. 549. 'Et reflexa retro dant cornua barbara bombum.' Sed legendum cum melioribus: *Et reboant rancum retrocilla cornua b.* ut egregie vindicavit summus Homsterh. ad Lucian. Dial. Dear. N. XII. t. 1. p. 234. Quod verbum *reboare* Silio restituendum videbimus ad l. x. p. 214. *Idem*. [*Capillo abreptum ac retroflexum, &c.*] Oxon. *retro reflexum*. Mos hic eorum qui alium interempturi sunt. Hippolitus apud Senecam: 'En, impudicum crine contorto caput læva reflexi.' Virgilius XII. 'Cæsariem læva turbati corripit hostis, Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum.' Hieronymus in vita Hilarionis: 'Reflexa super humeros manu caput ejus tetigit: apprehensoque crine ante pedes adduxit.' Anonymus apud Snidam: 'Ἐπιστάσμενος τῆς κόμης τοῦτον, κτείνων ἐκείλιν. Scriptor Judithæ XIII. 9. 'Ἐπράξαστο τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, &c. καὶ ἐπέταξεν εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἵς ἐν τῇ λοχίᾳ αὐτῆς. Joseph. Bell. Jud. 11. 19. Τὸν πατέρα τῆς πολυῖς ἐπισπασάμενος, διελάνει τῷ ἔλαι. Plutarchus in Artaxerxis vita de spiculatore: Τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ δραξάμενος τῆς κόμης αὐτοῦ, καὶ καταγαγὼν, ἀπέταμε τῇ ἑσφῇ τὸν τράχηλον. Græcis nonnunquam hic actus ἐπικομίσαι. Hesychius: 'Ἐπικομίσας, κρατήσας ταῖς θρίξιν. vide et eundem in Κουρῇ αἰνωμένους. Porro in Appuleio legendum *arrepum* puto. Ovidius Metam. 11. 'Dixit, et arrepam prensis a fronte capillis Stravit hami.' Pric.

[*Effligere lapide*] Recte quidem vin-

dicat Elmenth. *effigere*, sed loco illo lib. v. p. 92. *affigitis* est in aliis, ut hic in quodam per Pricæum viso. Plura illic dicemus. *Effigere* Bas. pr. quod Sciopplus ironice capiebat pro *leviter tangere*. Verum ironia huic Apologiæ in re tam seria non convenit. *Effigere* autem est graviter percutere. Adi Pricæum, et Salmas. ad J. Capitol. in Vero cap. 4. 'Sæpeque effectum livida facie rediisse.' Oud. *Effigere lapide gestis*] Lib. iv. 'Saxo grandi, &c. misellum juvenem maritum meum percussum interemit.' Arrianus II. 16. in Epictetum: "Ὁρῶ σεισμὸς γένηται, φωνάζομαι ὅτι ἡ πόλις ἐκείνηται μοι μέλλει· σὺ γὰρ ἔρασι μικρὸν λυθάριον, ἐγὼ ἔχω μὲν τὸν ἐγκέφαλον βάλῃ; *Effigere* est et in Oxoniensi Ms. in alio male *affigere*. Seneca II. de Ira, 'feras et matricem effigere' dixit: et 'spicas manibus effigere' Tertullianus. *Pric.*

[*Certa manu*] Venetus et Basil. 1. *cereæ*. Colv. Sic etiam Ms. Ciantani, teste Becichemo Ep. 71. Edd. Ven. et marg. Bas. pr. Inepte. Passim dicitur *certa manu*, ut 'certæ sagittæ,' 'arcus,' 'tela.' Vide Beroald. *Pric.* ac Heinsium ad Ovid. Rem. 112. 'Certa debnerat præsecuisse manu.' Lucan. lib. vi. 190. 'Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.' Seneca. Apocoloc. 'Certa manu tendere nervum.' Oud. *Quem dum sibi porrigi flagitat, certa manu percussus, feliciter prosterne*] Virgilius, (ex quo hæc sua Appuleius adumbravit,) 'Hanc, magno vellit dum pondere saxum, Intorto insigit telo.' *Certa manu*, ut apud Senecam (Edipo: 'Dum manus certum petit alta vulnus:' et Virgil. XII. 'Horum unam certo contorquens dirigit ictu.' Apud eundem XI. 'Certam quatit improbus hastam:' ubi Servius: 'Inevitabilem.' Seneca II. 31. de Benef. 'Teli jactus certæ manus peregit officium, si petita percussit.' Virgil. VII. 'Nec dextræ erranti Dens absuit:' ubi Servius: 'Li-

cet enim certum esset feriturum, tamen bene errantem dixit, quia non usquequaque certus semper est ictus.' Inde apud eundem II. 'Incertam excussit cervicem securim:' ubi et Servius: 'Dnbie illisam, quæ non habet mortis effectum.' Sic 'fulmina parum certa' in Senecæ Apocoloc. *Pric.* *Quem dum sibi porrigi flagitat*] Apud Horatium ille: 'Unde mihi lapidem?' Idem. *Certa manu percussus feliciter prosterne*] Enphiletus apud Lysiam in cæde Eratosthenis: "Ἐγὼ δὲ, &c. παρὰ δὲ, κατὰ βάλαν αἰρόν. Id.

[*Certa manu*] Dicitur *manus certa*, cujus ictus non aberrat: sicut 'incerta,' quæ non semper ferit destinata. Quintilianus in quarto: 'Ut certa manus uno telo possit esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit et fortunæ locus.' Beroald.

[*Per scapulas ictu temperato*] Homerus Odys. χ. 'Ἄλλ' ἔρα μιν φθῆ Τυλμαχος, κατόπισθε βαλὼν χαλκήρεϊ δουρὶ ὅμωιν μεσσηγύς. Infra hic lib. IV. 'Ictu per articulum medium temperato.' *Pric.*

[*Hospitis*] D'Orv. *hospicom*, Ed. Vicent. *hospitu*. Verissima scil. est lectio *hospitum*, quam servarunt Pithæanus quoque et Edd. Juntium, et Aldi; nempe Milonis, ejusque uxoris. Supra: 'metuens et hospitibus meis et mihi.' Vide ad lib. II. p. 25. Ed. *Pric.* 'suis dominis.' Oud. *Salute communi protecta*] Lib. IV. 'Salutis communis admonens.' *Pric.*

[*Non tam impunem me, verum etiam l. p. credebam f.*] Istud tantum non a Beroaldo profuxit, sed demum ab Ed. Basil. sec. et retentum est a Lugdun. Colv. Vulcan. Wow. Tam cum Edd. Vett. dant Bert. Fux. Pith. Lips. Gnelf. Oxon. Sed jam, quomodo conjecit Stewechius, diserte exaratur in D'Orvill. forsitan etiam Florent. nam ita tacitus edidit Elmenhorstius, et seqq. Subauditur τὸ solum vel tantum. Vide ad Hirtii lib. VIII. B. G. cap. 52. et ad Sueton. Aug. cap. 7.

'Non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine.' Alibi e contrario omittitur *etiam*. Vide ad lib. 1. p. 9. 'Non solum me diffamat p. verum fogam instruit.' Confusa sunt ubique *jam* et *tam*. Adl Drakenb. ad Silli lib. xiv. vs. 327. Mox in Pith. est *impune*, in Scriverii Ed. est *credam*. Oud. *Non tantum impune me, verum etiam laudabilem, &c.*] Philo de legg. special. *Ὁ πῶσα ἀνδροφονία σὺν ἀδικίᾳ μόνῃ ἐστὶ καὶ τῶν ἄλλων ἐκαινεῖ μὲν ἢ κατὰ πῶσον καὶ ζῆλον ἀρετῆς.* Ait, 'non tantum impune se sed et laudabilem,' &c. Sæpe sic loqui animadverti utriusque Linguae Scriptores: nonnullosque id genus locos aliis intactos depromam. Quintilianus xii. 1. 'Quod si quædam benefacta damnaturus est Iudex, nisi ea non esse facta convicerimus, non vel hoc modo servabit Orator non innocentem modo, sed et laudabilem civem?' Apud Enndem ix. Declam. ille: 'Pars ista criminis mei (Judicæ) non defendi meruit, sed laudari.' Apud Lucianum in Philopseude: *Συγγράμης οἱ τοὶ γε, μᾶλλον καὶ ἐπαινοῦ τυτὸς αὐτῶν ἔξω.* Apud enndem in Piscator. *Ῥαῖς τιμὴν ἐπὶ τοῖσιν δόξαι, εἰς διαστροφῶν ἔγχε.* Cicero: 'Occidit Saturninum Rabirius: utinam fecisset: non supplicium deprecaret, sed præmium postularem:' ubi *et fecisset* rejiciendum credo. Joannes et Rusticus in Apologia sua apud Agathiam Scholiasticum: *Μετῆργας μὲν ἡμῖν ἄνθρωπον, καὶ περιέστροφον εἰς τοῖσιν αὐτῶν τὰς τῶν δοκηθέντων ἐκβάσεις ἢ τύχην καὶ δόξαν μεγίστων γερῶν ἀπώσασθαι, πάρεσμεν θεοῦ φεύξμενοι δίκην.* Plinius Epistolarum lib. iii. 'Ut mihi non venia solum dignæ, verum etiam lande videantur illæ regie lacrymæ.' Idem lib. iv. 'Non absolutionem modo, verum etiam landem merebatur.' Ibidem: 'Quamquam non solum veniam me, verum etiam laudem apud istum ipsum, &c. arbitror consecuturum.' viii. 'Non modo venia, verum

etiam laude dignissimos iudico:' et ix. 'Laus prius speranda, quam venia obsecranda est.' Horatius: 'Nec veniam antiquis, sed honorem et præmia posco.' Gellius vii. 3. de Catone: 'In qua re, ut menmqidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed dignus quoque lande admirationeque est.' Apud Minucium Fellicem: 'Non tantum facti veniam, verum etiam iudicii gratiam consecuturum.' *Pric.*

Probe spectatus apud meos] *Δόκιμος*, ut loquuntur Græci: vel (ut Act. 10. 22.) *μαρτυρούμενος*. Vide et Act. 16. 2. Infra hic lib. vii. 'Officiis in aula Cæsaris clarus, ipsi etiam probe spectatus:' ubi notata vide. 'Apud meos,' ut l. vi. 'ad tuos.' Florid. iii. 'apud suos:' sic Joh. 1. 11. Act. iv. 23. et 1 Tim. v. 8. *οἰδῶσι. Idem. Probe spectatus apud meos, &c.*] In Apologetico: 'Vir probe inter suos cognitus.' De fensionis locum ex antea vita solent rei, nec inepte, petere. Cicero in pro Roscio Amerino: 'Dabit nobis jam tacite vita acta in utramque partem firmum et grave testimonium.' Idem pro Cluentio: 'Perinde ut opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum, et non factum sit, existimari potest.' Et pro Sylla: 'Omnibus in rebus quæ graviore majoresque sunt, quid quisque voluerit, cogitaverit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque cuiuspiam vita repente mutari, aut natura converti; vita torqueretur, ex ea queratur, &c. *Idem.*

Insuper innocentiam cunctis commendat autetulerim] Sic in Apologia: 'Si verum est quod Statium Cæciliam, &c. scripisse dicunt, Innocentiam eloquentiam esse; ego vero profiteor ista ratione, &c. nemini omnium de eloquentia concessurum.' *Idem.*

Istius ultionis] Recte *justa* revocavit Elmenh. quod Mss. Lips. et Fax.

quibus tamen accedunt Pal. et Guelf. culpa ablit in istius in Edd. Colv. Vulc. Scal. Wow. Frigidissime. Potius *justissima* erat refingendum. Statim *qua* exsulat ab Edd. Junt. et Aldi. *quam* Pith. Oud.

Latrones deterrimos] Quidam vulgati, *teterrimos*. Colv. Sic erat in Edd. Colin. et Bas. pr. ac conjecere Heins. et Wasse. Sed contra Mss. lib. II. pag. 85. 'deterrimæ versipelles.' Lib. IV. p. 66. 'sors deterrima.' Lib. VII. p. 144. 146. 'puer deterrimus.' Phil. Mor. pag. 618. 'pessimo deterrimoque.' Gell. lib. II. cap. 6. 'pessimus deterrimusque' quod non tantum cum Broukh. et Burm. Sec. in Catal. t. I. p. 175. in *tet*. Vide Burm. ad Quinctil. Decl. II. 5. 'Deterrimæ mulieris insidiis' ubi in Ms. *tet*. Contrario modo alibi peccatur. Vide ad lib. V. p. 96. 'Teterrimæque Furæ.' Oud.

Privatas inter nos amicitias] Tò *privatas* debetur Baileensibus, et confirmatur a Mss. Florent. et Oxon. Sed in Edd. prioribus, et Mss. Lips. Pith. Fux. D'Orv. Guelf. quoque est *proprias*, unde hand ineleganter Colvius conjecit *privas*. Ea enim vox saepe in *proprie* et *primus* est corrupta. Ad omnino Cel. Burm. ad Ovidii Metam. lib. IX. vs. 20. et vim vocis *privus* egregie docentem Drak. ad Liv. lib. VII. c. 37. lib. VIII. p. 173. 'Semivir privum gestamen.' Lib. X. p. 212. ex conjectura Colvii: 'Privus pessimæ feminæ filius.' Vulgo, *proprium* et *propria*. Hinc et sic lego in Ansonio Epigr. 26. 'Privos parentes:' e quibus scil. non modo Romani in genere, sed ipsæ privatim descendebat. *Inter nos* desunt Regio, Fux. Idem. Cum nemo possit monstrare vel *privatas inter nos inimicitias præcessisse*] Euphiletus Eratothenicæ cædis apud Lysiam reus: Καὶ οὖτε ἐχθρὰ ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδέμῃ ἦν, &c. πλὴν τῆς κατὰ νόμον τιμωρίας. Et post: Ἀκούσθε, &c. ζῆτοῦντες εἰ τις ἐμὸν καὶ Ἐρατοσθέ-

ου ἐχθρὰ πᾶσι ποτε γυγίστηται, &c. οὐδέ, μίαν γὰρ εὐρήσεται. Vide Denteron. XIX. 4. 5. 6. Apud Quintilianum Declam. CCCXII. 'Occidit eum a quo pecunia negabatur. Iterum quæro, qua ratione? qua causa? odium fuit? unde?' Sed nec probatæ inimicitiae ubique certum argumentum habitæ. Idem Declam. CCCXXVIII. 'Non continuo sequitur, ut si quis aliquo odio concitatus est adversus aliquem, hanc etiam ferro exstincturus sit: immo nec inimicitias gerere fas est.' *Privæ*.

Usquam] Sive ullo modo, ut lib. XI. p. 248. 'Nec usquam doctrina profuit.' Oud.

Vel certe nulla præda monstretur, cuius cupidine tantum flagitium credatur admissum] Euphiletus ubi supra: Οὖτε χρημάτων ἕνεκα ἐπαθα ταῦτα, &c. οὖτε ἄλλου κέρους οὐδένος. post: Οὖτε, εἰ ταῦτα διεπαζέμην, ἤλπιζον μὲν χρήματα λήψεσθαι· ἔτι οὖν γὰρ τοιοῦτον πραγμάτων ἕνεκα ἀλλήλοις θάνατον ἐπιβουλεύουσι. D. Augustinus Confess. II. 6. 'Cum itaque defacinoze quæritur, qua causa factum sit, credi non solet, nisi cum appetitus adipiscendi alicujus illorum bonorum quæ infima dicimus, apparere potuerit,' &c. Adde quæ olim ad Apologiam pag. 55. dicta. *Privæ*.

Hæc profatus, rursum lacrymis obortis, correctique in preces manibus, &c.] Nota, hæc in fine defensionis adhibita. Apud Quintilianum III. Declamat. 'Hoc quidem profecto non expectas, ut in extrema actione, miserabili fletu et humili oratione vitam genu nixus petat.' Servius ad Æneid. X. 'In fine jam agit miserabiliter, sicut in principio egit.' Idem.

Tunc hos, tunc illos] M. Piccartus in Peric. Crit. cap. 4. legi volebat: nunc hos, nunc illos: atque ita edidit Scriverius. Sed vide ad Suetonii Rhet. cap. 1. 'Tum utilia, tum perniciosa.' Nam et hic malim *tum*. Oud. *Mæstus nunc hos, nunc illos deprecabar*] Τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πιάτων, τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος ἑδαιτο. in Eclog.

Died. Sicul. *Pric.*

Cumque jam humanitate commotos, misericordias fletum affectus satis omnes crederem, &c.] Apud Quintilianum Declam. CCCV. 'Ecce jam miserantes video Judicam vultus, quorundam deprehendantur lacryme.' 'Humanitate commotos,' est, 'communi humanitatis jure c.' ut supra locutus. *Idem.*

Justitia oculum] Vide ad lib. II. p. 25. 'Oculos Solis et Justitiae.' *Oud.*

Populum. Risu cac. diffucent] Quasi ex compacto corruerunt hunc locum contra Ms. Florentinum, et plerisque, ac Vett. Edd. viri docti, etiam Vale. Wov. pro *diffucent* rescribentes *diffucentem*, quamvis etiam in D'Orvill. sit *defluentem*; quia non ceperunt partim parentheses vim per Ellipsin vocis *qui*, de qua late egi ad locum illum a Colvio citatum lib. I. pag. 18. partim synthesis in *populus diffucent*, quam illustravi lib. II. pag. 40. 'populus estant, diversa tendentes:' et Auctor adhibet creberrime: unde jam plura dedi lib. III. p. 44. 'Multitudo periclitarentur.' Sic lib. IV. p. 64. 'Vulgus adpellant.' p. 73. 'Vulgus ignobile, quos, &c. accurrunt:' ut leg. de Mundo pag. 743. 'Vulgus harmoniam resonant:' quomodo exaratur etiam in antiquissimis membranis Romanensibus Lactantii lib. I. cap. 21. 'Serapim vulgus adpellant.' Similiter lib. IV. p. 81. 'Gladiatorum impetus æviens, &c. non cædi manus adferunt.' Lib. XI. p. 244. 'Magnus sexus utriusque numerus, &c. propitiantes.' p. 245. 'Chorus, &c. iterantes.' In Flor. IV. 6. 'Frequentia convenere.' Sic in Inscript. Fabretti p. 722. 'Collegium ponere.' Aliquoties corrupta est hæc synthesis in Septimio de B. Troj. uti lib. I. cap. 7. 'Cujus adventu in tota civitate quum partim exemplum facinoris execrarentur, alii injurias dolerent.' Sic edidit ex Argent. Cod. Obrechtus, eumque se-

quitur quasi ipse ita corrigens Wopkens. in Misc. Nov. Obs. v. I. tom. I. p. 5. In aliis, *adventum tota civitas exemplo execrarentur*. Sed in Mss. Voss. Periz. est, *adventum tota civitas*, in Periz. *exemplum*, Voss. *execrarentur*. Hinc emendandum reor: *cujus ad adventum tota civitas quum partim exemplum fac. execrarentur, alii, &c.* Sic cap. 16. 'Quum juvenus partem sua sponte, alii æqualium ad gloriam æmulatione communis' (sic Ms. Periz. Vulgo prave, *ad munia*) 'militiæ festinarent.' Lib. II. cap. 30. 'Vis magna mortalium interibat.' Perperam Edd. Vett. et aliquot Mss. *interibat*. Alia passim adtulerunt viri docti. Vide Comm. ad Liv. XXXV. 36. Sil. XVII. 239. Cms. IV. B. G. I. VI. 11. Hirt. VIII. 6. Immo cum voce *nemo*. Adii ad lib. IV. p. 83. Ceterum ut *diffuere risu* hic dicitur, ita 'fluitare gaudio' ait Boëth. lib. I. de Cons. Phil. pr. 4. ubi male in nonnullis Edd. est *fluere*. In Fux. est, *cachinnali defluabant*. *Idem.* *Risu cachinnabili, &c.*] Seneca: 'Risu sit sine cachinno.' *Pric.*

PAG. 48 *Sic tacitus mecum*] Supra lib. I. 'Hæc identidem mecum:' et lib. X. 'Sic ipse mecum:' ubi tamen adulterina vox *replicabam*. Terent. And. 'Ego metu continuo mecum.' M. Tul. lib. IX. Epist. VII. ad Varron. 'Mecum ipse:' mecum, cum meo animo. Plaut. Trinummus Act. II. Sc. I. 'Hæc ego cum ago cum meo animo et recolo.' Homerus sæpe, 'loqui cum suo corde.' *Brant.*

En fides inquam! &c.] Virgilius: 'En, hæc promissa fides est?' Ovidius: 'Jura, fides, ubi nunc? commissaque dextera dextræ?' Suetonius de Nerone: 'Semianimis introrum-penti Centurioni, et, penula ad valnus opposita, in auxilium se venisse simulanti, non aliud respondit, quam, Sero: et, Hæc est fides.' Tò *en* indignantis est. Venus lib. IV. 'En rerum naturæ prisca parens,' &c.

Lib. v. 'En erba, et scæva, et ini-
qua Fortuna.' et ix. 'En inquit
indignæ rei scævitatē.' Virgilius
supra adductus: 'En, hæc promissa
fides est?' 'En fides!' est, 'En Fi-
dei secreta numina.' ut infra lib. vii.
loquitur. *Pric.* En fides! inquam:
hæc. ego quidem pro salute hospitii et
homicida sum, hæc. at ille, hæc.] Virgil.
'En dextra, fidesque.' Apud Teren-
tium Heautont. ii. 3. ille: 'O Jupi-
ter! ubinam est fides?' Dum ego
propter te errans patria careo de-
mens, tu interea loci, Collapletasti
te Antiphilla, et me in his deseruisti
malis.' Catullus: 'Certe ego te in
medio certantem turbine lethi Eri-
pui, et potius germanam amittere
crevi, Quam tibi fallaci supremo in
tempore deesse. Pro quo dilace-
randa feris dabor alitibusque Præda,
nec injecta tumulabor mortua terrâ.'
Idem.

Reus capitis inducor] Cave quid
mutes. Est enim iudiciorum verbum,
in quæ testes et rei induci dicuntur:
ut vel e Lexicis notum. L. vi. p. 115.
'Quam ubi primum inductam con-
spexit.' Lib. x. p. 214. 'Tum de-
mum clamatus inducitur reus.' ubi
plura. Sic et lib. v. p. 106. 'Induc-
ta Psyche,' in sororis domum scilicet.
Ond.

Perhibuit] Florentino adstipulatur
D'Orvill. ut temere se redidisse sen-
sit Elmenh. quem tamen secuti sunt
Pricæus et Floridus M. Piccarto in
Peric. Crit. c. 4. placebat *præhibuit*,
ut multis Plauti locis viri docti quo-
que rescribere, probante Brnmanno
ad Quinctil. lib. i. c. 1. p. 17. 'Quia
sermo Latinus vel nobis nolentibus
se præbet.' Sic et illic Cl. Gesner.
licet scripti dent *perhibet*. Certe hoc
loco contra reliquos Mss. et Edd.
Vett. nihil erat mutandum: sicut et
perhibuit servavit Seriverius, sciens
verbum a Nostro esse amatum. Lib.
ii. p. 48. 'Testimonium perhibetote.'
ubi vide Colv. Flor. N. 16. 'Testimo-

nium mihi perhibuit.' Plura dice-
mus ad lib. vi. pag. 129. 'Solitudini
tuæ solatium perhibebimus.' ubi alii
præhib. præb. præstab. Idem. *Ille non
contentus quod mihi nec assistendi solu-
tium perhibuit, insuper exitium meum
cachinnat]* Apud Ovid. viii. Metam.
'Nec dolor hic solus, diro convicta
facto Tantalus adjecit.' Idem iv. 3.
de Ponto: 'Si mihi rebus opem nul-
lam factisque forebas, Venisset ver-
bis charta notata tribus. Vix equi-
dem credo, sed et insultare jacenti
Te mihi, nec verbis parere fama re-
fert.' Megara apud Euripidem in
Herc. Fur. 'Ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δέι θανεῖν,
θῆσκειν χρεὴν, Μὴ πυρὶ κατασθέντας
ἐχθροῖσιν γέλαν Διδόττας, ὅμοι τοῦ θα-
νεῖν μᾶλλον κακός. Josephus Bell. Jnd.
iv. 12. Παρεκτρέπον δὲ τοῖς δεινοῖς ἢ
ἐλπιεῖν, τὸ τῶν ἐνεργουμένων ἀλγεῖν-
τερον. Cicero pro Rabirio: 'Satis
est lapsos non erigere, urgere vero
jacentes, aut præcipitatos impellere,
certe est inhumanum.' *Pric.*

Parvulum quendam sinu tolerans]
Mos hic Athenis et alibi frequenta-
tus, ut ad misericordiam impetran-
dam, vel iudicis animum permove-
ndum, rei liberos in iudicium addu-
cerent. Plato Apolog. p. 24. 'Ἀγωνί-
ζομενος δὲ δέηται τε, καὶ ἰκέτευσε τοὺς
δικαστὰς μετὰ πολλῶν δακρύων, παιδία
τε αὐτοῦ ἀναβιβασάμενος, ἵνα ὅτι μάλισ-
τα ἐλεηθῇ, καὶ ἄλλους τῶν οἰκείων, καὶ
φίλους πολλούς. Lysias in Polystrato
Orat. 19. p. 338. Καὶ τοὶ δρώμεν γ'
ὁμᾶς, ὃ ἄνδρες δικασταί, εἴαν τις παῖδας
αὐτοῦ ἀναβιβασάμενος κλαίῃ καὶ ἐλοφύ-
ρηται, τοὺς τε παῖδας καὶ αὐτὸν εἰ ἀτι-
μώθησανται ἐλευθύντας καὶ ἀφέντας, τὰς
τῶν πατέρων ἁμαρτίας διὰ τοὺς παῖδας
ἵστε εἴτε ἀγαθοὶ εἴτε κακοὶ ἤβησαντες
γενήσονται. Ambrosius de Pæniten.
lib. ii. cap. 10. 'An testes preca-
tionis et conscios refugis? cum si
homini satisfaciendum sit, multos ne-
cesse ambias, obsecres, ut dignentur
intervenire, ad genua te ipse pro-
sternis, oscaris vestigia, filios offerre

culpam adhuc ignaros, paternæ etiam venim precatores.' Cydonius de contemnenda morte pag. 8. *Μὴ τοίνυν μὲν ἡμεῖς ὅσπερ ἐν ταῖς δίκαις τοῦ τῶν φιλητόνων προσέχοντες ὀδυρμοῖς, ὅσπερ γοναίικας ἢ παιδία τὰ αὐτῶν ὀρέξουσιν ἀναβιβάζομενοι, καὶ ταύτῃ διὰφραστον τὴν δίκην ἐκτελούμενοι περὶ αὐτῶν ἐνεχθῆναι.* Et Valerius Max. lib. viii. cap. 1. 'Reus pro se jam nibi recusans, parvulos liberos suos, et Galli sanguine sibi conjunctum filium fless commendare capit. Eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, pene nullum triste anfragium habuit.' Heliod. Æthiop. lib. ix. p. 427. *Ὀκτιζόμενοι δὲ πλὴν τὰ νοσήν τῶν βροτῶν ἐπὶ γῆς προκαταβάλλοντες φέρεσθαι, ὥς ἔτυχε, μεθῆκαν, διὰ τῆς ἀνυστῆτος καὶ ἀνυσταίου μοίρας τὸ θυμολύοντων τῶν Αἰθίοπων προμαλδύοντες.* Vide Marcellinum in Apathonium p. 173. Salvianum in Epistol. pag. 295. 299. Hermogenem de partitione statuum pag. 31. Maximus Tyrius vehementer hunc morem improbat, asserens pessimo modo et institute pessimis hominibus concessum hoc perfugium esse, ut Heinsius noster docte observat ad prædictum philosophum p. 142. *Elemen.* Horum pleraque Lindenbrogii sui exemplaris oræ adleverat. *Oud. Parvulum quendam sinu tolerans*] Tacit. Ann. i. 'Parvulum sinu filium gerens.' *Pric.*

At ille non contentus, &c.] Καὶ οὕτω ἀρκούμενος ἐπὶ τοῖς τοῖς, ut Joh. 8. Epistol. com. 10. de Diotrophe. Infra l. x. 'Nec tam immanibus contenta mendaciis,' &c. et vii. 'Nec, &c. immodico sarcinæ pondere contentus,' &c. *Idem.*

Pannis horridis] *Palat. obridis*: unde Gruterus sui libri margini adscripserat: 'Forte obritis.' et ex eo in VV. LL. Wowerius. Frustra. *Horrere* et *horridum* dicitur de omnibus incultis et visu squalidia. Hinc 'horrida fercula' de fictilibus dixit Ausonius

Epigr. 8. ubi qui reponunt *aureas*, totam Poëtæ mentem invertunt. *Oud. Annus pannis horridis obrita*] Talis apud Petronium 'annus laceratæ cinibus, nigraque veste deformis.' Terrent. 'Pannis annisque obritus.' *Pric.*

Paribusque mæsta fletibus] *Oxon. paribusque*. *Pricus* autem conjecit, *mista*: quomodo sæpius est Nostre 'permixtus lacrimis,' 'mærore,' 'gaudio,' ut Græce *μυχθῆς*. Vide ad lib. ix. p. 191. Et, si Mæa addicerent, facile hanc conjecturam præbarem. Verum et dixit Appuleius, 'mæstus in lacrimis,' lib. ii. pag. 36. Sic 'mæstus fletus,' 'luctus,' &c. Vide Drak. ad Sil. lib. vii. 75. Wopkens. ad Septim. lib. ii. cap. 9. 'Is namque tum mæsto luctu obsito Agamemnoni insinuans.' Sic enim is vexatus locus e Ms. Periz. et Merc. est legendus. *Oud. Paribusque mæsta fletibus*] Scribendum existimo, *paribusque mixta f.* Miles. ix. 'Non quidem incoram boxæ deprehensus, conscientia tamen pessima permixtus lacrymis uberibus.' Eod. lib. 'Aemens Dominus adhuc morore permixtus,' &c. et xi. 'Pavore et gaudio permixtus.' *Pric.*

Ramos oleagineos] Tertull. de Baptismo cap. 8. 'Olea signum etiam apud nationes paci prætenditur.' Heliod. Æthiop. lib. x. 'Ἀθροίσαντες οὖν πᾶσαν ἡλικίαν καὶ κλάδους εἰς λατῆρας ἀναλαβόντες. Statius l. xii. Thebaidos vs. 492. 'Supplicis arbor olivæ.' Lactantius: 'Per quam pax petitur supplicando. In secundo diximus, hanc ab Atheniensibus εἰρησώμεν dicti, a Græcis autem reliquis *λατῆρας*.' Chrysost. de non contemnenda Dei Ecclesie, tom. v. Ed. Antwerp. f. 591. 'Homines ramos olearum recisos regibus protendant, per stirpem illam misericordie et humanitatis ipsos admonentes.' *Elemen.* Edd. Vic. Ber. Just. pr. Ald. Col. Bas. *oleagineos*. Lib. x. pag. 228.

'Oleaginea corona:' ubi soli Ms. Palat. et Beroald. et Bas. dant *oleaginae*. Quæ est frequens confusio adjectivorum in *lus, nus*, vel *leus, neus* desinentium. Quorum utraque terminatio in usu est optimis quibusque. *Cæculus* prætulit Auctor passim. *Oud.* *Oleaginas*] *Olearios*, ab olea 'oleaginus' deducitur, sicut a faba 'fabaginna.' Sic a Catone 'acus fabaginum' dictum, pro purgamento quisquilis fabarum: qui item præcipit, 'tales oleaginas' tripedaneas esse decidendas. Idem 'codicillos oleaginos' amurca perspergi jubet: ita neque fumosi erant, et bene ardebunt. Ramus olearum pacis signum est: arbor enim pacifera est olea. Virg. 'placitam paci nutritor olivam:' hinc a Græcis 'olea' dicta, quia Græce *laos* misericordia est: quæ quia contingit eis quibus pax datur, ut inquit Probus Grammaticus, olea pacis signum est. *Beroald.*

Lugubriter ejulantes] Sic quidem ediderunt Elmenh. Scriv. Pric. et Florid. ut lib. vii. pag. 151. 'Ejulans et exinde proclamans:' si quidem ea sunt sana. Lib. viii. p. 159. 'Proluxum ejulat.' Sed tamen cum Mss. O. et Edd. priores exhibeant: *ac lug. ej.* nec quidquam monuerit Elmenh. existimem operarum errato excidisse pronomen. Id enim fert Appuleii stylus, ut p. 43. 'Fortunas meas ejulabam.' Lib. iv. pag. 81. 'Altius ejulans sese.' Sic et 'lamentare se' dixerunt alii, et in his auctor Itiner. Hieros. p. 591. Ed. Wesel. *Oud.*

Per publicam misericordiam, per commune jus humanitatis, &c.] Lactant. ii. 22. 'Cum natura hominis imbecillior sit quam cæterorum animalium, quæ vel ad perferendam vim temporum, vel ad incursiones a suis corporibus arcendas naturalibus munimentis providentia cælestis armavit; homini quia nihil istorum datum est, accepit pro omnibus is-

Delph. et Var. Clus.

tis miserationis affectum, qui plane vocatur humanitas: qua nosmetipsos invicem tueremur.' Cicero: 'Tamen civis civem a civibus communis humanitatis jure, ac misericordia deprecamur.' Noster in Apologia: 'Athenienses, propter commune jus humanitatis,' &c. Seneca Epist. xlviii. 'Hæc societas diligenter ac sancte tuenda est, quæ nos omnes omnibus miscet, et indicat aliquod esse commune jus generis humani:' quod i. 18. de Clementia 'commune animantium jus' vocavit. Arnobius lib. iv. 'Per humani generis jura, atque ipsius mortalitatis consortia,' &c. *Pric.* *Per publicam misericordiam*] Lib. ii. eodem sensu: 'Per publicam pietatem' dixit. *Id.*

Miseremini indigne casorum juvenum] Apud Quintilian. Declam. xv. 'Consurge, ægedum juvenis: et totis corporis animique viribus imple susceptæ acensationis horrorem. Est quod audiente tota civitate proclames, Miseremini,' &c. Similis implorationis exemplum ibidem vi. 'Per omnes casus, per calamitatem meam humane calamitatis exemplar, ita vos conjugum vestræ ament, sic non desideret: ita vobis habere tam pios filios necesse sit, miseremini.' *Idem.*

De vindicta solatium d.] Exempla in noxios eduntur ad solatia superstitionum. Savaro ad Sidon. pag. 513. *Elmenh.*

Parvuli h. in primis annis destituti] At ceteri Mss. [Vid. VV. LL.] rectius servant *in annis*, sive in ætate admodum puerili, qua destitui a patre filiolum, est miserrimum in primis. Et sic 'primi anni,' ac similia passim occurrant. Ovid. lib. xiii. Met. 597. 'primisque sub annis Occidit:' et sæpe Auson. Parent. xx. 3. 'Ereptus primis ævi florentis in annis.' Prof. viii. 10. 'Primis docere sub annis.' Septim. de B. Troj. iv. 9. 'In primis pueritiæ annis.' Plura alia vide apud Drakenb. ad Sil. lib. ii. 92. Ipse

Apul.

6 I

actor sic rursus lib. iv. p. 81. 'Primum ab annis nutritus:' ubi incipit Pricum. Lib. v. pag. 108. 'Prima pueritia inductus.' Anson. Parent. xiv. 2. 'Occidis in primæ raptus mihi flore juventæ:' ubi frustra Tolleus mavult primo. Dein in Ms. D'Orvill. et Ed. Scalig. est *destitutus* f. Sed melius Sciopp. ultimo loco *destituti* capit absolute. Quomodo correxi in Frontino lib. ii. 5. 26. 'Destituto Labieno.' Fox. *destinati*. Oud. *Certe parvuli hujus in primis annis destituti fortunæ occurrunt*] Salviatus in Epistolis: 'Utamar illorum more et exemplo, qui ultimo causarum loco aliquam nonnunquam ad commovendam Judicium misericordiam proferebant laturis sententiam disceptatoribus, aut lamentantes matresfamilias, aut sordidatos senes, aut plorantes parvulos ingerentes; scilicet, ut qui superiora causæ verbis jam exoraverant, posteriora rebus ipsis perorarent.' Quintilianus vi. 1. 'Ex personis quoque trahitur affectus: non enim audire videtur Judex aliena mala deficientes, sed sensum ac vocem auribus accipere miserorum, quorum etiam mutus aspectus lacrimas movet; quantoque essent miserabiliora si ea dicerent ipsi, tanto sunt quadam proportionē ad efficiendum potentiora, cum velut ipsorum ore dicuntur: ut scmniciis actoribus eadem vox, eadem pronuntiatio ad movendos affectus, sub persona valet.' *Pric*.

Magistratus qui natu major assurgit, et ad populum talia] Cicero iv. Verr. 'Incipit is loqui qui et auctoritate et ætate, et, ut mihi visum est, rerum usu antecedeat.' Sirachides xxxii. 4. Ἀδελφον προσβότα, πρῶτον γὰρ σοι. Infra lib. x. 'Unus e Caria senior, &c. hæc ad Ordinem pertulit.' *Idem*.

Serio vindicandum] Pro *serie* in Oxon. et Par. male *ferro*. Tò cet e Florent. et Lips. addidit Elmenh. cum seqq. ac Palat. Oxon. Par. Pith. Fux. Guelferb. Bert. et D'Orv. agnoscunt.

Videtur etiam hic necessarium, ne quis vindicandum ac. esse, *potest differri* construat, quod a loci sensu alienum est. *differri* in Pith. Oud. *Quod serio vindicandum*] Oxoniensis: *Q. ferro v. est. et post, male, subsidia sollicitudo. Pric*.

Ne ipse] Sic tacite edidit Pricum, uti sæpe vidimus ne pro *ne quidem* in Appuleio occurrere. Ita paullo post p. 50. 'ac ne istud.' Adi ad lib. i. p. 16. Sed hic in Mss. O. et Edd. ceteris est nec: quod æmissime valet tò *ne quidem*: p. 56. 'nec ipsa tu:' ubi in nonnullis *ne*. Lib. v. pag. 97. 'Officiant nec ipse tenebræ.' Consule omnino Duker. ad Flor. lib. ii. 8. 12. me ad Cæs. lib. iii. B. Civ. cap. 28. Anson. in Technop. vs. 17. 'Sol cui nec furto in Veneris latet arripotens Mars:' ubi Voss. quoque *ne*. Restitui vero ibidem præpositionem, vulgo contra Mssos et Edd. Vett. exsulantem. Oud.

Subcisiva] Oxon. et Par. *subsidia*, eodem scilicet significato, eademque forma, qua *residua*. De ea voce agam ad lib. de Deo Socratis. D'Orvill. *subcisiva* a cædo. In reliquis *subcisio*, ut Edd. Vett. vel *subcisiva*, a seco. Quare quidam per *e* ubivis legi volunt. Sed aliter inscriptiones quoque. Vide et lib. viii. pag. 169. et me ad Sueton. Domit. c. 9. 'Subcisiva veteribus possessoribus, ut uscapta, concessit.' Dein ut abest a Fux. In Reg. Fux. *requiramus*. Idem.

Ut ceteros socios tanti facinoris requiratis] In lib. ix. Cod. de Malef. et Mathem. 'Quod publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum, &c. subtraxerit.' Servius ad Æneid. iii. in fabula Myrtus: 'Latro pœnis adactus, omnia quæ intendebantur confessus est, socios quoque ubinam essent prodidit.' Tertullianus in Apologetico: 'Ad socios, &c. inquisitionisque extenditur.' Idem in de carn. resurrect. 'Humana censura eo perfectior habetur, quo etiam

ministros facti cunisque deposcit.' Apud Elianum Var. iv. 9. *Στραβιολόμους τὸ εἶναι τοὺς συνεργαζόμενους*. Adde Tacitum paulo infra adductum. *Pric.*

Evitasae] *Evitasae* dant Pith. Edd. Vicent. et Bas. pr. &c. *enecasse* Edd. Junt. Colin. At *enecasse* in Gualf. *enecasse* est in Mss. reliquis, et Ed. Beroaldi, licet praferat *evitasae*, sive vita privasse, cum Marcilio ad Suetonii Tit. c. 7. Olim sic etiam legendum conjeci in lapide Papenbrunk. pag. 50. Sed nunc malo cum aliis: *FUIT AD SUPEROS*. Vide illic, et Sil. III. 465. 712. XIII. 665. 666. 'Non digna, nec aequa Ad superos passi memos.' *Enecasse* se defendere hic potest altero Nostri loco lib. VII. p. 148. 'Tam bellum asinum enecare.' Oud. *Nos enim verisimile est hominem solitarium tres tam validos evitasae juvenes*] Pato sumpta esse ex Homeri haece Odyss. χ. τίς κ' οἴοντο, μὲν ἀνδράσι δαυτομόνεσσι, Μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσιν, καὶ εἰ μῦλα κάρτερος ἔη, Οἱ τεύξαν θάνατόν τε κακόν, καὶ κῆρα μέλαιναν. Cujusmodi et haec Helenae apud Euripidem: Πῶς; εἰδέναι πρόθυμος, οὐ γὰρ ἀπαίδων ἑλάνω βάθρα μίαν υπερδραμένη χέρα τοσοῦδα καίτας, ἢν ἀπεσνάλης μέγα. De voce *evitare* vide Elmenhorstii Indicem, et adde ista IV. 34. Artemidori: Τὸ, ἡβριὸν σε ποιῆσω, ὅμοιον τῷ, ἕξ τοῦ βίου ποιεῖν τουτέστιν, ἀποκτενῶ. *Pric.* *Evitasae*] Vita spoliassae. *Evitasae* enim verbum est vetus, nec omnibus obvium, quod significat vita privare: et ita legere malim, quam *enecasse*: quod quidam, insolentiam hujus verbi reformidantes, fecerunt: sed elocutioni Appuleianae magis congruit *evitasae*, quam *enecasse*: cum alterum sit oppido quam eruditum, alterum protritum. Item Actius poeta apud Ciceronem in III. Tusculana: 'Haec omnia vidi inflammari, Priamo vitam evitari:' id est, vitalitate spoliari. Beroaldi.

Tormentis veritas eruenda] Lib. x. 'Vi tormentorum veritatem eruit.'

Vide notas ad Minutium. *Elmenh.* Isocrates Trapezitico pag. mihi 728. *Idem* in Add. Bert. *eruenda* est. Miror vero, Pricæum exponere verbum *exprimenda*, quasi ibi exstaret in Appuleio. Haec mera est glossa. Vide Gæs. ad Suet. Cæs. c. 67. Anson. Praef. Gryph. Tern. 'Libellum situ chartei pulveris eruere:' et ibid. p. 449. ubi inter *eruta* et *oblata* distinguit. Gell. lib. XVIII. cap. 4. 'Medallam verborum ejus eruere.' In Fux. *erudienda*. Oud. *Prohinc tormentis veritas exprimenda* est] Tacitus Annal. XIV. 'Ordinem inasdiarum, seque auctorem, et socios per tormenta eddidit.' Et bene 'veritatem tormentis exprimendam' dixit. Sic infra x. 'Vi tormentorum veritatem eruit.' Plinius Epist. libro x. 'Necessarium credidi, &c. quid esset veri, et per tormenta querere.' Sidorius VIII. 11. 'Criminis veritatem de pectoribus invitis tormentorum terror extrahit.' In lib. XXII. Cod. de administr. tutor. vel curat. 'Sub questionem positi, poterunt veritatem prodere.' Isidorus Orig. v. 22. 'Fiduculæ dictæ, quod his rei, &c. torquentur, ut fides inveniat' ubi *fides veritatis* intellige. Synesius in Epistolis, διὰ βασάνων τὴν ἀλήθειαν θηράσθαι dixit: et post, de quaestionariis loquens: 'Ὅνυχές τινες αὐτοῖς εἰσὶν ἐξευρημένοι, συλλογισμῶν ἐπιστημονικῶν ἔχοντες δύναμιν, ὥς τ' ἔτι ἂν ἐκείνων κρατούντων ἀναφέρει τοῖς αὐτοῖς τ' ἀληθείας. Elianus apud Suidam: 'Ἐκείνων, &c. στρεβλοῦσι, καὶ κατατεινόμενος ἀληθὴ λέγει. Notabis porro locutionem 'exprimere veritatem.' In lib. I. ff. de quaestion. 'Sunt qui duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab iis veritas non possit.' Cyprianus ad Demetrianum: 'Torquentur rei, qui se negant crimine quo accusantur teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promittitur, dolore corporis exprimitur.' *Pric.* *Et res ad hoc deducta est*] Quintilia-

nas Declam. coccxii. 'Omniſque eo deducitur quæſtio, ut diſcipiatis,' &c. Cicero in pro Roſcio Comedo: 'Ergo hæc uniuerſa cauſa deducitur, ut,' &c. *Idem.*

Cum ritu Græciſi ignis et rota] Libr. x. 'Nec rota vel equuleus more Græcorum tormentis ejus apparatus jam deerant.' Lucret. lib. iii. 'Scolerisque inola, Carcer et horribilis de ſaxo jactus' deorum, Verbera, carniſces, robur, pix, lamina, tædæ.' Rota peculiare ſupplicium fuit ſervorum, qua excuſpabatur, ſi quid illi perperam admiſerant. Ariſtophanes Pluto, Act. iv. Sc. 3. f. 87. *Ὁ μὲν εἰς ἀγῶνι ἰὼν ταχέως; οὐκ ἂν φέροις Ἐπὶ τοῦ τροχῶ γὰρ οἱ δὲ σ' ἐκείνους ἐσθλοῦς ἔλθων ἢ νεωποτόργους.* Scholiaſtes Græcus: Τροχὸς τις ἦν, ἐν ᾧ δεσμοῦμενοι οἱ αἰχμῆναι ἐκάλειντο. τοῦτο δὲ λέγει δ' ἔκινος πρὸς τὸν θεράποντα. Cælius Rhodigiæus Antiquar. lect. lib. x. cap. 5. rotam Græciſem cum rota Germanorum (qua rei contuſi crebris icibus lenta morte et maximo cruciatu pereunt) ineptiſſime confundit, ut obſervat Cajacius lib. iii. Obſerv. cap. 22. et poſt eum Brodæus in Face Critica, tom. ii. p. 475. *Elmenh.* Hinc Cic. v. T. Q. c. 9. 'In rotam (id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos) beatam vitam non eſcendere.' In Fax. *Grenensis*, in D'Orv. *Grenensis*, ut *Idem* cum Palat. dat lib. xi. p. 261. 'Sermone ritque Græciſi.' Sed et ſic Gell. lib. xix. cap. 10. 'In ſcimpodio Græciſi.' Sic ab Hiſpania, 'Hiſpanienſis,' et alia. *Oud.*

Tum omne flagrorum genus] Flagrorum correxit Beroaldus, cum flagitiorum edatur in Edd. primis, quod et retineat Pith. Oxon. Fax. Guelf. D'Orv. aliiſque. An pro flagello fuit et in non flagillum, ut a ſigno, ſigillum, ſcripſeritque Appuleius flagitiorum? Sed flagrorum recte ſervat Regius. Ite tum in Flor. Pith. eſt cum. In D'Orv. Fax. Pal. Ox. et. *Idem.* *Id-*

nis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur] Plutarchus in *παρὰ δόλοισι*. 'Ἀθήνας τε καὶ βίαν, καὶ τὴν, καὶ μάστιγας ἐν αὐτοῖς.' Achilles Tatius lib. vii. *τὴν μὲν μάστιγας παραΐδοντες, τὴν δὲ τὴν, καὶ τροχόν, &c.* Agathias in re ſimili: *Δουραὶ εὐθραὶ παραγχεῖται, κλειστοσφῆρά τε καὶ τοῦτοσφῆρα, καὶ ἄλλα ἕλλα ἔργα καλοσφῆρα.* Ammianus lib. xxi. 'Intenduntur equulei, expediuntur pondera plumbæ, cum ſidiculis et verberibus.' Quintilianus ix. Declam. 'Fræhebant omnia apparatus mortis: hic ferrum acnebat, ille accendebat ignibus' (malim *ignitas*) 'laminas: hiæ virgæ, inde flagella adhibebantur.' *Prie. Flagitiorum]* Corrige flagrorum: ut ſit ſenſus: Omne genus flagellorum verberumque illatum importatumque fuiſſe. *Beroald.*

PAG. 49 *Integro saltem mihi mori non licuerit]* Tò mihi abest a Flor. et Bert. *Elmenh.* Nec comparat nomen in Mas. Pith. Palat. Oxon. D'Orv. aliſque. a Colvio primo intruſum, nec neceſſarium; quin et elegantius ſubintelligi videtur. Vide loca prolata ad Cæs. lib. iii. B. Civ. cap. 1. Unæ itaque bene incluſit Scriverius. In Regio, Fux. tamen eſt, *me mori*, quaſi pro *mi*. Ceterum in Reg. Fax. Pith. Pal. D'Orvill. Guelf. eſt *saltem*, ut sæpe. *Oud. Duplicatur mihi mortis, quod integro saltem mihi mori non licuerit]* Virgil. i. 'Ingemit: ubi Servius: 'Non propter mortem, &c. ſed propter mortis genus.' *Prie. Quod integro saltem mihi mori non licuerit]* Miles. vii. 'Moriturus equidem nihilominus, ſed moriturus integer.' Juvenalis: 'Ceciditque Cathægus Integer, et jacuit Catilina cadavere toto.' Philo ii. de legg. ſpecial. *Μεγάλῃ, δὲ ἐν κακοπραγίαις νομίζοντας εὐτυχίαν, τὴν ἄνθρωποι βασιλῶν τελευτῇ. Idem.*

Permitta corpora necatorum revelari] Quintilianus vi. 2. 'Non ſolum autem dicendo, ſed etiam faciundo, quædam, lacrymas movemus: unde

et producere ipsos qui periclitantur aqualides atque deformes, et liberos eorum ac parentes, institutum, et ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, et lecta e vulneribus ossa, et vestes sanguine perfusas videmus, et vulneca resolvi, et verberata corpora nudari: quarum rerum ingens plerumque vis est, velut in rem presentem animos hominum ducentium.' *Idem.*

[*Et formæ similis et æt.*] Inepte Colvinus cum Vulcanio exhibuit *similis*, refragantibus ceteris præter Gueiferb. et Pal. Mss. et Edd. Vett. *Simul et* eleganter dicitur pro *cum, tum; tam, quam*, pariter. Vide me ad Sueton. Cæs. c. 67. 'Simul et ad speciem, et quo tenaciore essent.' Infra lib. x. p. 231. Bis ea copula et e Mss. post *simul* restituenda est Septimio de B. Troj. lib. II. c. 42. 47. *Oud.*

[*Ad j. indignationem arrecti*] Palat. *arrepti*. Elmenh. Sic etiam Oxon. Gueif. D'Orv. Edd. Vicent. Juntinæ, Aldique habent: unde credas legendum esse, *abrepti*, sive ablati et effiaci misericordiæ vi inducti. Nihil enim frequentius est confusione compositorum 'arreptus' et 'abreptus', et sæpe in Appuleio usu venit. Sic 'æstus ingenii abripit' apud Ciceronem, 'licentia vitæ' apud Claudian. de Cons. Prob. et Olybr. vs. 153. et alibi. Conans Drakenb. ad Sil. lib. v. vs. 229. Certe ita malle, quam cum Pricæo emendare *erecti*: quod eodem redit. Sed potius nil muto. Vide lib. II. p. 40. 'Studia presentium ad miraculum tantum, certatim adrexit:' ibique Pricæum. Lib. IV. p. 74. 'Paucos sollers species ad munus obendum adreberat.' Lib. VI. p. 114. 'Præmii capido mortalium studium adreberat.' Immo sic plane in Indignatione Valer. Flacc. lib. II. vs. 186. 'Ilicet arrectæ mentes, evictaque matrum Corda sacer Veneris gemitus rapit.' Hinc quoque vulgaris Ovidii lectio defendi posset pro *ad-*

tenuit, quod tamen præfero, lib. III. Met. vs. 631. 'Quis furor, &c. vestras Attollit mentes.' Quomodo et Hirtio lib. VIII. B. G. c. 19. dicuntur elati 'iracundia victores.' Simile quid lib. IX. p. 191. 'Hac fallacia inductus, immo vero sublatus:' ubi vide. Perperam enim id mutarunt multi. *In indignat.* Fux. *ad istam* Gueif. *Oud.* *Ut et formæ simul, et ætatis contemplatione ad justam indignationem arrecti, pro modo facinoris sæviatis*] Plane sic altera mater illa apud Quintilianum x. Declam. 'Miseremini Iudices, ut hoc facinus quibus debetis, accipiatis animis.' Pro *arrecti* heic, (quod mendum et lib. II. sustulimus) *erecti* reponendum puto. Ammianus (indubie ex hoc Appuleii loco) lib. XVII. 'Ad indignationem justam erectus Julianus.' Et lib. XXVI. 'Ad indignationem justam Imperator erectus.' Notetur heic autem 'formæ et ætatis' conjunctio. Afranius: 'Ætas integra est, formæ satis.' Terentius Andr. 'Mi Pamphile, hujus formam atque ætatem vides:' ubi Engraphius: 'Commendatio, duas ad misericordiam causas continens: formam atque ætatem:' ad quem locum etiam Donatum vide. Justinus lib. v. de Alcibiade: 'Ætatis flore, et formæ veneratione, &c. inter Athenienses insignis.' Statius in Epicedio pueri: 'Hinc anni stantes in limine vitæ, Hinc me forma movet.' Ibidem Paream alloquens: 'Non te forma movet, non te lacrymabilis ætas?' Virgilius VII. 'Hunc decus egregium formæ movet atque juvenia:' sic supra lib. II. Noster 'ætatem' et 'pulchritudinem' junxit. Josephus xv. 8. de Herode loquens, Aristobulo per dolum sublato: *Τάχα μὴν καὶ τοῦ πάθους ἀπονικάντος αὐτόν, ἂν ὄφει τῆς τε ὕψους καὶ τοῦ κάλλους, &c.* *Pric.*

[*Lectulo*] E codice Florent. deminutivum hoc prætulit Elmenh. eique accedunt D'Orv. Oxon. Fux. ut pag.

48. 'Lectulum, quo peremptorum cadavera contexta erant.' Merito igitur receperant id seqq. Editores. *Oud.*

Renitentem] Scripturam a Colvio repositam, et a Vulc. sive Scal. retenantam, juvat Pith. et D'Orv. *renu-antem*. In Coll. Voss. est *renitentem*, Ed. Bas. pr. *renidentem*. Sed bene jam Wower. ante Elmenh. restituit *renitentem*: ut est in ceteris Mss. et Edd. lib. i. in f. 'dum modeste renitor.' Lib. III. p. 43. 'Trabere me sate non renitentem:' ubi etiam vide. Statim: 'injecta manu, me remitentem.' Lib. VI. p. 116. 'Trahebat eam, nequaquam renitentem.' Septim. de B. Tr. v. 14. 'Renitenti-bus solis omnium.' Sic enim Mss. Leid. et Obr. Vulgo, *contraditibus*. Adde Triller. lib. II. Obs. c. 23. Drakenb. ad Liv. lib. v. c. 49. 'Illi renitentes pactos esse dicerent.' Dein *procedens* Guelf. *Idem*.

E regione lateris] Perperam Gruterus et Elmenh. in Indice, *lateris* explicant *feretri*: ut vidimus ad lib. II. p. 39. 'Occurrit ad latus.' *Idem*.

Tendentes] Fateor, me non intelligere, quid sit 'tendere manum e regione lateris.' Ait Beroaldus, Victor ex parte laterali ipsum percutientes impulsi, ut porrigeret manum. Sed tam rectius Auctor omisisset præpositionem. Nam cum significare volunt actionem vel rem, quæ sit vel est aliquo loco, dicunt 'regione hujus ejusve loci;' cum vero motum ex illo loco vel oppositionem ex adverso designant, 'e regione,' ut lib. IX. p. 194. 'e regione mulieris profectum sonum:' de Dogm. Plat. lib. I. 'e regione cervicem qualitates ad procreandum commearo.' Adi Comm. Burm. et meos ad Sueton. Cæs. cap. 39. 'regione Martii Campi:' quosque Hlio citavi. Hygin. Astron. lib. I. c. 8. 'Oceanus regione circumductionis sphaeræ profusus:' ubi frustra alii in-

vel e addunt. Insignis est locus Vitruvii, sed vulgo corruptus quoque, lib. IV. c. 7. p. 75. 'Spatium, quod erit ante cellas in pronas, ita columnis designetur, ut angulares contra artus parietum extremorum e regione collocentur. Duae mediæ e regione parietum,' &c. Primo loco Mss. 2. Voss. Frank. omittunt e. Verissime. Vult collocari priores columnas regione extremorum parietum, sed alias ex adverso parietum, sive e regione *cella parietum*, ut ait pag. 77. Adde lib. IX. c. 7. correctam jam a Cl. Heringa Obs. cap. 16. Column. lib. VIII. c. 17. 'Piscina deprimitur ea parte litoris, quæ profundi recessu numquam destituitur.' Sic Mss. Sang. et Med. Vulgo, in ea. Scripsi *profundi pro profuso*. In Mss. enim *frondi*. An *prona*? Potem igitur veram esse hoc loco conjecturam Gruteri lib. VI. Suspic. c. 8. expressam quoque a Scriverio et Florido, *tendentes*, sive extendentes manum meam a latere in feretrum et super cadavera porrigentes. Nam etiam minime credibile est, hos Magistratus Lacium nostrum aliquo pacto ledere voluisse, quum omnis hæc actio risu gratia sit instituta. Eadem est confusio in his vocibus apud Boëthium lib. II. de Cons. Philos. Carm. 8. de mari: 'Ne teris liceat vagis Latos tendere terminos:' ubi male contra Mss. et in his Leidd. ac sensum auctoris, vulgatum *tendere* probare conatur Sitzman. *Cudentes* Pith. *Idem*.

Manum super ipsa cadavera porrigunt] De hoc tangendi cadaveris ritu vide, quæ observat Simon Majola in Diebus Canicul. fol. 18. &c. Hieron. Magius Miscell. lib. II. c. 5. *Elmenh.*

Retexti c.] Corp. ret. Pal. detexi, Reg. quoque, Fux. et Oxon. Sed præcessit jam, 'corpora manu detegere.' In Flor. n. 14. 'Cumque interscapilium crates retextisset.' Vide ad Suet. Aug. c. 78. 'retextis pedibus.' *Oud. Arrepto pallio, retexti cor-*

pora] Oxon. *Abjecto pallio* : sic v. 'Rejecto velamento : ' et post, 'detexti corpora.' Gloss. 'Αποκαλύπτω, revelo, detego.' Aliud Glossarium : 'Detexit, ἀπεκάλυψε.' *Pric.*

Quæ facies rei! quod monstrum] Lib. I. 'Quæ facies! quod flagitium!' *Idem.*

In peculio Proserpina] Fusc Claudianus de raptu Proserpinæ lib. II. vs. 92. et seq. *Elmenh. Jam in peculio Proserpinæ, et Orci familia numeratus*] Præsentio mortis certissimo quasi jam e vivis exemptus : 'supervivens sibi, &c. vel certe destinata jam cruci candidatus : ' ut supra lib. I. locutus. Bene itaque 'in Orci familia, et Proserpinæ peculio.' Virgilius XI. 'Juvenem exanimum, et nil jam celestibus ullis Debetem,' &c. ubi Servius : 'Superis debemus omnia donec vivimus : quia, ut dicunt Physici, cum nasci cœperimus, sortimur a Sole spiritum, a Luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Jove desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem : quæ omnia singulis reddere videntur' (melius, *videmur*) 'extincti.' *Idem* ad *Æn.* XII. 'Donec vivimus, curæ sumus Diis, post mortem ad Inferos pertinemus.' *Orcus* (ut recte Beroaldus) hic *Plutonem* signat. Vide Servium ad ea VI. *Æn.* 'Primisq; in faucibus Orci.' *Pric.* *In peculio Proserpinæ, et Orci familia numeratus*] Scriptor Maccabaici 3. Πλησίου ἔδον, μάλων δ' ἐν αὐτῇ βεβηκότες. *Idem.*

Rationem idoneis verbis expedire] Formula hyperbolica, qua utimur, quotiens significamus, rem, de qua agitur, superare vim rationis nostræ. Lib. IV. 'Quis tantas ingenii, quis faciendæ, qui singulas species apparatus multijugi verbis idoneis possit explicare?' *Elmenh.*

Tres utres inflati] Ἀσκολοὶ πεφυσμημένοι. Epicharmus apud Theodoretum Orat. I. contra gentes : τρεῖς ἀσκόπων, ἀσκολοὶ πεφυσμημένοι. *Idem.* *Utres*

inflati, variiq; foraminibus acti] Μαχαρίδεις τρεῖς ἀσκόδες διατρητῶν apud Suidam occurrit. *Pric.*

Cohibitus risus exarsit] Hom. II. α. ἄσπετος γέλας. Mart. Cap. lib. VIII. p. 271. 'Crapulæ exundatione conspecta, &c. ut connisso cohibere risum hoc maxime impetulantis proruptionis sonitum, effusique cachinni libentiam provocarint.' Ita 2. Mss. Alii *licentiam* rectius. *Wass.* Immo rectius *libentiam*, ut est in quatuor vetustissimis membranis Leidd. Præcessit *licentiam*. Confer notata ad lib. I. p. 5. 'Ad libentiam proclivis sermo.' *Oud.* *Tum ille, quorundam astu cohibitus risus, libere jam exarsit in plebem*] Tale apud Tacitum illud Annal. XIV. 'Libertas Thræsæ aliorum servitium rupit : ' et Nostrum in Apologia, 'Aliorum tacitas suspiciones palam abrumpere.' 'Quorundam astu' et infra lib. VI. dixit. *Pric.*

Dolorem ventris] Ex nimio enim risu dolor ventris oritur. Lib. X. 'Risusque latissimo adusque intestinorum dolorem redactus.' Lucianus Eunuchus : 'Ἐρεὶ πάντας δ' γέλας κατέχευε, καὶ οὐδὲν, ὅστις οὐ τὴν γαστέρα ἤλαγε βρασσόμενος ἐν αὐτοῦ, ἐγνωσαν ἀνατόμιμον ἐς τὴν Ἑλλάδα. *Elmenh.* *Hic gaudii nimietate gratulari, illi dolorem ventris manuum compressione sedare*] Quintilianna VI. 4. de Risu : 'Eruptit invitis sæpe, nec fultus ope vultus modo ac vocis exprimit confessionem, sed et totum corpus vi sua eoncutit.' 'Gratulari' hic est 'gaudere.' Macrobius II. 8. 'gratuletur,' pro eo quod apud Gell. XIX. 2. 'gaudeat.' Sic infra IX. 'Laboris libertate gratulari : ' et II. Florid. 'Vir cui omnes Provinciæ quadrijuges et sejuges currus ponere gratulantur.' Suetonius Tiber. 'Gratulanti inter pœnam quod non et locustam, &c. obtulisset,' &c. Augustinus VI. 9. Confess. 'Tanquam furem manifestum se comprehensisse gratulabantur.' Cassiodorus III. 40. 'Non gra-

tulamur exigere, quod tristis noscitur solutor offerre: et XII. 23. de Istria: 'Divino munere gravidam vini, olei, vel' (id est, et) 'tritici præsentī anno fecunditate gratulari.' Solinus, (si memini) 'Cervi congregatione gratulantur.' *Pric.*

Et certe] Male et certe tentat Stewech. Sensus est: Et, si non prorsuperint in tanta gaudii indicia, profecto, saltem, et in summa, omnes lætitia delibuti. Lib. VI. p. 130. 'Ut primus vivam cremari censoret puelam, secundas bestia, &c. Certe calculo cunctorum mors ei fuerat destinata: ubi male a nonnullis excluditur. Plura vide ad lib. VI. init. 'Et si non uxoria blanditiis lenire, certe servilibus precibus propitiare.' Atque ita passim apud alios. Sic etiam *vel certe*. Vide ad lib. VI. pag. 111. *Ond.*

Lætitia delibuti] Lib. X. 'magno delibutus gaudio.' Terent. Phorm. Act. V. Sc. 6. 'Sati' est, si te delibutum gaudio reddo.' *Elmenh.* *Lætitia delibuti, neque respectantes cuncti theatro facessunt*] *Obrus* (ut apud Heliodorum lib. VII. est) *ἐγὼν δ' δὲ αἷματος κριθήσεσθαι προσδοκώμενος, εἰς κομὴν ἐκ τραγικῷ τὸ τέλος κατέστρεψε.* *Pric.*

Fixus in lapide steti] *In lapide* absunt a Pal. Guelf. et Oxon. *Lapidem* conjecerunt quoque Lipsius, Sopiugius, Piccartus Peric. Crit. cap. 4. Barthius ad Claudian. in Ruf. lib. I. 152. et lib. IX. *Advers.* cap. 8. et ediderunt Scriv. ac Florid. Scripti tamen servant *lapide*. Nimis dubie. Quare *lapidem* præfero sive in modum et speciem lapidis. Sæpe de hac locutione in Nostro fuit monendum. Lib. II. p. 23. 'Jam in cervum ferivus.' Lib. III. p. 19. 'in avem similem gestiebam.' in f. 'in faciem asini fœna rodebam.' Sic et corrigendus Vegetius lib. III. c. 19. in v. 'litteram componitur.' Adī quoque Serv. ad Æn. XI. 771. 895. 'in plumam.' Sal-

mas. Plin. Exerc. pag. 166. 248. 368. qui hinc plurimorum Codd. et Edd. Veteram scripturam, cap. 53. p. 59. 'in purpuream emicat claritatem,' non debuerat mutasse. Apud J Ctos 'in feminam,' pro instar feminæ, &c. Vide Brisson. de Verb. Signif. pag. 437. Plura videbimus ad lib. VI. p. 129. 'Jupiter mugivit in bovem,' vel *bove*. Eodem, quo hic sensu, lib. VI. p. 119. 'Mutata in lapidem Psyche:' ubi etiam Mss. quidam, certe prave, *lapide*. *Ond.*

Steti gelidus] Petron. 'Frigidior hyeme Gallica factus, nullam potui verbum emittere.' Vide Senecam Troad. vs. 623. et in Œdipo vs. 224. Ovid. VII. Met. vs. 156. Valer. Flacc. lib. VII. vs. 529. *Elmenh.* *Fixus in lapidem steti gelidus*] Plaut. Trucul. 'Lapideus sum, commovere me miser non audeo.' I Sam. 25. *Ἐνυρέθωνεν ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐγένετο λίθος.* Vide et Exod. 15. 16. Infra lib. V. 'Mutata in lapidem Psyche, præsentī corpore sensibus tamen aberrat.' Achilles Tatius lib. III. de Niobe: *Δόξαν παρέσχεον ἐκ τῆς ἀκνησίας ὥστε λίθος γινώσκον.* Πήγνησθαι ὅτι τοῦ θαύματος, καὶ ὅτι ἀνθρώπου λίθος γίνεσθαι, etiam Lucianus in Imaginibus dixit, et, *ἐκπλήξει εἰς τὸ ἀκνηστον πήγνησθαι*, Euxapius in Excerptis. Philo, ubi de Medusæ capite: *Τοῦτο μῦθον μὲν πλάσμα ἵσταν εἶναι, τὸ δ' ἀληθὲς αἱ μεγάλαι καὶ ἀβούληται συντυχίαι ἐπιφέρουσιν.* In de Legatione. *Pric.*

Nihil secius, quam] D'Orv. nil. Fux. et nihil secus. Oxon. quoque et Edd. Colvio priores, *secus*. Vide ad p. 77. lib. IV. In nota *Pric.* *nihilo secius*: uti passim apud alios. *Ond.* *Nihilo secius quam una de cæteris theatri statuis*] Ovidius III. Metamorphos. 'Vultuque immotus eodem Hæret, ut e Pario formatum marmore signum.' Philo: *Τοῖς σώμασι παρῆναι, τὰς διανοίας ἀπλλάχθαι, εἰδένων καὶ ἀνθρώπων μὴδὲν διαφέροντες.* *Pric.*

Nec prius ab Inferis emersi, &c.] Recte ab Inferis emersi, quia Orci se candidatum putavit. Themistius v. Orat. 'Τὸ τοῦ νόμου κατακρινόμενος ἐξέλθαι τῆς ἐκ τοῦ νόμου ἀνάγκης, καὶ παραγγέλλειν εἰς τὸν ἥλιον ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ Ἀχέρους. Artemidorus II. 60. Φαμέν ἐν τῇ συνηθείᾳ, τὸν παρὰ προσδοκίαν σωθέντα, ἐξ ἔθου ἀναβεβηκέναι. Id.

Secum attraxit] Hic et alibi III. N. Helmsius malit abstraxit, ex antiquis membranis: sed quæ illæ sint, ego quidem nescio. Consule eum ad Ovidii lib. VII. Met. 413. 'Cerberon abstraxit.' Oud. Clementi violentia secum attraxit] Augustinus Confess. lib. VIII. de Alypio: 'Quidam ejus amici, &c. recusantem vehementer, et resistantem, familiari violentia in amphitheatrum duxerant.' Supra heic lib. I. 'Clementer me trahere adori- tur.' Pric.

Domum] Bert. ad domum. Elmenh. Hujus codicis solius auctoritate Elmenh. et seqq. addiderunt præpositionem. Et sic sane lib. II. pag. 38. 'Ad domum B. pervenimus.' Lib. VIII. 'traherat ad domum.' Lib. IX. 'Solum perducit ad domum.' Et sic passim apud optimos quosque. Vide Voss. de Constr. cap. 42. Reliqui tamen Mæsti editique carent τῷ ad. Eadem est confusio in Hirt. B. Alex. c. 53. 'Relato domum Cassio.' Ed. Bas. pr. domumque. Oud. Et observatis viæ solitudinibus, per quasdam anfractus domum suam perduxit] Glossæ: 'Anfractus, περίοδος.' Petronius: 'Per anfractus deinde obscurissimos egres- sus, in hunc locum me perduxit.' Sic Taciti Histor. III. 'viarum anfractus.' 'Aversos angiportus' Plautus Persa dixit. 'Viæ solitudines' sunt quas Sirachides IX. 7. Τὰ τῆς πόλεως ἔρημα vocat: ubi tamen Latinus Interpres videtur ῥόμας legisse: at verior altera scriptura: sic ἔρημοι δόδοι Enripides; apud quem dicenti Pentheo, καὶ πῶς δὲ ὅσους εἰμι καθύμινους λαθόν; respon- det alter: 'Ὅδους ἐρήμους ἱμεν, ἐγὼ δ'

ἤγησμαι. Agathias lib. III. πορείας διαλανθανούσας vocavit. Pric.

Etiā tunc] Scriverius edidit, etiā nunc. Quo res præterita tamquam præsens sistitur. Vide ad lib. I. pag. 12. Ed. Pric. et ad Cæs. lib. VI. B. G. c. 40. Sed nihil hic variant Mss. Inf. pag. 56. 'Quod nihil etiā tunc promoveret.' Lib. VI. p. 137. 'Quam mihi etiā tunc splenderent.' Oud.

Solabatur affatibus] Bertin. et Flor. solatur. παραμυθεῖσθαι. Heliodor. lib. V. 'Ἐπικουφίσαι παραμυθίᾳ τὴν συμφορὰν, et lib. I. παραμυθεῖσθαι τε καὶ ἐπιφω- νῆσαι ἐπαρώντο. S. Johannes XI. 19. et vs. 31. Ἐλεμὲν. Restitui præsens solatur ex Mss. tum citatis, tum Oxon. Pith. Fux. Par. Pal. quod muta- runt primi Basileenses, quia præces- sit præteritum. Sed nihil hac tem- porum permutatione crebrius esse in historica narratione, inter doctos vi- ros nunc constat. Vide ad lib. II. p. 37. 'Intropit et recognoscit.' Oud. Variis solabatur affatibus] Catullus: 'Qna solatus es allocutione?' Pric.

Nec tamen indignationem injuria, quæ inhæserat altius meo pectori, per- mulcere quirit] Infra lib. IV. 'Introvo- catæ anui præcipiunt, assidens eam blando quantum posset solaretur allo- quio, &c. nec tamen puella quivit ul- lis aniculæ sermonibus ab inceptis fle- tibus avocari.' Idem.

Ecce illico magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, &c.] Confer Act. 16. 37. Idem.

Delenire] Sic vel invitā Mss. et Edd. reposui pro delinire, quod hic locum non habet. Vocalis e requiritur, ubi placandi, mulcendi, mitigandi ac leniendi sensus est. Ut in Apol. p. 475. Ed. Flor. 'Animum humanum odorum delenimento soporari.' In Flor. N. 17. 'Ille immanium bestia- rum delenitor.' Sic enim recte utro- que loco Edd. pp. Vulgo t. Ac sic legendum in Apol. p. 560. Ed. Flor. 'Iram ejus deleniat.' Contra lib. VI. p. 120. 'Me indidem delinitam,' rec-

te, unguento scilicet delibutam et illitam. Et sic fneatam orationem 'voluptatum delinimentis' dixit Arnob. lib. i. pag. 35. quam vocem Veteres non adhibuerunt. De hac distinctione *τὸν δολεῖν* et *delinire* consule omnino Col. Drak. ad Liv. lib. iv. c. 51. lib. v. c. 31. vii. 38. 'Instrumento omnium voluptatum delentit animi.' et lib. xxxix. cap. 11. 'Excetrū delinimentis ac venenis imbutum.' Nec fidem tribuas dictis Grævii in Epist. Corp. t. iv. p. 705. Oud. *Talibus me monitis delinire gestiant*] 'Me sic affari, et curas his demere dictis.' Prie.

Neque tuas dignitatis, nec etiam, &c.] Sic tacitus edidit Wowerius, ut adnotatum vidi e Palatino Cod. sequentibus Elmenhorstio et ceteris. Sed Mss. reliqui adstipulantur Edd. prioribus in *vel etiam*. Quem dijunctivum conjunctionis modum multis adstruxi ad Cms. lib. iii. B. G. c. 14. 'Neque satie Bruto, vel Tribunis militum.' Adde Bentlei. ad Horat. Ep. xvi. 6. Rursus contra Mss. hoc corruerunt lib. xi. p. 264. 'Nec me fefellit, vel prolatione cruciavit.' Vulgo nec. Eademque confusio de Dogm. Pl. pag. 572. 'Nulla specie, vel,' &c. Phil. Mor. pag. 615. 'Nec nri aut secari.' Oud. *Neque tuas dignitatis, vel etiam prosepia, &c.*] Miles. x. 'Ut ejus prosapia atque dignitas postulabat.' Onomast. vetus: 'Prosapia: ἡ ἐκ ὑπογῶν ἐβληται.' Prie.

Tristitudinem mitte, et anorem animi depelle] 'Tristitiam et metum Tradas protervis in mare Creticum Portare ventis.' Idem.

Per annua reverticula solenniter celebramus] Sic 'annua reverticula' iv. Florid. dixit: et 'reversionem annuam' in de Mundo: et proprie 'de annua festivitate solenniter celebrare.' In veteri doctissimo Onomastico, 'Solennia, ἀρχαία.' sic 'anni incipientis solennia' Tacitus iv. Annal. Servius ad Æn. viii. 'Anniversaria sacrificia,' id est, 'solennia.' Idem.

Lestatis] In nulla Ed. vidi *lestatur*, essetque plane vitiosum. *Lestari* enim est mere deponens passivum, sive oblectari: diciturque semper de eo qui gaudet, et per alium vel rem quampiam gaudio adficiatur. At 'lutare,' est lœtitia suffundere, lætum reddere. Lib. v. p. 96. 'O nos beatas, quas infantis auroi nutrimenta lætabant.' Et sic Lælius Acciusque sunt usi apud Noniam c. 2. p. 132. Ed. Merc. Oud.

Patronum scriptis] Lapis vetus Gennadii: M. VLPIO. PVPIENO. SILVANO. V. C. CIVI. ORATORI. ORDO. ET FORVLVS. SVRENTINORVM. PATRONO. PRÆSTANTISSIMO. Et alias in Via Appia Formis: L. VARRONI. L. V. PAL. CAPITONI. SCRIBÆ. EDMIC. AGGENSE. VELATO. IIVIRO. QVINGVENE. CVRATORI. VEARVM. PATRONO. COLONIE. QVORVM. HONORE. CONTENTVS SVA. PECVN. POSVIT. L. D. D. D. Erant populo Romano, erant et provinciis sui Patroni; de quibus Cicero Divinatione in Vespem, et ibi Asconius. Cole. Tales innumeros patronos sistunt nobis senem marmoreumque inscriptiones, tam Græcæ, quam Latinæ, sive ἀρχαῖων ἐντυπῶσαι, ut loquar cum Luciano in Dial. Mort. x. t. ii. p. 367. in Corporibus Gruteri, Reinesii, Gndli, Donli, Muraterii, aliorumque. Vide et Prie. *Scriptis etiam in Regio, Fax, et D'Orvill. forte pro scribitis; ut solet in veterinis membranis. Sed statim Regius dat quoque, decernit. Oud. Nam et patronum scriptis, et ut in ars stat tua imago decrevit*] Seneca v. 8. de Benef. 'Nemo, quamvis pro se dixerit, adfuisse sibi dicitur, nec statim a sibi, tamquam patrono ponit.' Decreta autem hæc statua, appensa honoris tabula, etui id minus exprimitur. Juvénalis x. 'Mergit longa atque insignis honorum Pagina.' Scholiastes: 'Ænea pagina, quæ ante imaginem eorum stans, omnes eorum gradus honorum inscriptos continet:

quam nunc dicimus tabulam Patrenatus.' Ejusmodi multae extant in Inscriptionum corpora. *Prie.*

Ut in ea restas] Mendosus locus, quem sic emendo, perpensis curiose literis, et sensu: *Ut in aere stet imago tua decrevit*: significat enim decrevisse Hypatenos statum ex aere dicendam Appuleio, perinde ac patrono: nam, ut auctor est Plin. sic clientes instituerunt colere patronos quibus status ex aere dicabant in domibus atque in atris, cum in municipiis ornamentum fori status esset. *Beroald.*

Splendidissima et unica Thessalia civitas] Solinus cap. 14. 'De oppidis' (Thessaliae) 'egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia, et Thebae.' Nulla haec Hypata mentio. *Prie.*

Gratiam memini] Quasi dicat: Habeo quidem tibi gratiam tantam, quantum merentur haec tua in me ultronea beneficia: sed me tali honore haud equidem dignor, cum status honoratioribus dedicandae sint. *Beroald.*

PAG. 51 *Dignioribus meisque majoribus*] Sciopp. in Susp. Lect. lib. III. c. 6. coniecerat: *me, tisque major.* Sed Piccart. in Peric. Crit. c. 4. emendavit iudem, *meque*: ut in notis expressit Prietius. In Oxon. est, *meis maj.* Si quid mutandum, unice vera est lectio Codd. Lips. Reg. Fux. *meique maj.* quomodo et divinarunt Beroaldus et Pontanus Anal. lib. II. c. 5. Immo Scriverius in textum recepit per Gracismum, de quo vide Vossium de Constr. c. 15. ejusque filium ad Vellei. lib. II. c. 31. et quos laudat Doctiss. Abresch. Lect. Aristot. p. 284. Plin. lib. III. c. 16. Solin. p. 11. 'Nulli amicum inferior claritate.' Vitruv. lib. v. c. 1. 'Superiora inferiorum fieri contractiora.' Lib. IX. 3. 'aëris altiora.' Vet. Interp. Epist. ad Hebr. VI. 16. 'Homines per majorem sui jurant.' Et sic ipse Noster alibi loquitur. Vide

ad lib. VIII. p. 172. 'Non sui fieri meliores.' ad lib. IX. pag. 304. 'Nec tamen sui molliorem provocaverat.' Lib. XI. p. 263. 'Deum magnorum potior.' De Dogm. Plat. p. 579. Ed. Flor. 'Animam omnium gignentium esse seniores.' Cum Colvio tamen malim acquiescere vulgato. 'Mei majores' non sunt proavi hic, sed praestantiores viri et magistri, a quibus quid didicit. Adi Wower. ad Flor. N. 2. 'Major meus Socrates.' Contra 'minores' sunt acrius discipuli. Vide quae notavi ad Sueton. in Vita Persii: 'Quam aequales essent, Cornuti minores;' ut est in Mss. Mox in Oxon. *servare.* Oud. *Meisque majoribus*] Malim legere *mei*, ut sit sensus: status reservandas esse his qui majores fuerint, dignioresque ipso Appuleio. *Beroald.* *Verum status et imagines dignioribus, meque majoribus reservare suades*] Apud Apollon. Rhod. Argonaut. I. *Μή τις ἐμὸν τόδε κῆδος ἀναΐτω.* Virginius lib. III. apud Livium: 'Cum potestatem rerum milites deferrent ei, melioribus meis vestrisque servate ista de me iudicia, inquit.' *Prie.*

Hilaro] Eadem membrana, *hilaro.* Colv. Item Gwelf. Oxon. D'Orv. *hilaro* Fux. Eadem confusio lib. II. pag. 41. 'hilaro et gaudiali ritu.' et lib. VIII. p. 157. 'vultu hilaro.' Sed lib. IV. p. 64. 'hilaro et prospero eventu.' Lib. VI. p. 113. 'hilaris incessibus.' Auson. Prof. c. 7. 'hilaros mores.' Mart. Cap. lib. VI. p. 227. 'nutu' vel 'aie'ta,' ut est in M. antiquissimo, 'hilaro.' Et sic antiquioribus semper: unde adverbium 'hilaro.' Vide Beatt. ad Ter. Adelph. II. 4. 23. Oud. *Paulisper hilaro vultu veniens*] Ἀγλαστον πρόσωπον βαλόμενος, ut apud Aeschylum: τὸ πρόσωπον πρὸς ἡδονὴν σχηματίζας, ut VI. Achilles Tatii. Heliodorus II. Ἐμειβασεν ὀλίγον καὶ βαβασμῶτον, καὶ μόντοι τοῖς χεῖλεσιν ἀντρέχων. Seneca cap. 13. ad Marciam, de Pulvillo Pontifice, morte filii nam-

clata: 'Peractis quæ moris erant præstare defunctis, ad Capitolium redit tuii vultu.' Plinius VI. Epist. 16. 'Hicris aut, quod est æque magnam. unde hauri.' Pric. Remittit. Glæus: 'Remittit, ἐκκατάρ.' ut hoc 'remittit' est quod Hecyrisio Σαρπητός γὰρ προσέειπεν. Idem, Ἀποκαταστήσει τὸ προσέειπεν γὰρ δὲν. Idem.

Quandocumque poteram leticiam me vestigare? 'Male abacer,' ut Tacitus Annal. IV. locutus. Tibullus: 'Difficile est trusti fingere mente jocum.' Tarent. V. 3. Adelp. 'Hodie modo hilarum fac te.' ubi Donatus: 'Fac te, ut laborem ad luctum se convertentis ostendat.' Idem.

Te sero dæ.] Oxon. de s. d. Ed. Serv. de sero d. quod malim ex p. 42. Alioquin videtur obijcere Lucio obritatum, per quam oblitus esset, se deponere convivio, quia id sero et crapula jam distantes egerat. Nisi sero simpliciter summus pro 'heri vespere' cum Pontano ad Macrob. lib. II. S. cap. 3. lib. I. pag. 11. 'cum quo sero deverteras.' Oud. Et convivia, cui te sero deponderas, jam propinquantis admonet] Vocati enim, instante jam cæna iterum admoneri solebant: de quo more vide quæ ad Matth. 22. 4. adnotata. Sero, est heri vespere: vide Pontanum ad Macrob. II. 3. Pric.

Parrus, jussis tuis] Alloquitur servum, non Byrrhænam. Forsan ergo: parentis jussis pios ob. Nec fingi posse videtur adstitisse præcurrenti famulo statim ipsam Byrrhænam. Oud. Quam vellem, inquit, parens jussis tuis obsequium commodare] Lib. VI. 'Quam vellem, inquit, autem meum tuis precibus accommodare.' Infra hoc libro: 'Quam vellem, inquit, illa præstare tibi, &c. quam cupis.' Pric.

Hod. dici præsentissimum numen] Pricæus scribit, alios malle Dei pro dici. Quinam illi sint, nescio. Ipse

hinc Deum facit Deum, ejusque nomen intelligit. Male. Numen enim hodierni dici, est Rian, qui hoc die colitur, hujusque diei præses est, ut huc ceperant Beroald. et Florid. In D'Orvill. præsentis. Pith. efficit. Oud.

Ut ejus h. cæna pigneraret] Pro ut in D'Orvill. est ait. Pricæus ei e Florentino recipi jussit, eique paruit Floridus, duobus Dativis, de quibus audi me ad lib. II. p. 40. 'auribus ei adplicant.' Quamvis et hoc loco cæna possit sumi secundo casu per Elipsin rei causæ, gratia, &c. Unde passim verba cum Genitivo construit Noster. Vide ad lib. I. in f. 'voti gaudeo.' Sed ἐνέχω. Dein pigneraret contra fidem Mæ. et Edd. edidit Floridus. Vide cum alibi, tum Drak. ad Liv. lib. III. 38. 12. me ad Cæs. lib. I. B. Civ. cap. 39. Burm. ad Virg. Ecl. VIII. 92. In Regio, Fax. tamen pignoret. Quo vero sensu is et Mæ. Lipsii, et Edd. Elmenh. Scriv. Pric. exhibent pigneraret, non capio. Appuleio pignerari est passivum, sive pignore quasi dato obligari. Lib. IV. p. 81. 'Caritatis adfectione mihi pigneratus.' Lib. XI. pag. 253. 'Spe beneficiis pignorata.' p. 257. 'beneficio pigneratus.' Et sic Livio lib. XXIV. 1. 'Velut obsidibus datis, pigneratos habere animos.' Activum vero pignerare posuit pro obligare; accepto q. pignore, lib. III. p. 57. 'Tantumque mancipium beneficio pignora.' Alioquin vulgo pignerare, est dare pignori, pignerari, pignori accipere. Vide ad Suet. Claud. cap. 11. Vitell. cap. 7. Heins. ad Ovid. Met. VII. 621. 'Quod das mihi, pigneror omen.' Oud. Hospes meus Milo per hodierni diei præsentissimum numen adjurans, effecit ut ejus hodierna cæna pigneraret] Apud Plant. Trucul. 'Hic ne hodie cænas, salvus cum advenis? Promisi,' &c. Pro dici, (quod in Oxon. Mæ. et Vicent. edit. legitur) alii Dei scribunt, referuntque ad Deum Rian, de quo

supra proxime. Nil mihi mutandum videtur: 'numen diei' dixit, quia et Dies numen. Plant. Bacchid. 'Vulcanus, Sol, Luna, et Dies, Dei quatuor, Scelestio rem nullam hoc illuxere aliam.' Vide et Festum Pompeium in 'Mediusfidius.' *Pric.* *Ut ejus hodiernæ cœnæ pignorer*] Optime Florent. Cod. *Ut ei hodiernæ cœnæ p.* Mendum simile omnes editos insedit supra lib. II. ubi pro *cœnam in modum prosectorum formatam aurium, ei applicat*: legendum ex Oxoniensi Ms. *cœram in modum prosectorum formatam, auribus ei applicant.* Idem.

Nec me digredi patitur] Plant. Rudent. 'Non sinam ego abire hinc te.' Apud Eundem in Sticho: 'Veni illo ad cœnam, sic face.' Et statim: 'Volo inquam fieri, non amittam quin eas.' In Ranis Aristoph. *Εἰσθι*: et post, *Ὅτ' μή σ' ἐγὼ Περιέφομαι ἀπελθόντα*. Hoc Cantic. III. 4. et 2 Reg. IV. 8. *κρατεῖν τινα φαργῖν ἔργον*. Act. 16. 15. *παραβιάζεσθαι*. ad quem locum notata confer. Idem.

Proin ep.] Pal. *Prohinc*. Elmenh. Sic etiam Pith. Fux. Gueff. Oxon. D'Orr. et Edd. omnes ante Colv. nisi quod in Bas. sec. pro Var. lect. sit *proin*; ut dat Florent. et Reg. Sed pag. 48. 'prohinc tormentis veritas eruenda.' L. v. p. 89. 'prohinc cubiculo te refer': ubi eadem varietas. L. XI. p. 259. 'prohinc sentire debere.' Oud.

Jussis balnearibus adsequi] Instrumenta balnearia secum quisque, quoties ad lavacrum ibat, domo adportabat, vel adportari jubebat, nec a balneatore ea suppeditebantur. Juvenalis Satyra: 'Balneæ nocte subit: eonchas et castra moveri Nocte jubet: magno gaudet sudare tumultu:' ubi vetus interpres: 'Castra moveri... Instrumenta balnearia.' Ex quo, obiter notem hoc, non aliter scribendum putem in l. XVII. D. de Instruct. vel instr. leg. apud Martianum.

Martialis: 'Linteæ si sumas, nive candidiora loquetur, Sint licet infantis sordidiora sinu.' De linteis balnearibus loquitur Tertullianus de Virginibus velandis: 'Jam et consilium formæ a speculo petunt, et faciem morosio rem lavacro macerant, forsitan et aliquo eam medicamine interpolant: pallium extrinsecus jactant: calcem stipant multiforrem: plus instrumenti ad balneas deferunt.' *Colv.* Scio sæpe rem dici *jussam*, quam perficere jussi sunt homines; ut 'jussum silentium,' 'jussus ordo,' 'jussum bellum,' &c. uti et ei adtribui actionem, quam præstant eam rem vel gerentes vel agentes. Vide omnino ad Sueton. Ner. c. 25. 'Præeunte pompa ceterarum cum titulis.' Vide et l. IV. p. 75. Et certe de instrumentis Auctorem loqui palam est. Nam servos non habuit Milo, et Lucius modo unum. Hinc l. I. p. 17. Fotidi imperat Milo: 'E promptuario oleum unctui, linteæ tersui, et cetera huc eidem usui profer, et hospitem menum produc ad proximas balneas.' Scabri tamen nescio quid huic loco inest: et pro *jussis* in Palat. D'Orr. Gueff. est *ipsis*, in Oxon. *ipsis*, in Fux. *ipsæ vulneribus*. An, *imperatis b. ads.* Oud.

Nec qui laverim, qui terserim, qui domum reverterim, præ rubore memini] Apud Ter. ille II. 3. Eun. 'Nescio hercle neque unde eam, neque quorsum eam, Ita prorsum oblitus sum mei.' Virgilius: 'Sed nec currentem se, nec cognoscit euntem.' *Pric.*

Omnium oculis, nutibus ac d. manibus denotatus] Beroaldi hæc est emendatio, confirmata a Mss. *devotatus* in Edd. Rom. Vicent. *devoratus* etiam in Junt. perperam hoc loco. Lib. II. p. 41. 'directis digitis et detorti nutibus præsentium denotor.' Vide et *Pric.* 'Manibus destinari' dixit Terull. in Pallio pag. 299. ubi vide Salmas. *Omnium* exsulat et Gueff, in quo *oculos, Manibus* usque ad deni-

quem,' sic et 'in aliquo vindictam capere:.' ut inf. p. 884. *Rosold*. Illic vero, Libro scilicet VIII. p. 162. Ed. *Pric.* est accusativus 'vindicaui in peremptorem:.' de quo loquendi more agam lib. IV. pag. 85. 'In pulchritudinem vindica.' *Mss.* tamen *Regius*, item *Palat. Guelf. Oxon. Par. D'Orv.* exhibent, in *p. muliere*. Omissa potuit esse linea, designans *m.* vel vindicare in aliquo dici æque atque in aliquem, ut *facere in aliquo et aliquem*. De quibus adi ad *Cæs. I. II. B. G. c. 32.* 'Quod in Nervii fecisset.' Sed cum *Florent. et Bertin.* servant *de*, nil temere muto. *L. IX. p. 308.* 'Vindicarent de pollutissimo divite mortem:.' et alibi. Adde *Duker. ad Flor. I. I. c. 22.* 'Supplices de Gallo vindicavit.' In Ed. *Junt.* post. editur: 'Cape i. e. te, et de p. m. vindictam. *Pith.* et *perfidam mulierem*. *Oud.* *Lorum quempiam cinu depremis, mihiq; porrigens, Cape, inquit, oro te, de perfida muliere vindictam, &c.*] *Galenus* in de animi perturbat. de iracundo quodam *Cretensi*: 'Ξαυροῦ καταργητός, Μερδρας ἀράγας με, ἀσβόματος τῆς χειρὸς, οὐκ ὀκνῶν τινα, καὶ προσθὸς ἑλθόντα, καὶ ἐποδοῦντάς με, ἐκδίδους μοι τρογυρὸν ἀπὸν ἐπ' ὧς ἔπραξας, &c. In *Ranis* apud *Aristophanem* ille: *Ὀὐδ', Ὀὐδ' ὄρι θυμῆς, καὶ δικαίως ἀπὸν δρᾶς, ἔδω ἐπὶ τῷ τῆς, οὐκ ἔν ἀνδρείῳ σοι*. Apud *Heliodorum* illa lib. I. 'Ὁ δέσποτα, ἦ κα σοὶ πατήρ ποτε ἐμαυτῆς, καὶ κέρησον δ, τι βούλῃ. *Donatus* ad *III. 5. Andr.* 'Plema satisfactio, est confessio criminis sine poenarum recitatione.' *Pric.*

Nec tamen me putes, oro, sponte angorem istum tibi contraxisse] *Πάραξον, ἄνωστον δδ.* Apud *Heliodorum* jam dicto loco: *Τὸν ναῦδα δδ' ἐπὶ ἀπολλέωνας, οὐκ ἐκούσαν μὲν, ἀλλ' ὁμοῦ συναίτιαν γενομένην*. *Seneca Herc. Fur.* 'Non est nocens quicunque non sponte est nocens.' *Idem*.

Ac, si quid adversi tuum caput respiciat, id omnis protinus meo luatur sanguine] *Seneca* cap. 13. *Consol.* ad

Marciam, de Emilio Paulo: 'Procatum enim se, ut si quid ob ingentem victoriam Invidiæ dandum esset, id suo potius quam publico damno lueretur.' *Plinius* de *L. Emilio Paulo* in *Illestr. Vitis*: 'Progressus ad Populum, gratias Fortunæ egit, quod, ei quid adversi Reipublicæ immineret, sua id esset calamitate decisum.' 'Luatur' (*inquit Fotis*) 'sanguine meo.' *Arnobius* lib. VII. 'Quænam ergo causa est ut alienum orimen meo luatur sanguine?' *Tacitus Annal. I.* 'Ut quicquid istud sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur.' *Idem*.

Facere jussa sum] *Nen* omnes vulgæ ante *Colvium* habent *missa*; sed *Edd.* *Vicent.* *Junt.* post. et *Mss.* *Flor. Oxon. Palat. Guelf. Reg. D'Orv.* alique præbent *jussa*. Quod idcirco sum secutus, quoniam clarius exprimit necessitatem servilis obsequii, jubente hera, licet alia lectio, quam firmat *Bertin.* cum *Edd.* *Rom. Ber. Junt. pr.* pluribusque, facile possit defendi; ut fecit *N. Heins.* ad *Ovid. v. Met. 660.* et *Epist. I. Her. 37.* 'te querere misso:.' ubi et vide *Burmannum*, et me ad *Cæs. I. III. B. Civ. c. 34.* 'In *Thessaliam* ire misit.' Nihil autem frequentius est perturbatione vocum 'jussit,' 'misit,' 'jussus,' 'missus,' 'jussu,' 'missu:.' ut sæpe apud *Cæsar.* *Adi* et *Drak.* ad *Sil. lib. IX. 43.* *Homer. II. A. 442.* *ἐπέμψαν ἀγγέλων*. Haud dissimile lib. IV. p. 64. 'Accedo decerpere.' *Oud.*

M. quadam m. sors in t. recidit injuriam] Vide, quantas turbas præbere possit typographicus error. Recte *Mss.* et *Edd.* *Vett.* uti et *Beroald.* exhibent, *m. quadam m. sorte*. Sed cum in *Basil.* primam irrepsisset, *m. quadam m. sors*, *Basil. sec. Colv. Lugd. Vulc.* dedere, *quadam sors*. Hinc eas *Stewechii* et *Colvii* cum *Acidali* ad *Plantii Stichum* c. 4. divinationes circa verbum recidit accepimus. *Pessimè*. *Infr. p. 61.* 'me pessima sorte conantem.' Nec etiam locus,

'Fortuna mem scævitatē.' Lib. IX. p. 188. 'indignæ rei scævitatē.' Vide et ad l. I. p. 13. 'scæva somnare.' Oud. *Scævitas*] Non tam crudelitas significari videtur, quam sinisteritas, et adversa fortuna. *Scævum* sive *scævum*, quasi *scæon*, id est, sinisterum dici autumant: et vulgus scævum in bona atque in mala revocat: quæ autem scæva sunt, id est, sinistra, ea noxia esse creduntur: quamvis in auspicando sinisterum auspicium pro læto et prospero apud Antiquos accipitur, de quo alibi copiosius. *Beroald.*

Adjuro t. m. carissimum caput] Virg. 'Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.' Hieron. adversus Joviniani hæreses l. I. c. 28. 'Jurandum per salutem illius, ut sit superstitio, optabam.' *Elmenh.* *Adjuro enim, &c. ne tibi quidem ipsi adseveranti posse credere, &c.*] Lib. IX. 'Juro per sanctam ego istam Cererem, me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere.' *Pric.*

Meditatus innoxios] Sensus est, cogitationes innoxie, etiam si male, eventque contrario ceciderint, non esse criminosas, neque culpæ confines existimandas: cum non semper eventus rei sit spectandus sed consultatio: quamvis, ut docet M. Tuill. hoc plerumque faciamus, ut consilia eventis ponderemus: ut quod male cecidit, id male consultum putemus. *Meditatus* autem expone, pro *meditatione*, accusativo casu. *Beroald.*

Culpæ adficere] B. M. *adficere*. Puttean. Sic etiam Flor. Fux. ut passim pro *adficere* scribi solet. Vide Draķ. ad Liv. l. IV. c. 8. Sed bene *adficere* jam edidit Scriverius ac Floridus, et aliquot Nostrī exemplis probat Pricæus, sive culpæ adfices declarare, culpandos judicare. Vide et Stew. ad l. IX. p. 182. 'Addictam victoriam sortis præsignio.' Hinc et forsan in Phil. Mer. p. 615. 'Addictio vitiorum.' Vide et ad Lucan. l.

Delph. et Var. Clas.

VI. 454. 'Non fatis addictus amor.' Cic. l. VII. Ep. 24. 'Addictus Hippanaoteo præconio.' Plura supra ad l. II. p. 40. 'Umbria et addictus poculo.' Ceterum bene locum explicuit jam Beroaldus. Nota est sententia, *Fortunam* a nemine præstari posse. Oud. *Meditatus innoxios, casus incertus, vel etiam adseverans culpæ non potest adficere*] Cicero Tuscul. III. 'Culpa nulla est, cum id, quod præstari ab homine non potuit, evenerit.' Donatus ad III. 2. Andriæ: 'Si nostrum est officia præbere, at nostrum non est fortunam præstare posse.' L. I. Cod. ad leg. Cornel. de sicar. &c. 'Ea quæ, &c. casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur.' Vide et Pauli Recept. Sentent. v. 23. Pro *adficere* puto *adficere* scribendum. Lib. II. 'Addictus noxio poculo.' VI. 'vigiliæ luminibus addictis.' et X. 'bestiis addicta.' Idem mendum in de Philosophia libro: ubi vulgo, *aliorum potestati adficere*. *Pric.* *Casus incertus*] Claudianus: 'Incerto fluere mortalia casu.' Virgilius Cæiri: 'Vel casu incerto, merita vel denique culpa.' *Idem.*

Oculos udos] Libidine. Heliod. p. 49. *Τὸς ὀφθαλμοὺς τῷ ἔρωτι διαβρῆχους. Elmenh.* In Cod. D'Orr. *humidos*, frequentissima variatione, sicut et 'avidus' et 'humidus' ubivis turbantur. Male vero Beroaldus *udos* hic exponit 'lachrymis madentes': quasi præ mœrore intellexerit. Vide ta Pricæum. Dein *semiadapert*. Fux. a m. pr. Oud. *Oculos Fotidis mea udos*] Lucianus in Amoribus: *Τυχεῖν τι καὶ βίον ἐν ὕμνῳ ἀνυγχαίνων. Ibidem: Ἰαπερ τὸν ὑμῶν βολὰι τυχεῖς ἀνυγχαίνοντε.* Philostratus de quodam spures Apollonium sollicitante: 'Ἐλέγε δὲ ταῦτα ἐπιδρόπῳ τῶνδε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑγχαίνων. Sic apud Chrysostomum *ὕγρον ὕμνα, καὶ πορτοῖας γέμον.* pro quo II. 2. 14. D. Petri *ὀφθαλμοὶ μοι χαλιδος μοσχοί.* Hesychius: 'Υ.

Apul.

6 K

ἡλκῆ, ὃ οὐκ ἐκτεταγμένον εἰς ἡμέρας. Pollux II. 4. Βάλμυρα ὄφρυς, θαλαμῶν, ἐκαστέρων. Scholiastæ Hesiod. Ἐν τῇ θαλάμῳ τῇ ἑξοχῇ, ὅθεν τὸ ὄφρυς ἢ γὰρ ἀποκρίματα ἀπὸ τῆς ὄφρυος γίνονται. Ἰδὲ καὶ ὁ γράψας ἀποκρίματα τοῖς ἀσπληγῶν. In Epistola Theophyl. Simocritæ: Βάλμυρα ὅφρυς ὄφρυς καὶ ἀσπληγῶν. Prio.

De tremulis] Καρδίνους. Pseudo in Physiognom. Ὁφθαλμοὶ ἀσπληγῶν καὶ ἀσπληγῶν ἀποκρίματα, ἀσπληγῶν καὶ ἀσπληγῶν ἀποκρίματα. Ovidius Art. II. 'Aspiciens oculos tremulo fulgore micantes, Ut Sol in liquida arpe refulsit æque:' et hinc XVI. 12. Sira-chidem exponit. Idem.

Libidine maculatus] Horatius patres dixit: ubi Scholiastæ, 'Libidine maculatus.' Idem.

Admixtis et turbidantibus oculis] Male Barth. lib. XXIII. Advers. cap. 6. e codice Veneto conatur defendere vulgarem olim lectionem, admixtis, pro qua prave Colv. admixtis malebat. Non enim labia admisceantur oculis, de quibus agitur. Sed et frustra con-jecit Lips. affixis, et Reald. innixis tentavit; licet ultimum juvet M. R. gii scriptura, cūis. Verissime ad-mixtis est in Mss. quos produxere viri docti, item Oxon. Par. D'Orv. Gouff. et Ed. Junt. poet. sive premis ad ocu-los oculis, et quasi cum alia adhe-rentibus. Sic 'admixta columen has-ta' Virg. Æn. XII. 92. Alibi 'pres-sim deoculati,' et de oculorum oculis vide Boewidum in Osmenot. ad vitæ Patrum pag. 1044. citatum ab Hardeio ad Pith. I. XI. c. 37. 'Ocu-los quam exoculatur,' (sic leg. e Mss.) 'oculorum ipsorum videtur ad-tingere.' Quid velit Ed. Sav. admixti, non capio, nisi vitium sit operæ: ut est turbidantibus in Ed. Boewidiana. Deinde in nonnullis Edd. rursus male admixtis, Palat. Gouff. editis, D'Orv. libris. Recte Calvinus docuit, oculos hic oculos habere, quæ oculis im-mixta sunt, eos admixta. Quid. Turbidantibus oculis cūctis turbidantibus]

Achilles Tatius lib. IV. Τὸ Ἀρσένιον ἔργον καὶ ἔργον ἔχει, καὶ αἶσαν, &c. φά-λαμα δὲ καὶ ἀσπληγῶν, καὶ ἀπὸ αἶσαν. Prio.

Patres prius fores occultis diligentior occultam, ne occultis elapsi profana potentia, &c.] Sobriam cautam! mirificam solertiam! similia Promethei illa in Avibus Aristophanis: 'Ἄλλ' ἢν φράσω σοι πάντα τῶν ἀπρόφραστον, Τούτ' λαβὼν μοι τὸ σκεδῶν ἐνέφρον' Ἀ-ρσένιον, ὅς τοι μὴ μ' ἄρῃσιν οἱ θεοί, tam facile Deos suos falli credebant, aut volebant credere. Idem.

PAG. 55 Uncino firmior amplexu] Gloss. 'Uncinus, ἑλκὺς ἐνέφρον.' In alio: 'Μεγὰρ δὲ ὄφρυς, repagulum.' Item, 'ἑλκὺς ἐνέφρον' ὄφρυς. Uncinus, repagulum.' Idem.

Colloque meo manibus amb. implexu] Zacharia Cod. implexu, probante Fer-vario in Elect. lib. I. c. 14. Sed nil est mutandum, ubi velis, manus am-bas. Fetus ipsa dicitur implexa ejus collo, sive circumvoluta, ἀπενελεγ-μένη, et ambios collum. Virg. G. IV. 463. 'implexum crinibus angues Eame-nides.' Supra pag. 44. 'plurique colu-mnis implenti.' Flor. N. 16. 'Manus columini implexa.' Vide et ad lib. II. pag. 21. Quid. Colloque meo manibus ambibus implexu] Ovidius: 'Cella quoque infidis que se nocturna in-certis, Præbuerant, Inque impli-cuisse juvat.' Prio.

Voc tenui et adm. diminuta] Capu-lum non habet Oxon. diminuta est in Mss. Flor. Reg. Fux. Pal. D'Orv. Oxon. Lips. pro quo saltem legen-dum esset diminuta, ut vidimus ad lib. II. p. 35. Sed, ut verum fatear, mihi placet hic magis prior Colv. et Pith. lectio, minuta, sive parva et te-nui, ut lib. IV. p. 73. 'minuta cūctis.' Hirt. B. Afric. c. 27. 29. 'minuta pen-sa, minuta impelli.' Phidros F. 64. 'minuta plebs.' Sed eodem redit. Ita 'deprimere silentio' pro premere, lib. X. init. Quid. Voc tenui et admi-nuta] Isthodorus Orig. II. 19.

'Subtiles voces sunt quibus non est spiritus spissus, qualis est infantium vel mulierum, &c. sicut in servis: quæ enim subtilissimæ chordæ sunt, subtiles ac tenues sonos emittunt.' In Atellana Pomponii, ad ea, 'Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba:' respondetur, 'Ego vocem reddam teneam ac tremulam.' Quintilianus XI. 3. 'Ne ad spadonum et mulierum, &c. exilitatem vox nostra teneatur.' Arrianus I. 16. in Epictet. de Natura loquens: 'Ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἐν τῇ φωνῇ τι ἐγκατερίμνεν ἀπαλότερον. Lucianus Nigrino: Μικρὸν φθγγαται καὶ ἰσχνόν, καὶ γυναικῶδες. Idem in Amoribus: Τὴν φωνὴν ἴσην τῇ Λυκαμβοῦ θυγατρὶ λεπτὴν ἀρηθίσαν. Hinc λευτέρφωνον καὶ γυναικείφωνον apud Pollicem IV. 17. conjuncta. Vide II. 1. Adamantium. Porphyrius in de Abstinent. II. de capis: Οὐκ ἔβουσιν, ἀλλὰ τὴν φωνὴν ἐπὶ τὸ θῆλυ μεταβάλλουσι. *Prie.*

Formido solida, domus hujus op. detegere] Gneif. soli. Edd. Ald. Colim. Bas. pr. *solida*. Istud *solida* dictum foret ob magica in hac domo unguenta. Sic 'fomenta solida' lib. V. p. 94. Sed perperam. Amat verbo passim jungere modi seu quantitatis adverbium. Bis lib. II. 'oppido formido.' Bene Gulelm. et Wasse τὸ *solide* defendunt. *Oud. Paveo, et formido solide*] Plant. Cistell. 'Et illud paveo, et hoc formido.' Ibidem: 'Nam et intus paveo, et foris formido.' Corneli. Fronto: 'Formido fert interdum rationem, pavor puerilis est.' Pro *solide* in Appuleio nostro forsan *solidum* legendum. Lib. V. 'Venus irata solidum, exclamat,' &c. *Prie.*

Arcana Dominae meæ revelare secreta] Quintilianus X. Declam. ex incantatoris persona: 'Opertæ arcana mea tenebris adjuvate:' ubi forte, *arcana secreta mea, &c.* scribendum. Sulpitius Severus lib. II. 'Superstitio existibilis, arcana multata secretis.' Infra hic lib. XI. 'Ad arcana purissimæ

religionis secreta pervenirem.' Lucretius eadem forma 'secreta taciturna' dixit. Firmicus V. 1. 'latentia secreta.' Noster lib. X. 'tacitum secretum.' *Idem.*

Sed melius de te, &c. præsuno] Scrip- tor ad Hebræos 6. 9. Πενέστερα δὲ περὶ ἡμῶν ἀγαπητοὶ τὰ κρείττονα. I. 67. § ult. de leg. 2. 'Quia melius de matre præsumerat.' *Idem.*

Qui, &c. sacris pluribus initiatus, nocti sanctam silentii fidem] Apud Lucianum in Navig. 'Ἐτελεύσημεν ὡς οἶστο, καὶ στέγειν μεμαθήκαμεν. Apud Eundem in Deorum Dialogis: Οἷσι με πρὸς πάντας ἐν ταῖς αἰαῖς, οὐχὶ δὲ πρὸς μόνον σε ἐν ἐχρησθεῖς ἡπιστάμην; Melite apud Achillem Tatium ad Clitophontem: Οὐκ ἀσχύνομαι τὰ τοῦ ἔρωτος ἐξαγορεύουσα μυστήρια, πρὸς ἑστέρα λαλῶ μνημέρον. Plutarchus in de lib. educ. Διὰ τοῦτό, μοι δοκεῖ, τὰς μυστηριώδεις τελετὰς οἱ πολλοὶ κατέδειξαν, ἵνα ἐν σάβεισι συμπῶν διδασκότες, ἐπὶ τὴν τῶν ἀσχημάτων μυστηρίων πίστιν τὸν ἐπὶ τῶν θεῶν μεταφερόμενον φόβον. Heliodorus de Calasyride propheta et Sacerdote: Ἰσφὲς τὰ τοιαῦτα σιγῇ πρὸς τὸ ἀνεκλάλητον ἐπισφραγίζεσθαι. 'Fidem silentii' proprie dixit. Virgil. 'Hinc fida silentia sacris:' ubi Servius: 'Hinc inventum est servare sacris fidele silentium.' Sic alibi hoc ipso libro, 'taciturnitatis fides:' ubi et hic 'sanctum silentium,' sic XI. 'silentium venerabile.' *Idem.*

Remunerare] Reg. Fax. *remunera*. Utrumque in usu est, ut Lexica docent. Hinc et *remunerari* passive dixit Auctor lib. VII. p. 142. 'Consilium datur, quo potissimum facto digne remunerarer:' ubi male in Edd. aliquot, *remuneraret*. Sed depementiali forma occurrit lib. IX. pag. 200. 'remunerari hospitem cupiens.' Lib. XI. pag. 258. 'quod eum remunerari nequirem:' ubi in nonnullis Edd. quoque *remunerare*. Sed illic *munerari* scribendum videbimus. Pro *taciturnitatis* in Fax. *dignitatis*. *Oud.*

minis sui viribus.' Et sic 'toti dei' lib. vi. p. 125. 'toti hostes' lib. vii. 'totæ mulieres' p. 139. 144. 'toti audientium animi' lib. ix. &c. Nec æcus passim alii. Vide Lexica, et viros doctos ad Propert. lib. ii. El. 22. 13. 'totas expèctat in horas:' ac Miscell. Obs. vol. v. tom. i. p. 76. Minuc. Fel. c. 23. 'plures totis hominibus Deos haberemus.' Mamert. Geneth. cap. 10. 'Recurrere inter se agricolæ, nunciare totis visa:' ubi nil contrà Mss. mutandum censeo. Mox et cum plerisque Mss. recepere Wower. Elmenh. Scriv. &c. Sed carent copula Flor. Reg. et Edd. prioræ. Ac videtur mihi, per insertam hic copulam reddi oratio languidior, quam Fotidis exigit sermo. *Omnis Edd. Vett. Idem. 'Totiusque artis manus et machinas ardentèr exercet]* Apud Virgilium: 'Omniaque arma Advocat.' Seneca Medea: 'Hoc age, omnes advoca Vires et artes.' Hesychius: *Μηχανα, τέχνη, ἐλπίδα, βουλεύματα*, &c. Locutio a re cæstreus desumpta. Interpres vetus I Maccab. xv. 25. de Antiocho: 'Applicuit castra in Doram secundo, admoveus ei semper manus, et machinas faciens.' *Pric.*

His inquam auribus audivi] Virgilius: 'Vocemque his auribus hausi.' Supra lib. ii. 'Hæc ego meis oculis aspexi.' 'Hisce oculis, *ἰδωρισὺς* asseverantis.' Donat. ad iii. 2. Adelp. *Idem.*

Audiri, quod ni celerius sol c. ruiisset, &c. ipsi, &c. tenebras comminantem] Non præbent Palat. et D'Orvill. ac Pithæan. probante Salmasio, ut quod ponatur pro *quia*, sed tum imperfecto videtur usus fuisse Auctor, et ita rescriptum esse a librariis, non percipientibus elegantiam dictionis quod ni, male a nonnullis per comma divisæ, et a Sopingio in quod ne sive non etiam mutatæ. Constructio Auctoris est, audivi comminantem Soli tenebras, nisi celerius cælo cessisset Sol;

atque abundat particula quod. Terent. Adelp. i. 3. 3. 'Quod ni fuisssem incogitans.' Et ita 'quod si,' 'quod ubi,' &c. de quibus vide ad Cæs. lib. iii. B. Civ. c. 17. 68. Comm. ad Cic. ii. in Verr. c. 26. Liv. lib. ii. 29. xxvii. 7. xxxviii. 9. xli. 10. Et sic Ms. Perizon. a m. pr. in Septim. de B. Troj. i. c. 4. 'Quod nbi animadvertit; regem,' &c. Vulgo, *at. Pro ruiisset in Palat. prave inisset. Ond.*

Maturius cessisset] Abest *maturius* a Palat. isque præbet cum Guelferb. *desisset.* Perperam. Elegans et frequens est locutio 'nocti cedere.' Vide me ad Sueton. Cæs. c. 59. 'cedere adversæ tempestati.' Septim. de Bell. Troj. lib. ii. c. 4. 'Igitur adventante nocte, cunctis cupientibus requies belli facta.' In Ms. Periz. *cedentibus.* *Lege igitur: adventanti nocti cunctiscedentibus.* Idem. *Ipsi soli nubilam caliginem]* Desunt hæc in Ms. Par. et Oxon. quamvis Pricæus scribat tantum, *desiderari ipsi soli*, pro iisque scribi et: unde refingit ei. Ac sane et additur in Fux. qui dat *nubilem*, et *p. pænas c.* Idem. *Ni celerius Sol cælo ruiisset, &c. ipsi Soli nubilam caliginem, et perpetuas tenebras comminantem]* Venefica apud Lucanum: 'Tibi pessime mundi Arbiter immittam ruptis Titana cavernis, Et medio feriere die.' Apud Claudianum de Raptu Proserp. 'Primordia testor Noctis, et horrendæ stagna intemerata paladis, Si dicto parere negas, patefacta ciebo Tartara, Saturni veteres laxabo catenas, Obducam tenebris lucem compage soluta, Fulgidus umbræo miscbitur axis Averno.' Minuc. Octavio: 'Quid quod orbi toti, et ipsi mundo cum sideribus minantur incendium.' Vide Grotii adnotata ad lib. iv. de Relig. Christ. Valer. Maximus de Xerxe: 'Nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes, ac cælo tenebras minitantem.' Oxon. hic *cessisset, et nubilam caliginem, &c. le-*

ge, ei (id est, Soli) n. c. ἥ. Pric.

Cum e balneo rediret] Ibant ad balnea Veteres antequam ad tonsorem. Servus in tonstrina sedens, apud Plantum Asinaria: 'Ille in balneas iternat, inde huc veniet postea.' Colv. Rediret ipse. Oxon. ipse, male. Cum Pamphile redibat e balneo, ipsa vidit juvenem in tonstrina sedentem. Non vero ipsa intravit tonstrinam, sedem otiosorum et tondentium virorum, non mullerum. Vide ad Ter. Phorm. 1. 2. 39. Oud.

Desecti humi jacebant] Edd. Juntina desecti. Quod nihili est. Dein in Palat. humi ducebant, Guelf. humi di-jacebant, D'Orvill. humi adjacebant, sive prope pedes humi jacebant. Passim 'adjacere' significat 'proximum esse.' Sed *adjacere* est dispersum jacere, forsitan ab Veterum aliquo adhibitum. Idem.

PAG. 54. *Clanculo præcepit ferre*] Flor. Rom. Palat. et Bertin. *præcipitavit ferre*. Unde alii recte fecerant: *præcepit auferre*. Elmenh. Quod placuit etiam Salmasio. *Præcipitavit ferre* etiam in Pith. Reg. et Guelf. ac D'Orvill. primaque legitur Edd. et a Berosaldo exponitur, 'raptim et præcipitanter jussit surripere.' Verum dum hujus locutionis infinitivo junctæ exemplum proferatur, non ausim recipere: licet facile per similitudinem constructionem et analogiam defendi possit. *Præcepit ferre* est in Parmano, et Edd. Beroaldi, &c. usque ad Elmenh. qui cum seqq. conjecturam Scioppij recepit. Nec male quidem. Nam 'præcipio te facere' inferioris ævi scriptores haud raro dixerunt. Auson. in Præf. Cent. Nuptialis: 'Simile nos de eodem concinnare præcepit.' Prudent. Ca-themer. C. v. 68. 'Moyses porro suos in mare præcipit Constans intrepidus tendere gressibus.' Martian. Cap. lib. 1. p. 22. 'Præcepit cunctos residere.' Infr. lib. xi. p. 248. 'Præcipit luteam dari laciniam.' Hinc et

dicatur 'præcipior facere.' Eisdem lib. vi. p. 227. 'Geometria præcipitar properare:' atque hinc, auctoribus Mss. omnibus, restituendum illi lib. 1. p. 15. 'scriba præcipitur advocare.' Vulgo, *scriba*. Amm. Marc. lib. XXII. c. 4. 'tonsor venire præceptus.' Quia tamen Mss. dant, *præcipitavit ferre*, patet rescribendum, *præcepitavit ferre*, sive crebro ac vehementer jussit. Festus in Carmina Saliari: 'Præcepit, sæpe præcipit.' Simplex autem *ferre* pro composito auferre, esse usitatissimum, nemo tironum ignorat: id quod ideo mutari non oportuerat. Oud. *Ac me capillos ejus, ἥ. clanculo præcepit ferre*] Quod factum non arduum, cum antiquitus tonsores solerent artificium suum in via exercere. Artemidorus v. § 68. 'Ἐδοξέ τις κείνου τρον ἔχειν κομῆς ὅταν ἐν τῇ πλατείᾳ, &c. Martialis vii. 61. 'Stringitur in densa nec cæca novacula turba.' Vide et lib. xi. § 1. ad leg. Aquil. Pric. *Capillos ejus qui eade cultorum desecti, ἥ.*] Juvenalis: 'Et longi mucronem admittere cultri.' Scholiastes: 'Tendere barbam.' Codem græcisans dixit. Sic φόνον τριχῶν Philostratus in Epistolis: ita 'ligni et frondium cædem' xix. 12. A. Gellina. Idem. *Humi jacebant*] Seneca xcii. Epist. 'Capillos, &c. detonsos negligimus.' Plinius vii. Epist. 27. 'Ubi illuxit ipse circa verticem rاسus, capilli jacentes reperiuntur.' Idem.

Quos me sedulo furtimque colligentem tonsor deprehendit] Infra l. vi. 'Hæc eam sollicitè sæduloque curantem Ceres alma deprehendit.' Idem. *Furtimque colligentem*] 'In sinum furtim abscondentem,' ut lib. ix. loquitur. Idem.

Arreptam] Ms. *abreptam*. Colv. Sic et Reg. D'Orv. scil. pro *adreptam*. Vide lib. iv. p. 64. 'adreptamque me obtundit.' p. 65. 'adreptum me confecissent.' Drak. ad Liv. lib. iii. 12. 'Virginis adripi jussit hominem, et

in vincula duci.' Hinc *arripit* idem quod accusari; ut docent Casaub. et Torrent. ad Suet. *Cæs.* c. 23. Vitell. c. 2. *Oud.* *Arreptum* inclementer in-cepisse] *Προκαθήμενος ἄρριπτος*, Matth. xvi. 22. ubi dicta vide. Gloss. 'Reprehendit, *ἐπιλαμβάνεται*.' ubi sup-pleendum *χρησ.* videtur. Confer Suetonii verba de dictum Matthæi locum adducta. *Prie.*

Tunc ultima] Bene vulgatam defendere Colv. Sciopp. in Symb. p. 65. itum Elmenh. Priq. et Barth. ad Calpurn. Ecl. III. 29. Quomodo et *extramus* pro pessimo passum Nostro et aliis. Vide Ind. Elmenh. Sed de eo alibi. *Ond. Tunc ultima non cessus?* &c.] Ex hoc loco in mentem venit posse corrigi illam Apologeticæ: 'Tunc ultro parentis tunc animum in iatis scrutaria' et pro *ultro, ultime* scribendum: sic infra IX. 'Illa ultima nistoris uxor.' *Prie.*

Inconstanter] Adverbium deest Palatino. Ceteri Mss. O. exhibent *constanter* cum Edd. Junst. post. Colv. Vulc. Wow. Elm. Pric. sive firme et obstinato animo, nec metuenti tunc veneficia. *Inconstanter* Beroaldi est emendatio ex corrupta lectione *constanter*, quæ est etiam in Edd. Vicent. et Junst. pr. Beroaldum secuti sunt Colin. Basil. Scriv. et Floridus. Mihi quæ etiam magis hic loci quam p. 45. 'constanter forte sententias,' arripit, sive *inconstanter*, illico: unde sequitur: 'Et verbum facto secutus.' Lib. iv. pag. 63. 'Quos inconstanter adque latronis arbitrare.' p. 77. 'inconstanter iniecit lanceam.' Lib. v. pag. 97. 'ille inconstante statim:' ubi vide Colv. Vitiosa est Elmenhorstii nota. Oud. *Quod scelus nisi tandem deus, magistratui te constanter obnoxium* Sic 'potestatibus et tribunalibus obnoxio quæm' Tertull. cap. 6. de fuga iu persecut. dixit. et 'Christum Pilato obnoxium' in Apologetico. Infra hic lib. ix. 'offere magistratui' dicitur. Cornelio Nepotili Epaminonda 'magistratui

tradere: sic *ἄνθρωποι* *παράδοτον*. Aristides: et passim in N. Testamento. In Plautina Truculentis: 'Apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum.' Vox *scelus* hic foras tanquam convicium *καὶ μᾶλλον* interjectum est. Egraphinus ad III. 4. Andr. 'Astutia, scelus, malum, &c. interjectiones sunt dolentis aut irascentis.' sic infra IV. de auu: 'oenile illud facinus: et VIII. de lupis, 'Exitum pecudum.' *Pric. Constantē*] Animo constanti et firmo. Fidelior lectio *inconstantē*: hoc est, sine cōtatione et mora. *Bersoid.*

Verbum facto secutus] Herodotus lib. III. Ἀπα ἔπος τ' εἰρε καὶ ἔργον ἐποίησεν. *Elmenth.*

Scrutatus] Ms. D'Orvill. *scrutatus*
est. Zabbar. *scrutatus e mediis papillis*
passive, approbante Ferrario lib. i.
El. cap. 14. Quod per se non damno;
sed in hoc participio aliter solet
Auctor. Lib. i. p. 10. 'cor scrutata
protulit.' Lib. ix. pag. 183. 'in ipso
gremio scrutatus reperiret.' Nec
obstant nominativi plures *describere*.
Hoc enim est mere Appuleianum.
Vide me ad l. hujus p. 45. et alibi.
Ond. E mediis papillis meis] *Capillis*
Aldus, perperam. *Reald.* Item sic
in Ed. Junt. post. perquam inepte.
Est Pith. papillis Fax. Juveniles
istos crines in sinu et papillarum
fasciis abscondidit. Quomodo ser-
vare solebant occultas ferre epistolas.
Vide Burm. ad Ovid. lib. iii. Art.
623. 'Quas tegit in tepido fascia
lata sinu.' Rectius *meis* omisit Ed.
Bas. pr. *Ond. Immensa manu scrutatus, e mediis papillis meis, &c.*] Lib. ix.
'Nec deficit qui manu super dorsum
meum injecta, in ipso Deme quam ge-
rebam gremio scrutatus reperiret, at-
que in coram omnium depremeret
aureum cantharum.' *Pric.*

Capillos, &c. ir. adripuit] Scio, qui hoc defendi possit. Sed quia non tantum arripuit hos capillos, uti supra ipsam *erripuit* Potidem, sed ei simul abstulit, malim cum Helio

ad Ovid. Metam. lib. vii. vs. 731. *abripuit*. Vide Collectanea Drak. ad Liv. lib. ii. cap. 33. xxii. 46. mo ad Cæs. lib. v. B. G. cap. 33. 'Ab impedimentis petere, atque abripere preperaret.' Vulgo *adripa*. perpetua confusione, quæ etiam in Græcorum *ἀποσπῆν* et *ἐπισπῆν* occurrit. Oud.

Quo gesto acriter affecta] *Gestum* substantivo et *ἐκινῶς* cap. 36. etiam Solinus posuit. *Pric*.

Quod *hujus rei repulsa satis acr.*] In Regio, Fux. est, *quidem hujus repulsa s.* Edd. Rom. Ven. Vicent. et margo Bas. pr. *hujusmodi repulsa*, Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. *hujusmodi repulsa acr.* Junt. post. et: Bas. pr. ex correctione Beroaldi, *hujusmodi repulsa satis*. Sed Mss. nunc omnes cum Colvio et seqq. dant *hujus rei*: nisi quod in Pith. sit, *h' di repulsa*. Quare suspicor, utrumque ab Auctore relictum: *hujusmodi rei repulsa, satis acr.* Obsuerunt huic loco scripturæ compendia, et sæpe modi in Mstis nostris a librariis est omissum. Vide ad pag. 33. lib. ii. Oud. *Repulsa*] Emendo, *repulsa satis*, isto intellectu: quod domina Pamphile satis acriter inflammanterque commoveri solet ex talibus repulsis. Beroald. *Mecumque reputans Domina mea mores, quod hujus rei repulsa satis acriter commoveri, meque verberare capissime consuevit, jam de fuga consilium tenebam*] Sic solet: servilla natio a verberibus frequenter sibi fuga consultit. Androclus v. 19. apud Gellium: 'Cum Africam Proconsulari imperio Dominus meus teneret, ibi ego iniquis ejus et quotidianis verberibus ad fugam sum coactus.' In lib. xxi. Cod. de administr. tut. &c. 'Quorum' (servorum) 'fuga potius tutori ascribitur, sive negligentia dissolutam patietur esse disciplinam, sive duritia, vel inedia atque verberibus afficiat eos.' Vide et lib. xvii. § 4. de Edil. edict. Salvianus iv.

'Ad fugam servos non miserim tantum, sed et supplicia compellent.' In Euancho Terentii v. 2. 'Num meam servitium veritus?' ubi Donatus, 'Ut fugeres.' Basilii Homil. I. de Jejun. *Οὐκ ἔστιν ἀποσπῆναι δαυδὶ τῆς ποντοῦ*. Plutarchus in *πρὸς Ἀργεῖον*. *Ἀποσπῆσκειν, (οἱ οὐκ ἐστὶν) τὰς ἀνθρώπους, &c. δολοῦντες*. In versu Græco est, *θεῶν δὲ δαὶ δαυδὶς θεομακάρεως*. Seneca: 'Iracundus Dominus quosdam ad fugam coëgit, quosdam ad mortem.' Philo in de Profugis: *Ἀπίστος ἡ γὰρ οὐκ οὐκ ἐστὶν φρόνησις μὴδὲ φόβος, ἀλλὰ. Μισοὶ μὲν οὖν καὶ γυναικες ἄνδρας, καὶ ἄνδρες γυναικας ἀποσπῆσκειν: φόβος δὲ τοὺς γυναικας παύει, καὶ δαυδὶς οὐκ ἐστὶν: αἰδοὶ δὲ τοὺς ἀνδρας: ὁρῶντες μὴ καὶ ἡδὲν τι πράττειν αὐτοῖς οἱ φίλοι.* *Pric*.

Tui contemplatione] Sic viii. 'simulacri jacentis contemplatione.' Servius ad Æn. xii. 'Cum alteri aliquid alterius contemplatione præstamus.' Justinus viii. 'Non contemplatione justitiæ ejus, sed invicem metuentes,' &c.

Forficulis tendentem] In Regio est ridicule *forficulatore*. Recte vero Colvius reposuit *aditendentem*: ut exarator in Mss. O. *attend. forf.* Pal. Familiare id compositum est Plauto aliisque. Mirorque, omnes priores Edd. conspirare in simplici *tendentem*. Oud. *Attendentem caprinos utres*] *Ἀγρία*. Xenophon *Ἀραβίας*. vii. *Τὸ δὲ οὐδὲν δ' ἐφ' ὅσον ἐπὶ δαίμον, ἐπ' ἡγούνο, καὶ ὁ αἶψα ἐν τοῖς ἀγρίοις*. Gloss. 'Ἀγρίων, caprina.' *Pric*.

Quos cum probe constrictos inflatosque, ac jam pendentes cernerem, &c.] Ovid. Metam. xv. 'Cen spiritus oris Tendere vesicam solet, aut direpta bicornis Terga capri.' Psellus in de uterulo enigmate: *Ἐχὼ τρέχων, καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχων, Τερρασκελὴς τίς ἐστι, καὶ ποδῶν δίχα, Ἐμπερὸς τε νεκρὸς, ἀλλὰ χυλὸς δαίνω*. Pro pendentes male Vir doctus tendentes reponebat. Arnobius lib. iii. 'Et viduatos interioribus cunctis, tanquam utres suf-

fiatos turgidorum corporum inanitate pendere.' Hinc jocus de Bonoso, vel (ut verbo Laberiano utar) Biboso apud Vopiscum: 'Longo gravique certamine a Probo superatus, laqueo vitam finivit: tunc quidem jocus extitit, amphoram pendere, non hominem.' Antiphanes apud Athenæum: *Τούτων ὁν, Δ' οἰνοφλυγίαν καὶ πᾶχος τοῦ σώματος, Ἀσπὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχόριοι. Idem.*

Sic noctis initio, &c. instruxit feralem officinam] Miles. v. 'Vespera jam noctem trahente, nefarii sceleris instruit apparatus.' 'Ferales officinas' (at in re alia) etiam Tertullianus dixit, in de hab. mul. *Idem.*

Tectum scandulare] Constans est Mistorum lectio, *scandulare*, quod cum Edd. ante Colvium retinuerit Elmenh. Pric. et Floridus; atque olim ego hic prætuli a *scandendo* ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 42. Factum nollem. Existimo enim nunc, *scandulare* vocem haud Latinam esse, nec eam derivari posse a *scandendo*; unde *scandile* et simile descendit. Pro 'scindula,' 'scindularis,' 'scindularius' ubivis irrepsit *scand.* quia medio ævo eas voces librarii per a expresserunt e vulgari tunc loquendi modo. Docet id clare Papias: 'Scindulæ, quod scindantur. Scandulæ vulgo.' Obsecutus igitur sum Stew. Colv. Vulc. Wow. ac Scriverio, et hic, ut in ceteris vetustis auctoribus, *scind.* prætali. Adi omnino Du Cangium in Gloss. v. 'Scandola,' 'Scandula,' 'Scindala,' 'Scindola,' 'Scindula.' Stephan. ad Saxon. Gramm. p. 310. 'scindulas legat.' D. G. Triller. in Progr. Orat. Vitemberg. A. 1749. Talis tecti scindularis ratione veneficæ hæ dictæ quoque fuerunt 'tegulariæ' vel 'tegellariæ.' Confer Grævium ad Isidori Glossas. *Oud.*

Pators perflatili] *Perflatili* hic exaratur in Mss. O. si Bertinum excipias; et Pith. *perflavili.* at lib. rv. p. 75. *perflabilem* cum aliis optimus

etiam Florentinus præbet, quod et apud Ciceronem et plures vulgo invenias, ut et Solin. cap. 27. 'perflabilem terram ventis penetrantibus.' Amm. Marcell. lib. xvi. cap. 10. 'Dracones, hiatu vasto perflabiles.' Sed ibi Lindenb. et Barth. ad Claud. p. 525. dant *perflatiles*. xxii. cap. 16. 'auris et salutaritem peramento perflabilis,' non *perflatilis*, ut citat Pricæus ad p. 75. et ex eo, ut videtur, Floridus, ac Helmsius ad Ovid. lib. ix. Met. vs. 783. multa adjectiva in *atilis* congerens. Sic et 'volatilis' Nostro l. v. p. 102. Vide etiam ad lib. x. p. 235. 'multiformitiles tibiæ.' Sed ex hisce et Mss. in quibus Sengerm. rescribendum in Colum. l. v. c. 9. 'Ut æstivo perflatu refrigerentur.' Vulgo, *proflatu*. *Idem.*

Ad omnes orientales, ceterosque ad aspectus pervium] Hæc constans est Mssorum, et Edd. Vett. lectio, vel *orientalis*, ut in Fux. Sed Pricæus, sine dubio quia offenderunt eum omnes orientales adaspectus, conjecit, *ad orientales; omnesque ceteros*: et Floridus tacite edidit, *ad orient. ceterosque omnes*: uti sane sæpius junguntur *ceteri omnes*. Vide ad l. vii. p. 147. 'Ceteram carnem omnem.' Virg. G. iii. 3. 'Cetera, &c. Omnia jam vulgata.' Verum tamen suspicor, hic aliud quid latere, nempe *ad oras orient.* juvatque nonnihil hanc conjecturam, quod in Ms. D'Orvill. exaratum est, *orientalis ceterosque*. Non modo de terrestribus partibus, sed et de aëriis plagis usurpantur *oræ*. Ovid. lib. ix. Met. 254. 'caelestibus oris.' In Bas. pr. est *ad aspectu*. In Beroald. *pervium*, vitiose. *Idem.* *Ad omnes orientales ceterosque aspectus pervium]* Commodius forsan, *ad orientales omnesque c. a. p.* Quintilianus Declam. xiiii. 'Est enim positus ad ortus Solis hiberni, apri-cus, omnibus ventis medius.' Non ab-similis illa Luc. 23. 29. locutio: *ἵδὲτε τὴν σὺνὴν, καὶ πάντα τὰ δένδρα. Pric.*

Artibus s. commodum] Cum Lipsiano codice facit Regius, Fax. *commodum*, quod Colvii exemplo receperunt seqq. At temere non erat damanda vulgaris lectio, *commodatum*, quam servant quoque Oxon. Pith. Palat. Guelf. Nam in D'Orvill. desideratur. 'Commodatus' est aptatus ab ipso, et sic commodus. De doctr. Plat. p. 587. Ed. Flor. 'sensus humidioribus potius et aqueis commodatos.' Alibi utitur hoc verbo Auctor pro dirigere se commodè. Vide ad lib. vi. p. 112. 'mutam mentem precibus tuis accommodare.' Vel etiam pro juvare, prodeesse, ut lib. i. in f. 'utique commodabimus.' Alibi 'beneficio, obsequio commodare.' Vide Elmenh. Indle. Vide tamen et lib. iv. p. 67. Oud. *Maxime his artibus suis accommodum*] Scriptor de bono Pudicitie in Cypriani operibus: 'In domus parte secreta, et sine arbitris: alta, et facinoribus accommoda.' Nec ter infra in hac eadem re, 'Superius cubiculum.' Pric.

Instruit] Flor. *instruit*. Elmenh. Item Fax. Sed Oxon. *instruit*; quo significaretur, eam omnem apparatus ex officinæ pavimento seu tabulato reposuisse: sed potius videtur esse scribæ error pro *instruit*, quod præbent etiam Reg. Palat. Guelf. Lips. D'Orv. ut ab Elmenhorstio usque ediderunt interpretes. In ceteris est *instruit*. D'Orleans ibidem prave legit: *inst. f. off. in omne genus*. Oud. *Apparatu solito instruit feralem officinam*] Donatus ad II. 4. Andr. 'Apparari, ad horrorem et timorem refertur.' Pric.

Omne genus aromatis, &c.] Seneca de Medea: 'Totas opes effundit, et quicquid diu Etiam ipsa timuit promittit: atque omnem explicat Tarbam malorum, arcana, secreta, abdita.' Idem.

Ignorabiliter laminis litteratis] D'Orleans ibidem legit *ignorabili textu l. l.* In Vicent. quoque Ed. et Cod. Pith.

vitiōse est, *Jam minus*; corruptio in Regio, Fax. *ignorabili l. littera*. Egre gie correxit locum Beroaldus. Nam laminas ignorabilibus litteris seu magicis notatas fuisse in veneficiis, vel etiam in remediis contra ea, docuit et Heraldus ad d. Arnobii locum pag. 66. Vide et Dionem pag. 615. Tacit. II. Ann. cap. 60. 'Nomen Germanici plumbis tabulis insculptum.' In Vet. Insc. 'silex litteratus': nisi Auctor lib. xi. pag. 240. scripisset, 'per angustam laminam.' (Vide et lib. vi. p. 112.) Putassem ortam corruptionem ex contraria voce *laminis*, quæ in usu fuit frequenti; unde passim in antiquissimis Codd. *laminæ* pro *laminis* scribitur, ut apud Vitruv. lib. vii. 7. 9. x. 9. 20. 21. Plinium lib. xiii. c. 15. Horatium sæpe, non *laminæ*, ut hic putat Beroaldus; Gellium lib. i. c. 3. 'laminæ auri.' Plura dat Burmann. ad Lucan. lib. x. 114. 'Nec laminis cristata domus, sectisque nitebat Marmoribus:' uti pro *summis* coniecit. Sed minus bene. Tunc enim sequi debuerat, 'frustisque nitebat Marmoribus.' Nunc 'summa sectaque marmora' sunt laminæ marmoreæ, quæ tegebant parietum superficiem, qualibus non eos nituisse ait Lucanus, sed eos fuisse solido marmore. 'Summa marmora' dicuntur, ut 'summa arena' de superficie terræ, ut ipse exponit Burmann. p. 523. Vide et lib. viii. 754. 866. et passim 'summa undæ', superficies aquæ marisque. Vide Ind. Lucani ac Plinii: in quo et 'summus cortex,' et innumera similia. Oud. *Jam minus*] Corrige *Laminis*, hæc intellectu: Pamphilæ apparasse inter cætera magis instrumenta laminas æneas, sive ferreas, litteris magicis, et ob id ignorabilibus, prænotatas, quas non minus eleganter quam scito litteras appellat: sic et Plant. in Rudente, 'urnam litteratam' decenter dixit, quæ litteris inscriptum nomen domini continebat. Sunt autem *laminæ*

tesselis quædam, et quasi folia metallica instar bractearum, quæ interdum oblonga effigie formantur: quamvis proprio bracteam subtiliores sint, laminæ crassiores. Dicitur gradatim 'lama,' 'lamina,' 'lamella.' Horat. 'Inimicæ lamæ Crispe Salusti.' Alias lama pro voragine accipitur: idem Hor. 'Viribus uteris per clivos, flumina, lamas:' unde et Lamin voratrices puerorum dictæ, de quibus supra copiosius. Beroald.

Infelicium navium durantibus clavis defletorum] Lipsii lib. 1. Elect. cap. 18. et de Cruce lib. 11. cap. 8. ut et ad Tacit. lib. 11. Ann. cap. 69. conjectura, *manium calvis*, quam recepere Vulcanius, et Wower. citatque Lindenbr. ad Ammian. lib. XIX. c. 12. probare mihi se nequit, quia sequuntur 'trunca calvaria.' Alioquin *naves* et *manes* aliquoties confunduntur, ut Sueton. in Tiber. c. 65. Infra lib. XI. p. 251. 'nauticis navibus.' Quis credat vero, Appuleium plumas vel pinnas strigum aut bonorum, mortuorumne an viventium, vocasse 'damna infelicium avium durantia,' ut divinit Passeratius ad Propert. lib. III. 4. 29. 'Et strigis inventæ per busta jacentia plumæ.' Quam conjecturam in textum intruserunt Elmenhorst. et Pricæus temere, licet *avem* quoque abierit in *navem* de Deo Socratis p. 677. 'Navis avem velificet.' Æque sic 'navium damna' explicare possis quassatarum navium fragmenta, quæ non secus ac rogi reliquæ facere credebantur ad sceleratam artem. At illas Lucanus inter alia plurima, quæ hic recensentur, adhibuisse canit magam, lib. VI. 555. 'Nigroque undantia fumo Feralia fragmenta tori.' Sed 'navium damna' potius sunt jacturæ inter naufragii periculo factæ, quam earum fragmenta. Mihi viro rectissime se habet lectio, *infel. navium durantibus clavis*, confirmata a Mss. Zabarell. Florentino uno, Regio, Fux.

Palat. D'Orv. et Edd. Beroald. Bas. pr. Scriv. aliisque, quam bene vindicavit Ferrar. lib. 1. Elect. c. 14. Ut enim 'laquei' et 'clavi pendentium,' sic naufragæ ratæ clavi ad officinam magicam fortasse videntur. Sed quid tum fiet altera lectione *damnis*, quæ est in Florent. altaro, Pith. Bertin. Oxon. Par. et aliis, sive in textu sive pro varia lectione, aut vice versa, item Edd. Rom. Vicent. Justinis, Ald. et Colinei. Scilicet hinc legendum reor: *dur. clavis ahenis*, sive *mareis*. Æs enim in sacris magicis maximi usus fuit; ut falx, acus, olla, pecula mæne. Vide omnino Macrobi. lib. V. Sat. cap. 19. Casaubon. ad Theocr. II. Idyll. c. 3. N. Heins. ad Ovid. lib. VII. Met. vs. 247. 'Æneaque invergens tepidi carchesia lactis.' Confer etiam ad Lucan. lib. VI. 547. 'Insertum manibus chalybem.' Et tunc egregie junctantur 'laminum litteratæ,' quæ erant *æneæ* plerumque, et 'clavi aheni.' Anth. lib. 1. pag. 116. Ed. Brod. Γάμος ὁ οὐκ ἐνι χελύδιν ἐν ἑλκασί, οὐδὲ σίδερος. Postque hanc vocem ponenda est distinctio. Nam *defletorum* pertinet ad seqq. *cadaverum membris*, ut bene ibidem vidit Ferrarius. Per 'defleta cadavera' intelligit mortuos quidem, sed nondum sepultos: quales Nostro sæpe dicuntur 'defleti.' Anson. in Parent. XVI. 9. 'neptis defleta.' Horum enim membra avidè conquiri a magis, sagisque veneficiis, late docent Auctor lib. 11. pag. 35. et Lucan. lib. VI. 550. alique. Sed et *sepultorum* quoque *membra* ab illis decerpi et e rogis ac sepulcris auferri dixerat Appulei. ibid. p. 38. 'Nam ne mortuorum sepulcra quidem tuta dicuntur, sed et bustis et rogis reliquæ quædam et cadaverum præsemina ad exitiabiles viventium fortunæ petuntur:' et passim omnea. Oud.

PAG. 55 *Carnosi clavi pendentium*] De his accuratissime Lipsius etiam Elect. 1. Meminit et B. Ambrosius 'cla-

vos crucifixorum,' Exhortat. ad Virg. Alluit puto Plantas Trinummo: 'Et miserum etiam ad parietes sunt fixæ clavis ferreis, Ubi malos mores affligit nullo fuerat æquius.' Hinc adfigere, suffigere cruci, patibulo. De quo jam abunde. Colv. In explicandis clavis pendentium Beroaldus ridiculissimus est; uti Lipaius Elect. i. cap. 18. et in Notis ad lib. ii. cap. 8. de Cruce monuit: ubi vere Apuleii locum de clavis crucifixorum interpretatur. Adde Scidam in Endoxio Episcopo, et Vincentium Belvacensem Spec. hist. lib. ix. cap. 23. *Elmenh.* Lipaius in ora Ed. Bas. adlevit, curiosi, et sic ad Taciti lib. ii. Ann. cap. 69. exhibet; sed in Electis, et notis ad lib. de Cruce servat bene *carnei*, sive quibus aliquid carnis adhæret. *Oud.* *Illic carnei clavi pendentium*] Lucanus vi. de Erisythone: 'Laqueum nodosque recentes Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit, Abrasitque crucea, percussaque viscera nimbis Vulsit, et incoctas admissa Sole medullas. Insertum manibus chalybem, nigramque per artus Stillantis tabi saniem, virisque coactum Sustulit, et nervo morsus retinente pependit.' *Pric.*

Obditos atque nodatos] Malim *innodatos* scribi. Gloss. *vs. Karapavifia*, Innodo.' Video tamen permitti posse receptam lectionem. Virgil. 'Crines nodantur in aurum.' *Idem.*

Et qua nidor, &c.] Virgilius, et de pills: 'Illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit.' *Idem.*

Aditum gestientes] Ill. N. Heins. ad Ovid. lib. viii. Met. vs. 142. scribit, se malle *sepientes*. Verrum id Auctoris menti esset contrarium, qui non ianuit ea corpora circumcinctiase aditum, ne quis intrare posset domum, sed illa cupivisse adire sive intrare domum, ducta nidore suarum exuviarum per magicam artem. Verbo *gestire* expressit simul voluntatem actionemque. L. viii. p. 161. 'Ne-

scio quod scelus gestiens.' Lib. v. p. 96. in Ms. 'futuri pignoris gloriam gestiebat.' *Oud.* *Aditum gestientes, fores insiliant*] Supra: 'Aditum tentantes, et, &c. januas cardiubus obortis, evellere gestientes.' *Pric.*

Crepula madens] Ita et Servius ad vi. Eclog. locutus. *Idem.*

Et obcuræ noctis] Bene Elmenh. et 'neqq. restituerunt *inprovida* loco *reō obcuræ*, quod e glossa contra Mss. O. (si forte excipias Guelferb.) et Edd. Vett. intrusum erat a Basileensibus, retentum a Colv. Vulc. Wow. De Dogm. Plat. p. 586. 'Fortunæ inprovidos casus.' Reg. Fax. et D'Orvill. pro et habent quoque *etiam*. Legge, et *etiam inpr.* sive et *preterea*. Vide ad Suetonium Ind. not. *Oud.*

Obcuræ noctis deceptus caligine] Infra lib. ix. 'Illum caliginis tenebris impeditus.' *Pric.*

Audacter] Ms. *audaciter*. Colv. Sic et Regius, Fax. Guelph. Bene. Sic supra pag. 47. 'Audaciter resistunt.' Lib. v. p. 101. 'audaciter dextra elata.' Lib. vi. p. 115. 'audaciter in capillos ejus inmissa manu.' in Apol. p. 42. Ed. *Pric.* 'ut audaciter dementiæ accusarent.' Sic enim Ma. Pith. Nec secus loquuntur Cicero, Livius, alii, ut pro Fonteio c. 1. pro Cael. c. 6. 'Cum facinorosis audaciter: ubi in Ms. Voss. contra *audacter*. Sed consule omnino viros doctos, et quos laudant, ad Liv. lib. xxii. c. 25. 'audaciter se latraturum fuisse.' Neque aliter inveni in unico Livii codice lib. xliv. cap. 4. 'audaciter commissum.' Sic quoque Ms. vetustissimi fragmentum in Bibl. Leid. apud Senecam Ep. 3. 'audaciter cum illo loquere.' *Oud.*

In inani modum Ajacis] Vide Tzetzen Chil. iii. Hist. 76. et Philostratum in Imaginibus. *Elmenh.*

Sine macula sanguinis] Lib. ix. portentosi cruoris maculas novi sanguinis 'fluvio proluit.' *Idem.*

Utricidam] Puto latere etiam ob-

acenum jocum, quasi ab utero cædendo. 'Cædere Hillas' inter devirginata est. *Brant.* Nequaquam hic latet obscenitas. *Oud.*

Fotidis invicem cavillatus] *Flor. Palat. Oxon. D'Orvill. Pith. Fux.* habent, et *invicem*: unde puto, scripsisse Auctorem: *Fotis et invicem cavillatus*. Ita *Fotidis* in *Ms. Oxon.* pro *Fotis* p. 56. Post *lepto* in *Guelf.* scriptum erat *d.* sed deletum. *Forssan* etiam *ego* hic inserendum. Non enim *cavillatus*, seu illius irrisusque est *Lucius* sermone *Fotidis*. *Eo* sensu passivo 'cavillor' numquam usurpatur. Certe non ab *Appuleio*. Sed *Fotis* *lepto* sermone cavillata erat, et *invicem* *Lucius* *cavillatus*, seu jocatus est, ut pergit. *Lib. ix. p. 182.* 'Ad hunc modum cavillantur.' Hinc sæpe cum accusativo, ut alii, jungit. Vide ad *lib. ix. f.* 'meum prospectum cavillari.' Vel legi posset: *At ego sic lepidum sermonem Fotidis et invicem cavillatus.* Idem.

Duodent laboris Herculei] *Ovid. Metam. lib. ix. vs. 182.* *Tzetzes Chil. ii. Hist. 36.* *Cointhus Smyrnæus lib. vi. vs. 200.* *Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. iv. Hyginus Fab. 20.* Unde et *Nonnus* eruditissimus et suavissimus *Poëtarum Dionys. lib. xxxv.* *Herculem* vocat *δωδεκάθελον. Etmæh. Mibi primum istam virtutis adoream, ad exemplum duodeni laboris Herculei, &c.*] *Anna Comnena Alexiados i. Τοῦτο τρίτον ἄθλον πρότε τῆς βασιλείας, καθάπερ τὴν 'Ηρακλεΐ, τῷ μεγάλῳ 'Αλεξίῳ ἐγένετο. Pric.*

Trigemino corpori Geryonis] *Palæph. lib. i. Diodorus et Hyginus* locis prænominatis. *Etmæh.* Rectius fore *tergemino* ex *Virgillii lib. viii. Æn. vs. 202.* et aliis, judicat *Arntzen.* ad *Aurel. Vict. de Viris ill. c. 4.* quem vide, et omnino *Cel. Dukerum* ad *Flor. lib. i. c. 3. § 2.* Scilicet *tergeminus* passim significat *triplicem*, ut 'tergemini libri Sibyllini' *Auson. in Grypho vs. 86.* in quo tamen *Mss.*

mire terna et tria confundunt. *Plura* ad *lib. xi. p. 240.* 'crispante brachio tergeminos jactus:' locaque, ubi *trigemi* de triplicibus occurrunt, mendosa existimant viri docti. *Trigeminus* vero tres notat uno partu et simul editos. At hinc patet, nihil hic esse mutandam. Triplex enim hoc et tergeminum corpus simul uno partu est editum. Quomodo rectissime *Cl. Drakenb. apud Liv. lib. vi. c. 7.* explicat 'trigeminam victoriam,' sive victoriam unius anni *ter* et quasi simul partam *trigemina porta.* *Val. Max. lib. iv. c. 7. § 2.* ubi vide *Socerrum.* 'Trigemina verba' *Gellio lib. xiii. c. 25.* de idem significantibus et simul positis. Contra abusive 'tergeminum ovum,' pro trigemino est *Auson. Epigr. 56. Geryona,* non *Geryonis*, (pro quo *Geryonis* in *Palat. Guelf.*) amant alii. Vide *Vinet. ad Auson. Gryph. 82.* et *Comm. ad Virg. Æn. vi. 289. viii. 662.* ad *Sil. lib. iii. 922. Suet. Tib. c. 14.* supra pag. 42. *Seneca Tragicus,* alique; ac vide *Gron. ad Herc. Fur. vs. 1170.* Sed et posteriores *Græci* dixerunt *Γερῖον, Γερῖονος*, ut *Libanius Ep. 1477.* *Plura* vide apud *Munk. ad Hygin. p. 16.* *Ed. Staver. Geryonis* *Amm. Marcell. lib. xv. cap. 9.* *Priscian. in Perieg. vs. 573.* 'post fata peremti Geryonis.' Sed *Ms. vetustissimus Voss.* dat *Geryona.* Optime. *Oud. Trigemino corpori*] *Glossarium:* 'Τρίπλομος, tricorpus.' *Pric.*

Triplici formæ Cerberi] Nempe superiore ex parte. *Tria* enim tantum capita habere fingitur, de quibus vide *lib. vi. p. 121.* *Broukh. ad Tibull. i. 3. 70. iii. 4. 78.* 'Cui tres sunt linguæ, tergeminumque caput.' Cave tamen, hinc legas cum *Philomathe Pisano* in *Ed. Junt. poster. tripiti.* Nam et ipse canis nobiliore parte *triformis* audire potest: unde 'Tricerberos canis' *Fulgentio lib. i. c. 5.* ubi consule *Munker. Propert. lib. iv. 7. 52.* 'Juro, &c. Tergeminusque

canis sic mihi molle sonet:’ ut junctim legendum puto e Mas. Cum Heinelo volebat Broukhuis. *Tergemini-numpus canem*. At tunc præferrem: *Tergeminoque canes*. Sic mihi molle sonent: uti Ovid. Epist. ix. Hor. vs. 38. ‘et osuros terna per ora canes:’ ubi vide, et vs. 93. Sic Mas. et Edd. Vett. Ausonii Gryph. vs. 82. ‘Geryones triplices:’ quod non debuerat mutari. Idem enim sic ait Epist. vii. 6. ‘Geryones quot erant:’ et Epist. xviii. 6. ‘Accipe tot numero, quot duo Geryones.’ Sed hæc *ἑνὶ σαρδίῳ*. Immo eodem, quo Noëter, modo Ovid. lib. ix. Met. 184. ‘Me nec pastoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, movit.’ Oud.

Et Domnam tuam, cum aliquid hujus divina disciplina molitur, ostende] Apud Lysiam i. Orat. *Ἀὖτις δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μοι ἐνδείξαι. Πρίε*.

Certe cum *reformatam* video] Colvianam lectionem, quam in contextu retinere seqq. Edd. præter Lips. et Fux. Codd. confirmant Regius, D’Orvill. et Palat. ac Gueff. in quibus duobus, cum *reformatam*. In Bertin. ex Modii coll. cum *reformatam*, Oxon. ut *reformatam*. Nec temere proseribo, quia participia deponentium et passivorum non solum præteriti, sed et præsentis temporis significationem nonnumquam obtinent. Ut hic *reformatam* sit, quæ *reformatur*, vel *se reformat*, *περαιοποφουμένη* Luciano. Adi Perizon. ad Sanct. Min. lib. 2. 15. 5. Davis. ad Cæs. lib. vi. B. G. c. 29. ‘Ad bellum Amb. profectus:’ ubi prave T. Bentlei. respondit *profecturus*. Drakenb. ad Liv. lib. xxi. 52. 10. Certe præferre alteri, quam Sahn. et Lips. margini adleverant, et vir doctus ad oram Ed. Junt. post. scripsit, et Elmenhorstius proposuit, cum *reformatum*, scil. ex varia lectione Mas. Florentinorum, qui dant *cum res ornati*, al. *cum reformatam*, al. *cum reformatur*: ut notavit Lindenbrogius, et dudum conjecerat

Grossetius. Ut dicam tamen quod sentio, neque *reformatum* credo esse lectionem veram. Nannum enim credam, hinc corruptum fuisse *cum reformatu*, quod est in Pith. et Edd. ante Colvium; sed rescribendum, *cum in reformatu* sive *reformatione*, uti etiam Pricæus Ed. margini adposuit Clar. Wasse. Amat Appuleius nomina quartæ declinationis in *us* præ exeuntibus in *io*, etiam nunc *ἑνὶ λογίῳ*. Sic l. i. p. 17. ‘oleam unctui, lintea tersui.’ Lib. iii. p. 52. ‘meditatus innoxios,’ pro innoxiiis meditationibus. pag. 57. ‘succussu.’ iv. pag. 66. ‘cogitatu.’ Lib. vi. p. 127. ‘vocis excita.’ Lib. vii. p. 134. ‘insatu laciain.’ pag. 137. ‘indagata ferarum.’ pag. 139. ‘sacrificatu.’ pag. 147. ‘inspersu cicerum:’ et alia plura. Vide ad Suet. Cæs. cap. 7. Hoc ipsum *reformatum* restat in Tertulliano, adversus Valentini. cap. 12. ‘tutelarem reformatum.’ Oud.

PAG. 56 *Nec ipse tu videre talium rerum radis, &c.*] Tibullus i. 8. ‘Quid querar heu misero earum novissae? quid herbas? Forma nihil magicis utitur auxilijs.’ Cicero Famil. vi. 11. ‘Ne ipse quidem radis.’ Pric.

Micantibus oculis] Supra lib. ii. ‘Oculi in aspectu micantes aquilino.’ Idem.

Residentibus crinibus] D’Orv. Pith. Fux. dant *resistentibus* cum Edd. Wew. Elmenh. Pric. et Flor. ob nitorem; sed idem et elegantius significat *residere*, quod ceteri Mas. et Edd. retinent. Quare cum Scriverio revocavi; sicut et Pricæus recte conjecit, lib. ii. pag. 26. ‘capillus residet:’ ubi vide. Oud.

Flagrantibus papillis] Si ita legamus, capi debent papillæ flagrantem non præ calore, qui incitare Lucium non potuit, sed præ rubore suo candenti, quo et ‘genæ flagrare’ dicuntur. Adi Burm. ad Valer. Flacc. lib. viii. 411. ‘flagrantesque genas vidit.’ Præfero tamen hic lectionem Codd.

Oxon. et Par. cum Pricæo et Florido, quod jam dudum e conjectura viderat Grosletius, et in contextum receperat Scrivenerius, *fragrantibus*, præ suavi et cinnameo odore, ut recte explicat Pricæus. Frequentissima in his vocibus est confusio: ut in illo Horatii lib. II. O. XII. 25. 'Dum fragrantia detorquet ad oscula Cervicem:' quod ibi melius servat Bentleii. et cum eo Mss. duo D'Orvill. Imme et sæpe permutantur illis in locis, in quibus certo certius *fragrare* est legendum. Adi Drakenb. ad Sil. lib. XV. 117. 'fragrantis amomi.' Solin. c. 37. 'Dionysias vinum fragrat:' ubi male in nonnullis, *fragrat*. Cap. 52. p. 59. 'fragrantia mirifici spiritus suavitatem.' Sic leg. e Mss. aliquot, item Isidoro, Marbedæo est. Sic lib. II. pag. 20. 'verius cinnama fragrans et balsama torans.' Lib. VI. pag. 116. 'fragrans balsama.' Lib. X. p. 226. 'unguento fragrantissimo prolabium libidinis suscitaram:' ubi idem error. Adde Serv. ad Æn. I. 436. Licet enim id verbum simpliciter positum signet aliquando malum odorem, creberrime tamen sumitur in bonam partem. *Idem*. *Flagrantibus papillis*] Sic excusi omnes: legendum *fragrantibus*. In vet. Epigr. Καὶ μαζοὶ γλαυχότες, ἐὼς ὄφθαλμοί, ἡμετέραι, ἔκφρατες, τῶν τε περὶ τὸν οὐδὲν καλόν. Cantic. Salom. 4. 6. Πορεύσασαι πρὸς τὸ ἵκος τῆς Ἀμόνης, καὶ πρὸς βουνὸν τοῦ Ἀβδὸν. ubi magnus Grotius: 'Sic vocat mammas ob suavissimum odorem.' Sic infra heic lib. VIII. 'odor corporis cinnamæi.' Hæc scripseram, cum et *fragrantibus* inveni in Oxoniensi Ms. *Pricæ*.

Addictum] Perperam Pal. Oxon. D'Orvill. *additum*, ut vulgo peccabatur ante Salin. apud Solin. cap. 52. 'cognitioni nostræ addicta est.' Sic enim et Mss. 8. mei. Auct. ad Her. lib. IV. cap. 16. 'Corpus addiderit turpissimæ cupiditati.' Ed. Bas. pr.

affectum. Oud. *In servilem modum addictum atque mancipatum*] Adolescens Plantinus in Bacchid. 'Nunc ego mulier tibi me mancipa.' Seneca Epist. CXVI. ex Panætio: 'Non est committendum ut incidamus in rem commotam,' (Amorem) 'impotentem, alteri mancipatam, vilem sibi.' Sic 'mancipari virgini' Donatus ad v. 2. Eunuchi dixit. Illud 'in servilem modum' est a Tacito, qui in II. Histor. 'Sumptum de eo supplicium servilem in modum.' *Pricæ*.

Jam denique nec Larem require, nec domuitionem pare] Idem adolescens Plantinus Sc. Mirum in modum: 'Abire hinc nullo pacto possim si velim, Ita me vadatum amore vincitumque attines.' Amator apud Tibullum: 'Ite sub imperium sub titulumque Lares.' Damascius apud Photium: Ὀτρυνεὶν ψυχὴν διεκίδου ὡς τῆς ἐκπεριότητος, ἔστω ἐπὶ οὐλο ἐκκαθεῖται τῶν αὐτῶν. *Idem*. *Nec domuitionem pare]* Infra XI. 'Tardam satis domuitionem comparo.' *Idem*.

Nocti isti] Ro. Fl. et Bert. *noctis ista*, male. *Elmonh.* Sic quoque Pith. Edd. Vicent. Ber. Sed in notis, ut vulgo. Forsan dederat Aucter ἀρχαῖος *noctis ista*, ut apud Plaut. Truc. IV. 3. 16. 'Iste dedi.' Lib. V. pag. 109. in plerisque: 'isto mee pectori:' ubi vide. In Genit. lib. XV. pag. 256. e Mss. optimis: 'Illa temerariæ curiositatis.' *Ipsa* et *ipso* alibi. Vide ad lib. V. p. 94. Confer Plantinum Parei Lexicon. Oud. *Et nocti isti nihil antepone]* Id est, 'Hanc noctem rebus omnibus antepone:' sic infra hoc libro: 'Me nullam aliam Fotidi meæ præmalle:' pro, 'me omnibus Fotidem m. præmalle.' et lib. V. 'Amo te efficitur, nec ipsi Cupidini comparo:' id est, 'ipsi Cupidini præfero.' Ibidem, 'Periculum nullum ante oculos habere:' ubi mens est, 'pericula omnia post tergum rejicere:' id est, 'nulli facere.' *Pricæ*.

Quam vellem] Vide Gruterum de hac formula Suspici. lib. vi. cap. 10. *Elmenh.*

Inquit illa, præstare tibi] Omnes Edd. ante Colv. cum Mas. Pith. Fux. Guelf. Palat. D'Orvill. Coll. Voss. *inquit respondit illa p. t. Oxon. respondit illa:* ut videatur alterum e varia lectione in textum inrepsisse; nisi censeas, *inquit* pleonastica positum, ut Græce *ἐφ'.* de que monui ad lib. i. pag. 16. 'risu subijcio benignè inquam.' Quod tamen hic foret durissimum. An igitur, *inquit responso,* vel *inquirens respondit,* ex Homericō *Ἀμφίφωρος προσέφη? Oud.*

Et omnium præsentia viduata] Bertin. *præsentium.* *Elmenh.* Nec secus Pith. Fux. D'Orvill. Et sane in deliciis habet Auctor casum secundum, ablativi loco junctum adjectivum, et quidem participiis: ut lib. ii. init. 'turbæ completa.' Statim, 'exterminatus animi.' Lib. viii. init. 'morum improbus:' ubi vide. Immo in Flor. N. 23. 'viduata deliciæ.' Adde Drakenb. ad Sil. lib. xii. 370. 'viduata venenis.' Sed tamen, an jungi possit cum Genitivo personæ, dubito. Certe præfero hic *præsentia*, ut lib. x. pag. 327. 'parentumque præsidio viduatam.' Cum Accus. est in Colum. Sangerm. Cod. lib. x. vs. 335. 'Quæ capitis viduata comas, spoliataque nudo Vertice.' In Medic. cenus, melius certe, quam vulg. *coma.* Copula exsulat ab Ed. Floridi. *Hominum* malebat Heins. *Oud.*

S. secum hujusmodi] Scilicet in Edd. Colvio prioribus edebatur: *solet hujusmodi secreta vel secreta huj.* (ut in Junt. post.) *perf.* Hinc Colv. motus auctoritate Lips. Cod. cui suffragantur Pal. Regius et Fux. effinxit: *solet secum hujum. p. pro secreta* reponens *secum*, eumque secuti sunt Vulc. Wow. et Pricæus. At *Elmenh. e Mas. revocans secreta*, simul retinuit *secum* cum Scriv. et Florido. Verum omnes

Mas. ut Flor. Bert. Pith. D'Orvill. qui habent *secreta*, carent *vñ secum.* In Oxon. simpliciter, *solet hæc secum perf.* Puto scribendum: *solet hujusmodi secreta vel secr. hujusmodi p. quamquam retinui, secum h. secreta.* Idem. In solitudinem semper abstrusa, et omnium præsentia viduata, *solet secum hujusmodi perficere]* Hellodorus de Venefica: *Ἀνεροχλήρου, &c. σχηλῆς: δειλῆσθαι: νομίσαντα, πῶτον μὲν βέβηκεν ἀπὸ τῆς, &c.* Noster in Apologia de Magia loquens: 'Tenebris abstrusa, et arbitris solitaria.' Habent heic editi libri, *hujusmodi secreta perficere:* servetur altera lectio. Interpres vetus Ignatii Epist. ad Trallianos: 'Ne in nobis compleatur quod Propheta ex persona Dei ad hujusmodi dicit,' &c. Oxon. *Solet hæc secum perficere. Pric.*

Sed tuum postulatam præponam periculo meo] Sallustius ii. de Rep. ord. 'Mihi multa cum animo reputanti, consilium fuit famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere.' Infra lib. v. 'Nos originis nexus pro tua incolumitate periculum nullam ante oculos habere compellit.' *Idem.*

Ut immo] Corrige, ut initio. Be- roald.

Fidem silentiumque] Id est, fidem silentii: *ἢ διὰ θυσίῳ. Pric.*

Gannientibus] Omnes ante Colv. garr. At *gannientibus* dant etiam Reg. Fux. Oxon. Pal. D'Orvill. et Lips. ut in omnibus. Lib. ii. pag. 30. 'ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur.' In eadem re lib. iv. init. 'secretis gannitibus videbantur indicare.' Lib. x. in fragm. Florent. 'mordicibus ganniens ego et dentes ad Jovem elevans.' Auson. Epigr. 108. 'tremulis gannitibus æra pulsas.' Adde Voss. ad Catull. c. 83. pag. 309. 'gannit et obloquitur:' et infra ad lib. v. pag. 107. 'in auribus Veneris ganniebat.' *Oud.*

Hactenus denique] Quid hic signifi-

eet *bactenus*, me nescire fateor. In D'Orv. est *attenuus*. Si Mas. juvarent, accederem Acidalii sententiæ, in Plautinis cap. 6. eam vocem post *fatigato* demittentis. *Idem*.

Intecti bacchamus] Pal. Flor. et Bert. *intecti atque nudati b.* Elmenh. Adde Lips. Oxon. Pith. Fux. Par. et Ed. Junt. post. Verissime, quod et vidit Pricæus, et dudum edidit Scriverius. Id est, sine vestibus et stragulis. Passim *intectus* et *nudus* vel *nudatus*, ut lib. ix. et x. pag. 233. Similique Synonyma jungere amat Auctor, ut pag. 57. 'externatus et attonitus.' Vide Pricæum tum alibi, tum ad Apolog. p. 68. 'jejunus et abstemius:' et lib. viii. Met. p. 155. 'inermes atque immuniti:' ubi plura. L. x. pag. 228. 'sola et sine ullo comito.' In Palat. a.m. pr. erat *intectis*. Oud. *Intecti bacchamus*] Repone ex Oxon. et cæteris Mas. *intecti atque nudati bacchamus*: sic infra x. 'Nudo atque intecto corpore.' Pric.

Fotis puerile obt. corollar.] Oxon. *Fotidis*. In Fux. et Coll. Voss. queque *puerilis*, in Palat. *pueri ut*. De *puerili* corollario vide Ber. Pric. et Acidalii dicto supra loco. Dubito, an Heinsius hic voluerit scribere *pullarii*, ut bis se emendasse ait Appuleius in Epist. Corp. t. v. pag. 381. Vide et Burm. ad Petron. c. 43. *Pullarius* enim est *vaῖσπαορῆς*, et sectator *pulli*: de quo p. 57. in f. Oud. *Cum quidem mihi fatigato de propria liberalitate Fotis puerile corollarium obtulit*] Martialis: 'Fessus mille modis, illud puerile poposei: Ante preces totas primaque verba dedit.' Vide Suidam in *Δοσίτροπος*. Notetur et vox illa *liberalitate*. Idem Martialis: 'Formosa Phyllis nocte cum mihi tota se præstitisset omnibus modis largam,' &c. Pric.

Luminibus nostris] Tacite sic edidit Elmenhorst. cum seqq. quomodo dant Flor. Bert. Palat. Oxon. D'Orv. Pith. Fux. et Ed. Junt. post. In aliis *Delph. et Var. Clus.*

Mas. et Edd. *meis*. Quod forsant mutarant, quia sequitur *nos*. At ipse dormiens nescire non potuit, an etiam dormiverit Fotis. Quia tamen id naturale, *nostris* retineo. Oud. *Luminibus meis vigilia marcidis*, &c.] Tacitus Annal. vi. 'Libidinosis vigiliis marcidus:' quod ipsum hic Appuleius. In Oxon. melius, *luminibus nostris*. Pric.

Etiam in alium diem nos att.] *Altum* conjecerunt Groot. ad marg. Ed. Ald. Pontan. Anal. lib. ii. cap. 6. Salm. Lipsius ad marg. Ed. Colv. Menraius Exerc. Crit. lib. iv. cap. 17. et alii, atque ediderunt Elmenh. et seqq. Pricæo in Add. placuit etiam, in *multum d.* Utrumque quin bene dicatur, nemo potest dubitare. Sic e contrario 'alta nox' supra lib. i. et sexcenties occurrit. De 'multo die' vide Front. i. 13. 7. Drak. ad Liv. v. 26. Burm. ad Suet. Aug. cap. 78. Septim. de B. Troj. l. iii. l. 19. Verum offendit me *altus dies*; quia non video, quomodo unica Milonis ancilla tamdiu in lecto potuerit percabare, nec dominis suis jam prius debuisset servire. Quare restitui, Mas. et Edd. Vett. consentientibus, *altum*, sive 'per reliquam noctem usque in sequentem diem,' sive 'in alterum diem,' ut ait pag. 60. ubi idem in nonnullis editis error. Sicut et lib. ix. p. 183. 'altera die,' in Mas. *alta*. Apoll. Rh. l. ii. 176. *ἡμεῖς δ' ἄλλῃ*. i. e. postero, sequenti die. Illustrat 'infusus soporem' Heinsius ad Sil. lib. viii. 121. 'Namque asper somno dirus me impleverat horror:' legens: *Nam somno aspersam*: ubi tamen potius scribendum: *Nam mane summo* ex l. iii. 200. vel, *Nam pressam s.* Oud. *Sopor infusus, etiam in alium diem nos attinuit*] Seneca Epist. cxxii. 'Turpis qui alto Sole semisomnus jacet.' Nec male heic legas, in *multum diem*. Infra lib. iv. 'Ut usque diluculum, imo et in multum diem,' &c. sic Cicero, 'in multam noctem vigilare,'

in Somn. Scip. *Pric.*

Attinuit] In utroque Flor. est obtinuit. Sed 'adtinere' est, detinere. Lib. iv. init. 'Nec me compascuus cœtus adtinere potuit.' De Mundo pag. 722. 'Conjuges copulæ ordinatæ vicibus adtinentur.' Sept. de B. Tr. v. 2. 'Amici, &c. patria adtinuere in hunc diem.' *Oud.*

Ad hunc modum transactis voluptarie paucis noctibus, &c.] Scribendum puto, *haud paucis noctibus.* Supra lib. ii. 'Ad ejus noctis exemplum similes adstruximus alias plusculas.' *Pric.*

In aren. sese plamaturam] Gellius ix. 4. 'Corporibus, &c. avium ritu plamantibus.' *Idem.*

Et ad suum capitulum sic devoluturam] 'Ad suum amabilem' 3. Esdræ 4. 24. vetus Interpres. Infra lib. vi. 'Ne cum sua cupita conveniret.' *Idem.*

Ad tantæ rei speculum] *In t. r. sp.* etiam Oxon. et Par. *spectaculum* D'Orvill. Suspecta mihi est vox *specula*; quæ syllaba prima brevi (nam prima brevi est *parva spes*) nihil aliud significat, nisi locum, unde quid prospicitur: quomodo Auctor adhibuit ipse lib. ii. p. 47. 'Solem ipsum de specula candelabri intuetur.' Pro *spectaculo* vero, quod hic sensus requirit, utitur aliquoties τῷ *spectamen*. Lib. iv. p. 77. 'fonostumque spectamen adsepi:' ubi olim odebatur quoque, *spectaculum*. L. vii. pag. 141. 'Hercules memorandum spectamen,' Hic tamen mallet, *speculamen*, facillimo errore in *speculum* decurtatum. Prudent. Apoth. vs. 20. 'hebes intuitus speculamine glauco.' *Oud.* *Ad tantæ rei speculum, &c.*] Palat. et Oxon. Mss. *In tantæ r. s. Pric.*

PAG. 57 *Suspensæ v.*] Lib. v. 'suspensis per formidinem grossibus.' Claudianus de Statu Animæ lib. i. 'suspensio vestigio iter temptare.' *Elmenh.* Vide Abresch. ad Aristæm. lib. ii. Ep. 7. *Oud.*

Insono vestigio me perducit. Ipsa

per rimam] Fax. in *sompna.* Oxon. et jam *ins.* Dein quæ exsulat ab Edd. Bas. pr. Colv. Vulc. Wow. Ac male vulgo plene distinguitur post *perducit.* Nam auctoritate Codd. Lips. Pith. Guelf. Palat. Oxon. Reg. Fax. D'Orv. scribendum est, ut exhibui, *perducit ipsa, perque rimam.* *Idem.* *Suspensæ et insono vestigio*] Seneca (Edipo: 'Suspensæ plantis efferens vestigia.' Ἡρέμα, καὶ κτύπου χροῖς βαδίζουσα, ut apud Aristænetum illa. Seneca alter Epist. xvi. 'Cujus aures ne quis agitet sonus, omnis servorum turba continet, et suspensum accedentium propius vestigium ponitur.' De Scylla Virgilius Ceiri: 'Suspensæ levans digitis vestigia primis Egredditur.' Quintilianus i. Declam. 'Gradu suspensio ponere certa vestigia.' Ovidius i. Fast. 'Vestigia furtim Suspensio digitis fert taciturna sono.' Maximianus iii. Eleg. 'Suspensos ponere gressus, Et tota nullo currere nocte sono.' Infra hic lib. v. 'Nudo vestigio penalem gradum paulatim minuens.' Euripidis Orest. Ἰγνα, σίγα, λεπτὸν ἔχως ἀρβύλης τῖθεϊρε, μὴ κτυπεῖρε, ἀλλ' ἔστω κτύπος. Lucianus in Deorum Dialogis: 'Ἀφορητῇ, καὶ ἐν' ἑκρον τῶν δακτύλων βεβηκνῖα. Onomast. vetus: 'Insonus, ἄφωνος.' *Pric.*

Spectare] Pessime Basil. contra omnes Mss. et Edd. Vett. *spectare* intraserunt pro *arbitrari*, retinueruntque Colv. Vulc. Wow. *Arbitrari* Plauto, aliisque, et Nostro inprimis est *inspicere.* Lib. iv. pag. 72. 'antique domus fortunas arbitraturus.' Lib. vii. init. 'arbitrabar ejusmodi consilium caperent.' Lib. x. 'coram arbitratur.' Vide Elmenh. Indicem. Hinc passim *arbitri* vocantur inspectores seu speculatores. Vide Taubm. et Pareum ad Plautum, Comment. ad Vell. lib. ii. cap. 14. Heima. ad Ovidii lib. iv. Met. 224. Munker. ad Argum. i. v. F. 3. *Oud.* *Perque rimam ostiorum jubet me spectare quæ sic*

gesta sunt] Petronius: 'Per rimam foris speculari diligentissime cœpi,' &c. Infra lib. ix. 'De rima quadam prospiciunt sanum me atque sobrium, &c. consistere.' Hellodorus lib. vii. Προσεστὸς ταῖς θύραις, καὶ διακρίνας διὰ τῶν ὀπῶν καθ' ἃς διήνηκτο ἡ ἄλυσις, εἶδε τὰ γινόμενα. *Pric.*

Et arcula quadam reclusa, &c.] De 'arcula' Magicis adhibita olim ad Apologiam dixi. *Idem.*

Inde depromit] Fortasse, *indidem promit.* Plant. Pseud. Act. i. Sc. 4. 'Quod si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet?' *Brant.* Sed sequitur, 'indidem egesta ping.' Temere nimis Scriverius hic Brantii conjecturam in contextum recepit, ejecto mox τῷ *indidem*: et quia in Pith. Cod. est *atepindide*, coniecit male vir doct. et *e pyxide*. Ceterum vocem *pyxida* restituendam puto Valer. Flacco lib. vii. 334. 'Hæc dicens, qua non velocius ulla Pestiferam toto nec quicquam lumine lustrat.' Substantivum *cistam* vel simile requiri, recte ibidem docuit Burmannus. *Oud.*

Indidem egesta unguedine] Hinc 'unguentaria' id genus mulieres dictæ: ita et Canidiam Horatii Scholiastes vocat. *Pric.*

Africata] Lipsiano Cod. accedunt Pith. D'Orvill. cum Edd. post Colvinm. Sed in ceteris *adfacta*, *adfritis*, *adfritca* cum Edd. Vett. quod revocavi, licet et altera terminatio in hoc participio non sit rara. Sed pag. 59. 'perfriti membra.' Plura vide mox ad τὰ 'defritis pupillis.' *Oud.*

Ab imis unguibus] Speciem adagionis habet hæc locutio, et a Plauto est Epid. 'Contempla, Epidice. Usque ab unguenlo ad capillum summum est festivissima.' Plutarchus de virtute Alexandri: 'Ἀλεξάνδρου δὲ εἰ μὴδὲν ἄλλο, τὸ σῶμα ἰσοδ' κατατετραμένον ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἕχρι ποδῶν διακρίσεται. Petronius: 'Hoc ergo remedio mutemus colores a capillo us-

que ad unguem.' B. Ambrosius Officiorum lib. ii. 'A vestigio pedis usque ad verticem.' *Colv.* In D'Orvill. usque ad, ut Cic. pro Rosc. Com. cap. 7. 'Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum.' Prudent. *περὶ στεφανῶν* Carm. i. 110. 'Ungue ab imo usque ad capillum salva reddit omnia.' Plura vide in Comm. ad Petron. cap. 112. Sed *adusque* frequens esse Appuleio, vidimus alibi. *Oud.*

Sese totam, &c. perlinit] *Perlita* exaratur in Reg. Fux. Pal. Par. forsan et aliis. Nam ita producit Vossius de Anal. lib. iii. c. 5. de passivis active acceptis, quasi nulla hic esset varietas: de quibus infra dicemus. Sed si *perlita* hic vera sit lectio, quod admodum est probabile, (junguntur enim *perlita*, *multumque collocuta*,) malim capere per ellipsin Græcissantem, ut dicitur, 'perlinitur membra,' 'induitur corpus,' sive vim verbi medii, quam Belgice exprimis per *hebbende*, ut præteritum activum exprimamus: ut census *dilectam*, et alia viri *κρίττω* exponunt. Adi quos laudat Burmann. ad Ovid. lib. i. ex P. El. ii. 140. et Miscell. Nov. Lips. vol. iv. t. iv. pag. 713. *Idem.*

Cum lucerna collocuta] Bert. *locuta*. In D'Orv. *per lucerna*; quod credi posset corruptum ex *pro luc*. sive ante, et coram. Sed lucernam allocuta videtur, tamquam oraculum, vel Sibyllam, ut vidimus lib. ii. pag. 28. Et de hoc constructionis genere egi ad Cæs. lib. vii. B. G. cap. 47. 'Quicum erat conclonatus;' et passim, 'loqui cum Deo, queri cum fortuna.' *Idem.* *Multumque cum lucerna secreto collocuta*] Lucerna secretorum teucissima habita, utpote quæ cum omnia videret, nil foras eloqueretur. Apud Aristophanem in Ecclesiaz. mulier lucernam alloquens: Καὶ ταῦτα συνδρῶν, οὐ λαλεῖς τοῖς πλησίον. 'Ἀνθ' ὧν συνοῖσι καὶ τὰ νῦν βουλευµατα. *Pric.*

Membra tremulo succum quatit] Enripides Ione: *Εκρῶπος ὁπῶς Ἴωνος. Idem.*

Quis leviter fluctuantibus] Sic recte Mas. cum Basileensibus et seqq. Antea edebatur minus bene, suffragante tamen unico Gœlferb. *leviter*; quod est tarde, placide, ut lib. i. pag. 14. 'lenis fluvius:' ubi vide. Hic assiduum motum et tremulam celeremque agilitatem designat: adeoque *leviter* est legendum. Sic Varro apud Priscian. lib. x. col. 878. 'dulcis levis unda saporis.' Horat. Epod. xvi. 48. 'levis crepante lympa desiluit perde:' ubi Cuningh. edidit *lene*. Plura dicam ad lib. vi. pag. 123. 'amator levis in pinnas se dedit.' Oud.

Fit bubo Pamphile] Ovidius de Cygno in avem sui nominis verso: 'Penna latus velat, tenet os sine acumine rostrum, Fit nova Cygnus avis.' Metam. ii. Pric.

Sic edito stridore querulo, jam sui periclitabunda, paulatim terra resultat] Isidorus Orig. xii. 7. 'Volucres pinnarum auxilio moventur, quando se aëri mandant. Periclitabunda sui est, libratis brachiis,' ut infra hic simili argumento loquitur. Nota et *stridorem querulum* dum levaret se. Suidas in *Χαλδαϊκοῖς ἑρμηνείαις*, de Isidoro: 'Ἵρεδελαντε τὴν ὀδὸν τῆς μηχανῆς, ἔλλυν τε καὶ στροβύλῳ, καὶ μικρῶν τοῦτων καὶ κατοικιδίων τῆς πτήσεως, οἷα φοφοῦσι ταῖς πτέρυξι πρὸς τὸ πέτασθαι ἐγχειρόμενοι. Idem.

Magnis suis artibus volens reformatur] *Magis* prætulērunt Grosiot. Meurs. Exerc. Crit. lib. iv. c. 17. Piccart. Per. Crit. c. 4. cum Edd. Scriv. et Flor. Atque ita Virg. Ovid. Plin. alique, et ipse auctor in fine hujus libri: 'artis magicæ suspicione.' Et de harum vocum confusione adi Burm. ad Lucan. lib. iii. 431. Sed repugnat Pricæus, et alibi 'magnas artes' a Nostro conjungi docet. Certe magia eleganter ita potest vocari.

Magnus enim non raro significat potentem polloquentemque, quæ sunt perpetua magis epitheta. Hinc 'Magni Dii,' et alia. Si quid mutandum, mallet: *magis suis artibus*. Ovid. lib. i. Am. 8. 8. 'Illa magas artes, Æraque carmina novit.' Apud Plinium lib. xi. cap. 37. § 79. pro magicis, inveni in quinque Mas. Bibl. Leid. 'Lapilli Chelidonii magis narrati artibus.' *Μάγος ἐνδοῦς* Sosiphanes apud Schol. Apoll. iii. 533. 'Magna' pro 'maga' ita corrupte in nonnullis lib. vi. p. 120. ac passim 'magis' et 'magnis' permutantur. Vide Drak. ad Liv. x. cap. 40. Perperam vero Brantius conjecit *solens*, quod etiam oræ Ed. Colv. adlevit Lipsius. Crebro hoc participio utitur Auctor pro 'sponte,' 'ultro.' p. 56. 'ex animo tibi volens delictum remittam.' 56. 'mancipatum teneas volentem.' Lib. ii. p. 29. 'ultro gestirem tali me magisterio volens tradere.' Lib. iv. p. 71. 'qui manu socia volens occumberet.' Lib. iv. p. 83. 'Idque unum et præs omnibus unicum volens effice.' Et sic sæpissime. Nec secus alii passim. Consule Virg. G. iii. 129. 446. Æn. v. 219. ibique Heins. eumque et Drak. ad Sil. Ital. lib. xi. vs. 445. item ad Vellei. lib. ii. cap. 62. 'a volentibus acceperant.' Immo hic *volens* Appuleianum esse docent seqq. 'At ego,' &c. pro quo D'Orvill. de more ejus librarii perperam, ac ego. Oud. *Magnis suis artibus*] Male ex Mas. Elmenhorstius, *magicis s. a.* Simillimum errorem erravit etiam Meursius, qui pro iis Apologetici, 'Si magnum putarem caducum dejicere,' &c. volebat *magicum* scribi. Infra lib. iv. 'Magnis artibus magnam opulentiam dissimulabat:' et viii. 'magne artis homo.' Sic loqui amat Noster. Pric.

Præsentis tantum facti, &c.] Flor. et Bert. p. *tamen s.* Quod et mihi placet pro *nihilominus*, perpetua confusione, ut jam monitum lib. ii. p. 40. Vide ad Cæs. lib. i. B. G. c. 32. lib.

iv. p. 71. 'Alcimus solertibus cœptis, tamen,' &c. Lib. v. p. 91. 'tamen memineris' ubi iidem substituerunt *tantum*. De vi hujus vocis, omisso in præcedentibus, 'quamquam,' 'etsi,' 'licet,' adi Coll. Drakenb. ad Liv. lib. xxxvii. 25. *Oud.*

Quidvis aliud] Idem Ms. *quidvis alius*. An *quidvis alius*? Colv. Inepta hæc est conjectura. *Quidvis* de homine, ut Græce, *πάντα μάλλον*. Ita passim 'Id,' 'quid,' 'quod,' &c. Consule Heins. ad Ovid. Ep. Her. vii. 168. xii. 31. Barm. ad Phædr. lib. v. in f. Cort. ad Plin. pag. 88. 475. 589. Duker. ad Flor. lib. iv. 2. 79. Virg. Georg. i. 36. 'quidquid eris.' Liv. lib. xxx. c. 30. 'quod ego fui ad Cannas, id tu hodie es.' Justin. lib. xvi. c. 3. 'quod ipsi non erant, liberos procreant.' Nemes. Ecl. iv. 31. 'nec hoc semper eris.' Lucan. lib. v. 729. 'quod nolles stare sub ictu, Conjux sola fuit.' vii. 689. 'quid fueris, nunc scire licet.' ix. 537. 'Idem, quod Carcinus ardens.' Unde patet, me bene emendasse ex Mss. quibus accedunt plures, dein a me visi, item aliquot Curtii et Barm. illis licet in vitis, lib. ii. 231. 'Contentus, quod Sylla fuit.' sive ea victoria et potentia, quam habuit Sylla, rerum potens. Male explicat locum Burmann. de quo alias. Ad Nostrum redeo; in quo nequaquam *quidvis* habet locum. Nam etiam se aliud quid, quam hominem fuisse, indicare voluit forsitan, ut Auson. Epig. vii. 'Dic, quid erit Marcus jam fata novissima functus, &c. Non taurus, non mulus, &c. Sed scarræus erit.' Sic et infra lib. xi. p. 261. 'Exsulta, ter futurus, quod alii vix semel conceditur.' *Oud.* *Quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius*] Meursius Exercit. Critic. 'quidvis magicis suis.' satis importune. *Pric.*

Sic exterminatus animi] Miror, Elmemhorstium hic non consuluisse veteres Edd. Deprehendisset tum istud

externatus nusquam legi, nisi in Edd. Vulcanii et Wowerii, ex conjectura J. Gulielmii lib. iii. Verisim. c. 4. et Grossetii, sed dein retentum. Quod non renuerem, si in Mss. reperiretur, ut ostentat sane Collatio Cod. Paræani. *Ἐξω φρενῶν* passim Græcis, ut Herodiano lib. iii. cap. 11. Longo Past. p. 137. Ed. M. Glossis. Ac sic Pricæus in Apol. pag. 111. Heins. ad Ovid. lib. i. Met. 641. 'externata refugit' citant. Adde Catull. c. lxiii. 165. 'externata malo.' et vs. 71. 'externavit incitibus.' Verrum, cum Flor. Oxon. Reg. Fux. Guelf. Lips. D'Orv. Palat. cum Edd. Vett. et Colv. ac Scriv. servant *exterminatus*, sive, ut ait pag. 100. Ed. Pr. 'extra terminum mentis positus,' et *externare* sua vi idem videatur nonnullis, quod *exterminare*, de quo ad Apolog. p. 108. Ed. Pric. restitui *exterminatus*. Sic enim fere dixit quoque Ovid. lib. ix. Met. 409. 'Exsul mentisque, domusque.' Tertull. de Spectaculis: 'sexum pudoris exterminans.' quem locum profert bene Salm. ad Pall. cap. 4. 'mentes fugantur.' Pro *sic* in Oxon. *sed*. Pro *animi* in Pal. Guelf. cum. *Oud.*

Atque atton.] Non *atque*, sed et scriptum fuisse verosimile. Nam in aliis de erat *et atque*. Lindenbr. Dubium fere relinquit Lindenbr. an Florentini istud *atque* præferant. Nam in ceteris Mss. hand comparet, neque in ulla Ed. ante Vulcan. uti nec in Wow. nec est necessaria copula, Appuleio sæpe *ἀντιθέτα* participle jungente. Vide ad lib. hujus pag. 49. Is tamen copulæ defectus fuisse causa videtur, cur Meursius sequentia *attonitus* in *am.* voluerit induci, ut glossam, lib. iv. Exerc. cap. 17. Sed de Synonymorum exaggeratione Nostri adi ad pag. præced. *Oud.*

Attonitus] Mirum est, istas voces in *ament.* tam secure Pricæum præterisse, quasi nusquam exstarent: quum solus eas e textu ejecerit Vulcanius;

dum ceteri ediderunt, *adtonitus in amentiam*, Scriv. in *amentiam adtonitus*, Basil. pr. et Floridi cum Flor. Mss. in *amentia*. Sed reliqui Codd. O. dant, in *amentiam*. Rectius, quod idcirco restitui. Sive *ad amentiam usque*. Lib. i. p. 6. 'in stuporem adtonitus.' Lib. iii. p. 49. 'In contrariam faciem obstupescit.' Lib. viii. p. 169. 'exsultantes in gaudium.' Plura vide ad lib. i. p. 3. 'in molliorem decorus.' Alio sensu 'in aliquid' vel 'aliquo attonitus' Auctor utitur; de quo infra. *Idem*.

Vigilans somniabam] Plautus Captivus, Scena, Jupiter supreme: 'hic vigilans somniat.' Sulpicius de obitu Martini: 'vigilans dormire te sentias.' Terent. Act. v. Scen. 5. 'Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit.' *Elmenh.* *Somniabar* est itidem in Reg. Fux. Pith. Palat. D'Orvill. quod vix putem, esse de nihilo. Ut enim multa Deponentia deinceps in solo usu fuere, quorum etiam activa Veteres adhibuerant, sic e contrario videntur multa dein fuisse in usu sola activa, quorum deponentia Antiqui, quorum sedulus est nimisque ruspator Appuleius, etiam usurparunt. Sic l. viii. pag. 160. 'Quiesce securus, beate somnia.' in Mss. O. et Edd. Vett. *somniare*. L. x. p. 220. in Mss. 'dejerantur utrique.' In Flor. N. 16. 'murmurari,' de quo itidem vide ad Cæs. lib. i. c. 39. B. G. et Voss. Anal. iii. c. 5. *Oud.*

Defrictis] D'Orv. *districtis*. vitiose. Vide ad l. ii. p. 37. 'perfrictis oculis.' et supra, 'adfricta ung.' Sic 'defricare dentes,' de quo Heina. ad Ovidii l. iii. Art. 216. 'dentes defricasse velim.' Sic quoque legendum e Cod. Sangerm. in Colum. l. vi. c. 33. 'Cicatrices oculorum jejuna saliva et sale defrictæ.' non *defricata*. *Idem*. *Pupillis*] Oxon. *papillis*, Pith. D'Orv. Edd. Junt. pr. Colv. *pupillis* cum Beroaldo in notis, Vulc. Wow. Pric. ac Flor. *pupillis* in Glossis Græ-

co-Latinis. At reliqui Mss. et Edd. cum Gulielmo in Veris. habent *pupulis*. Quod ubique præferendum existimo apud Nostrum; dum crebro variatur in Mss. et Edd. l. vi. p. 118. l. viii. pag. 161. l. x. p. 235. licet *pupilla* sit constanter apud Plin. l. x. c. 37. § 55. Sed *pupula* Lucretio, Horatio, Ovidio, aliis. Vide ad Ovid. l. i. Am. 8. 15. 'oculis quoque pupula duplex Fulminat.' Canneget. ad Avian. F. xiii. 6. Comm. ad Arnob. l. ii. p. 46. 'nostris in pupulis sidant.' Gell. lib. ix. c. 4. 'pupulas in singulis oculis binas habere.' Et sic Mss. Capitolini in v. Pertinac. cap. 14. item Mss. et Edd. meliores Solini p. 25. 37. 48. 51. Isidor. l. xi. Orig. c. 1. 'Papilla, &c. hanc plerique pupulam vocant. Vocatur autem pupula, quod sit pura et impolluta, sicut puella.' Sic leg. e membranis Leidd. Vulgo ubique, *pupilla*. *Idem*. *Defrictis diu pupillis, an vigilarem acire quarebam*] Horatius: 'Vigilansne plore?' Scholiares: 'Sic incredibile dicit factum, ut sibi somno simile videatur.' Ait, *defrictis pupillis*: quod solent nempe qui e somno evigilant. Philostratus iv. 6. "ὡς περ ἀφύπνισεν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔτριψε, καὶ πρὸς τὰς ἀγκύρας τοῦ ἡλίου εἶδεν." Petronius: 'Et pueri deteratis paulisper oculis ad ministerium redierant.' Pric. *Defrictis pupillis*] Perfrictis oculis multa frictione, quod facere solemus ad somnum excutiendum. Lucianus: ἐγὼ δὲ θεωρῶν ἐκείνῳ ὁλοκρενὸς ὄντων, τοὺς δακτύλους τῶν ἡμετέρων βλεφαρῶν ἡπτόμην: hoc est: 'Ego somnium illud videre me existimans, digitis palpebras oculorum meorum perfricabam.' Est autem *pupula*, et per diminutionem *pupilla*, oculorum media, in qua vis speculi adeo absoluta est, ut totam imaginem reddat hominis. Fæminas omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, auctores sunt Plin. Cic. Solinus. Hinc illud Nasonis: 'oculis quoque papa-

la duplex Fulminat.' *Beroald.*

Reversus ad sensum praesentium] *Pris-
tinum* est in D'Orvill. quod recepit
Scrivenus. Satis temere. Verissi-
ma est lectio *praesentis*, sive quum ad
me redieram. Vide *Pricæum* ad l.
II. p. 24. 'Evigila, et tecum esto.' p.
37. 'Sic inanimis pæne ibi non eram.'
ad lib. VI. p. 118. 'Quamvis præsens
corpore, sensibus tamen aberat.' Et
sic Auctor cum aliis dicit: 'animo
præsenti esse,' et 'apud se esse.'
Oud.

*Arrepta manu Fotidis, et admota lu-
minibus meis*] *Nicetas* in Isaacio An-
gelo et Alexio Filio, de Isaaci adula-
toribus: 'Ἐντορε δὲ καὶ τὰς ἐξηθρομέ-
νας (αὐτοῦ) χεῖρας περιπυσσόμενοι, καὶ
τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτὰς προσάπτοντες, &c.
Chrysostomus Homil. VIII. in Ephes.
de Pauli vinculis: 'Si illis temporibus
vixissem, amplexus ea essem au-
dacissime, καὶ ἐπὶ τὰς κόρας τὰς ἐμὰς
ἔθνηκα.' *Julianus* Epist. XL. de Jam-
blichii literis: 'Ὡς ἔλαβον, ἐφίλουν, καὶ
τοὺς ὀφθαλμοὺς προσήγον. et Epist. 60.
ad eundem: 'Ὅσους μὲν τῷ στόματι τὴν
ἐπιστολὴν προσήγαγον! &c. ἔπειτα ἐπέ-
βαλον τοὺς ὀφθαλμοὺς! *Pric.*

Per istas tuas papillas] *Papillas* le-
git Lipsius (lib. I. Elect. 18.) refert-
que ad modum rogandi per oculos.
Brant. Sic etiam Hansenius de Ju-
rejur. Veterum; immo edidit Flori-
dis: Ut ita suos oculos, quibus Fo-
tidis manum admoverat, vocet; quia
ei addicti et mancipati erant: et quia
jurare solebant per oculos. At du-
rissime eas vocasset *istas suas*; et *pu-
pillas* potius scribebat quam *papillas*. Sed
et statim pag. seq. jurat per 'Foti-
dis capillos.' Multo magis jurare
eum decet per ejus *papillas*, quibus
in servilem modum se addictum tes-
tatus erat p. 56. Immo sic Psyche
jurat et per Cupidinis sui 'capillos,'
et per 'pectus ejus fervidum,' l. v.
p. 97. Bene igitur *papillas* vindicat
quoque *Pricæus*. *Oud.* *Per istas tuas
papillas*] Hansenius libro de Jureju-

rando Veterum, *papillas* substituit:
qui apit nil mutet: supra hic ad
hanc ipsam ancillam: 'Sic tuis istis
micantibus oculis, &c. et fragrantibus
papillis in servilem modum ad-
dictum teneas,' &c. *Pric.*

Meæ Veneri] Virgil. Eclog. III.
'Parta meæ Veneri sunt munera.'
Servius: 'Meæ amicæ.' *Idem.*

Pignoratus assistam tibi] Ego ita
corrigo: ut *meæ Veneri Cupido pinna-
tus assistam tibi*: ut sit sententia, mun-
diter pureque explicata, hoc intel-
lectu: Perfice, inquit, ut ego ita hoc
unguine transfigurer in avem, sicut
Pamphile in bñbonem reformata est,
ut ego pinnatus alatusque fiam apud
te, haud secus quam Cupido Veneri
pinnatus assistit. Optat enim pin-
natus et volaticus factus assistere
Fotidi, perinde ac suæ Veneri: sicut
Cupidines alati præsto sunt matri.
Beroald.

An, inquit, vulpinaris] Colvium bene
secuti sunt Wow. Scriv. Pric. et Flor.
utri, si Flor. Pith. et Bert. excipias,
præbent mei Codd. *an.* Natum est
ain ex eo, quod *vulpinaris* adjective
sumserant, cum sit sec. persona verbi
vulpinari, sive more vulpino dolose
agere. Confer Nonium pag. 46. Ed.
Merc. *Oud.*

Anasio] D'Orv. *amasie*, sicut vulgo
dicitur 'amasius.' Sed l. VII. p. 147.
'Festivus hic amasio:' ubi idem Cod.
amasius. Apud Prudentium tamen
Carm. X. *περὶ στεφανῶν* vs. 182. con-
stanter in Mes. est: 'Amasionum
comprimuntur fraudibus.' Fux. *occa-
sio.* *Idem.*

*Meque sp. asciam cruribus m. illidere
comp.*] Proverbialis hic etiam sermo,
similis Plantino, Milite: 'Verum
enim tu istam, si te Dii ament, te-
mere hanc dedolas tabulam Tuis nunc
cruribus: capitique frandem capita-
lem hinc creas.' *Colv.* D. Augusti-
nus de Genesi contra Manichæos:
'Ne quum volunt verbis sacrilegis
concidere veritatem, quam videre

non possunt, redeat illis securis in crura.' Adi Beroaldum, et Comm. ad Petronium cap. 74. 'Ipse mihi asium in crura inepi.' Inepse *Asium* Edd. Rom. Vic. Bas. pr. autem Fax. aereum Lips. In Oxon. Pal. D'Orv. a scena. Pro Var. Lect. Oxon. aereum, et dein chmibus. Pith. aereum curribus. D'Orv. mri. Oud. *Asium*] Emendo arium, ut sensus ex illa vulgata asiataque sententia eliciatur: Vis ut ego mihi met malum conficiam, siquod ipse auctor mei doloris: si enim te fecero volaticum pinnatumque, tuque mox alio devolaveris, quem potero tunc ego incensere, nisi meipsam, de infanterio meo? Nam qui sibi sinisquemet cruribus sumpto sponte arium impingit illiditque. neminem nisi se potest accusare: cum ipse crucifragi sibi met auctor extiterit. Est enim arie ferramentum fabricæ materialis, quam primus invenit Dædalus, ut docet Plin. qua solet interdum materialis faber per incuriam sua ipsius crura considere. Hieronymus arium eleganti vocabulo dolatorium nuncupat, a dolando scilicet, lævigandoque. Ab arie crurium opus dixit Plant. pro perfectum, expositumque. In hanc ferme sententiam est illud Plauti ex Milite: 'Tenerere haud odolas tabulam tuis nunc cruribus.' Beroald.

PAG. 58 *Siccine me vix a lupis conseruo* *Thesalis*] Salmasius legebat, *siccine* nomen ipso *lupulis* conseruo *Th.* Vellem scire, quo sensu Scriverius expresserit scripturam Mss. Lips. Guelf. et Palat. *siciner*, pro qua, vel *siginer*, quod est in Pith. et Edd. primis, reposuit Beroaldus, seqq. Junt. pr. et Bas. pr. *siguier* pro saginate, pinguis. Satis ridicule. *Siccine* verissime Ald. Junt. post. Colin. et alii reposere, ut præter Flor. et Urs. ostendant Oxon. et D'Orvill. lib. ix. pag. 171. '*Siccine* vacuum et otiosum.' Sil. lib. ix. 25. '*Siccine* sic inquit: id quod alia quoque locis intrudere

conati sunt eruditi. Vide Sclopp. lib. ii. Susp. Lect. cap. 10. Forsan ob litteram r reliquit Auctor: *Siccine* ergo. Deinceps *me vix a lupis* c. est in Reg. Oxon. Pal. et Edd. Colv. Vule. Wow. Scriv. *me vix a lupulis* in Florent. Edd. Elm. Pric. sive, ut exponant, meretricibus, quas *lupes* vocari notum est, quæ insectarentur saginatum Lacium alitem, et sic in capto eo perderent Fotidem. '*Porfidus lupulas*' vocat Auctor *Psyches* sorores lib. v. pag. 95. At mihi non probant se hoc loco *lupes*, in que non est sermo nisi de Lucio in avem transformando. Primo igitur pro *me vix a* rectam esse existimo, quod legitur in Ms. Bertin. Pith. Edd. primis, item Ber. Junt. Ald. *meum ipse*, ut corruptionis causa fuerit scriptura *ixi* pro *ipse*; uti legatus ille consularis Augusti *ixi* pro *ipsi* scripsit apud Sueton. c. 88. Vide et ad lib. xi. pag. 239. Dein ex *lupulis* cum Flor. Pith. Aldo, Junt. post. et Colin. fabrico, *L.* sive *Lacium pullis*. Alas factus Lacius eleganter fingitur sectatura esse *pullas*, non *puellas*, ut substituit Floridus. Quo perit omne acumen. Alites non invadunt puellas, sed sunt *pullipromones*. Neque hic intelligendi sunt *pulli*, scorta mascula, uti sæpius, quorum sunt *pullarii*, (vide pag. præc.) sed femineæ: ut apud Plant. in Pern. A. v. Sc. 5. 12. '*Tene sis me arte, mea voluptas: male ego motus milvos. Mala illa bestia est: ne forte me auferat pullum tuum.*' Nisi præferas Heinemannum *stulis*, quia noctua fieret. Certe non convenit *apulis*. Alio sensu est apud Plant. Capt. v. 4. 7. De *vüller, träupen*, vide Salm. ad Solin. pag. 471. Verum sic verbum *conseruo* hic idoneum non habet sensum. Quare legas, *condeo*, *conseruo*, totum locum sic constitutus: *Siccine ergo meum ipso Lacium pullis conseruo Thesalis?* An ego tam stulta forem, ut meum Lacium facerem alitem in usum pullorum Th.?

quando egregie his respondent sequentia. In D'Orv. est *Thessalia*. A Regio, ut a Frx. hæc exsulant omnia. *Oud.* *Siginer*] Dietlo inusitata, ignobilisque, et, ut sentio, nullius significatus: proin legere malim *saginer*, quasi a sagina et pinguitudine ducto vocabulo, ut amatorem hoc nomine condecenter appellet, quasi saginatum, pauloque habitio rem curatoremque: nam et supra ostendit Appuleius, se fuisse succulentum. *Beroald.*

Hunc alitem factum ubi queram] *Phædrus*: 'Ovem rogabat corvus modium tritici, Lupo sponse: at illa præmetuens dolum, Rapere atque abire semper adsuavit lupo, Tu de conspectu fingere veloci impetu: Ubi vos requiram cum dies advenit?' *Pric.* *Alitem factum*] Lib. iv. 'Fortissimum socinum nostrum, prorsus bestiam factum.' *Idem.*

At mihi scelus] In Edd. Vicent. et Bas. pr. ac Ms. Pith. est, *ast mihi*: nude vir doctus in Misc. Obs. vol. II. t. III. p. 391. corrigi: *ast mihi*, vel *at mī*. In Reg. Fax. Lips. D'Orv. et aliis, a me, ut ex Beroaldi emendatione vulgo, non at, [Vid. VV. LL.] editur. Sed in Oxon. exaratur, *at a me*. Quomodo, vel *at mihi*, coniecit etiam Wasse. Olim putavi: *ah mihi* vel *mī*. Sed nunc censeo, unice veram esse lectionem, *at mī*. Inservit at inprecationibus cum subunctivo. Vide Terent. And. iv. 1. 42. Eun. III. 1. 41. Virg. *Æn.* II. 585. Justin. xiv. 4. et passim. *Depelli* autem cum Dativo personæ construi observat idem vir doctus in Obs. d. I. ex Val. Flacc. lib. vi. 652. 'Nato non depulit ictus Jupiter.' Et adde Ovidium *Epist.* xiv. *Her.* 180. 'Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.' Virg. lib. ix. *Æn.* 78. 'ratibus quis depulit ignes?' Forsam et Tibull. rv. 5. 1. 'Huc ades, et tenerum morbos expelle puellæ.' Nam ibi aliquorum Mss. lectioni accedit unus Leid. in *depelle*. Quod nimis temere damnavit Bronkh. *Oud.*

A me scelus istud depellant caelites] 'Procul arceat altus Jupiter.' 'Procul huic arcete furor O Superi.' *Pric.*

Aquila ipseus volatibus sublimis, et toto caelo pervius] Proverb. xxx. 19. 'Via aquilæ in caelo.' Vide Florid. 1. non longe ab initio. *Idem.*

Lætus armiger] Ovid. Met. lib. xii. vs. 560. lib. xv. vs. 386. Pindarus Olym. II. et Olym. xiii. *Elmenh.*

Post illam pinnarum d.] Beroaldus jam monuit pro *pugarum*, quod est in Edd. primis, item Basil. et Lugd. scribendum esse *pinnarum*: ut dant nunc Mss. O. (nisi quod in Bertin. legas, *post illa pignera*.) et Edd. Junt. Ald. Colin. Scripsitne Auctor: *post illam pinnigeram dignitatem*? Sic arbitror. *Oud.* Tamen non ad nidulum meum post illum pinnarum dignitatem subinde deivalem] In Epistolis Apollonii dictis: *Ὁ γὰρ ὁδὸν πτηνῶν, καλὴν δὴν ἀπὸ κοίτης*. Calpurnius Nemesianus: 'Vocalem longos quæ ducit ædona cantus, Quæ licet interdum contento vimine clausa, Cui parvæ patnere fores, seu libera ferri Novit, et agrestes inter volitare volucres; Scit rursus remeare domum, tectumque subire Viminis, et caveam totis præponere sylvia.' Maximianus II. *Elegia*: 'Fugiant et bruta novos animalia campos, Et repetunt celeres pascua nota greges. Sub qua decubuit requiescens diligit umbram Taurus, et amissum quærit ovile pecus. Dulcis et in solitis cantat philomela rubetis, Estque suum rapidia dulce cubile feris.' Virgilius de mansueto cervo: 'Errabat sylvia, rursusque ad limina nota Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.' *Pric.* *Pugarum*] *Lego, pinnarum*: est enim sensus: Dil, inquit, a me prohibeant tantum scelus, ut ego non mox revolem ad meum nidulum, hoc est, ad meam Fotidem, post illam volataram, pinnatamque deformationem. Etiam, inquit, si aquila fierem, et altiora cœli peterem, tamen ad te, o mea

Fotis, vellem remeare. Beroald. *Per dulcem istum capilli tui nodulum, quo meum rixiasti spiritum, &c.*] Paulus Silentiarius: Χρυσὴν ἀρίστην μίαν τρίχα Δάφης θάλασσης, ὧς θορυγγήτους θάλασσαν ἡμᾶς παλάμης! In Cantic. Solom. iv. 9. 'Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.' *Idem.*

Me nullam aliam mea Fotidi malle] *Me* abest a Regio, Fux, mea *Fotide* cum Bas. sec. et Ms. legit Barthius in Advers. Recte. Non enim pnto, umquam *alius* hoc sensu cum dativo construi, et bene 'novam' ait 'locationem' Beroaldus, retinens tamen cum Stewech. Colv. et J. Mellero Palmerio in Face Crit. tom. iv. pag. 649. 'comparantibus id cum *Idem* illi,' &c. Sed confer exempla apud Voss. de Constr. cap. 14. Gudium ad Phædri Prol. lib. iiii. 'alius Sejamo.' Wasseum ad Sall. B. Jug. cap. 81. Manut. ad Cic. lib. x. Ep. 2. Fam. 'aliud libertate:' et Drakenb. ad Liv. lib. v. cap. 54. § 6. 'Expertis alia.' Quamquam fateor, in his multa esse, quæ ob eandem tertii et sexti casus terminationem nihil certi probent. Sed unum Nostri ipsius sufficiat ex Apol. p. 317. Ed. Elmenh. citatum a Colvio. *Ullus* hoc modo forsitan cum ablativo etiam construitur Lucano lib. ix. 765. 'Sed qua non ulla cruentæ Tantum mortis habet:' nisi malis mecum quo, vel quam cum Burm. pro quantum, de quo vide etiam ad lib. x. p. 224. Ceterum rescripsi *malle* cum Pricæo, auctoribus Mss. omnibus, et Edd. Vett. Citra ullam necessitatem Vulcan. primus exhibuit *pramalle*. Quod sine examine secuti sunt Elmenh. Scriv. Flor. ut nempe tuerentur, credo, Dativum, et legas etiam in Edd. primis Front. lib. iv. cap. 5. in f. *Oud.* *Me nullam aliam Fotidi meæ pramalle]* In Apologia, de Pudentilla sua: 'Sed olim sua sponte a nubendo non alienam, me fortasse præ cæteris maluisse.' Ibidem in Pudentilla

literis, Βουλαιμένη γὰρ με, &c. γαμήθηναι, ἀλλὰς τοῦτον ἔπεισας ἀπὸ πάντων ἀφείσθην. Aristænet. i. 24. Δέγε σφόνταρον, εἰ τοῦτον ἔχων ἀπὸ πάντων ἐθέλεις. In Andria Terentiana: 'Nil aliud volo nisi Philumenam.' Catullus: 'Unam Septimius misellus Acmen Mavult quam Syrias Britanniasque.' *Idem*: 'Dicebat quondam solum te nosse Catullum Lesbia, nec præ me velle tenere Jovem.' Tibullus: 'Nulla tantum nobis subducet femina lectum:' et post, 'Tu modo sola places, nec jam te præter iu orbe Formosa est oculis ulla puella meis.' *Pric.*

Quamquam festino] Lege: *quamque festivo.* Beroald.

Istas nocturnas aves] Seneca Epist. cxxii. 'Tam infausti ominis sunt quam nocturnæ aves.' *Pric.*

Foribus v. adfigi] Columella: 'Hinc, Amathæonius docuit quem plurima Chiron, Nocturnas crucibus volucres suspendit, et altis Culminibus vetuit feralia crimina flere.' Palladius: 'Tum omne horti spatium alba vite præcingitur, vel noctua pennis patentibus extenditur.' Hic nos etiamnum hodie apud nostrates. *Colo.* Superstitiosa vetustas aves inauspicas affigebat foribus, quasi amuletum hoc esset dirarum. Columella de Re Rust. lib. x. 'Hinc, &c. Culminibus vetuit' (al. *metuit*) 'feralia carmina flere.' Vide Baptistam Pium in annot. prior. c. 33. et Andr. Schottum Observat. lib. i. cap. 12. et Cassaubonum ad Theophrasti Characteres p. 283. *Elmenh.* D'Orvill. *adfigi*; de qua permutatione vide ad Lucan. lib. ii. 31. Gifan. Ind. Lucet. Heins. ad Ovid. lib. xii. Met. 179. Sed dicitur, ut 'cruci adfigere' p. 41. 'mensæ adfigere' Suet. Galb. cap. 9. *Oud.*

Minantur] Servius ad iv. Æn. 341. 'Bubo si cujus ædes insederit, et vocem miserit, mortem significare dicitur.' *Elmenh.* *Ut quod infaustis volatibus familia minantur exitum, suis luctu*

cruciatibus] Dio Chrysost. Orat. 34. 'Ἀνὴρ φρονεῖ ἐπὶ κτήνος ἐβάδιζεν, ὡς δ' ἐθεόσατό τινα κοράνην, οἰωνισόμενος λίθη βάλλει, καὶ τὰς τυγχάνει αὐτῆς: πάντων οὖν ἥσθη, νομίμας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπὸν. *Pric.*

Medela salubri p. subsistere] Bert. *medelam salubrem*, bene. *Elmenh.* Immo vero male: licet ita vulgo ante et post Colvium edatur, sed refragantibus ceteris Mss. Ed. Junt. post. Colv. Vulc. Wow. Scriv. In Pith. est, *medelam salubrem posse resistere*: unde faciebat vir doctus, *possem sistere*. Sed *subsisto* sensu τοῦ auxilior, juvo, neutraliter cum dativo personæ sine accusativo construit Auctor. Vide *Pric.* ad lib. II. pag. 38. 'peremto civi subsistite.' Lib. VI. p. 111. 'Miserandæ Payches animæ subsiste:' et passim. Vide *Elmenh.* Indicem. et Comm. ad Sneton. Vitell. c. 5. Cl. Wasse margini adlevit *sufficere*, citra necessitatem. *Oud.*

Quamque futilibus tanta res procuratur herbulis. An.] D'Orv. subtilibus, Pal. Guelf. futilibus. In utroque, item Pith. et Fux. (de Regio et Oxon. dubito) ac primis Edd. etiam legitur *herculus*, Gnelf. *Hercules*. Inde natam male Beroaldi emendationem, *Hercules an*, expressere Junt. Ald. Collin. Bas. Lugd. Lipsianam conjecturam receperunt ceteri: ut est in f. hujus libri, et alibi. Vide Indicem. Mihi tamen videtur aliud quid latere. *Sarculis* videtur Sciopp. prætulisse e lib. II. pag. 49. Ed. Flor. eamque vocem Heinsius etiam restituit Tacito lib. VI. Ann. 28. adplaudente Grævio in Epist. Corp. tom. IV. pag. 505. Vide et Salm. ad Solin. p. 106. De magicis etiam beneficiis in Apol. 'ille herbas et surculos:' et ibid. pag. 456. ex Lælio: 'radiculæ, herbæ, surculi, hinnientium daleedines.' pag. 459. 'Vim herbarum, radicum, surculorum, et lapillorum.' Unde quis posset effingere hic *radiculis*, quas certo reddendas opinor Petro-

nio c. 88. ubi vide Comment. 'genera herbarum' e glossa illic est natum. At hic magis arridet *herbusculis*. Egregie frivolis et futilibus convenit diminutivi diminutivum. Martian. Cap. pag. 25. Ed. Grot. 'Quem licet miro semper optarit ardore, tamen vis eum, &c. prælectis quibusdam herbusculis conspicata est.' Sic leg. e Mss. Vulgo *optaret* et *cum*. *Oud. Futilibus*] Frivolis, nugatoriisque. Futilis dicuntur homines qui silire tacenda non queunt: sic et vasa futilia a fundendo dicta, quæ lato ore, fundo angusta sunt, quibus in sacris Vestæ utebantur, propterea quod aqua ad Vestæ sacra pertinens in terra non ponitur, quod si fiat, piaculum est. Unde excogitatum vas quod stare non posset, sed positum statim funderetur. *Beroaldi. Hercules*] *Lege Hercules* ut sit asseveratio, per Herculem: quale est illud, *mercules*, et *mediasfidius. Idem.*

Immissum rore fontano] De verbi 'miscere' et compositorum constructione cum sexto casu adi Serv. et Burm. ad Virg. G. II. 327. et ad Hirtii B. Alex. cap. 56. 'mixtam dolore voluptatem.' Sic initio lib. I. de Dogm. Plat. 'Apollinis figuratio se Perictione miscuisset:' ut legi debet e Mss. Vide ad Catal. Burm. t. I. p. 175. *Oud.*

PAG. 59 *Haurito plusc. uncto*] Hierocles de Magis apud Eusebium fol. 462. Οἱ γόητες, ἡγοῦμαι δὲ αὐτοὺς ἐγγὺς κακοδαίμονες τῶν ἀνθρώπων· οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰσάγουσι, οἱ δὲ ἐς θύλας βαρβάρους, οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπῆσαι τι, ἢ ἀλείψαι μεταποιεῖν φασὶ τὰ εἰρημένα. *Elmenh.* In Ms. Par. *haurito*, ut vulgo. Sed lib. II. pag. 31. 'facilis hauritus.' Lib. VI. p. 118. 'rorem rigentem hauritum.' Hinc *hauriturus* apud Juvenem, *hauritorium* in Glossis. Pro *hauri* dixit quoque Varro *hauriri*, teste Prisciano lib. X. col. 905. Voss. de Anal. I. III. c. 33. Dein Piccart. Peric. Crit. c. 19. malebat *unguenta*. Sed ut supra

pag. 77. *arcuata ungulae sunt leyd-*
amæ. et. id. et hac unctum? Bar-
mannus aliter: f. *juncto uncto. Oud.*
Plumulo uncto. Onomasticæ vetus:
‘Unctum, *Glossop.* Pric.

Jamper alterius auctibus fibratis
tractum. &c. De Dardanio Ovidius
vix. Metam. ‘Geminas opifex libra-
vit a alas Ipse suum corpus, motu-
que pendit in aura.’ Lib. vi. de
apc. Noster, ‘Libratisque pinnarum
notantium molibus,’ &c. Quinti-
llianus in Declamat. de apibus:
‘Quammodum alie fibratæ pennis
œvera conferrent,’ &c. *Idem.*

Nec alie plumule, nec nequam pin-
nule. Ovidius: ‘Nudos quatit ille
lucertos, Remigique carens non al-
las concipit auras:’ similis locutio
autem infra lib. vii. ‘Nec alla ca-
pra, nec pavens damula,’ &c. et vii.
‘Nalle delicias, ac ne alla quidem
libertas excipit.’ *Idem.*

Pili mi crassantur in setas, et cutis]
Bernia. p. m. incrementum, Edd. Ber.
Bas. *grossantur*, quæ confusio millies
occurrit: D’Orv. *grossantur* e vulgari
monachorum Latinitate: ac de grossa
corrupto e crassa, ad Vossium de Vi-
tius Sermone, de crasso Daunium de
Caussis amiss. rad. Lat. Ling. c. 18.
p. m. 432. in Collect. Græv. Dein
in Pith. Fax. Oxon. ac D’Orv. quo-
que, *sed cutis*. Neque inelegans hæc
est repetitio particulæ *sed*. Vido
Burm. ad Ovid. Met. v. 17. ‘Sed
grave Nereidum nomen, sed corniger
Hammon.’ Repetitum, sed alie oc-
po, videbimus ad lib. ix. p. 109. *Oud.*

Extimis palmulis] Florid. ii. ‘In-
timis plumulis, et extimis palmulis.’
Pric.

Digitis coequantur in singulas ungulas]
Ovidius de Ocyroë in equum versæ:
‘Tam digitis coequant, et quinos alligat
augues Perpatuo cornu levis ungula.’
Idem.

Et de spina mea termino grandis
cauda procedit] Ovid. ‘Longæ pars
maxima pallor Cauda sit.’ Lactan-

tius, de Opif. Dei c. 7. ‘In quadra-
pedibus idem opifex contextum spi-
næ a summocapite deductum longius
extra corpus eduxit, et acuminavit in
candam.’ *Idem.*

Jam facies cornu, et os prolixum]
Ovidius: ‘Crescit et oris Et colli spa-
tium.’ Lactantius eod. loco: ‘Quæ
omnia’ (de membris agit) ‘cum sint
eadem in omnibus animantibus, ta-
men infinita et multiplex diversitas
figurarum est, quod ea quæ dixi aut
productionis, aut contractionis linia-
mentis varie differentibus compre-
hensa sunt.’ *Idem.*

Et narres hiantes] Olim ad Apolo-
giam pag. 113. dixi. *Idem.*

Horripilant] ‘*Opθerpxαῖσι*. Glossa-
rium antiquum: ‘Horripilator, *θρ-
θerpxαῖ*.’ item ‘*θρθerpxαῖ*, horripilo.’
Eundem etiam dicebant *φριθerpxα*.
Suidas: *φριθerpxα, θρθerpxα τὰς τρι-
χας*. Clemens Alexandrinus Oratio-
ne ad gentes: ‘*ἱερθerpxος ὁ φιλλerpxος*
καὶ τῶν σελerpxα αὐτοῦ ἱερθerpxα τοῦ
σέρpxος, μέρpxα, φριθerpxα, ἱερθerpxα.
Horripilare igitur Græcis *φριθerpxαῖν*
vel *θρθerpxαῖν*. *Colo.* Vide Ind. El-
menh. *Oud.* Sic et aures inmodicis
horripilant auctibus] Ovidius de Mida
ab Apolline mutato: ‘Nec Delius
aures Humanæ stolidas patitur reti-
nere figuram, Sed trahit in spatium,
villisque albetibus implet.’ ‘Hor-
ripilant, pilis inhorrentibus squalent:
ut infra lib. viii. loquitur. *Pric.*

Miseræ reformationis] *Miseræ form.*
est in Pith. et in Edd. ante Colvium:
miseræ ref. in Mss. Reg. Flor. Oxon.
Fax. Pal. et Edd. Colv. Vulc. Wow.
Scriv. Flor. Sed *miser reformationis*
cum Grossetio, Elmenh. et Pricæo
diserto præbet Cod. D’Orvill. quod
flagitat sensus. *Oud.*

Mibi jam nequissimi tenere Fotidem
natura crederet] Plant. Carcul. ‘Vide-
des’ ut misere moliantur? nequeant
complecti satis.’ Infra lib. x. ‘An-
gebar plane non exili metu, reputans,
&c. quo pacto, quamquam ex ungui-

calis perpruriscens, mulier tam vastum genitale susciperet.' *Pric.*

Ac, dum cuncta corporis m. considerans, non a. m. s. a. video. Querens, &c.] Quia post *video* vulgo *τέλειον στήμα* positum erat, et in Ms. D'Orvill. quibus accedunt Fux. Palat. Guekf. et Oxon. repereram *considero*, hic olim in Misc. Observ. volebam *considerans sum*, Græco more, quem apud optimos auctores Latinos, præter Comicos, et apud Ciceronem invenimus. Vide Comm. ad Liv. lib. iv. cap. 34. xxvii. 8. ad B. Hispan. cap. 29. Ovid. Ep. xviii. 55. 'nox erat lucipiens.' Vitruv. lib. ii. 1. 'qui campestribus locis sunt habitantes.' Nostro *περί Ερμῆ*. pag. 634. 'est constans' in Mss. pro *constat*. Nunc nihil muto, et tantum minorem distinctionem cum Salmasio, Scriverio, et Florido colloco post *τὸ video*. Multa participia et adjectiva solent a Nostro exaggerari, et ad unum tandem verbum referri. Vide ad p. 45. Ed. *Pric.* Immo dum cum participio et verbo, solet tamquam per parenthesis longiorem inserere, ut lib. ii. p. 38. 'Ac, dum in pr. pl. refovens animum et reminiscor, dignumque, &c. consentio, ecce,' &c. ubi vulgo etiam turbatur, et male post consensio *τέλειον στήμα* ponitur. Lib. ix. pag. 199. 'At, dum fodiens, dum irrigans, ceteroque inc. lab. deservit, ego,' &c. Ceterum *cordis* est in D'Orvill. uti et *conquerens*, et ab eodem exsulat me. Oud.

Quod solum potui, &c.] De Io vacca Ovidius: 'Quos potuit solos tendens ad sidera vultus.' Noster lib. iv. 'Et, in quo solo poteram, celatim auxilium bono commilitoni ferre,' &c. lib. vii. 'Quod solum poteram, tacitus licet, seræ vindictæ gratulabar.' ix. 'Quod solum poterat, causabatur nocturnas tenebras,' &c. et x. 'Quod solum potuit, filio suo tacitum secretum aperuit.' *Pric.*

Postrema dejecta labia] 'Lablis de-

missis gemens,' ut in Eunuchio Terentii. Bene autem *labiam* dixit, utpote jam enormem. Sosipater Charisius, 'Labra modica, labia immodica: et inde Labeones.' *Idem.*

Ad illam] Hæc ignorat Bertinus. *Elmenh.* Hinc uncis inclusit Scriverius. Vulgo autem jungunt *ad illam expostulabam*: pro quo frequentius dicitur 'cum illa.' Sed vel positum foret pro 'apud,' ut in Flor. n. 16. 'ad vos mihi usus venit:' ubi vide: vel ut dicitur, 'ad aliquem loqui.' Immo et sic lib. x. pag. 230. 'ad uxorem mandat' pro *uxori*. Atque huc distinctioni favet Lucianus tom. ii. p. 582. *Τροβλέπων ἡγεμὼν αὐτῆς*. Sed alioquin copulari possent *respicens ad illam*. Lib. ii. pag. 25. 'in me respexit.' Flor. lib. iii. cap. 22. 'Ad Mithridatem Ponticosque respexit.' Passim præpositio additur, si de rebus agatur, ut 'respicere in diversa, ad eventum,' &c. Solin. pag. 33. 'respiciant ad auctus vel eliquia.' Male Salm. una voce, *ad-auctus*. Oud. *Ad illam tacitus expostulabam]* 'Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.' Infra lib. vi. 'In animo meo tacitus expostulabam.' *Pric.*

Percussit faciem suam manibus infestis] 'Terque quaterque manu faciem percussit.' Seneca cap. 6. ad Marc. 'Ingerantur lacerato pectori manus, et in ipsam faciem impetus fiat.' *Idem.*

Sed bene, facillior quod reformationis hujus medela suppeditat] Apud Philostratum v. 5. *Τὸ δὲ φάρμακον τῆς μεταβολῆς οὐ μέγα. Idem.*

Exibis asinum] *Exues* edidit Scriverius, Latiniissime profecto. Adi Cel. Burm. ad Ovid. lib. x. Met. 105. 'Siquidem Cybeleios Attis Exuit hac hominem:' et quæ laudat Drakenb. ad Sil. lib. xiiii. 120. 'Inde exuta feram.' Active Ovid. Ep. xiv. 108. 'Nilus Exuit insanæ pellicis ora bove,' vel *bovem*: ut mavult vir doc-

tus. Virg. *Æn.* vii. 416. 'Faciem et furialia membra Exiit:' ubi itidem in Mss. donnulli, *Exiit et*, minus bene. Opponitur enim illi, 'induit albos Cum vitta crines.' Verum ceteri Mss. immo et Fox. e Paris. Coll. retinent *exiit*: quod bene defendit Brantius, et confirmat Priscianus pag. 559. 905. 1171. 1183. in Solino legens, *hominem exiit*, ut est quoque in Mss. Leidd. 5. quod cap. 52. pag. 57. 'homine decedere.' Sed cap. 30. pag. 41. *ritum exiit*, e Mss. optimis legendum. Conferendus omnino Salmassius ad Solinum p. 12. 276. 709. 788. &c. docens, hæc verba sæpissime confundi. Passim autem *exire* cum quarto casu construitur. Vide præter citata ad Hirt. de B. Afric. cap. 31. Scaligerum ad Manil. lib. v. 164. 'Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas.' Drak. ad Sil. lib. xi. 168. 'vitæ non æqua exire potestas.' Martian. Cap. p. 11. 'Tractus æquos exierat, quum subito ei vitta criminalis inmutatur in radios.' Sic lege e Mss. Isidori Glossæ: 'Missicius, qui militiam exivit.' Ita scribendum docet nota Salmassii ad Treb. Poll. xxx. Tyr. cap. 6. Sed et Auctor ipse, 'oculos exire,' lib. ix. p. 189. quæ protuli jam in Misc. Obs. v. ix. pag. 231. ad Vegetii lib. iv. cap. 21. 'turrim exeunt.' Oud.

Nec morum talem patereris vel noctis unius] Coniunctius puto *vel* ac. Pro *talem*, quam vocem uncis inclusit Scriberius haud necessariam, in D'Orvill. est *aliquam*. Quod glossam sapit. Cl. Wasse conjecit, *talis*; Præcæus, *tantulum*, ut in Apolog. 'tantulum moram impetrans.' Gell. lib. xiii. 19. 'in tantula ætate.' Immo infra lib. iv. p. 81. 'Tantulo triennio.' Lib. v. p. 150. 'nec tantulum spatium datum:' sed ibi in plerisque *tantillum*: quod deminutivum hic quoque mallem. Vide ad lib. ii. p. 37. lib. v. p. 98. 'nec in sermone isto tantillum morata.' Lib. viii. p. 155.

'nec tantillum morati.' Et sæpe. Vide Indicem. *Nec noctis sive ne noctis quidem* etiam in Reg. Fox. et D'Orvill. *Idem*. *Nec morum talem patereris*] *Tò talem* aut *Seurum* ponitur, (ejusmodi tamen exemplum desidero:) aut (quod malim) videtur *tantulum* scribendum. *Æn.* i. 'Haud tanto cessabit cardine rerum:' ubi Servius: 'Aut *Seurum* dixit, ne in tantum quidem: h. e. brevi occasione cessabit.' Sic in Apologia: 'Vix ab eo tantulam moram impetramus,' &c. Prisc.

Primo diluculo] Gellius ii. 29. 'Ubi primum diluculabit.' *Idem*.

Festinabitur tibi] Exsulat *tò tibi* a Ms. Par. Sed omnino retinendum esse, adscripsit Wasse ex Virgilio lib. ix. *Æn.* 488. 'Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque Urguebam.' Adde Lucan. lib. viii. 24. 'Nunc festinatos nivium sibi sentit honores.' Oud.

PAG. 60 *Quamquam, etc. sensum tamen retinebam humenum*] Non comparet *tò tamen* in Ms. D'Orvill. eamque vocem, si plures addicerent Codd. lubenter omitterem. Solet enim eleganter post 'quamquam,' 'licet,' 'et si,' 'ut,' ab optimis subintelligi potius, quam addi. Virgil. lib. ii. *Æn.* 12. 'Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit; Incipiam.' Servius: 'Deest *tamen*: quia, quum præponitur *quamquam*, necesse est subjungi *tamen*.' Sed adi tu, quæ laudat Drakenb. ad Liv. lib. xxi. c. 20. 'Romani, quamquam terra hostium erat, haud canctanter insecuti.' Sed et observavi Auctorem sæpissime non subungere *tamen*, cum *et* *quamquam* non addidit verbum, ut lib. ii. pag. 41. 'Quamquam foribus oculis, per quoddam foramen lanienam suscepavit.' Lib. iii. p. 49. 'Quamquam jam in Orci familia numeratus, subito in contrariam faciem obst. hæsit.' Lib. iv. p. 86. 'Apollo, quamquam Græcus, propter Milesiæ con-

ditorem, Latine respondit.' Et crebro; non tamen semper. Quamquam et hic illic nonnullis Mss. exsulat, ut rursus lib. v. p. 90. vi. 127. et sic lib. ix. p. 186. 'etsi minus prudentem, multiscium reddidit:' ubi contra Mss. inserere certe. Lib. x. p. 210. 'licet non artificii medico, cuius tamen docto:' in multis non est tamen; et alibi, ut diserte lib. v. p. 123. ubi male inculcat Stewechius. Vide plura ad Sueton. Galb. c. 3. Idem. Quamquam perfectus asinus, &c. sensum tamen retinebam humanum] Cicero: 'Si nemo est qui non mori malit, quam converti in aliquam figuram bestiae, quamvis mentem hominis habiturus,' &c. Augustinus de Civit. D. xviii. 18. 'Sicut Appuleius in Libris quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente asinus fieret, aut indicavit, aut finxit.' Scholiastes vetus Horatii ad Epod. xv. 'Simili modo etiam Appuleius scribit animam suam fuisse in corpore asini.' Ovidius de Calisto: 'Mens antiqua tamen facta quoque mansit in arsa.' Idem de Actæone: 'Lacrymæque per ora Non sua fluxerunt, mens tantum pristina mansit.' Homerus (a quo Ovidius) de Ulyssis comitibus: Οἱ δὲ οὐδὲ μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε, τριχὰς τε, καὶ δέμας, ἀλλὰ τῶν νοῦς ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. Pric.

Et mordicus adpetens] Mordicus est in plerisque Mss. ut Lips. Reg. Fux. Pal. Oxon. Par. atque Edd. ante Vulcan. item Edd. Wow. Merc. ut p. 47. 'pedibus mordicus inhaerentem.' In Flor. N. 23. 'offulam quam mordicus retinebat.' Lib. ix. pag. 201. 'mustelæ serpentem mordicus adtrahentes.' Solin. c. 52. 'mordicus comprehensa ipsorum manu:' ut est leg. Prudent. Hamart. 690. 'mordicus haustum guttur.' Varro lib. ii. R. R. 7. 'equus mordicus eum interfecit.' Hyg. F. 273. 'quem equi mordici distraxerunt:' ubi vide Munker.

mordicus vel mordicitus illic et hic legentem. Quoniam tamen illic agitur de rebus, quæ jam in ore sunt, non quæ adpetuntur, nec de Asino est mentio, præfero hic mordicibus, non solum quia sic dixit Plautus, sed quia exaratur in Ms. Florentino; ut edidere Vulcan. Elm. et Scriver. Nec mordicibus capio adverbialiter cum Sciopp. lib. i. Susp. Lect. cap. 4. sed ablativo casu nominis mordices sive dentes: ut in fragm. Flor. lib. x. 'ab mordicibus ganniens ego et dentes elevans:' ut lego. Forsan et singularis apud Colum. lib. vii. c. 12. in f. 'Is mordicus comprehensus:' ubi in Ms. Sangerm. et aliis est, mordice compressus. Juvant quoque eam lectionem Mss. Bertin. et D'Orv. mordicitus. Quod prave probarunt Sciopp. Pricæus, Florid. ex similibus, quæ adferunt, in quibus tamen alia est ratio. Nusquam alibi sic loquitur Apuleius, et Nonius agnoscit mordicus et mordicibus, non mordicitus. Vide etiam Voss. de Rhet. lib. v. c. 4. De industria Auctor calcibus ferire, et mordicibus adpetere videtur junxisse. Nec tamen ideo hoc contra Mss. recipiendum erit cum J. Guilielm. lib. iiii. Ver. c. 13. in l. vii. p. 161. 'Cum propugnare pedibus, et arcere morsibus misello puero potueris.' Nam ita dicitur, ut 'morsibus tentare' apud Flor. lib. ii. c. 11. ubi vide. Quid? quod et hic mordicus posse retineri, suadeat locus Nostri lib. viii. pag. 169. 'manum conjungendam, qui gingivas meas scalpebat, digitis, mordicus adreptam, pænissime contrivi:' nisi et illic, ut verum fatear, mallem mordicibus, si suffragaretur idoneus codex. Sed et posset mordicitus a mordicibus derivari, ut a 'radices,' 'radicitus;' quod et crebro cum 'radicibus' est confusum. Vide loca citata ad Sueton. Vespas. c. 5. Oud. Calcibus feriens, et mordicitus appetens] Infra lib. vii. 'Ille terga pulposis torulis obesa conver-

trus, pastores venustas calcibus: alios lunctu maligis comminatus, remansit auribus, dractinamque candentium hauris emrodatis, totum me comminuit: ubi juncta iidem agnoscis quae hoc loco copulata. *Mordicus* (quod nonnulli mutatum ibant) verum scripturam puto: sic alibi, 'publicitus,' 'modulitus,' et similia Xentor. *Pric.*

[Quantum capite] D'Orr. cuncti c. Inapto autem nomine legebat cuncti, sive in casum prout. Bene vulgatum defendit Piccart. in *Perir. Crit.* c. 4. Vide ad lib. II. p. 30. 'capite quantanti.' *Oud.*

[Dementis temporali contumelia] Terent. *Adelph.* Act. II. Sc. 1. 'Munuscula injuria adolescentum est.' *Elmsh. Dementis, &c. contumelia*] Habet a Terentio: simile infra IX. 'tacitus injuriam deponere.' *Glossar:* 'Dementis, dementis, dementis. *Pric.*

[Durissimo casu meo, &c.] Virg. 'Duri solatia casus.' Servius: 'Impossibilis ad mutationem.' Infra hic lib. IV. 'Durissimo casu meo, &c. solatio postulat.' *Idem.*

[Ad equum illum vectorem meum probissimum] Defendi potest vulgatum e lib. VII. p. 134. 'Me cum meo famulo, meoque vectore illo equo.' Sed et statim sequitur, 'equum illum meum.' Hic tamen e glossa seu interpretatione videtur additus, uncia a Scribario quoque et aliis inclusum. Lib. I. p. 15. 'Quod beneficium etiam illum vectorem meum credo letari.' *Mox,* 'praeclarus ille vector meus.' Unde discimus prave meum exulare a Regio, *Faz.* Est in D'Orr. ad eq. illum rectorem illum. Scribe, ad meum vect. illum. *Mediana* tamen collatio *Cod. Bertin.* non hic, sed statim, 'inductum equum,' id nomen desiderari notaverat. *Oud. Vectorem meum probissimum*] Amare, ut VI. 'An tu probissima puella,' &c. *Pric.*

[Milonis quondam hospitii] In *Pal. quidem.* Cave vero, cum *Lipsio lo-*

ges quidem, vel cum *Aldo et Grutero lib. VI. Sump. c. 4. quondam.* Argute dicit quondam: quia jam *Milo* non hospes erat *Asini*, sed fuerat *Lucii. Oud.*

[Hospitium, ac loca laetia] In *Mat. omnibus*, quantum scio, neque ac *Vett. Edl. ante Colv. exhibetur, hosp. ac loca laeta.* Hinc simpliciter ac *I. laetia* emendatur quoque *Scio. Sump. Lect. lib. II. c. 22. et Sirmond. ac Savaro in Sidonio Apoll. lib. VIII. Ep. 12.* Verum cum certissimum sit *laetia* esse nomen substantivum, sive numerum *laeta* ad victum et supellectilem pertinentia, quod *dantia, laetia.* (Vide *Salm. ad Solin. p. 612.*) et hinc *Livium* saepe quidem disjunctim *laetia, laetia*, saepe tamen cum copula dicere, *laetia, laetia*, hinc patet non recte legi, *hospitium, ac loca laetia.* Quare *Valcam. Ed. soc. et seqq. dederunt, hospitium, loca ac laetia; cum hic tum lib. IX. p. 183. 'Novus dominus loca, laetia praebeat: ubi certe non opus erat interposui copulam aliis ac, aliis et, putemque et hoc loco copulam esse ejiciendam. Plus semel Livius, 'adus liberis, loca, laetia.' Loca enim sunt idonea in hospitibus et adibus liberis coactavia. Vide omnino Duker. ad Liv. lib. XXVII. c. 39. 'Locus inde laetiaque legatis praeberi jussu: et Bos. ac Drakemb. ad lib. XLII. § 5. 'ut ex instituto loca, laetia acciperent.' Videntur tamen recentiores, ut *Symmachus, (lib. IV. Ep. 56.) Sidonius, alique, loca laetia junctim sumisse. Ex vulgari vero tum hic tum alibi scriptura, loca laeta, error natus est Servii Danielis ad Virgil. Aen. VIII. 36. 'laetia mugere Caruius.' Idem.**

[Sed prohi Jupiter Hospitalis] Non Jovem solum alloquitur, sed et *Deam Fidem* invocat. Nihil igitur mutandum. *Jovis Hospitalis* sive *Heriis*, qui et *hospes* Ovidio vocatur lib. X. *Met.* 224. exemplis pleni sunt Veterum libri. Ipse Auctor in eadem fere re de equis ait lib. VII. pag. 143.

'Nec Jovis Hospitalis servata fœdera:' ac de Mundo non procul a fine, 'Jovem Hospitalem Amicalemque' nominari docet. *Idem*.

Et Fidei secreta numina] *Sacra* audacter in textum recepit Scriverius, quo facit scriptura codicis D'Orvill. *consecrata*. Et certe quamvis maxime Fidei locus sit in secretis, unde 'sancta Fides' dicitur esse 'Dea Arcanis læta' Silio lib. II. vs. 481. ubi vide Comm. 'tacitumque in pectore sit numen,' ut idem ait; atque ipsa 'panno velata' fingitur Horatio, eique 'obvoluta manu' sacrificabant; (adi ad Lucan. lib. III. 814.) tamen non video caussam, cur hoc loco 'Fidei numina' vocet *secreta*. Violabantur hic *sacra*, non *secreta*. Quid igitur, si ipsam Pal. codicis scripturam servemus? Sic enim Silio lib. XIII. 281. 'Despectat ab alto Sacra Fides, agitatque virum fallacia corda.' Perperam vero in Ed. Junt. post. exhibetur, et *Fides*, et *secreta numina*; quasi hic alii Dii invocarentur, quam Juppiter *ξένιος*, et 'sancta Fides,' ut alia crebro appellatur. *Idem*. *Et Fidei secreta numina*] De eadem Silius: 'Justitiæ consors, tacitumque in pectore numen.' *Pric.*

Vector cum Asino c. conferunt] B. v. et *asinus c. conf.* Puteanus. Nescio qui Scriverius hinc adeo decipi potuerit, ut ita ediderit: cum sit mera notissimæ syllepsis interpretatio, frequentissima Veteribus in usu. Vide Salm. ad Vopisc. Aurel. cap. 3. 'Aquilifer cum vexilliferis diripuerunt.' Burm. ad Ovid. lib. I. Met. 320. me ad Hirt. B. Afric. c. 52. 'Juba cum Labieno capti.' Immo ipse Appuleius adhibuit sæpius. Lib. x. p. 236. 'Juno cum Minerva tristes, et iratis similes.' Flor. N. 23. 'Nox cum die differunt.' Multus in primis hac in locutione est Septimius de B. Troj. ut monuere Perizon. in Dissert. et Wopkens. in Misc. Obs. Nov. v. 1. t. II. ad lib. I. c. 13. Vide et lib. II.

Delph. et Var. Clas.

6. 20. III. 18. v. 7. Adde lib. I. c. 16. 'præponuntur Palamedes cum Diomede.' Sic enim Mss. tres, et Edd. Vett. quædam lib. VI. c. 2. 'Mnestheus cum Æthra, &c. recipiuntur.' Ita Periz. Ms. a. m. pr. non *recipitur*. Quin etiam lib. IV. c. 22. 'uti Helena cum his, quæ ablata erant, ad Menelaum duceretur.' In Voss. et Periz. Codd. exaratur, *ducentur*: quo probari etiam posset locus lib. I. c. 7. 'opes cum ea adductæ essent,' pro *adfectæ*. Sed de eo alias. Nimis enim avocarer. *Oud.* *Capita conferunt*] Auctor Philopatridos inter opera Luciani: τὰ κεφαλὰς ἑγγὺς σχόντες ἐψόβησαν. Senec. Apocol. 'Cum vidisset capita conferentes,' &c. Hoc Comicis veteribus 'caput limare,' id est, 'jungere.' Vide Nonnium Marcellum, et ad Matth. 27. 1. dicta. *Pric.* *Capita conferunt*] Quasi consilia communicaturi. Hoc fieri solet ab his, qui inter se soli seductique consultant, ne arbitri arbitrari queant. Lucian. itidem scribit, equum suum et Hipparchi hospitii asinum τὰ ἄτα κλινάσας, id est, auribus dejectis, timentes scilicet ne fœnum ipsis paratum præriperetur, calcibus promptos ipsum incurassas. *Beroald.*

Ut me præsep.] *Vix* est in omnibus Edd. ante Colvium. Quando necessario inseri debet et ante *dejectis*, ac tolli post *consentiunt*. Adi Burm. ad Virg. Æn. III. 8. 'Vix prima incepterat æstas, Et pater Anchises ventis dare ventis jubebat:' nisi statuas eam vim satis inesse voci *jam*. Vide lib. IV. p. 69. 'Vix enim Thebas accessimus, quum,' &c. Immo, sine ulla particula inserta, ait Virg. lib. x. Æn. 659. 'Vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem:' ubi vide Serv. Sed ut pro *simulac* habent quoque Mss. Reg. Oxon. Par. Pal. D'Orvill. recte. *Oud.*

Dejectis auribus jam furentes] Irati equi asinique non deiciunt, seu demittunt aures, sed subrigunt et supi-

6 M

Apul.

nant eas: quare omnino legendum arbitror, *rejectis*. Vide supra ad lib. II. p. 21. 'rejecto capite:' et plura de 'auribus rejectis' ad lib. VII. p. 143. 'remnlsis auribus.' Beroaldus putavit, favere vulgatæ lectioni Lucianum tom. II. p. 582. *Δεισαντες, μή τοῦ χόρου αὐτοῖς κινῶντες ἐκείσιν ἔρχομαι, τὰ ὅτα κατακλίναντες, ἵτοιμοι ἦσαν τοῖς πρὸς ἐμὲν ἐν τῇ γαστρὶ.* Sed ille mei jungit aurium demissionem. Utrumque sic fieri docet experientia: Pith. tam f. Idem.

Abigor ab hordeo, quod adposueram] Phædr. fabula 81. 'Asello jussit reliquias poni hordei.' Pag. 152. lib. IV. 'Ego quamquam alias ordenum tunsum minutatim semper oserim.' *Elmenh.* *Abigor procul ab hordeo, &c.*] Plaut. Curcul. 'Irascere, si te edentem hic a cibo abigat.' Horat. 'Cervus equum, melior pugna, communibus herbis Pellebat.' Fulgentius Mythol. I. 'Accidentale odium est, quod aut verbis casualiter oboritur, ut hominibus: aut comestionis propter, ut jumentis.' *Pric.*

Illi gratissimo famulo] Pal. in *ligatissimo* f. Edd. Rom. Vic. Bas. pr. *illigatissimo*: unde bene correxit Beroaldus, *illi gratissimo*, quod confirmant Mss. per ironiam, ut ante eum vocarat *prohissimum*: qua figura nihil in Appuleio est frequentius. Vide ad lib. VI. pag. 150. Cave igitur, ne legas cum viro docto ad marginem, *ingratissimo*. Oud. *Illigatissimo*] *Solutissimo*: vel lege, *illi gratissimo*, ut sint duæ dictiones. Famulum autem gratissimum appellat ironicos, equum vectorem illum aum. Beroald.

Angulo stabili concesseram] Terent. Adelph. 'Interea in angulo aliquo abeam.' *Pric.*

L. de novo f.] *De novo*, quod exhibent Colv. Vulc. Merc. Wower. in meorum Codicum solis est Regio, Fux. Gnelf. Ceteri, etiam Florentini, cum Edd. reliqui dant *denuo*. Verissime. Alterum ne Latinum qui-

dem esse monuit jam Voss. de V. Serm. lib. IX. cap. 3. *Oud.*

Equi perfidia v.] Haud male conjecit Brant. Sed *perfidia*, quod Elmenh. et ceteri receperant, confirmatur a Flor. Reg. Fux. Gnelf. Pal. et D'Orvill. *perfidia* est in Bertin. Coll. Voss. Edd. Vicent. et Junt. pr. quasi fuisse, *equi de perfidia*. In reliquis *perfidia*. Vir doctas adscripsit, *perfidiam dictam*. Idem.

Hipponæ dea s. residens ardicula] Eponam, non equorum solum, sed et asinorum et mulorum atque agasorum Deam, ubivis nunc legunt tantum non omnes viri docti, ad Juven. S. VIII. 187. ad Minac. Cap. 28. 'cum vestra bella Eposa,' (sic lego cum Heinso. Vide Epist. Corp. tom. IV. pag. 208. et 255. 262.) ad Prudent. Apoth. vs. 197. ad Tertull. Apolog. p. 159. item Scriverius in Misc. Obs. vol. VI. p. 169. tum ex Max. tum ex variis inscriptionibus. Quin etiam apud Plutarch. in Parall. Min. t. II. pag. 312. pro 'Ἰππῶν' in aliis et Ms. Petav. est 'Ἐπῶν'. Nam *Hipponæ* in Seguinum nummo non pertinet ad hanc Deam, sed coloniam Hipponensem, p. 13. Sol. Num. licet ob *rosam*, quam manu fert, Seguinus ad nostram trahat. Nuper tamen A. 1741. Cl. Breittingerus contendit, Deam illam jumentorum ubique *Hipponam* rescribendam, et Deam *Eponam* fuisse topicam ac tutelarem. Vide in Supplem. Act. Nov. Lipsiens. tom. VI. s. IV. p. 153. &c. Verum ejus sententia obstat, quod non solum in agro Helvetico, sed et in maxime dissitis locis, Inscriptiones inveniantur *Eponæ* dicatæ. Vide Scriverium d. I. Quamquam Barthius, Inscriptiones non curans, putet ubique legendum *Eponam* Advers. lib. XXVI. cap. 11. Et certe *Eponæ*, præter Flor. Lips. Fux. hic servarunt Reg. et D'Orvill. acceduntque Oxon. *Etponæ*, Palat. Gnelf. *Opponæ*, Ed. Vic. *Hepponæ*: unde sic cum Colv. Elm. et Scriverio

edidi. Nam, si jam quis urgeat vocem ab *ἵκκος* derivari, quod tamen dubito, ex vulgari usu facile suam originem ejurare potuit; præsertim quia non equis solis, sed et ceteris jumentis Deam hanc 'præsidere' credebant. Quod tamen verbum hic perperam omnino incalcare conati sunt viri eruditi, etiam Heinsius ad Prud. qui alloquin conjecit quoque *res. adicula*: ut pag. 72. 'suggesta residentibus.' Sed constanter Mas. *residens adicula* servat, et bene vindicavit Pricæus, docens verbo huic tertiam casum ab Appuleio jungi; ut supra, 'tonstrinæ residet.' Lib. IX. 'spinæ residet.' Adde lib. VII. pag. 137. 'asello, spicas gerenti, residens.' Tandem *sedicula* prave legerunt Lips. et Gruterus lib. VI. Susp. cap. 4. ac receperunt Vulcan. et Elmenh. quia *sedes* de loco sacro dicitur. De qua egi late ad Suetonii Cæs. cap. 84. Vide et Vulp. ad Tib. I. 2. 83. 'Sedes adisse Deorum.' Septim. de B. Tr. v. 5. Ac pejus Heinsius d. I. et ad Ovid. Fast. v. 133. mutat in *præsidens equili*. Non loquitur Auctor de toto stabulo seu equili, sed de media ejus pila, in cuius meditullio ait fuisse Eponam residentem *adicula*, ut bene observant Beroaldus et Pricæus. Eratque receptaculum quoddam, seu repositorium et locus, vel pitæ adpensus, vel in recessu ejus excavatus (nos dicimus *cen nis*) in quo Deæ erat imagnicula. Qualia receptacula sæpe in parietum erant recessibus; immo et multa adhuc supersunt in Ethnicorum, et Romanensium quoque, imaginæ colentium, delubris ac templis. Vide Pric. ad Act. Apost. XIX. 24. Fabrett. Inscript. p. 16. Gorium ad Inscr. Donii p. 38. Comment. ad Petron. c. 29. 'In *adicula* armarii lares argentei.' Idem. *In ipso meditullio Hipponæ Deæ simulacrum residens adicula*] De Deæ Hipponæ ortu Plutarchum in Parallelis vide. Et nota simula-

crum heic stabuli meditullio positum. Sic supra lib. II. 'Ecce lapis Parius in Dianam factus tenet libratarum totius loci medietatem.' Lucianus in Amoribus: *Ἐξω τοῦ τοῦ κατὰ φύσιν, ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐν μέσῳ καθίσταται*. Virgilius: 'In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit:' ubi Servius: 'Semper ei consecratus Numini locus est, cuius simulacrum in medio collocatur: alia enim ad ornatum pertinent.' Pro *adicula* Lipsius (quem ego falli puto) *sedicula* reponit: *adicula* heic (quod nec is nec cæteri animadverterunt) non est stabulum ipsum, sed in meditullio stabuli theca vel domuncula qua Deæ Hipponæ simulacrum contentum erat. Act. 19. 24. *πᾶς*. ubi ex Tertulliano et Scriptore Sapient. adnotata vide: hæc tamen pro loci vilitate lignea vel lapidea fuerit: Jam vero et illi falsi qui pro *residens*, *præsidens* volebant: *adicula residere* dixit, ut supra hoc libro 'tonstrinæ residere:' infra lib. VIII. 'cubili residentes:' et IX. 'Nudæ spinæ meæ residens.' Interpres vetus Maccab. 2. 3. 23. 'Qui autem ei' (equo) 'sedebat,' &c. ubi legendum *residebat* puto. In vet. Onomast. 'Resideo, καθίστω.' Pric. *Hipponæ Deæ sim.*] Hippona equorum et stabuli Dea est. Argumento est nomen: *ἵκκος* enim equus. Tertullian. Apologet. 'Vos tamen non negabitis et jumenta omnia et equos canterios, cum sua Hippona, coli a vobis.' Illud scita dignum est et annotatū, Deos esse quosdam, quos Antiqui *Semonas* dici voluerunt: quos nec cælo dignos adscriberent, ob meriti paupertatem, nec terrenis eos deputare vellent, pro gratiæ veneratione: quo in numero sunt Priapus, Hippona, et Vertumnus: auctores M. Varro et Placides: apud Juven. verus est ille vulgatissimus: 'jurat Solam Hipponam, et facies olida ad præsepia pictas:' quem vir seculi nostri doc-

maxima invidia potest.' Drakenb. ad Liv. lib. XLII. cap. 14. Burm. ad Suet. Cæs. cap. 44. et Ner. cap. 47. 'quanta maxima posset miseratione.' Cort. ad Plin. lib. III. Ep. ult. 'quantum maximum potuit.' Heusing. Emend. pag. 284. *Ond.*

Pessima scilicet sorte] Passim particulam istam [*scilicet*] interserit Appuleius; etiam ubi videtur posse abesse. Excidit vero sæpius, quia librarii solebant decurtare eam scribere, ut *sc.* vel *s.* quæ littera simpliciter est in D'Orvill. scienti abest plane paullo ante, 'verentes scilicet cibariis suis:' et lib. IV. p. 66. 'statim sementita lassitudine:' pro 'statim scilicet em. lass.' p. 71. 'sed dudum scilicet omnium bipedum nequissimus:' p. 76. 'strepitus scilicet diutini inquietus:' pag. 79. 'parabant scilicet:' ubi vide Pricæum. Lib. V. pag. 99. 'sociæ scilicet doloris.' Lib. VI. p. 121. 'sic ad ripam ulteriorem scilicet.' Lib. IX. p. 178. 'de cælo scilicet mihi missus:' ubi ipse Elmenhorstius addidit. Lib. IX. pag. 183. 'ne perhorrescerem scilicet.' Plura vide in Indice. Corruptæ huius vocis illustre videbimus exemplum I. IV. p. 71. 'nobis scilicet rapienda:' item I. IX. p. 182. I. X. p. 211. Nec secus depravata est in aliis quoque auctoribus. Vide Misc. Obs. v. x. p. 88. Atque ita emendandum reor partim cum Pithæo, partim cum Lipsio aliisque, auctorem de Corr. Elog. cap. 7. 'Tam habere, quod scilicet non in alvo oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit.' Vulgo, *habere si in alio*. Elapsa quoque erat vox Septimio de B. Tr. lib. VI. cap. 2. 'Teucer prohibitus Salamina, scilicet quod fratrem non defendisset.' Ita enim, vel *s.* Mss. ut cap. 5. 'scilicet infestl,' &c. Solin. cap. 20. pag. 29. 'pretium operæ est ire longins.' Mss. plerique, *scire*. Forsan: *scilicet ire*. Ceterum in Oxon. exaratur, *p. sorte con. scilicet*. In Palat. *conatus*. Idem.

Servulus meus cui semper equi cura fuerat mandata] Censores ad equitem quendam apud Gellium IV. ult. 'Cur ita est ut tu sis quam equus curator? quoniam (inquit) ego me enro, equum Statius servus meus.' *Pric.*

Quousque tandem patiemur cantherium istum, &c.] Gloss. 'Cantherius, καβάλῃς μηχανικός.' Infra lib. VI. 'Quousque rruptum istum asellum, &c. frustra pascemus?' *Idem.*

Quærens invenire, s. l. pos. offendit] Magis placet, *quæritans eruere*. Brant. At ista mera est conjectura Beroaldi, ipsius auctoritate per editores ad Colvium usque recepta: cum priores Edd. ut Rom. Vicent. item Ms. Pithæanus, haberent, *quæritans emere*, elapsa scilicet littera *t.* unde et nata videtur Bertina interpolatio. Nec enim verisimile, plures lignorum fascēs tam grandes ibi jacuisse, ut eos ascendere deberet fustem quærens servus. Quare Florent. Cod. lectionem cum Salm. Elm. Scriv. *Pric.* Flor. retinui. *Temere* est sine cura, non de industria. Vide Pricæum, tam hic, quam ad lib. IV. p. 67. 'cassula canuulis temere contexta.' Nihilominus quia is, qui telum *quæritat*, non videtur posse dici, *temere* offendere fascem lignorum, vel *temere positum*, ut Pricæus capit, fuisse jungenda, altera lectio, quam Colv. Vole. Merc. Wow. ostentant, *quærens invenire*, mihi haud minus Pricæo arridet, præsertim cum ei plane Appuleianæ locutioni suffragentur Lips. Fax. Reg. Oxon. Pal. D'Orv. Par. alique, sive conans, volens, studens. p. 57. 'scire quærebam.' Lib. V. p. 102. 'ferrum quærit abscondere.' Lib. VI. p. 124. 'Ecquid te quæris extinguere.' Lib. VII. pag. 148. 'memet ipse quærebam extinguere.' Lib. IX. pag. 206. 'simulans quærere genua ejus contingere.' Sic enim et illic Mss. Ac si quis putet minus decenter jungi, *quærens invenire*, sciat, ab Auctore etiam jungi lib. VIII. p. 169. 'fugiens effugere.' Sed et Pricæus *quærens*

invenire videtur præferre ad lib. viii. p. 167. 'cum consecratur arripere' ubi ultimum verbum non minus, quam hic invenire, abundat. Ceterum positum, et simul forsitan illic temere, exultat a D'Orvill. pro quo Priæus sine ulla necessitate, nec rē temere respondens, vult compositum. In Flor. N. 23. 'In maceriola lapides temerario interjecti posui.' Oud. *Tellum aliquod queritans, temere positum fascem lignorum offendit*] Lectionem istam e Florent. membranis deprompsit Elmsæborstius: 'Fascio temere positus:' ut ix. 'alveus ligneus temere propter' (i. prope) 'jacens:' et iv. 'casale cannis temere' (id est, incuriosus) 'contexta.' Positum pro objectum accipias, ut melius pro compositum: neque aliter scribendum forsitan. Gellius v. 2. de Democrito: 'Acervum illud, &c. candicium' (a Protagora adolescente compositum) 'brevis vinculo compressum ratione quadam Geometrica librari contine-rique animadvertit: Interrogavitque quis illud lignum composuisset. Et cum ille a se compositum dixisset, desideravit uti solveret, ac de novo in medium eundem collocaret:' ubi non solum vocem componendi in re plane simili usurpatam videmus, sed et tantam, quantam hic incuriam, in componendo artem ac diligentiam adhibitam. Communis loci Appuleiani lectio hunc fere in modum est. *Tellum aliquod querens invenire, fascem lignorum positum offendit:* quæ ut-
cunque fulciri potest: sic viii. 'Dum passerem incantantem sepulcrum consecratur arripere' et supra hoc ipso libro: 'An vigilarem scire querebam.' Act. Apostol. 3. 3. *ἡρώα δαημοσύνη λαβείν.* et 7. 46. *πράσσω εὐρεῖν σκῆπτρον.* ubi ex abundantia infinitivi venustas orationi queritur; vel *querens invenire* pro *volens*: figura Græca. Hesychius: *Ζηρεῖν, βόλευσθαι, Ἀντιυολ.* Priæ. Emerg] *Legō eruere:* hoc est, educere, expromere, et quasi ex abdito efferre. Beroald. *Fas-*

cem lignorum] Glossæ: 'Ἀδέρην ξύλων ἡ δάββα, fasciculum.' Glossæ aliz: 'Ῥάββα δέρην, fascicula.' Item 'Ἐδ-
λαυ δέρην, fascicula.' Priæ.

Rimatusque frondosum fustem, &c.] Lib. vii. 'Frondoso baculo subinde castigans.' Idem.

Non prius mirum me desit tunde, quum, &c.] Eodem lib. vii. 'Non prius me desit obtundere, quum,' &c. Idem.

Conclamantis latrones] Vide Barm. ad Virg. Ecl. iii. 19. In Petronii loco malim abesse τὸ tenere. Nulla opus est repetitione. Propert. iv. 4. 13. 'furem sonuere juveni.' Stat. lib. ii. Ach. 33. 'ne nunciet hostem Cara canem.' Valer. Flacc. vi. 28. 'Hostis io, conclamat.' Veram cam in Mss. quoque Flor. Fux. Oxon. Palat. D'Orvill. sit *latronibus*, non alienus sum a τῇ *conclamatia*. Notissimum est, quam crebro librarii inferserint litteram α. Eaque lectio egregie firmatur duobus Mss. Leid. Se-
necæ Ep. 17. 'Cum aliqua vis conclamata est:' ubi vulgo frigide editur: α. *conclamatio* est. Oud. *Vicinia conclamantis*] Junctim legendum, *vicinia conclamantis latrones*: illo intellectu, quod teta vicinia conclamare cepit, latrones adesse, ut ita cuncti accurrerent suppetiatum. Beroald.

Globus latronum] Ita et Tacitus (a quo Noster) Annalium xii. locutus. Infra heic lib. iv. de latronibus: 'Dense conglobatoque cuneo cubiculum invadunt nostrum.' Priæ.

Domus membra] Vide Fornerij Select. i. 23. Idem.

Occursus] Bene in contextu Elmsæb. restituit *discursus* pro *occursus*, quod invexerat Colvius cum Vulc. Merc. Wow. *discursus* est in Flor. Pith. Reg. Fux. Guelferb. D'Orv. Oxon. &c. et Edd. prioribus. Latrones enim pro omnia domus membra discurrentes, ab omni parte resistebant auxiliis convolantibus. Oud.

Cuncti gladiis ac facibus instructi noctem illuminant] L. iv. 'Tædis, lucernis, cereis, sebaceis, nocturni luminis instrumentis, clarescunt tenebræ.' *Pric.*

Ortivi solis] Vulgo, *ortus*. Elmenh. Ante Colv. scilicet. Nam Vulc. Merc. Wow. bene illum secuti sunt. D'Orv. *ortibus s.* Flor. Guelf. *ortibi solis*: unde patet erroris fons. Sed *ortivi* præbent Reg. Oxon. Lips. et egregia Ed. Junt. post. Restituenda hæc vox etiam Martiano Cap. e conjectura Grotii lib. vi. p. 197. 'ortivusque circulus.' Vulgo, *ortibusque*, et Mss. Immo et sic lege e Mss. multis vetustissimis p. 204. 'qua facies prominentis naturæ ortivi solis illuminatione perfunditur.' Vulgo, *orticum* et *prof.* p. 224. 'sol ortivus in lava conspicitur.' p. 225. 'ortivus persicis:' ubi in duobus Codd. *ortibus*. Contra 'occasivæ regiones' lib. vi. pag. 193. Ita enim inveni in quatuor antiquissimis membranæ, et Edd. Vett. non *occasus*. Oud. *Horreum quoddam, &c. quod mediis ædibus constitutum, gazis Milonis fuerat refertum, &c.*] In lib. iii. ff. de Offic. Præf. vigil. 'Effracturæ sunt plerumque in insanis, in horreisque, ubi pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt.' Hesychius: 'Ὀρία, &c. ἐν τοῖς ἀνορθώτοις, καὶ τῶν μακρῶν ἔρημα καλοῦσι. *Pric.*

Opes vehunt] Sive auferunt. Consule Ill. Bouhier. ad Pervigil. Ven. p. 189. 'si sagittas vexerit.' Oud.

Raptimque constrictis sarcinis] Infra l. xi. 'Raptim sarcinulis constrictis.' *Pric.*

Numerum cerulorum] D'Orv. *gestulorum*. Sed *gerulorum* præter Lips. Fulv. Flor. dant etiam Regins et Oxon. Quare viros doctos cum Scriverio et Flor. essem secutus; nisi Auctor ipse cum aliis semper voce *gerulus* fuisset usus, ut lib. iv. p. 74. 'nobis gaudii sui' (urni) 'gerulis.' Lib. vi. p. 121. 'asinum lignorum gerulum.' (Errat Salmasius ad Solin. pag. 239.) p. 123. 'divinæ formositatis gerula.'

Lib. viii. 173. 'hordeum deæ gerulo donantibus.' Lib. ix. p. 206. 'rebus amplioribus idoneus gerulus.' Lib. xi. pag. 250. 'sacrorum geruli,' &c. Nusquam, nec alius quisquam, *gerulorum* dixit. At *gerones* pro *gerulis* sunt apud Plant. in Truc. ii. 7. 1. Oud.

Op. nimie nimio] Tò *nimio* inducit Bertinus. *Elmenh.* Ut *opulentia* n. dicatur per ellipsin 'ergo,' 'caussa,' 'gratia.' Veram repetitionem *nimia nimio* videtur magis captasse Appuleius; quamvis *nimium opulentia* jam sit *nimia opulentia*, nisi *nimio* sit adverbium pro *nimium*, ut sæpius apud Plantum, et infra lib. viii. pag. 157. x. p. 225. In Mss. Solin. c. 24. 'Quæ torrente perpetuo et *nimio* plus quam ignito sole vindicantur:' ut legendum puto. Alibi *dubio* pro *dubie*, *paullo* pro *paullum*, et *similia*. Quod tamen non puto. Uncis τὸ *nimio* incluserit Elm. et Scriv. deletque Sciopp. Oud.

Ad extremas incitas] *Metas* sane exaratum est in Mss. omnibus Becichemi, ipso probante Epist. LXXIV. item Oxon. Guelferb. Par. D'Orv. et, ut videtur, Bemb. ac Mang. et Edd. Elm. Scriv. *Pric.* Sed non video, quomodo ea lectio se probare viris doctis potuerit, in qua ego nullum sensum idoneum reperio. *Meta* vel *metæ* numquam in hisce aliud significant, nisi finem ejus rei, de qua agitur, metaphora a fine cursus desumpta. Lib. iv. pag. 77. 'vitæ metas ultimas obiret.' Val. Max. lib. viii. cap. 7. § 10. Ext. 'Citerioris ætatis metas Chrysippi vivacitas flexit.' Val. Flacc. l. vi. 309. 'Ipse hæc occumbere dextra Maluit, atque ultro segnes abrupere metas.' Petron. cap. 94. 'meque a fatali jam meta revocavit ad lacem.' Sil. lib. v. 406. 'Parcarum inpellere metas:' ubi vide Drak. Sic eidem lib. ix. 549. 'nec longe cladis metæ, sive finis.' Val. Max. lib. iii. c. 7. § 1. Ext. 'Alterius enim secundæ cursus scripta intra primas memo-

ria metas cesserant.' Et ita passim. Unde patet, male a Salmasio in Floro lib. II. c. 6. § 43. *metas* legi pro *compulsus ad ultimas metas*: ut est in O. quoque Leidd. et Amm. Marcell. lib. XVI. cap. 12. Plura vide ad lib. IX. p. 185. 'Ad ultimam salutis metam detrusus.' Jam ex his liquet, latrones hic non dici posse deductos 'ad extremas metas,' sive finem, non addita re, cujus sint metæ. Certe non *fuger*; hanc enim nondum inceperant: non *opulentia*; illam primo acceperant, et bene servabant. *Metas* igitur est natum ex vulgari glossa vocis *incitas*, quam cum Florent. et Edd. Elmenhorstio prioribus, confirmat Regius. Nam *metas* sive *incitas*, ut vulgo exponamus *egentatem*, erit elegans Oxiomeron, Appaleio frequentissimum, de quo plura ad lib. VII. p. 138. 'centunculo divite:' eritque sensus, per nimiam opulentiam eos factos ærummosos. Verum non opus est eo confugere. Dicit Auctor, eos per nimias opes se expedire non potuisse, nec pedem promovere quivisse, instar eorum, qui in ludo latrunculorum certantes, ab adversariis coguntur calculos redigere ad extremas lineas; quo fit, ut ulterius progredi nequeunt, quasi capti hæreant, et victas manus dare cogantur. Istæ enim lineæ proprie dicuntur *incitæ*; ut docuere Scallig. Append. ad Conject. c. 6. Salmas. ad Vopisci Proc. cap. 13. Voss. de Constr. p. 181. Ab eadem metaphora egei quoque *ad incitas* dicuntur *redigi*: quia scilicet illi tunc se expedire difficultatibus non possunt. Sed de aliis dicitur summum in periculum compulsis. Vide Nonium p. 123. Ed. Merc. Isid. Glossæ: 'Incitæ, ultima conditio fortunarum.' *Idem*. *Opulentia nimia nimio ad extremas incitas redacti* Sic πρὸς τὴν λέαν ἀναγορεύειν, Eunapius apud Suidam. Vide quæ de inquietudine mentis ex rerum abundantia bonarum orta, ad Luc. 12. 17. notavi. *Pric*.

Quantum possunt *gravioribus*] Bert. quanto. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. *poterant gravibus*. Scriber. edidit, ut Salmasius margini adscripsit e Pitheano, *q. potest gravibus*. Malim cum Sopingio ad marginem, *quantum pote, de Swardo*: quod non intelligentes librarii, *potest* et *poterant* inde formarunt. Vide ad lib. II. p. 8. et lib. IV. p. 80. v. 96. 'potis eris.' Lib. VIII. pag. 164. 'quantum pote turbæ medius:' ut legendum videbimus. *Oud*. *Nos duos asinos, et equum meum, &c. producant e stabulo, et domo, &c. minantes, baculis exigunt*] Lib. VI. 'Prandioque raptim taburnato, me et equum, &c. fastibus exinde tudentes, producant in viam.' *Pric*. *Minantes baculis exigunt*] Hesychius: Κόττω, τρέτω, δάτω. sic 'asinum minare' 4. Reg. 4. 24. vetus Interpres. *Idem*.

Nos crebro tudentes (latrones) *ducunt*] D'Orv. Cod. *crebre*, ut apud Vitruv. lib. II. cap. 9. 'crebre fixa.' Lib. V. cap. 4. 'Id ultro citro crebre faciendo.' Sic enim Mas. Voss. Franck. Vulgo, *citroque crebre*. Sed rectum omnino est *crebre*, quod et servavit Pith. Nihil notius est, quam neutrius generis adjectiva poni adverbialiter. De singulari videbimus ad lib. V. p. 101. 'simile mærendo:' præsertim id apud Nostrium hac in voce reperias. Paulo aliter pag. 50. 'crebra singulariens.' Lib. II. p. 32. 'crebra subaliens:' ut ipse Elmenh. ibi restituit. *ibid*. pag. 24. 'retrorsa respiciens.' p. 34. 'indigna marmurandus.' p. 40. 'diversa tendentes:' ubi consule *Pricæum*, qui et bene vulgatum defendit. Lib. V. p. 103. 'inquieta lasciviant.' Lib. X. p. 228. 'ciliis alterna convlens.' Emenda hinc Boëth. de Cons. Phil. I. II. pros. 1. 'Fortunam perniciose indentem:' uti est in vetustissimo Cod. Leid. Simile infra lib. VI. pag. 125. 'formosa saltare:' pro quo ibidem substituerunt *formosæ*. Immo, ut hic, cum verbo activo lib. II. p. 25. 'crebra succutiens:' ac sæ-

pius. Virgil. lib. III. Georg. 500. 'et pede terram Crebra ferit.' Auson. Grat. Act. p. 700. 'grata profutendi.' Tullius illic male tentat *grate*. Oud.

Rerum tantarum pondere, et montis ardui vertice, et proximo satis itinere nihil a mortuo differebam] Apud Æsopum: 'Ο ὄνος πρὸς ἐκ τοῦ κόπου, ἐτελεύτησεν. 'A mortuo nil differre' e Græco penn. est. Diodorus lib. XX. Οὐδὲν διαφερόντων ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀποθνήσκόντων. Elianus Var. XIII. 38. τῶν νεκρῶν μὴδὲ ὄλιγον διαφέρειν dixit. Chrysostomus Homil. de Divit. et Paupert. Τοῦ νεκροῦ οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον. Libanius (qui et prolixi itineris meminit) Τοῦ νοσήματος ὑπὲρ τῆς πορείας ἀδυναμούντων, μικρόν τι νεκροῦ διαφέρειν, &c. Pric.

Montis ardui vertice] Glossarium: 'Vertex montis, κεφαλὴ ὄρους, ἀκρόρεια.' Cyprianus in Epistolis: 'In montis ardui verticem celsiorem,' &c. Vide supra p. 5. notata. *Idem*.

Nihil a mortuo differebam] Ovidius de æternosa sorte sua: 'Quid enim status hic a funere differt?' *Idem*.

Sero quidem, sedulo tamen] Lips. et Flor. Codd. consentiunt Regius, Fux. Oxon. Par. D'Orv. Pith. Edd. Colv. Parisina Merc. Wow. et Elmenh. Sed recte Colvius eam scripturam damnavit in notis, et cum eo Acidal. ad Vellei. lib. I. pag. 22. *Sedulo* nata est e glossa, pro qua alt Vell. lib. II. c. 45. 'Sera P. cura, verum, ut cepit, intenta.' Sic enim legendum cum Doct. Wopkensio Misc. Obs. v. VIII. p. 51. De eleganti hac paronomasia adi Pri-cæum ad lib. v. p. 91. et lib. x. 'famosa' et 'fabulosa.' Lib. v. p. 90. 'pareret,' 'pateret,' pag. 98. 'mel-lita dulcedine mollita.' Plura vide ibid. pag. 92. 'inferens,' 'ingerens.' Corrigendum quoque in Flor. N. 18. 'non minus vos ad audiendum prolecant, quam me ad audendum retardant.' Nam in 2. Mss. est rursus, *ad audiendum*. Vulgo *ad dicendum* e glossa. In Bertino, *et serio tamen*. Oud.

Et interposito venerabilis Principis nomine, tot arumnis me liberare] Arrianus III. 22. in Epictetum: 'Ἄν τις σε δαίρη, κρατύνῃς, σπᾶς ἐν μέσῳ δὲ Καίσαρ, ἐν τῇ σφ ἐλθῆναι οὐ παύσῃ! Pric.

Vicum quempiam frequentem, et undinis glebrem, &c.] Festus v. 'Vici.' 'Ex vicis, partim habent rempublicam, et jus dicitur: partim nihil eorum, et tamen ibi nudine aguntur,' &c. *Frequentem* incolis intellige: sic VIII. 'castellum frequens' occurrit. *Idem*.

Inter ipsas turbellas] *Turbellas* vel *turbelas* hic habent omnes Edd. ante Colv. et qui restant visi adhuc Mss. præter Bertin. et plerique lib. IV. p. 77. 'populi turbellis immisceor.' At retinent plerique lib. VII. init. 'inmixtus turbulis popularium.' Lib. x. in f. 'vitatis turbulis, et electo secreto litore.' Lib. XI. pag. 242. 'dimotis turbulis.' p. 243. 'turbulæ complent totas plateas.' Unde suspicor cum Florido, Auctorem *turbulas* dixisse de hominum magno numero, *turbelas* de eisdem tumultuantibus, et ultro citroque discurrentibus, fluctuantibusque, cum Plauto et Amm. Marcell. Rectius vero Elmenh. Scriv. Pric. ediderunt ubique *turbelas* cum Flor. D'Orv. et Coll. Voss. quam *turbellas*. Errat enim Dacierius ad Festum contra Mss. Leid. quoque duplex *ll*, ut 'popellus,' 'umbella,' præferens. Nam a *turba* est *turbela*, ut a 'fuga,' 'fugela,' 'suada,' 'suadela.' Oud.

Gemino sermone] Miror, istud gemino a Stewechio, Colvio, Vulcan. et Mercero fuisse retentum, immo a J. Rhærio in Fer. Daventr. pag. 226. expositum pro 'utraque lingua Græca et Latina.' Ridicule. Frequenter vocem *genuinus* adhibet Auctor. Lib. IV. pag. 84. de Cupidine: 'genuina licentia.' Lib. v. pag. 96. 'genuina simplicitas.' ubi idem error, uti et in Genethiaco Mamertini c. 2. 'Genuini natales.' Sic malo,

quam *gemini*. Vide Schwartz. Solin. pag. 19. 'geminus terra,' i. γηγενής. Amm. Marc. lib. xxi. cap. 8. 'geminis intumescens aquis et externis.' In Flor. N. ii. 'genuina feritas.' Vide Indic. *Idem*. Geminus a.] Arnzen. ad Mamert. Genethl. c. 2. cum Rhærio tuetur *gemino*. J. Bosscha in Addend. *Gemino sermone*] Lego *geminio sermone*, h. e. nativo ac peculiari. *Beroald.*

Nomen Augustum Cæsaris inv.] In calamitatibus et pressuris fidem Cæsaris invocabant. Lucian. pag. 246. Apul. lib. ix. 'Fidemque Cæsaris identidem implorantium.' Spart. Juliano: 'In Palatio idem Julianus occisus est fidem Cæsaris implorans.' Docte Brissonius de Formul. lib. viii. pag. 718. *Elmenh.*

O quidem] D'Orv. quod. Vir doctus ad marginem adlevit *Au*: quasi prima Augusti syllaba expressa esset per *O*: uti innumeris in vocibus τὰ αὐ et ο eundem fere habuerunt sonum. Sed eam Appuleii mentem non fuisse, docet nos Lucianus tom. ii. pag. 584. 'Ἐπεὶ δὲ πολλοὶς, ὃ καὶ αὐτὸς, ἀναβοῶσαι ἐπεσθῆναι, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἐγκύβην, καὶ τὸ μὲν ὧ μέγιστον ἰσθῆναι, τὸ δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ ἐνηκολούθει. Lib. viii. pag. 174. 'Porro 'Quirites' proclamare gestivi. Sed viduatum ceteris syllabis ac litteris processit *O* tantum, sane clarum ac validum, et asino proprium.' Oud. Et ο *quidem tantum disertum ac validum clamitavi, reliquum autem Cæsaris nomen enunciare non potui*] Infra lib. vii. 'Et verbum quidem præcedens sæpius immodice clamitavi, sequens vero nullo pacto edisserere potui:' et viii. 'Porro 'Quirites' proclamare gestivi, sed viduatum cæteris syllabis ac litteris processit *O* tantum, sane clarum et validum.' Arnobius de infante sine alloquio enutrito: 'Nonne vocem si fuerit necessitate aliqua coactus emittere, ut solenne est matris, inarticulatum hæscio quid ore hianti

clamabit?' *Pric. O, ἤ. clamitavi*] 'O dolentis est exclamatio.' Servius ad *Æneid.* xi. *Idem*.

Aspernati latrones clamorem absonum meum, ἤ.] Ovid. Fast. vi. de Asino loquens: 'Intempestivo cum rudit ille sono.' *Idem* alibi: 'Illa sonat rancum quiddam, atque inamabile ridet: Ut rudit a scabra turpis asella mola.' De raris Cicero i. de Divinat. 'Absurdoque sono fontes et stagna cirtis.' *Idem*.

Cædentes hinc inde miserum corium, nec cribris jam idoneum relinquunt] Plant. Mostell. 'O carnicum cribrum! quod credo fore: Ita te forabant patibulatum per vias stimulis.' *Idem* Rudente: 'Villam integrandam intelligo totam mihi, Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebris.' Infra hic lib. viii. 'Cantherium istam vetulum, extritis unguis debilem, nec quidquam amplius quam ruderrarium cribrum.' *Idem*.

Inopinatum scilicet ipse mihi Jupiter tribuit] Artemidorus i. 6. *Οὐδὲν κεντα, &c. πῶτα τὰ ἐνπροσέκτα καλοῦσι. Idem*.

Nam quæ et m. v. et c. a. *præteriremus*] Sic partim restitui, partim emendavi e Mss. Et primo quæ sive cum rescripsi, auctoribus Mss. ni fallor, omnibus, et Edd. ante Bas. sec. et Colv. Tum et addidi, ex Ma. Regio, per creberrimum polysyndeton: tandem *præteriremus* exhibet fide membranarum Oxon. et D'Orvill. quæ syllaba ob præcedens *ri* exciderat. Oud.

Rore ferebant] Rom. et Aldus, *florebant*. Elmenh. Immo omnes Edd. priores. Vulcanius tamen, Elmenh. et seqq. edidit, *fuebant*. At Merc. Wow. *florebant*. Nec quisquam de ulla codicum varietate admonet. Certus tamen si, in Lips. D'Orvill. Pal. Oxon. Reg. legi, *florebant*. Nihilominus recepta lectione, ut elegantiore, acquiesco. Finere dicuntur res; quæ madent: unde 'sudore diffu-

ere,' et similia. Vide ad lib. II. pag. 41. Ovid. lib. IX. Met. 57. xv. 231. 'Profluere sudore' Justino lib. xv. 4. Oud. *Hortulum quendam prospexi satis amenum, in quo præter cæteras herbulas rosæ virgines matutino rore fuebant*] Lib. IV. 'Aliquanto longius video frondosi memoris convallem umbrosam, cujus inter varias herbulas et lætissima virescunt fulgentium rosarum nivens color renitebat.' *Pric.* *Rosæ virgines matutino rore fuebant*] Ibidem: 'Rosas teneras et æmœnas, madidas divini roris et nectaris.' Serv. ad Georg. I. 'Matutino tempore ros cadit.' *Idem.* *Rosæ virgines*] Illibatæ, intactæ, incorruptæ: sic a Martiale 'virgo cartha' accipitur, pro ea quæ nondum contrectata, invulgataque est. Plinius 'terram virginem' dixit, sinceram, intactam, neque a metallicis refossam attaminatamque. Josephus ait, terram, quæ virgo est, esse rubentem. Oratio philosophorum, auctore M. Tul. casta est, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Hinc verbum sit 'devirginari,' quod est corrumpere: unde 'puella devirginata,' quæ deflorata conspurcataque exiit virginitatem. Alias 'devirginati' dicebantur pueri cum ex ephæbis excesserant, et devirginatum puerum dixere ex ephæbis excedentem.' *Beroald.*

Labiis undantibus] Hesychius: *Κομάρια, τὰ χεῖλη, διὰ τὸ ἀνυμῶναι, &c.* sic 'corpus suum undare' supra II. dixit. *Pric.*

Consilium me subit l. salubrius] Tralate a temperatis cibis, aut locis, qui salubres humano corpori. Lib. IV. 'His omnibus salubri consilio recte dispositis.' *Elmenh.* A Cod. Par. abest τὸ με: ut passim apud optimos quoque subit simpliciter pro 'in mentem mihi incidit,' ponitur. Sed tamen addere solet Noster. Lib. VII. pag. 133. 'subibatque me.' pag. 134. 'subit me illa cura.' pag. 142. 'subi-

bat me cogitatio.' Et cum Dativo pag. 139. 'ut mihi merito subiret vituperatio sexus.' In Fux. Guelf. subiiit. Oud. *Consilium me subit longe salubrius*] Miles. VII. 'Talibus cogitationibus fluctuantem subiit me illa cura potior,' &c. Supra heic: 'Ab incepto temerario melior me sententia revocavit.' *Pric.*

Indicii futuri criminatione] Præve in Edd. Junt. Ald. et aliis legitur *judicii*. Optime locum explicuit Beroaldus, dum verentur, ne indicium faciam illorum furti expiationis; adde, et criminantur, me indicatrum eorum scelus, si me in vivis relinquerent. Unde patet, non opus esse, ut pro futuri subitinas furti, quæ vox ex interpretatione nata compareret etiam in Palat. et Guelferb. Oud.

Casum præsentem tolerans] Lib. IV. 'Præsentem casum generoso vigore tolerans.' Supra heic: 'Durissimo casui meo serviens.' *Pric.*

In asini faciem] D'Orv. *spem*, id est, *speciem*. Quod alicui placere posset: quia non facie tantum oris, sed toto corpore erat asinus. L. II. p. 51. 'in speciem Veneris.' L. X. p. 223. 'in Dem Jannonis speciem.' p. 224. 'color Dem diversus in speciem.' L. XI. p. 257. 'in speciem pinnatæ alitis:' et sæpius Nostro aliisque. Liv. I. I. c. 9. 'Virgo specie et pulchritudine insignis.' Front. lib. IV. 1. 10. 'tres filii insignes specie.' Vide et in Misc. Obs. ad Veget. I. 7. Verum tamen vulgata lectio non temere est movenda. Nam et *facies* pro tota forma cuiuscunque rei, adeoque pro corpore animalis hominisque ponitur. Vide Cerdam ad Virg. lib. II. G. 82. 'hæd unam in faciem nascuntur olivæ.' 358. 'Et faciem tauro propior.' IV. Georg. 96. 361. 'in montis faciem:' ubi eadem confusio. Comm. ad Propert. IV. 4. 19. Ovid. Met. lib. IV. 395. 'Inque hædæ faciem pendens frondescere vestis:' ubi eadem varietas. Sic 'facies amnium,' 'ensis,' 'peninsule,'

'vultum.' *Mein* lib. I. 17. n. 1. 2. III. 2. 4. *Salm.* cap. 14. pag. 21. 'in caros faciem sua est.' Cap. 45. 'facie vestigi humani.' 'In faciem pulveris' *Geil.* lib. I. cap. 15. *Immo* utrum I^a. XII. cap. 29. *hinc* hanc 'facies' mem. probat. Quin ipse *Koster* ut lib. II. pag. 22. 'Palmaris Deu facies.' pag. 56. 'in facies hominum tales figuras reformare.' Lib. IV. pag. 64. 'in lauri faciem prolixè solatur.' Lib. VII. pag. 126. 'in manuum faciem reformato habita.' et serpent. Sic 'mami facies' de Deo *Socrato* pag. 683. et lib. IV. pag. 72. 'Qua numerus: que facies ferarum?' Ac ponne, ut *huc.* lib. IX. pag. 197. 'Homo curvatus iumentum faciem sustinet.' Lib. XI. p. 239. 'depelle quadrupedis dūram faciem.' Ceterum ex multis precedentium exemplis patet. Accusativum esse retinendum; licet aliquando in facie recte dicatur, ut *alibi* in margine. Vide ad *Valer. Flacc.* 6. 11. 174. Adposite *Virg.* *Æn.* I. 637. 'Umbra... In faciem *Eacæ*... *Dardaniæ* ornata telis.' *Ovid.*

Frena rodebamus] Sibi vindicat Florides ab aliis, ut videt, jam monita, [vid. VV. LL.] sicut et *Salmasius* quoque Ep. 89. ad *Gronov.* docuit frena esse legendum. Quod reposui. Male enim *Heinsius* obiter vindicat *frena* ad *Ovid. Met.* lib. XV. 113. 'Vite caper morsa,' vel *rosa*. Nunquam in plurali id vocis adhibuit Auctor, licet saepe utatur, nec, ut puta, quisquam alius. Et ut frena, non *fenum*, legas, flagitant scriptum similitudo, itineris ratio, et testimonium sequens *Lucii*, 'se fenum non rosasse,' ut docent viri docti, et tandem *Codicum Puteanorum* auctoritas. Per frena vero capistrum intellige. Synonyma enim hæc frequenter variantur: unde 'frenare capistris' ait *Ovid. lib.* X. *Met.* 125. 'quaque frenatas ti-

gridas' dixit *Silius* lib. XVII. in f. 'capistratas' vocat *Naso* Ep. Her. 11. 89. *Dammatus*, et ad mortem ductos, quorum ora capistro, *exuperly*, obligantur, 'frena tractant' scribit *Pacatus* cap. 29. *Adi J. F. Gronov.* *Observ.* lib. II. cap. 22. Deinde *rodebamus* licet forsan defendi possit numeri variatione, quam crebro adhibet Auctor etiam de se solo loquens, ut vidimus ad lib. I. pag. 2. 'præfatur veniam, si quid offendero,' malui tamen ob temperantiam non solum, sed præsertim ob tolerantiam, sequi viros eruditos, qui *rodebam* reposuerunt, quorum primus est *Philomathes Pisanus* in *Ed. Junt.* post. tam *Wower. &c.* *Rodebam* usque est *Lindenbergii* conjectura, quam pessime sibi arripit *Elmenhorst*. Sed *rodebam*, præter *Becichem. Codd.* Ep. 74. et hic citatos, dant quoque *Florent. Reg. Palat. Guelf. Lips. D'Orv.* et forsan alii; nisi ex syllaba us facere quis velit *Lucius*. *Lucianus* ait tom. II. pag. 584. *Ἰνέματα δὲ ἡμῶν ὀσπρὶ ἐνέχοντο, ὥς μὴ περιβοσκήμενοι τῶν ἰδίων ἐν τῷ ἡρώων ἀναλλασκομεν.* *ὁσπρὶ ὀσπρὶν καὶ ἡμῶν ἴσες.* et dein pag. 585. cum prandebant hordenum reliqua iumenta, ait: 'Ἐγὼ δὲ ἐνέλυνον. ἀλλ' ἐνέλῃ οὐκ ὀσπρὶν κρεῖσς ἡμῶν ἡρώων, ἐκαστοῦ ἑνὸς, ὅτι καὶ καταφύγοι μ. Nec sane opus est, ut cum *Salmasio* d. l. rescribamus *mordebam*, uti apud *Phædr.* Fab. 65. 'limam mordit;' at respondet ibi lima: 'Omne adnevi ferrum corrodere.' Sed et *rodere* aptius convenit capistro sparteo, quale videtur *Lucius* in ore habuisse. In *Ms.* tamen *Pythæano* legitur *remordebamus*. Alioquin 'vexare,' 'terere frenos' dicuntur iumenta. *Adi me* ad *Lucan.* lib. IV. 752. 'rigidos vexantia frenos Ora terent.' *Iidem.* In asini faciem *frena* *rodebam*] *Θαρίων τρέπον, &c. τῶν χορτάδων τροφήν στροβίλους,* ut *Maccabæorum* 2. cap. 27. *Judas Maccabæus. Pric.*

